2
6
15



2. 6. 15

TRACTATUS,

AC REPETITIONES D. BARTHOLEMAEI CAEPOLLAE VERONENSIS, I. V. DOCT.

CUM CAUTELIS EIUSDEM, AC THOMAE FERRATII BRIXIANI.

Quorum catalogum ſequens pagina demonſtrat.

NUNC PRIMUM A MENDIS PLURIBUS quibus antea ſcatebant Emendati.

VENETIIS,

Ex officina Franciſci Laurentini, de Turino,

D. M. L X I I I.

CATALOGVS

TRACTATVVM.

REPERTORIVM
IN TRACTATVS DE SERVITVTIBVS urbanorum & rusticorum prædiorum,
PER D. LVCAM PANETIVM ARTIVM ET LEGVM PROFESSOREM.



a 2 Testator

 datur,

De seruitutibus stillicidij non auertendi. *Cap.* 29. *pag.* 22

De seruitute tigni immittendi. *Cap.* 30. *pag.* 22

De seruitute proijciendi. *Cap.* 31. *pag.* 25

De seruitute protegendi. *Cap.* 32. *pag.* 26

Ne prospectui officiatur. *Cap.* 33. *pag.* 26

Aream

facere

Interdi-

De cloaca. *Cap.* 48. 40

De fistula *Cap.* 49. *pag.* 41

De furno. *Cap.* 50. *pag.* 41

ribus

De mœnianis. *Cap.* 61. *pag.* 49.

De fenestra. *Cap.* 62. *pag.* 50.

De specularibus. *Cap.* 63. 51.

De camino. *Cap.* 64. 52.

REPERTORIVM
TRACT. DE SERVITVTIBVS RVSTICORVM PRAEDIORVM.

De seruitutibus actus. *Cap.* 2. *pag.* 67

De seruitute viæ. *Cap.* 3 *pag.* 68.

De seruitute aquaductus. Cap. 4. *pag. 76*

Seruitutis

Et

De sterquiliatione. Cap.19. pag.106.

De messe & uindimia. Cap.20. pag. 106.

De aucupatione. Cap.21. pag.107.

De montibus Cap.22. Pag.107.

De collibus. Cap.23. pag.109.

De

De valle. Cap. 24. pag. 110.

De aqua. Cap. 25. pag. 110.

De mari. Cap. 26. pag. 110.

De littore maris. Cap. 27. pag. 112.

De portu. Cap. 38. pag. 112.

De naui. Cap. 39. pag. 113.

De lacu. Cap. 30. 113.

Lacu

De fluminibus. Cap. 31. 113.

De Flumine priuato. Cap. 32. 114.

De insulis. Cap. 33. pag. 115.

De alueo. Cap. 34. pag. 116.

De alluuione. Cap. 35. 116.

De ripa. Cap. 36. 117.

De igne. *Cap.* 44. *pag.* 120.

REPERTORIVM

SVPER TITVLVS DE VSVC. PRO EMPTORE, Pro donato, Pro dote, Pro suo, Pro soluto, Pro legato, Pro derelicto. Præterea super tractatu, De simulatione cōtractuum & titulo, De seruis fugitiuis. cum auten. Sed nouo iure. ac etiam tractatu De fuga Laconica.

A

D

Dolus

E

G

H

I

Membri

p ossederit

Q

R

S

T

REPERTORIVM
IN TRACTATVM CAVtelarum Barthol Cæpol.

Statuta

Cautela

Con-

Cautela

niſi

F I N I S.

REPERTORIVM

SVPER CAVTELIS

D. THOMAE FERRATII.

Cautela

Cautela

euitent

Statu-

Episcopus

Alie-

F I N I S.

TRACTATVS DE SERVITVTIBVS VRBANORVM PRAEDIORVM.

BARTHOLEMAEI CAEPOLLAE I. V. DOCTOR.

QVI ALICVIVS artis vel doctrinæ ſcientiam profitentur, duo in primis memoria debẽt quęrere. Primùm rectè docere, quo vix quicquam adeo vtile ſibi & auditoribus inueniri aut eſſe poteſt. Alterum eſt ſcribere, & quod vigilando longo tempore didicerint, id elaboratum & perfectum in ſcriptis edere. Sed hoc vltimum vtilium ſemper eſſe exiſtimaui: præſertim quia pluribus atque ſæpius communicari poteſt. Quod enim voce traditur, ſoli auditores, & vna tantùm ætate, & eo ſolum tempore, quo traditur, intelligere poſſunt: ac id etiam ſæpenumero ex eorum memoria delet obliuio. ſcripta verò, quæ magis digeſta eſſe ſolent, donec reperiuntur, omnes omniq; tempore & habere & legere poſſunt. Propterea ego Bartholemæus Cępolla de Verona, qui iuris ciuilis & pontificii ſcientiam profiteor, licet immeritus, non ſolùm legere atque docere in vtroque iure ſemper mihi cura fuit, ſed etiam aliquid ſcribere, & quod diu legendo conſecutus ſum, id auditoribus meis pro communi vtilitate literis tradere, laborandum eſſe putaui. Nec vnquam libellum, de quo iam ab alio ſcriptum reperiatur, ſcribere volui: licet nonnulli quibuſdam additis & detractis id facere conſueuerunt: ſed ea tantùm de re pro fructu maiori, de qua nemo vnquam tractatum aut libellum, quem ſciuerim, ſcripſerit. Cùm igitur nullus iuriſconſultorum noſtrorum hactenus librum de ſeruitutibus compoſuerit: & ſubtilis admodum atq; vtilis ſit, ac etiam in foro quotidie verſetur, opuſculum quoddam de ipſis tam vrbanis quàm ruſticis in hoc putaui gymnaſio, in quo publicè lego iura ciuilia, pro omnium vtilitate ſcribere, & auditoribus meis, qui hoc à me ſæpiſſime quæſierunt, in ſcriptis edere, in animo conſtitui. Quod opus duobus libris, vno de vrbanis, altero de ruſticis ſeruitutibus diuiditur, atque conficitur. In eo tractantur quæſtiones, in primis quotidianæ, & admodum vtiles: & quod variis in locis ſparſim & perfectè de hac materia ſcribitur, hoc breui opuſculo perfectè ſimul ordinateque ſcriptum reperietur, adeo vt omnes facilimè quæſtiones inuenire, & inuentas intelligere, ac decidere poterunt. In primo libro de quibuſdam prius neceſſariò tractabimus, quæ ſeruitutibus tam ruſticis quàm vrbanis ſimul conneniunt: deinde ea ſolùm diſputabimus, quæ de vrbanis ſeruitutibus dicuntur. In ſecũdo vero libro de his tractabitur, quę ruſticas tantùm ſeruitutes compręhendunt.

De ſeruitute perſonali. Cap. I.

1 *Seruitus perſonalis quæ dicatur.*
2 *Seruitus quo iure introducta fuerit.*
3 *Seruitus propter peccatum ortum habuit.*
4 *Bello capti inter Chriſtianos ſerui non efficiuntur.*

NECESSARIVM eſt, ſicuti polliciti ſumus, vt prius quædã videamus quę ſeruitutibus cõmunia ſunt, quo facilius intelligi poſſint in hoc libro de ſeruitutibus quæ ſcribũtur. Seruitutũ tria ſunt genera: quædã.n. ſunt ſeruitutes perſonales: quædã reales: & quædã mixtæ.
1 * Seruitus perſonalis *a* dicitur illa, quæ debetur à perſona perſonæ: de qua habetur in tit. de ſtatu homi. & inſtitut. de iure perſonarum. & vbicunq; fit mentio de ſeruis. & dicitur mere perſonalis, vt notat glo. in rubrica ff. de ſerui titu. generali. Et iſta ſic diffinitur, Seruitus eſt conſtituto iuriſgentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur: vt dicit Florentinus iuriſconſultus in l. iiij § j. de ſta. hom. & Impe-

a Seruitus. Adde Corne. conſil. cliiij. in ij. volum.

rator instit.de iure personali §.j.& de hac diffinitione videtur, quòd seruitus mere personalis sit inuenta de iure gentium'. Idem probatur in l.manumissiones.ff.de insti.& iure. & institu.de vsu & habita.§.fi.& not.Bar.in l.ex hoc iure gẽtium.in fin.& ibi per doct.de insti. & iure.& est tex. j.distin.ius gentium.& not.xij q.2.longinquitate. Sed in contrarium videtur, quòd imò sit inducta de iure naturali per ebrietatẽ *a*: quia non esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset: vt scribit beatus Ambrosius in sermone de ieiunio:& habetur xxxv.distin.sexto die.& nota.gl. in d.c.ius gentium.& glo.'in c.ita quorundam. versi.seruus.& ibi per canonistas, extrà, de Iudęis.Nam Noe primo vineã plantauit:bibensq; primo vinũ, inebriatus est:& cum Cham vidisset pudibũda patris sui Noe denudata,nõ cooperuit: imò vocatis fratribus ea deridẽdo patrem ipsis ostendit:qui statim patris pudibunda cooperuerunt'. Et cum Noe hoc postea intellexisset,non Cham, sed Chanaam eius filio maledixit,dicens, Maledictus Chanaam puer, seruus erit fratribus suis. & hoc habetur Genes.ix. Et est tex.cum glo.j q.4.§.is ita.vers.item Cham. & xiij.q.3.§ sed qui.ver.item Noe.& ibi glo.& ij.q.j.qualis.& ibi Archid.in c.sententiã.& v.q. v.de crimine. in fi.& in d.cap. sexto die xxv.di.

a Ebrietat. Adde Ioann.Chrysost.home.liiij. incipient. Mala res est, &c.

2 *Et propterea dicitur seruitus inducta à iure naturali: quia incepit à Noe propter ebrietatem. & hoc voluit glo.in d.l.manumissiones.ff.de iusti.& iure.quæ dicit, ꝙ seruitus oritur ab ebrietate:& nihil allegat : sed eam intellige vt suprà dixi. Dixit etiam Philosophus 1. Politicorum, ꝙ aliquis potest esse seruus naturaliter : quod declara vt ibi habetur. & per dominum Ant.de Rosa.j distin.iusgentium. Quidam voluerunt, quòd seruitus sit inducta ex præscriptione septennii:vt not.gl.in d.c.iusgen. quod intellige, vt habetur per glo vj.dist.§.j. Alii verò dicunt, quòd seruitus est de iure ciuili: vt instit. de his qui sunt sui vel alie.ius.§.fi.& hoc nota.glo.insti.de iure personali.§.j. Item quòd est de iure canonico:vt in cap.cum multa.xv.q.vlt.in cap. ita quorundam.de Iudęis.& ibi hoc not.per gl. & Doct. Sed illa iura quę videntur contraria, possunt intelligi secundum glo.j.distin. iusgen. hoc modo,videlicet, quòd seruitus dicatur inuenta de iure naturali tempore Noe, per iura suprà allegata ad hoc:sed de iure gentium & ciuili fuit confirmata : & postea de iure canon.& sic seruitus inuentione seu origine est de iure naturali:confirmatione potest dici de iure gentium,ciuili, & canonico. Secundo modo possunt concordari: videlicet quòd seruitus sit inuentione de iure gentium & de iure naturali secundario, quod etiam ius gentium appellatur : vt in § singulorum.inst.de rerum diui.& in l j. ff.de acquir.re.do. sed confirmatione est de iure ciuili & canonico. & ita not.glo.inst.de iure personali §.j. Ad idem allego, quòd de matrimonio *b* dicitur.insti.de iure natural.in prin.in glo in ver.appellans. Tertio modo alii concordant.quia dum dicitur, seruitus est de iure naturali tempore Noe inducta, non intelligitur de seruitute, qua quis liber esse desinat:quia de iure naturali omnes homines liberi nascebantur: nec tunc seruitus erat cognita: vt dicit text.in d.l.manumissiones. Sed intelligitur de seruitute, qua quis subiicitur regimini alterius, sicut insipientes prudentibus, vel subditi dominis : isti tamen subditi liberi sunt.l.fi.C.de ser.fugi. & dicuntur serui,id est,seruientes: & illa fuit introducta de iure gentium:quia vtile est homini imperito vt regatur à perito : & secundum hoc habita ratione ad vtilitatem, potest dici,quòd fuerit introducta iure naturali : vt dicit dominus Dominicus de sancto Gemi.in d.c.iusgent. & de ista seruitute intellexit Philosophus 1.Politicorum:sed postea dicit,'quòd seruitus est inuenta de iure gentium,intelligitur de seruitute qua quis liber esse desinit:quæ quidem seruitus est approbata de iure ciuili & canon. vt dixi.

b Matrimon. Adde Alexã. de Imol. consi.57 in j.vol.in pen. col.in fi.& an si inter seruos possit eẽ matrimoniũ &,qũo.

3 *Quarto modo alii cõcordant, quòd sex modis est inducta seruitus Primo est vna seruitus,quę ortum habuit propter peccatum:& hæc dicitur inuenta de iure diuino: quia peccans seruus est peccati tam in pœna,quàm in culpa, vt est tex. ij.q.7.§.quia ergo. & ab ista seruitute liberati sumus per incarnationem domini nostri Iesu Christi, quoniam eramus serui propter peccatum primi parentis.ad Galat.4. & habetur.xij. q.2.cum redẽptor. Secũdo seruitus etiã habuit ortum propter ebrietatem, ut xxxv. dist.sexto die. Tertio est introducta propter bella, quando hostes capiuntur in bello iusto, ut d.l.manu
4 missione.& d.c. iusgentium. * Sed inter Christianos de cõsuetudine seruatur,vt capti in bello efficiantur serui capientium,vt not.Bart.in l. hostes.in fi.de capti.& verum dicit. Quarto est de iure ciuili,vt insti.de iure persona.§.pen. Et licet quidam addãt alium modum, videlicet ex voluntate hominis,quæ inducitur quando quis patitur se venundari ad pretiũ participandum. l.vt seruorum.de stat.ho.ista tamen dicitur esse de iure ciu.vt est tex.insti. de iure pers.§.serui. & est in effectu vna & eadem cum præcedenti. Quinto de iure canonico, quæ habuit ortum à delicto ecclesiastico, ex quo aliquando quis fit seruus de iure canonico,vt est tex.xv.q. vlt.ca. cum multæ.& c.ita quorũdam.extrà,de Iudęis. & secundum Ioan.de Fan.in d.cap.cum multæ. derogatum est illi c.contraria consuetudine. Sexto & vltimo propter mortem Christi, vt in c.si Iudæos.in fin.de Iud.magis seruitus est cõfirmata,& nos liberi facti sumus,vt ibi.Et sic ex prædictis patet,quòd diuersis respectibus potest dici, ꝙ seruitus in introducta iure diuino, naturali,gentium,ciuili, & canonico'. Hæc tãtùm de seruitute merè personali diximus, quoniam requirebatur ad declarationẽ diuisionis seruitutum,nunc videamus de seruitute reali,quę in hoc libro plenius tractabitur

De seruitute reali. Cap. II.

1 *Seruitus realis qua dicatur.*

2 *Prædij*

2 *Predũ nomen immobilia tantum complectitur.*
3 *Seruitutis realis diffinitio quænam sit.*
4 *Seruitus quædam qualitas est, non autem substantia.*
5 *Seruitutes reales uel prædiales quando sint, quomodo cognoscantur.*
6 *Actio personalis fundum non sequitur.*
7 *Concessionis uerba quando sonant in ius, quæ seruitus eliciatur.*
8 *Concessio quæ in ius sonat, quando est respectu incerti. sed certificandi per eum cui sit, qualis seruitus colligatur.*
9 *Colligere pomum ex arbore mea, uel ex cisterna meam aquam haurire, an seruitus personalis esse dicatur.*
10 *Iurisdictio & multa alia incorporalia, quæ personæ & non rei debentur, ad hæredem transeunt.*
11 *Intelligere an aliqua seruitus sit realis uel personalis, quæ vtilitas sequatur.*
12 *Actio confessoria datur contra quemlibet impedientem uel turbantem, ubi seruitus existat.*
13 *Seruitus realis actiuè & paßiuè ad hæredes transfertur.*

REALIS dicitur *a* illa, quæ debetur a re rei: sicut est seruitus urbana, & rustica, quia non debet ut personę, sed prædio, ut est text. ad literam in l. vnus ex sociis. de ser. rusti. prædio. Et propterea libellus & sententia debent ferri in prędio, non in persona, vt est tex. in l. qui aliena. §. fina. ibi, sententia prædio. datur. de neg. gest & l. ij. §. j. ibi, cui seruitutem dicitur haberi. ff. si ser. uendi. & not. gl. in l. fin. ff. de no. ope. nun. & not. Bart. in l. si prius. in vj. oppo. secundæ partis princ. eo. tit. & in l. fina. §. si autem. & ibi per Doct. C. de bonis quę lib. de quo dicendum est, vt dicam infra, vbi de li-
1 bello & seruitum sententia tractabimus. * Et est aduertendum, quòd ista seruitus, quam realem esse dicimus, non solùm realis est, vt dicitur, vt est text. in l. i. ff. de serui. sed etiam prędialis appellatur: vt probatur in rub. ff. de ser. vrb. prędio & communia prędiorum. cum sim. vt dixit Axo in summa. C. de serui. in princip. quòd melius dicuntur prædiales, quàm reales, quia rei appellatio est nimis larga, complectẽs & mobilia & corporalia. insti. de rebus corpo. & incorpo. & in l. j ff. si cer. petatur. & l. rei ap-
2 pellatione. de uerborum signi. * Prædii uerò nomen immobilia tantum complectitur, vt l. quod est fundus. §. prædium. ff. de verborum signi. Tu dic, bene iurisconsultum dixisse in le. j. ff. de ser. dum appellat seruitutes reales, ad differentiam personalium, vt ibi dicitur, tamen istæ reales etiam dicuntur prædiales, vt no. gl. in l. si quis vnas. aliàs binas. in ver. personæ. ff. de vsufru. quia sine prædio esse non possunt: vt est text. in l. j. ff. communia prædiorum. & insti. de ser. §. in rusticorum: versic. ideo autem. Hæc seruitus realis seu prædialis distinguitur, quia vna est vrbana: vt probatur eodem. titu. ff. de ser. urb. prædiorum & rusticorum. in toto ti. ff. communia prędio. cum simili. Diffinitur autem illa seruitus realis seu prædialis pluribus modis, licet Bar. in l. j. ff. de ser. dixerit, quòd eius diffinitionem non reperierit. Pri-
3 mo secundum Odof. sic diffiinitur: * Seruitus realis est quoddam onus a prædio debitum, uel a re rei legitime constitutum. Vel secundò est ius quoddam introductum, quo prædium prædio seruit, ut colligitur in l. uia. in princip. de serui. Tertio, secundum Bal. seruitus est accidentalis habitudo, & extrinseca qualitas prędij. l. quid aliud. de uerborum signifi. Ita dicit Bald. in aut. ei qui. C. de bon. aut. iudic. pos. in xiiij. col. & hanc sentit Azo in summa insti. de ser. vbi dicit, quòd seruitus potest dici habitus prædi. Sed certe ita potius est quædam descriptio, quàm diffinitio. Quartò, secundum Azo. in loco primo allegato post diffiniri ad similitudinem seruitutis personalis, qua homo fit seruus hominis: vt sicut illa dicitur constitutio iurisgentium, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur, ut dictum est supra in princi. ita & ista dicit cõstitutio, qua domus domui, vel rus ruri subiugatur. Quinto aliter diffinitur secundum Bar. & melius, in l. de serui. hoc modo: Seruitus est quoddam ius prædio inhærens, & ipsius vtilitatem respiciens, & alterius prædij ius siue libertatem diminuens. Quòd autem ista diffinitio iuri in omnibus conueniat, sic declaratur. nam dum dicit esse ius, probatur in l. prima, & l. hæc autem iura. ff. de seruit. vrban. prædio. & est casus institu. de rebus corpo. & incorpo. §. fina. & in l. j. in fin. de reb. dub. ff. Et dicitur ius ad differentiam facti: quia tunc non esset, si factum uersaretur realis siue personalis, vt l. apud Iul. §. si quis alicui. de leg. j. de quo dicendum est vt statim declarabitur. Ideo dicitur prædio inhærens, & non personæ vt leg. qui aliena. § fina. de nego. gest. & l. vnus ex sociis. ff. de ser. vrban. prædio. Et dicitur inhærens, quia significat esse quandam qualitatẽ prædij, non inhęrentẽ ipsi prædio principaliter siue accessoriè: vt l. serui. in princip. ibi, & si corporibus accidũt. de serui. & l. quid aliud. de
4 verborũ signi. * Seruitus etenim est quædã qualitas, nõ aũt substantia: vt d. l. quid aliud. & hoc vult Bart. in l. j. in fi. ff. de usufr. lega. de quo ẽt vide per Bald. in l. data opera. in viji. col. C. qui accu. non pos. Item dicitur prædio inhærens, vt per hoc significetur seruitutẽ inesse prædio dominanti actiuè: vt l. arbor. §. fi. com. diui. & prędio seruienti passiuè. & priuatiuè: vt in l. iij. de seru. Nã ius prædij seruientis non dicitur augeri, sed minui: ideo seruitus non est, quantum ad ipsum inesse, sed deesse: sicut si cui destrueretur oculus, non proprie diceretur inesse cæcitas, sed prius ei lucem deesse, & licet seruitutes nõ sint in bonis nostris, nec extra bona: vt l. j. ff. de usufr. lega. & l. rẽ in bonis nostris nec extra bona l. j. ff. de usufr. lega. & le. rem in bonis. de acquiren. rerũ domi. tamẽ dicitur inesse prædio non principaliter, sed accessoriè, sicut qualitas

a Real. dici. Adde Corneũ consil. 287. in 4. uolumine. in cip. Dominus. & consi. 146. in 4. uolu.

in esse subiecto: & hoc modo dicitur esse in bo-
nis nostri, id est, in prædio dominante, vt habe-
tur in d.l.j. & in d.l.rem in bonis. de quo uide
omnino per Bart. in l. Meuio. §. fundo. in fin. de
leg. ij. Item dicitur ipsius vtilitatem respiciens
quia nisi vtilitatem prædij dominantis conti-
neret, non posset constitui seruitus: vt est text.
in l. quoties. la prima. in princ. de serui. Item di
citur & alterius prædij ius seu libertatem di-
minuens: vt probatur in leg. stipulatio ista. §. si
quid forte. ff. de ver. oblig. Quandoque tamen
libertas seruitutũ appellatur ꝓpter similitudi-
nem quam habet in quibusdam cum seruitute,
vt no. glo. magna in l.j. de serui. vrba. prędiorũ.
Et econtra interdum seruitus appellatur liber-
tas, sicut est seruire Deo, vt no. ibi Pau. de Cas.
Et dicitur in diffinitione. Alterius prædij, quia
non posset esse prædium seruiens sine prædio
dominante. l.j. communia prædiorum. Itẽ ver-
bum, Alterius, intelligitur scilicet domini, vt l.
j. ff. quemad. ser. amit. l. ij. §. j. ff. si ser. uendi. &
intelligitur etiam, Alterius, in totum, vel quan
doque pro parte: vt habetur in l. pro parte. ff.
de serui. & per hoc apparet, quòd diffinitio ser-
uitutis realis seu prædialis est uera & perfecta,
quam etiam tenet & sequitur Flo. in d. le. j. de
5 serui. & communiter ibi sequuntur Doc. *Sed
dubium est pulchrum, & subtile, quomodo co-
gnoscatur quando sint seruitutes reales, seu
prædiales. In hoc diligenter animaduertendũ
est: quia multi non intelligunt. & est vtile hoc
scire propter multa, vt in fi. huius primæ quæ-
stionis dicetur. Et omissa longa disputatione,
quę fieri posset, distinguendo quatuor casus
principales breuiter sic dicas, Aut concessio si-
ue promissio fit alicuius iuris de uno prædio
ad aliud, & exprimitur iure seruitutis, aut non
exprimitur iure seruitutis, & verba concessio-
nis sonant in factum vel non factum: aut nõ so-
nant in ius, aut in potentia. Primo casu princi-
pali, nõ est dubiũ, ꝙ est seruitus realis & pręedia
lis, ꝑ prædicta, Secũdo casu principali, qñ cõces
sio fit nõ expressio iu. ser. & verba sonãt in sim
plex factũ, vel nõ factũ. & tũc subdistingue, aut
est simplex factum ex parte eius, cui fit conces
sio: aut ex parte concedentis. Si ex parte eius,
cui fit concessio, sonant in factum: puta conce-
do tibi ire, agere per fundum meum, vel areã,
vel saxum vellere. ista enim verba infinitiua so
nant actũ: & tunc nõ est concessio, aut seruitus
realis, seu prædialis, etiã si facta fuerit occasio-
ne prædij: sed est personalis concessio, & obliga
tio. l. apud Iuli. §. si quis alicui. & ibi hoc no. de
l. j. & ita no. Bar. in l. pater. ff. de l. & Pau. de Ca
str. in l. Lucius. de ser. rustic. prædio. qui dicit,
quòd hoc etiam probatur in l. ij. §. item si in fa
cto. de verborum obliga. vbi dicit, quòd est sti-
pulatio facti, non donationis: sed si continere
seruitutem, diceretur etiã donationis, quia ser
uitus datur, & in alium transfertur, sicut domi-
niũ ad quod etiã uide quod no. Bar. in l. j. §. si
quis ita. e. ti. Si verò verba sonantia in simplex
nõ factũ, differãtur in nõ factũ ex parte conce-
dẽtis. exẽplũ, Promitto tibi non tenere vel nõ
facere fenestrã in pariete meo. & idem, quia nõ
est seruitus realis vel prædialis: sed est quædã
obligatio personalis: & ideo si postea alieno fũ
dũ meum, emptor poterit tenere vel facere fe-
nestram in eodem muro. & Alb. Papiensis dicit
se ita obtinuisse in quæstio. facti: vt refert Spe-
cul. de contrahen. emp. §. j. in versi. pone. P. ca-
uit. qui subdit, quòd cũ talis concessio non sit
seruitus, sed obligatio personalis tantũ, emptor
non tenetur, sed tunc poteris agere cõtrą me.
pro hoc allego l. fin. § si. cũ ibi no. ff. de contra
6 hen. empt. * Et ratio est, quia actio personalis
nõ sequitur fundum. l. j. §. hæres. ad Trebel. A-
liud ergo est seruitus, aliud obligatio persona
lis seruitutis, quæ est rei annexa, sic affixa est,
quia ab ea non separatur, etiam si per plures
manus ambulaue rit, sicut lepra sequitur lepro
sum: vt no. glo. in l. frater a frater. de condi. in-
de. sed personalis actio *a* siue obligatio personã
non excedit. C. de ser. & aqua. l. in prouinciali.
& in §. si hæres. Quòd autem dicta cõcessio nõ
sit seruitus, sed personalis obligatio, apparet ex
forma obligationis, in qua nõ cõtinetur causa,
qua ego cauerim seu promiserim. & hoc tenet
Bar. & Docto. in l. fi. ff. de no. ope. nuncia. & in
l. iij. §. opus. ff. de alie. iud. mu. causa fac. & Flo.
in l. vt pomũ. ff. de ser. & habetur per Doct. in
l. si subuna. § fi. de verb. obl. Si autem causa ali-
qua exprimetur, puta ne aliquis usus domus
tuæ impediretur, tunc dicit Spec. in d. uersi. sed
pone. quòd huiusmodi concessio seruitutis esse
præsumeretur. & ita tenet Bar. in d. §. opus. etiã
Flor. in d. l. vt pomũ quod est bene no. Et ideo
sis cautus in cõcipiendo verba instrumenti, vt
semper tu, cui fit similis ꝓmissio, facias addere
causam cõcernẽtẽ vtilitatẽ fundi tui: videlicet
promisit nõ ædificare, vel nõ tenere fenestram
in domo sua, ne officiatur luminibus domus
meæ: quia tũc seruitur realis, & trãsibit domus
obligata ad quęcunq; possessorẽ, & si per mille
manus trãsiret, qđ nõ esset, si causa non expri-
7 meretur per prædicta. *Tertio casu principali,
qñ verba cõcessionis sonant in ius: & tũc subdi
stingue tres casus. Aliquando respectu incerti,
aliquãdo nõ habito respectu ad aliquẽ fundum
illius cui fit cõcessio. In primo casu, quãdo fit
concessio respectu certi fundi. Exẽplũ, Cõcedo
tibi ius eũdi per fundũ meũ ad talẽ tuũ, vel a-
quã ducẽdi ex fundo meo ad tuũ certũ hortũ:
& tũc dicitur seruitus realis & prædialis ab v-
traq; parte: vt l. pecoris. cũ l. seq. & seq. etiam l.
cũ fundo. de ser. rusti. prædio. & l. si fundum. de
ser. le. & c. cum venissent. extrà, de insti. nisi ex
qualitate personę, cui conceditur, & qualitate
rei cõcessæ aliud præsumatur, vt est casus in l.
pater. de ser. l. & ibi not. Barr. & Paul. de Cast.
in l. Lucius. ff. de ser. rust. præ. Et dum dixi esse
seruitutẽ realẽ & prædialem, quãdo fit conces-
sio respectu certi fundi per verba sonantia ius,
procedit sine dubio, quãdo fit actu vt non finia
tur cũ persona: puto relinquitur vel promitti-
tur alicui ius aquæ ducendę, qui habet vicinũ
prædium,

a Pers. act. Adde Cor. con. 110. incip. uidetur. in 1. uolu. & in 4. uol. cõ. 76. incip. licet.

l. Affricanus.

prædium, vt non finiat cum persona, & non ha-
bet dubium, quod est seruitus realis & prædia-
lis, & transit cum prædio, per ea quæ suprà di-
xi. Sed si relinquitur habenti prædium vicinum
vt finiatur cum persona, est dubium an sit serui
tus realis vel personalis & Ioan. & Azo. dicunt,
quòd est seruitus realis, quæ tamen per exce-
ptionem finitur cum persona perempta, vt no.
glo. in l. mella. §. fi. ff. de ali. & cib. leg. & in l. vt
pomum. de serui. & in l. si quis binas. de vsufru.
& no. Bar. in d. l. mella. §. fi. qui dicit, quod hæc
probatur in l. iij. ff. de seruitut. & illa est veritas
8 per illum textum. † In secundo casu, quando
concessio quæ sonat in ius, fit respectu incerti,
sed certificãdi per eum cui fit. Exemplum, Cõ-
cedo tibi ius hauriendi aquam, portandi ad fun
dum meum, vel vbicunque uis. & tunc dicitur
concessio personalis, & non seruitus realis vel
prædialis: vt est casus notat. in l. Lucius. quæ est
lex penultima. & ibi hoc nota. & tenet Paul. de
Cast. Idem tenet Bal. ibi, qui dicit se prius con-
trarium respondisse, antequam vidisset illũ tex.
& hoc etiam sequitur Ludo. de Ro. in suo sin-
gulari lxviij. quod incipit, concedo tibi ius hau
riendi. qui dicit, quòd ille text. est vnicus in iu-
re: ideo memoriam tuam nunquam exeat. In
tertio casu, quando verba concessionis sonant
in ius, & non fit habito respectu ad aliquem fun
dum eius, cui fit concessio: quia non habet fun-
dum vicinum. Exemplum, Concedo quòd pos-
sis cœnare, vel spatiari, aut venari in fundo
meo, aut quòd possis haurire aquam ex puteo
meo, vel ex cisterna, vel quòd possis colligere
poma ex arbore mea: & in hoc est dubium, an
illa sit seruitus realis, vel personalis: & an verò
sit obligatio personalis tãtùm, & non seruitus.
Et Rog. glossator in d. l. mella. §. fi. de cib. leg. &
in d. l. vt pomum. tenet quòd sit seruitus perso-
nalis. & hanc opi. tenet Pet. & Cyn. in rub. C. de
ser. Sed glo. Accu. tenet secundum Ioann. quòd
imo nõ sit seruitus, sed obligatio personalis. &
hanc opi. tenet Bart. in d. §. fi. in d. l. vt pomum.
& ista est comm. opi. vt per glo. in d. l. vt pomũ.
& est vera. Nam quòd non sit seruitus realis,
patet: quia non diminuit de iure prædii seruien
tis ad vtilitatem dominantis: quod fieri debet, si
esset realis, vt dixi supra, in diffinitione seruitu
tis realis, secundum Bar. Item quòd non sit ser
uitus personalis, probatur: quia ire & spatiari
per fundum alienum, in eo cœnare, vel similia
facere, nõ diminuit de fructibus rei alienæ, adeo
quòd alteri acquiratur, ad cuius commodũ ten-
dit seruitus vsusfr. vel vsus illius fundi, vt dictũ
est. & ita tenẽt Flo. & Pau. de Cast. in d. l. vt po-
9 mum. † Sed secundũ hoc videretur, quòd pos-
se colligere pomum ex arbore mea, vel haurire
aquam ex cisterna mea, sit seruitus personalis
vsus, scilicet illius arboris vel cisternæ: quia tẽ-
dit ad diminutionem fundi, seu cisternæ, vel ar-
boris meæ. De arbore non est dubium. Sed de
cisterna etiam idem est, quando hauriendo eua
cuaretur, sicut contingit in ciuitate Venetiarũ
tẽpore æstiuo, quo sæpissime propter frequen-
tiam haustus, cisternæ euacuantur & desiccan-
tur. Tu tamen dicas, quòd nec ista potest dici
seruitus vsusfr. uel usus, quoniam ad usumfru-
ctuarium pertinent, uel omnes fructus, uel quo
ta pars, sed in hoc casu ad istũ, cui facta est pro-
missio, non spectat, nisi certa quãtitas: ergo nõ
potest dici seruitus usufru. Itẽ nec etiã serui-
tus usus potest dici: quoniam ad usuarium per-
tinet posse sumere quantum expedit sibi & fa-
miliæ suę: vt l. plenum. in fi. de vsu. & habi. Sed
prædicta concessio, de qua in proposito, restrin
gitur ad certam quantitatẽ, non ad necessitatẽ:
& ideo tale ius non dicitur seruitus realis, vel
personalis, sed ius personale tm̃. & ita tenet gl.
quã sequunt ibi Doc. in d. l. vt pomum. Et pro-
pterea est dicendũ, quòd si dicta promissio vel
cõcessio hauriendi aquam ex cisterna mea, vel
colligendi poma ex arbore mea, esset facta non
ad certam quantitatem, sed pro necessitate tua
& familiæ, diceretur esse seruitus vsus persona-
lis. per d. l. plenum. §. j. & insti. eo. §. j. quod est
not. Quod autem dixi, talem concessionẽ hau-
riendi aquam, vel colligendi poma, factam non
ad necessitatem esse, ius personale intellige: id
est, debetur personæ in illa re, non autem debe-
tur alteri rei. Sed an sit adeo personale, vt non
transeat ad hæredem eius, cui fit concessio? Et
videtur quòd sic, per l. apud Iulia. §. si quis ali-
10 cui. de leg. j. † In contrarium videtur, quia iu-
risdictio, & multa alia incorporalia, quæ deben-
tur personæ, & non rei, transeunt ad hæredem.
de hoc dic, vt per Bar. plenè in l. pater. de serui.
leg. & per Ioan. de Pla. in l sordidior. C. de ex-
cusa. mune. lib. 11. & per Imo. in l. si sub vna. §.
j. de verb. obli. & per Cano. in c. cum venissent.
de institu. Quarto, & vltimo casu principali,
quando verba concessionis sonant in poten-
tiam: puta, promitto tibi, quòd possis, vel non
possim. Ita concludendum est, aut illa verba
sunt negatiuè prolata: vtputa, concedo tibi, vt
ego non possim ædificare in meo altius, ne lu-
minibus tuis officiam: & tunc erit seruitus rea-
ils, secundum quam aufertur mihi potentia al-
tius ædificandi. l. altius. C. de ser. Et hoc intelli-
ge secundum ea quæ dixi in secundo casu prin
cipali, vt affirmatiuè verba sunt prolata, & tunc
aut pronomen, quod significat substãtiam, seu
ius. puta, concedo tibi ius aquã ducendi de fun-
do meo: & idem cum distinctione tamen, quam
posui suprà in tertio casu principali, per verbũ
quod significat actũ, vt concedo tibi quòd pos-
sis ire agere per fundum meum: & tunc nõ erit
seruitus, sed concessio personalis. in l. ij. §. item
si in facto. de verb. oblig. & l. apud Iul. §. si quis
alicui. de leg. j. Idem si fiat per verbum faculta
tis, vt, concedo tibi facultatem eundi per fun-
dum meum. secundum Pau. de Cas. in l. Lucius.
in fi. de seru. rust. præd. qui ad hoc nihil allegat.
sed tu allega Bar. qui hoc dicit in terminis, in l.
pater. ante fi. de do. præl. Idem credo, si fiat per
verbum Licẽtiam, vel Potestatem. Exemplum,
Concedo tibi licentiam vel potestatem eundi
per fundum meum, & moueor potissima ratio-

ne. quia illa verba magis sonant in factũ quàm
in ius. Nam prædicta verba significant hic, volo
ꝙ possis, & valeas ire per fundum meum : & sic
potius significant factũ, quàm ius. & hoc etiam
vult Bar. in d.l. pater. qui dicit, quòd illa verba,
concedo tibi facultatẽ eundi, & quòd possis ire.
& sic verba magis referuntur ad factũ, quàm ad
ius. & ita est concessio personalis: quod tñ intel
lige secundũ ea quæ dixi suprà, in secundo ca-
su principali. Et prædicta perpetuo tene mẽti:
sunt.n. necessaria pro fundamento totius mate
riæ seruitutũ: ac ẽt quia per ea cautus esse pote
ris, qualiter verba seruitutum concipi debeant
in fauorẽ promittentis, vel eius cui fit promis-
sio, vel concessio. Itẽ prædicta sunt magni effe
ctus. s. intelligere, an sit seruitus realis vel per-
sonalis obligatio tantùm. nam ex hoc sequunt̃
11 multæ vtilitates. † Prima vtilitas est, quia ser-
uitus põt agi actione confessoria contra quem-
cunq; impedientẽ vel turbantem: vt in l.ij.§.fi.
& in l.si quis diuturno ff.si ser.uen. quæ dicitur
vendicatio seu actio realis: vt l. ergo in prin. ff.
de ser.rust.præ. & in l.vti frui.§.verũ.ff.si vsus-
fr.pe. & insti.de act.in §.æque. de qua actione vi
de plene per Flo. in l.j.& ij.ff.si seru. ven. sed si
non esset seruitus, sed obligatio personalis tan-
tùm, actio confessoria non cõpeteret, sed solum
12 actio personalis. † Secunda vtilitas, quia vbi
est seruitus, actio confessoria datur contra quẽ-
libet impedientem vel turbantẽ : vt suprà. quia
illa obligatio sequitur rẽ, sicut lepra leprosum.
Sed si esset actio personalis, non posset agi, nisi
contra concedentẽ, vel se obligantẽ: vt in l.fi.§.
vlt. de contrahen.emp. & ita tenet Bar. & Doct.
in d.l. vt pomũ. de quo dic vt suprà, in secundo
casu principali. Hoc tamẽ intellige secundum
Pau. de Cast. in d.l. vt pomum. quando ille, cui
est facta cõcessio personalis, nõ poterit aliquid
propria autoritate percipere, sed habebat cape
re de manu concedentis. d.l.fi. & l.§.fi. & l.Ca-
ius. de an.leg. secus si poterat propria autorita-
te percipere: puta pomũ ex fundo vicini, vel la
pidem euellere: quia tunc licet non sit seruitus
personalis, habet tãtùm similitudinẽ cum ea, &
ideo competit vtilis concessoria, sicut pro iure
conseruandi iurisdi. vel pro iure eligendi præla
tum, vt not. Innoc. in c. abbate. de verb.sig. & in
c. bonæ. de postu.præla. & etiã competit officiũ
iudicis pro recuperanda quasi possessione iu-
risdi. l. Aquilianus. in fi. de don. vbi est tex. not.
& etiã competit vtile interdictum, vti pos. vel
vnde vi. vt l. quoties. ij. in fi. ff. de ser. & l. sicuti.
13 §. Arist. ff. si ser. ven. † Tertia est vtilitas, quia
si est seruitus realis, transit illa ad hæredes acti-
uè & passiuè, id est, ad hæredem concedentis &
concessionarii, vt l. pecoris. ff de ser.ru.præd &
hoc ibi not. glos. & sequitur fundum dominan-
tem & seruientem, & sic transit etiam ad singu-
larem successorem, vt est tex. in l.si aquæductus
ff. de contrahen.emp. Et est ratio, quia ius prę-
dii est, vt l.si mihi.§.fi.ff. de ser.rust. prę. & trã-
sit fundus, cum sua causa, ut l.j.§.si fundus. eo.
tit. & ideo nec capitis diminutione perit, vt l.3.

a Obligatio. Adde Alex. cõs. ij. in. iiij. colũ. versi. iij. in iiij. volu. & Corneũ consi. xliiij. in ij. volu.

ff. quemad. ser. amit. & quod dixi seruitutẽ tran
sire ad omnes successores, intellige verum, quã
do seruitus est realiter constituta, quia tunc ta-
lis promissio non afficeret singularem successo
rem vt l.iij.§. opus. ff. de alie.iud.mu.causa fa-
cta. & l.fi.§ fi. ff. de contrahen.empt. secundum
Mar. Syl. Cy. & Bal. qui ita notãt in l. & in pro
uinciali. C. de ser. Item secus est in quibusdam
aliis casibus, qui nominantur per glo. in d.l. pe-
coris. Sed si esset seruitus personalis sicut vsus-
fruc. non transiret ad hęredem eius, cui esset fa-
cta concessio, vt l. corruptionem. C. de vsufr. &
periret capitis diminutio: vt insti. de vsufr.§. fi-
nitur. licet non pereat per mortem concedẽtis
vel alterius : vt est casus no. in l.ij. C. de bo.ma.
idem si esset obligatio a tantum personalis, nõ
seruitus, quia non transiret ad hęredem, vt est
casus, & ibi plenè ponit̃, in l.apud Iul §.si quis
alicui. de le.j. & l. mella.§.fin. de alim.lega. nec
ad singularẽ successorẽ, vt l. Caius. de an.leg. &
in l.fi. ff de contrahen.emp. quod not. Hic quæ-
ri posset de quibusdam obligationibus, an sint
seruitutes reales seu prędiales, an vero obliga-
tiones tantum personales, sed quia melius con-
ueniet post materiam seruitutis mixtę, de qua
statim dicemus, ideo ibi tractare constitui, &c.

De seruitutibus mixtis. Cap. III.

1 *Seruitutes mixtæ quæ dicantur.*
2 *Seruitutes mixtæ species quot sint.*

1 POSTQVAM †visum est de seruitutibus
realibus, & personalibus, consequens est, vt
nũc de mixtis tractemus, sicut est seruitus usus-
fructus, vsus, & similes, quæ ideo mixtę dicunt̃,
quia non sunt mere personales, quę debentur
à persona personę, sicut sunt illę, de quibus pri
mo loco diximus, nec merè reales, sicut sunt il-
lę quę debentur à re rei, de quibus proxime di
ctum est, si de vtrisq; participant ex eo quòd de
bentur à re personę, ipsę etiã personales appel-
lantur, ut l.j. ff. de seru. quia cũ persona semper
finitur, in l. non solũ. ij.§. tale. de lib.leg. & no.
gl. in rub. ff. de ser. & l.si quis binas. ff. de vsufr.
& inst. de ser. in princ. & tanquã reales etiã ipsæ
dicuntur, & tanquã iura realia vendicantur, vt
l. vti frui. in prin. ff. si vsusf.pe. vt no. Cy. in rub.
2 C. de vsuf. † Sed proprie mixtę dicũtur, vt ha-
betur in dictis iuribus. Species autẽ huius ser-
uitutis sunt tres, vsusf. vsus, & habitatio. & secũ
dum aliquos est etiam ministerium, siue opera
seruorum. De singulis modo dicamus.

De prima seruitute mixta, uidelicet de seruitute usufr. Cap. IIII.

1 *Vsusfructus formalis & causalis qui dicantur.*
2 *Vsusfructus quid & quotuplex sit.*

3 Dominium

3 *Dominium quotuplex esse dicatur.*
4 *Fundus ad vsumfructum, vel ad vsufructuãdum, si alicui relinquatur: an tunc vsusfructus, vel proprietas relicta videatur.*
5 *Domus vel fundus in gaudimentum si alicui legetur, an ipsa proprietas relicta videatur.*
6 *Maritus si reliquerit vxorem dominam & vsufructuariam, sicut communiter fieri solet, an proprietas vel vsusfructus, vel alimenta relicta videantur.*
7 *Legatum vsusfructus à legato redditus nunquid differat.*
8 *Legatum fructuum annuorum talis fundi, vel legatum fructuum eiusdem fundi, in quo differant.*
9 *Legato, vel concessione vsusfructus quid veniat.*
10 *Vsumfruct. formalem alicuius fundi si quispiam emerit, & postea sterilitas contingat, an mercedis remissionem petere possit.*
11 *Vsusfructus vel vsus legatus quanto tempore duret.*

1 CIRCA quam in primis † sciendum est,
ꝙ duplex est vsusf. vnus est causalis, alius
formalis. Causalis dicitur, quia ex persona causatur,
quando habet mixtam causam dominij,
secundum Flor. in rub. ff. de usuf. Vel dic, quòd
causalis dicitur, quia est cõiunctus cum sua causa.
id est, proprietate: ut l. si unus §. antepen. ff.
de pact. & l. rectè dicimus. & ibi no. ff. de verb.
sig. & iste vsusfru. non est seruitus, nec pro eo
competit confessoria, sed negatoria: quia dominus
negat alterius esse fruendi. & de isto hic
non est tractandum: quia non est materia nostra.
Alius est vsusfr. formalis, de quo loquuntur
iura nostra de seruitutibus, qui dicitur formalis:
ideo quia habet distinctam formã a proprietate:
ut no. in d. l. rectè dicimus. de uerb. signi.
& ille usufr. appellatur seruitus, quę ita dif
2 finitur. † Vsusfr. est ius utendi & fruendi, salua
rerum substãtia. & est ius incorporale, quo
sublato, ipsum tolli necesse est, ut tex. in l. 1. &
2. ff. de usufr. & insti. eo. in prin. & dic ut ibi &
adde dum dicitur, ibi, & fruendi, etiam propria
autoritate, quia fructuarius potest fructus capere
propria autoritate l. fundi Trebatiani. &
ibi not. ff. de vsufruct. lega. quod non est in emptore
fructuum etiam pendentium. l. qui pendentem
vindemiam. ff. de contrahen. empt. Et
ratio est secundum Flo. in d. l. in prin. quia vendens
fructus, videtur vendere corpora: qui autẽ
vendit vsumfructum, videtur ius vendere: vt l.
vaccæ. ff. de euiction. censetur enim vsusfruct.
pars integralis rei, & pars dominii: vt l. ij. ff. de
vsufruct. & l. rectè dicimus. de verbor. signific.
& ideo sicut proprietas dominium est, ita etiã
est dominium vsusfruct. vt est gloss. notat. in l.
proprietatis dominium. C. de probat. quæ semper
allegatur, quòd vsusfruct. potest dici dominus
respectu vsusfructus. & sentit hoc gloss. in
rubric. de fur. dum dicit, sequitur de dominio
incorporalium. & ibi hoc tenuit Guiliel. de Cu.
& hic est text. in l. venditione. in princip. ff. de
bo. auto. iudic. poss. Et propterea vsufructuario
datur realis actio, & confessoria, & negatoria,
quæ domino dantur: vt l. vti frui. ff. si vsusfruct.
pe. de quo vide plenè per Bartol. in l. qui vsum-
3 fruct. de verbo. obliga. & ibi per Doct. † Vnde
etiam dicit Bartol. in dicta l. proprietas. quòd
dominium est multiplex. Primo quoddam directum
est: istud appellatur etiam proprietas,
vt ibi. Secundo est quoddam vtile, & illud non
dicitur proprietas: interdum est sub proprietate
substantialiter, vt dominium emphyteotę,
& vasalli: vt l. j §. qui in perpetuum. ff. si ager
vecti. vel emphy. pe. etiam not. in l. si vt certo.
§ si duobus vehiculum. ff. commo. & per gloss.
fin. in cap. cum Bertoldus. de re iudic. Interdum
vtile dominium contrariatur, directo, vt dominium
præscribentis: vt habetur in authen. nisi
tricennalis. C. de bo. mater. & de alio multiplici
dominio Bart. in l. curatoris. C. de nego. gest.
Tertio quoddam est dominium adhuc magis
discessiuum vt dominium vsusfructus, & vsus,
& dominium cuiuslibet seruitutis. Item habentes
præeminentiam in subditos, appellantur domini
ª: & hoc vocabulum in libello prolatum
debet intelligi secundum qualitatem personæ:
vt l. sed & si possessori. §. j. de iureiuran. secundum
Bald. in dicta l. proprietas. in princip. Hinc
est quod dicitur dominium vtile: sed habet se
ad directum adinstar cuiusdam seruitutis: quia
per ipsum incommodatur proprietati: vt l. si
tibi hom. § fin. & hoc ibi not. de lega. j. & alibi
etiam dicitur, quòd dominium vtile se habet
ad similitudinem vsusfruc. vt l. j. §. quòd autem.
ff. de superficie. & l. j. in prin. ibi, in quos ius fructusq;
transferetur. ff. ad Treb. quia sicut vsufructuarius
totam commoditatem habet, vt nota.
Cyn. C. de vsufruct. in rubrica. ita & habens
vtile dominium: & sic extincto vsufru. proprietas
impinguatur: ita extincto vtili dominio,
etiam impinguatur: quoniam vtilitas reuertitur
ad ipsum. & ex hoc sequitur vnum notabile,
quòd statutum loquens de vsufructuario, extenderetur
ad habentem iura vtilia, si materia,
de qua loquitur, hoc pateretur: & sic comprehenderet
emphyteotas, & vasallos, & filios, secundum
Paul. de Castr. in l. j. in princ. ff. ad Trebel.
quod not. Quandoque tamen sub nomine
vsusfruct. continetur proprietas: vt l. j. in fin. &
ibi per glos. & Doctor. ff. de vsufruct. ea. rerùm
quæ vsu consu. & lege sciens. de auro & argen.
lega. & nota. in l. Titia cum testamento. §. fin.
de legat. ij. Aliquando tamen minus valet proprietas,
quàm vsusfruct. & econtra: vt nota. glo.
in l. omnium bonorum. de vsufruct. † Sed est
4 dubium, quid si relinquitur alicui fundus ad
vsumfructum, vel ad vsufructuandum: an tunc
videatur relictus vsusfruct. uel proprietas? Dic
proprietas: quia aliud est dicere, relinquo usumfructum,
& dicere, relinquo ad usufructuandũ:
sicut aliud est dicere, relinquo alimenta ex prędiis,
& dicere, relinquo prædia: vt l. libertis. in
prin. & ibi per Bart. & alios. ff. de alimen. & cib.
lega. Sed nunquid transeat ad hæredes? dic plene ibi

ª Domini. Quomodo accipiatur verbum Dominus, vide Alex. in ij. uol. in consil. 129. in vlt. co. per totũ. & in iiij. uolu. cõsi. 5. in ij. col. & Corneũ cõsi. cxxix. incipien. visis. in. iij. uol.

ne ibi per Bart. & de ista quęstione uide in l.
Titia cum testamento.§. Titia.de leg.ij. & per
Dyn.Barto.& Doct in l.donationes in concu-
binam.§.species.ff.de dona. & per gl. & Doct.
In l.cũ is §.cui.ff. de transac. & per Floren. in
l.Proculus.ff.de usufr. & per Ange. in l.si quis
5 ita legauerit.eo.tit.† Qui autem,si legatur do
mus vel fundus in gaudimentũ,an videatur es
se relicta proprietas, an vero usus fructus tan-
tùm? Et multi consuluerunt, quòd videatur es-
se relicta proprietas,per d.l.Proculus.Sed dicit
Flo.quòd hoc videtur contra propriam naturã
uerborum: & propter id noluit se subscribere:
sed dicebat attendendum esse, qui erant hęre-
des,ut si essent extranei,penitus hęc opi.quòd
intelligatur relicta proprietas, posset saluari :
secus si filij essent instituti, & sic a patre prędi
lecti,quę opi.ęqua est. Et de ista quæstione ui-
de per Dy.in consilio suo, quod incipit, quidã
in testamento. ubi dicit, quòd legatarius ha-
bet quasi usumf.& uide Bal.in l.si habitatio.de
usu & habi.& in apostillis: qui tenet tale reli-
ctum transferri ad hæredes legatarij,per no.in
d.l.liberis.quia modus fauore legatarij non re
stringit legatum.de quo etiam uide ff. de iudi.
l.donationes §.species. † Itẽ quid si maritus
relinquit uxorem dominam,& usufructuariam
a sicut *a* communiter fieri solet: an uideatur re
licta proprietas,uel ususfr.uel alimenta? Dic so
la alimenta filijs institutis : secus si extranei:ut
est gl. ordi.in aut.quod locum.C.si secun.nup.
mu.ubi per omnes,& plene per Bart. in l.Titia
cum testamento § fi.de leg.2.& Bald. in l.filia.
C.de indi.uid. quod intellige superstitibus fi-
lijs institutis : secus si filij morientur uiua ma-
tre.quia tunc efficeretur proprietarius: ut not.
singulariter Bar.per illum tex.in l. sicut in an-
7 nos qui.mo.ususf.amit.† Nunquid autem dif-
ferat legatũ ususfr.a legato redditus,& in quo
libet? Dic quòd sic:ut est tex.in l. fundi Treba
tiani.& ibi no.de usufru.leg. & habetur in l. si
quis ita legauerit ff.de usuf. Differentia etiam
est inter usumf. & facultatem fructuum perci-
piendorũ:quam uide per Old. in suo cõsi. 200.
Aliud est enim ususf.qui est ius,ut dixi in eius
diffinitione.& aliud est perceptio fructuũ,quę
est quid facti,non iuris:& ideo ususf. non recte
fructus appellatur:ut no.Ang.in l. iubemus.ff.
de usufr.Aliquando tamen capitur ususfr. pro
facultate fructuum percipiendorum not. Ang.
8 in l.Pomp.ff.qui.mo.ususfr. amit. † Sed, an sit
differentia,si quis legauerit fructus annuos ta
lis fundi,uel ususfr.eiusdem fundi,uide tex.&
ibi glo.ordi.& Doct.in l si quis ita legauerit.
9 de usufru.ff.† Dubium etiam esse potest, quid
ueniat in legato,uel concessione ususfruc.Dic
quòd uenit patientia promittentis, uel eius hę
redis, quia clare intelligitur quis ususfruct.
quando patitur quem uti frui lege tertia §.cla
re ff de usufruct. Item legato usufruct. ueni-
unt boues aratorij, quos hæres non potest re-
mouere de fundo : ut probatur in lege item si
fundus §.seminarios ff. de usufruct. & ibi hoc
not. Ange.& Flor.Item legato usufruct.fundi,
videtur legatus ususfruct. frumenti ad semi-
nandum deputati:ut est tex.in dicto §.semina-
rios.& ibi hoc etiam not.Angel. Item usufru-
ctuarius debet habere omnes fructus, etiam si
ususfructus non durasset per unam diem:quod
secus est in uiro & uxore,ut not.Barto. in l.di
uortio.solut.matrimo.ad quod uide not. in l.
defuncta ff. de usufruct. Item usufructuarius
potest facere pingere, uel sculpere arma sua,
in quo habet usumfruct.vt l.si cuius. alias, le-
ge æquissimum §.sed & si ædium. uersicu.sigil
la ff.de usufruct.& ibi hoc not. Angel. & Flor.
Et est ratio,quia per hoc non efficeretur dete-
rior conditio rei,nec mutatur eius substantia :
alias secus esset,ut C.de religio.l.monumento
rum.& lege prima C.ne quis uela regia.& l.re
peti.§.rei mutatione ff. quib. mod. ususfruct.
ami.Item adde, quòd uendita gabella fructu-
um,non uidetur uenditus ususfruct.hominum
qui nascentur,pro quibus aliquid soluitur : ut
lege uetus est quęstio.de usufruct.& ibi hoc te
10 net Ange.† Et est quæstio pulchra,an ille qui
emit usumfructum formalem alicuius fundi,si
postea contingat sterilitas,possit petere remis-
sionem mercedis.Et uidetur quòd sic,per lege
licet C. locati. & capitu. propter sterilitatem.
extra de locat. Et pro hoc, quia emptori fru-
ctuum futurorum fit talis remissio:ut not.Bal.
in dicta.l licet in quinta quęstio.Dicas contra
rium, scilicet quòd non debeat fieri remissio
aliqua.quia ius utendi est pro concessione iu-
ris, non autem pro fruitione facti obligauit
concedens usumfruct. pro hoc lege secunda.
lege dare ff. de usufruct. Et ideo refert utrum
concernat perceptionis effectum, & tunc fiat
remissio : aut primum remissionis actum, &
tunc non fiat remissio, quia non est impedi-
mentum,secundum Bald. qui ita not. in dicta
lege licet.in quinta quęstio. in uersiculo, sed
11 quid de eo qui emit. C.locati. † Quanto au-
tem tempore duret ususfruct. uel usus lega-
tus? Respondeo,dic quòd centum annos:quia
ista est uita longaui hominis. ita dicit glossa
decimasexta, quæstione centesima possessio-
nes.& mouetur per text.in lege an ususfruct.
ff. de usufruct. probatur in lege si ususfruct.
municipibus ff.de usufruct.lega.Idem dicas in
legato usufruct.relicto ciuitati uel castello; ut
duret centos annos, vt est casus in dictis iuri-
bus. Vltimo adde,quòd sicut ususfruct. consti-
tutus finitur morte usufructuarij,ut §.finitur.
institu.de usufruct. ita etiam finitur species
ususfruct.constituendi, ut probatur lege Sem-
pronius Attalus. de usufruct. leg. & lege qui
usumfruct. in verb. hoc ita se.ff. de usufruct.
quos text. allegat ad hoc Ludoui. pro notabi-
libus in 462.singulari,quod incipit, ususfruct.
consti. Cætera circa istam materiam uide per
Azo.in sum.C.de usufruct.& in toto illo titu.
ff.eo.& in cap.fin.& ibi per glo.cano.extra de
pignori.quia non intendo ipsam hic latius de-
clarare,&c.quia longissima est.

a Vsufruct: Adde Alexand. consi.66.per totum in 3. volu. Et vtrum, & quando si testator relinquens vxorem vsufructuariam, instituit hæredem vtilẽ post mortem vxoris, & vnum alium in re certa, an valeat legatum ususfructus, vide consil. 58.in 1.& 2.columm. in 5.volumi.

De secunda specie seruitutis mixtæ, de seruitute usus. Cap. V.

1 *Vsus diffinitio quænam proprie sit.*
2 *Vsus quotuplex existat.*
3 *Vsus quot modis capiatur.*
4 *Vsus inquantum seruitus est, quid in se contineat.*
5 *Vsus domus vel ædium in specie quid comprehendat.*
6 *Vsus ædium, habitationis, fundi, seruitutis, pecoris, boum, armenti, & equi, quid sint remissiue.*

AD secundam itaque seruitutem, mixtāq;
1 est usus accedamus: & ita diffinitur: † Vsus
est alienis rebus utendi salua rerum substantia.
ut probatur in l.j.cum gloss.in uerb. utendi.ff.
de usufruc.nam non dixit fruendi, ad differen-
tiam ususfruct. & ibi not. Diffinit autem aliter
usum Archi.in c.quamuis.de offic.deleg.lib 6.
ubi dicit secundum Augustinum, quòd uti, est
id quod in usum uenerit, referre ad id quod
fruendum est. Secundum eum, uti, est quę sunt
ad finem ordinata in finem referre: & illicitus
usus abusus uel abusio potius denominandus
est. Ista diffintio ponitur etiam in li.j.sententia
rum in princ. in ij.ca. Sed non cōuenit proprie
usui, qui seruitus dicitur: ideo primam teneas,
& eam declara, ut per glo.& Doct. in l.j.ff.de
2 usufr.& per Cy.C.eo. in rubrica. † Et scias, ꝙ
usus est duplex, sicut etiam est ususfr. unus sci
licet facti, & alius iuris: ut no. Bal.& Angel. in
l.si unus.ff.de condi.inst. Ex quo ibi inferunt,
ad quæstionem ingredientis in monasterium,
& reseruantis sibi usumfr. uidelicet quòd talis
ingressus non utatur, quia cum ususfru.sit du-
plex, iuris & facti, intelligitur ingrediens sen-
sisse usumfr.facti, qui retinetur conniuentibus
oculis abbatis.& allegauit extrauagantē Ioan.
22 quæ incipit, ad conditorem.de qua quæstio-
ne uide per glo.in l.per seruum.ff de usu & ha
bit.& aut.ingressi C. de sacrosan.eccle. Item
scias, quòd uerbum, uti, spectat ad usuarium:
uerbum, frui, ad usufructuarium, capiendo frui,
pro eo quod est iuris: ut est text.in l.2. in prin.
ff.de usu & habita.non autem pro eo, quod est
perceptio fructuum: ut dixi s.de usufruct. quia
ususfr. differt a fructu.l. uaccæ. de euictio. sed
ius fruendi utendi spectat ad usumfr.ut est tex.
in l.uti frui.in prin.ff.si ususf.peta. patet ex dif
finitione etiā ususfr.quā supra retuli, quod fal
lit simpliciter, quādo concederetur uni res ple-
no iure, cū clausula ad utendū & fruēdum. Nā
tunc clausula non continet cōcessionē: ut l.do
nationes in concubinam.§.species.ff. de dona-
tio.nisi adijciatur, ad utendum & retinendū in
uita sua: ut l. cum hi. §. uni.de transactio. ita
notat Bal. in l.j. in 2. col. uersi. not. quòd fru-
ctus quando.C.de fruct. & lit.expen. quod not.
bene. Item aduerte, quandoq; quis habet ius
utendi fruendi: & alter habet facultatem perci-
piendorum fructuum.l.si ususfru.ff.de iure do-
tium.& l.si ususfru.sol.matr.& not. Ioan.And.
in add.Spec.in rubrica de præben.ad finē. Et ad
uerte quia principalis differentia inter usumfr.
& usum, est quòd seruitus ususfru. est plenissi-
ma. Nā ad usufructuariū omnes fructus pertinēt: usufructuarius &
ut l.ususfruc.legato.ff.de usufru. Sed ad usua- usuarius
rium illi tantum pertinent regulariter, qui sunt
necessarij: ut insti. de usu & habita. in pri. & l.
planum.§.j.ff. eo.tit.&c. Ista tamen uerba, uti
frui, per se sumpta, uel simul, aliter capiuntur
apud theologos: ut per August. lib.j.de doctri-
na Christiana. & libr. 10. de trinitate. & habe-
tur etiam lib.j.sententiarum.c.2.lib.23.de quo
3 ut ibi. † Capitur autem usus multis modis. Pri
mo pro iure seruitutis, sicut dictum est.& ita lo
quitur totus titulus.ff.de usu & habita. & insti.
eo.cum simil. Secundo capitur quandoque pro
usufru.ut est text.cū gl. in auten.de hæred.quæ
ab intesta. & si uero cum ascendentibus. & in
aut.de non eligen.secundo nuben. §.j.& §.pro
speximus. Tetio capitur pro commoditate utē
di, cum tamen uere non sit usus: ut l. si quis bi-
nas.ff.de usufr.& l.si alij.ff.eo.tit. Quarto capi-
tur pro eo quod quis pro suo usu habet, uel sui
usus causa paratum est.& uidetur in l.censoria.
ff. de uerborum significa.& l.cum in testamen-
to.de auro & argent. legato. & per Angel.in l.
ex facto.la secunda.ff.de hęredi.insti.ubi dicit,
ea quæ ad usum nostrum referimus, semper in-
telliguntur esse illico ubi sumus, nisi aliter ap-
pareat.allegat nota.in l.sed si non inducta.C.in
quibus causis pig taci.contrahi. Quinto & ul-
timo capitur pro eo, quod dicitur usus commu
nis, sicut est consuetudo: ut l.2.C quæ sit longa
consuetu.& in c.j.in titu.de feu.cogni. Et pro-
pterea dicitur communis usus loquendi & in-
telligendi. de quibus uide plene per Bartolum
in l. Labeo. ff. de supel. lega. & habetur in l.li-
brorum. §. quod tamen Cassius. de legat. 3.
4 † Sed sciendum est, quòd contineat in se usus,
inquantum est seruitus. Dic in genere: ut col-
ligitur de diffinitione quam suprà tradidi.& ha
betur instit.de usu & habita.per totum.& ff.eo
dem, per totum.& d.l.plenum. §.j.& l.per ser-
uum.§.usque ad finem l.diuus.§.j. eodem titu-
5 lo. † Sed in specie, quid contineat in se usu
domus uel ædium? Dic ut l.j.& 2. ff.de usu. &
habita.& insti. eodem tit.§. item is qui ædium.
& in l.diuus.§ j.ubi est casus not.in l.si domus.
& in l.si filiusfa eo.tit.& in d.l.2.est glo.no.quod
no. quòd non potest inducere ganeas seu mere- Meretrices no' reti-
trices usufructuarius, uel usuarius, nec etiam nentur
scholaris socius in domo conducta: sicut nec ui
cinus potest inuita uicinia meretricē in domo:
ut no.Guil.de Cu.Bal.& Doc.in l.2.de sum.tri.
Itē nec socius pōt tenere concubinam: ut not.
Bal.in l.si conuenerit.pro socio.nec inimicū so
cij: argument.l.si pendente.§.j.ibi, quod contu
meliose

meliose ad vsumfru. nec aliquam personam, per quam possit inferri contumelia socio vel domino proprietatis, per illum text. quem bene not.
6 † Quid autē contineat vsus ædium seu domus, vide in l. arboribus. alias l. æquissimum. §. sed si ædium. cum sequen. vsque ad finem de vsufruc. Item quid contineat vsus habitationis vel habitatio, vide l. cum antiquas. & l. habitatio. C. de vsufr. & insti. de vsu & habita. §. sed si cui habitatio. & l. si habita ff. eodem titu. de quo dic, vt plenius dicam in sequenti seruitutis specie mixtæ. Item quid de usu fundi, vide in d. l. si habitatio. §. si vsus. & l. fundi. ff. de vsu & habit. & in sti. eo. in princip. Item quid de vsu serui. vide institu. eod. §. is ad quod. in l. per seruū. in princip. & l. seruus. & l. si legatus. §. seruo. ff. eo. Itē quid de vsu pecoris, vide in l. plenum. §. sed si pecoris. Item quid de vsu boum & armenti & equi, vide in d. l. plenum. §. sed si boū. & §. equitij. Item quid de vsu aquæ, vide in l. diuus Adrian. Item quid de ministerij vsu & operarum serui, vide in dicta l. plenum. §. si vsus. & §. operas. cum l. seq. ff. e. De istis duobus dicetur in sequentibus. Hæc de seruitute vsus, quæ est secunda species seruitutis mixtę, dixisse sufficiant.

De tertia specie seruitutis mixtæ, uidelicet de seruitute habitatoris. Cap. 6.

1 *Habitatio ab vsu in quo differat.*
2 *Legauerit & promiserit si quispiam alicui habitationem, an proprietatem relinquere videatur.*
3 *Domus ad habitandum, vel pro sua habitatione si alicui legetur, vel etiam alimenta, quid iuris.*
4 *Domus commoditas multis modis legari, vel concedi potest.*
5 *Testator si vxori domus habitationem reliquerit, de qua non liquet, cum plures domos habeat, de qua sensisse videat.*
6 *Testator si domus suæ habitationem vel vsumfructum vxori reliquerit, deinde eodem testamento eandem domum alteri legauerit, an ex hoc legato vsusfru. vel habitatio eidem vxori adēpta videatur.*
7 *Testator si dixerat, relinquo vxori mee habitationem in domo cum filijs suis, nunquid talis ex tacita defuncti voluntate etiam alimenta habere debeat.*

a Habitatio. Adde Alexand. in j. vol. cons. j. in j. col. & in 2. vol. consi. 12. p totum. Et Cor. cōs. 154. ī 4. vo.

DICEMVS nunc de alia specie seruitutis mixtæ, quæ est species tertia, & vocatur habitatio. Ista habitatio a est ius proprium & speciale, diuersum ab vsufruct. & vsu. vt est text. in l. cum antiquitas. C. de usufru. & insti. de vsu & habita. §. sed si cum habitatio. & est seruitus vsusfruct. & vsus; vt probatur institu. de vsu & habita. in rubrica. & in §. penul. & ibi hæc de seruitutibus. & in rubrica C. de vsufruct. Nec dicitur seruitus personalis: secundum Azo. in summa. C. de vsufruct. versi. nunc de habitatione videndum est: secundum Cy. in rubrica. C. eod. titu. probatur in l. j. ff. de serui. & no. gloss. in l. si quis binas. ff. de vsufruct. Sed proprie dicitur mixta, vt dixi, quæ debetur a re personæ: vt not. gloss. in rubrica. ff. de serui. & sentit glo. ij. institu. eodem. & constituitur hæc habitatio, vt vsus, & vsusfruct. & vsus in domo, secundum Azo. in summa, C. de usufruct. non tamen est vsusfruct. nec vsus, sed est quoddam ius propriū, & speciale, & diuersam habens naturam: vt dicit text. in d. l. antiquitas. licet in quibusdam cōueniant.
1 † Nam differt habitatio ab vsufruct. in hoc, quia vsusfruct. capitis diminutione perit, non vtendo: vt l. corruptionem. C. de vsufruct. insti. eo. §. fin. Habitatio autem nunquam nisi per solam mortem: vt l. si habitatio. in princip. ff. de vsu & habitat. & l. habitatio. C. de vsufru. Et est ratio: quia habitatio non perditur capitis diminutione: quia est species alimentorum: & in alimentis potius attēditur factum, quàm personæ conditio: vt l. legatum. ff. de capi. diminu. Item quia non perit non utendo. dic, ratio est propter fauorem alimentorum, ex quo est pars alimenti, vt dixi. Item est alia ratio, quia vsusfructus recipit dominationem ab actu & ab vsu: & ideo per non usū tollitur, sed habitatio prout est ius, est seruitus, & non recipit dominationē ab actu, sed ab habitu & potentia habitandi. Item habitatio recipit magis denominationem a persona secundum Guil. de Cu. & Bald. in dicta l. cum antiquitas. sed in hoc concordat vsusfructus, & habitatio, quia sicut vsufructuarius potest alteri locare vsumfru insti. de vsu & habita. in fin. princi. ita & qui habet habitationem. vt est text. in dicta l. cum antiquitas. instit. de vsu. & habitatio. §. sed si cui habitatio. Item seruitus habitationis differt ab vsu, seu seruitute vsus, quia vsuarius locare non potest. vt instit. de vsu & habitatio. in fine princip. sed ille qui habet habitationem, sic, vt dicit l. cum antiquitas. & insti. eod. §. si cui. & etiam commodare potest. text. est in l. prima. §. item commodatū. & ibi Docto. ff. commoda. Vsusfruct. autem habitationis significat idem quod habitatio. & idē importat vnum, sicut aliud: vt est casus in d. l. cum antiquitas. & ideo quod de vno dicitur, de
2 alio dictum esse intelligatur. † Sed nunquid legando vel promittendo quis habitationem videatur relinquere proprietatem? Dic secundū gl. in d. l. cum antiquitas. quòd si legans vel promittens erat solitus domū suam vocare habitationem, sicut sunt quidā qui fundum appellant possessionem, respiciendo potius ad proprietatem, quàm ad nudam possessionē. vt l. interdū. de verborum signifi. nam tunc proprietatem videtur legasse vel promisisse, aliàs non, prout ibi dicit Bar. esse menti tenēdum. Vel dic secundū Bal. & Doc. ibi aut vocabulum attribuitur toti rei. verbi gratia. testator dicit, lego habitationem

tionem meam, & consignat domũ. & tunc vide
tur legata proprietas. Aut non attribuitur hoc
vocabulũ toti rei, sed cuidam iuri in re: vt quia
dixit habitationem talis domus, tunc non vide
tur legata proprietas. allegat l. Seiæ. §. Caia. de
fun. instru. & l. concubinam. §. qui quatuor. de
legatis 3. & idem habetur per glo. & Doc. in l.
3 1. ff. commoda. † Quid autem si legetur do-
mus ad habitandum, vel pro sua habitatione,
vel alimenta *a*? vide plene per Bar. in l. dona
tio. in concubinam. §. species. de donatio. & p
gl. Bart. & Doct. in l. cum hi. §. fi. de transactio.
& in l. si mulier. C. de iure do. & per Flor. in l.
Proculus. & in l. si quis ita legauerit. de vsuf.
4 † Ex prædictis omnibus collige, quòd commo
ditas potest multis modis legari vel concedi.
Primo quando relinquitur vsusf. domus, & tũc
idem quod in aliis rebus, in quibus relinquitur
vsusfructus. Secundo relinquitur aliquando
usus domus. Et quid in hoc contineatur, dixi
5 suprà in materia seruitutis usus, in fine. † Et ad
de, quòd si testator relinquit vxori habitatio-
nem domus, de qua non apparet. Dic quòd si
habet vnam in domicilio, aliam extra, in dubio
videtur sensisse de illa, quę est in domicilio: vt
probatur in l. quæ est condi. §. 1. ff. de conditio
nib. & demonstrat. & ita tenet Baldus, & Imo.
in l. si domus. de legatis primo. in princip. Et si
plures essent in domicilio, electio esset hęredis.
vt d. l. si domus. in prin. Tertio solet relinqui
habitatio talis domus, quam habeo in tali lo-
co: & tunc non venit dominium, sed commodi-
tas, quæ est ius separatum ab vsufru. & ab vsuf.
l. cum antiquitas. C. de vsu. nisi ex cõmuni vsu
loquendi legantis aliud appareret, vt supra di-
xi. Item in tali legato habitationis non veniret
hortus, licet aditum ad illum haberet per illam
domum, ut est tex. in l. olympico. ff. de seruitu.
vrban. præd. Et ibi hoc not. Doct. quod intelli
git ibi Floria. nisi iudicaretur domum accede-
re. vt l. prędiis. de leg. tertio. § penul. Et adde
quod dicam in versic. dubitari potest. Quarto
nonnunquam relinquitur habitatio, quam quis
habet in tali loco. vel dicitur, relinquo habita-
tionem meam. & tunc venit proprietas, secun-
dum Guliel. Bald. & Doct. in d. l. cum antiqui-
tas. Et propterea sit cautus testator uel nota-
rius, quomodo loquatur. Quinto quandoq;
relinquitur vsusfru. habitationis, & tunc idem
est, ac si relinquatur habitatio talis domus. &
tunc non est propriè vsusfruct. casus est in d.
l. cum antiquitas, &c. Sexto sępe relinquitur
domus ad habitandum, vel pro sua habitatio-
ne, & tunc dic vt per Bart. in l. libertatis. de ci-
ba. legat. & in alijs locis, de quibus suprà. Se-
ptimo & vltimo relinquitur aliquando do-
mus *b* in gaudimentũ. & de hoc dic, vt dixi in
6 materia vsusfru. † Sed contra prędicta dubi-
tari põt. Quidam relinquit vxori habitationẽ
vel vsumfructum domus suæ: deinde legauit in
eodem testamento eandem domũ alteri, an per
istud legatum videatur ademptus vsusfr. vxori
vel habitatio? Dicas quòd non. casus est no. in
l. Sempronio. in princ. de vsufr. lega. & ibi pro-
batur, quòd legato generali vsusfr. vel habita-
tionis, non derogatur per legatum speciale ip-
sius rei. & dicit ibi Barto. quòd iudicio suo ille
text. non est alibi. Idem tenet Ludouic. Pon-
ta. in suo singulari 461. quod incipit, an legato
generali. qui allegat etiam ad hoc legẽ, si aliı.
7 in princip. eod. tit. quod not. † Item dubitari
potest, quid si testator ita dixit, Relinquo vxo-
ri meæ habitationem in domo cum filijs suis,
iuxta l. si mulieri cum liberis. de vsufr. accre. an
ista debeat habere alimenta ex tacita volunta-
te defuncti, quæ in obsequio filiorũ esse debet?
vt l. sed si homo. §. fi. de condit. & demon. ergo
debet ab eis ali. etiam proposito, quòd esset a-
lia, quàm mater, puta amita. quia hoc est in re-
compensatione laboris. vt l. Seio. de an. leg. &
ff. commo. l. in rebus. §. pe. & l. ideq; §. Labeo.
ff. manda. & l. quoniã libri. C. de testi. secũdum
Bal. quia ita no. in l. fi. in 2. col. in prin. de indi.
viduitate. Postremo scias, quòd ille qui habet
habitationẽ, dicitur possidere, etiã si nõ habeat
aditum ex publico. l. si duo. §. cęterũ. ff. vti pos.
Et ita hoc no. Bar. per illũ text. qui dicit, quòd
sæpe contingit quòd testator relinquit vxori
habitationem certæ partis domus, etiam dicit
quòd illã partem possideat, etiam si nõ habeat
aditum ex publico. quod est nota.

a Alimenta. Vtrum alimenta debeant præstari de fructibus, an vero de proprietate, vide Alc. cõs. c. in vlt. col. in 1. volu. Et vtrum ille, cui debent præstari alimẽta, in domo hæredum debeat operari ad cõmodum hæredũ, & quomodo intelligatur talis dispo. Ale. in consi. 3. in 1. col. in 4. vol. & in 1. vo. cõ. 100. in 1. col. per totum. vbi cõcludit, quòd debet prestare seruitia in domo secũdum qualitatem suæ psonę.

De seruitute ministerii seu operarum, an sit realis uel personalis. Cap. 7.

1 *Quoddam quid est, quod in facto consistit.*
2 *Opera seu ministerium seruorum qualiter & in quibus constituatur: & qualiter restituatur, & amittantur, remissiuè*

TRIA Seruitutum genera esse diximus, de quibus hactenus tractatum est. Quidam tamen dixerunt aliud genus seruitutum reperiri, scilicet ministerium, siue operam seruorum, de qua dubitatur vtrum sit realis, vel personalis, & dicit Cynus in rubri. de vsufruct. qubsdã tenere, quòd sit realis: quia personalis seruitus non transmittitur ad alium: vt. ff. de vsufru. legato. l. secunda ergo, &c. Alii dicunt, quòd est personalis. nam seruitutes reales sunt perpetuæ. vt. ff. de censibus. l. forma. sed seruitus illa non est perpetua, sed mortuo seruo extinguitur. ergo, &c. Dicit Petrus de Bellapertica in d. rub. de vsufr. vt ibi refert Cyn. si volumus tenere, quòd sit seruitus, tutius est tenere quòd sit realis. sed tamẽ ipse credit, quòd non sit seruitus: sed est potius quædam modificatio, quã dominus cõpellitur pati vti seruitutem in seruo, tamen non est seruitus. & hoc dixit lex. nã in libero homine nulla seruitus cadit. de conditio. & demonstratio. l. Titio c. §. Titio centum. & tamen ministerium liberi hominis potest legari vt l. tertia. de vsufruct. legato. & videtur

b Domus. Adde Corneum in 2. vol. cõsi. 244. inci. videtur prima. Et domus sumitur in iure variis modis, in cons. 55. in 1. vol. Et A. lex. in cons. 48. in vlt. col. in fi

detur innui de operis seruorum.l.prima. vbi di
1 citur,† quòd est quoddam quid, quod in facto
consistit.vnde non est propriè seruitus secundum eum.& ita voluit in effectu gl. in l.si quis binas. de vsu. & ita tenet Cynus, & Baldus, & communiter Doc.in dicta rubrica.C. de vsufr. qui dicunt, quòd est potius quædam obligatio personalis seu ius personale:& ideo contra impedientem non datur actio confessoria, sed actio personalis & iniuriarum. argument. l. qui
2 pendentem.de action.empti. † Et de hac materia,scilicet qualiter ministerium siue opera seruorum constituatur,& in quibus & qualiter restituantur & amittantur, vide plene per Azo. C.de vsufru.in summa,in vltima col.versiculo, sequitur videre de ministerio . vsque ad finem.
1 vbi vide,qui clarè loquitur. Dicitur etiã quòd aliud genus seruitutis reperitur,quæ debetur à persona rei,ut puta,Relinquo Titio centum vt à monumento meo non recedat.l.Titio centũ §.Titio.ff. de condit. & demonstrat. & no.gl. in rubr.de serui.& glo.secundo institution. de seruit.in princip.sed illa non est propriè seruitus,prout capitur in materia nostra : & ideo istam & præcedentem non connumerari inter genera seruitutum,&c.

De quibusdam obligationibus, an illæ dicantur seruitutes. Cap. 8.

1 *Constituat si quispiam mihi, quòd in fundo suo omni anno vnum frumẽti starium recipiam, vel vnum pomum in viridario, an huiusmodi seruitutes dicantur.*

2 *Promiserit,si quispiam mihi seruitutem pecoris appellendi ad fontes causa, agri mei stercorãdi,an hoc seruitus esse dicatur.*

3 *Promiserit si quispiam alicui seruitutem de coquendo panem in furno suo pro tota eius familia,an hoc etiam seruitus dicatur.*

4 *Promiserit si aliquis alicui, quòd per pontem suum sine gabella transire posset, sicuti promisere Veneti Placentinis,an hoc seruitus dicatur.*

5 *Pedagium colligere an seruitus debita colligentis existat.*

HIc videndum est de quibusdam, vt promisimus, obligationibus, an sint seruitu-
1 tes. † Et primo, si aliquis constituat mihi ꝙ in fundo suo recipiam omni anno vnum stariũ frumenti, vel quòd pomum percipiam in viridario suo.& Petr.de Bellaper.rubr.C.de vsufr. dicit quòd est seruitus innominata,ex qua oritur contra tertium impedientem actio confessoria.vt l.Mela.§.si de alimen.;& ciba. lega. & idem tenet Bal.in l.si plures.in 4.col.C.de condi.inser.Sed idem Bart.in dicta rub.tenet,quòd non sit seruitus,sed obligatio personalis: & melius. de quo dic,vt ibi plene,& per Cy.& conclude,vt dixi suprà in illa q. quomodo cognoscatur an seruitutes sint reales & prædiales, in tertio casu principali,vbi plenius hoc declara-
2 ui. † Secundo,quid si promisisti mihi seruitutẽ pecoris appellendi ad fontes causa agri mei stercorandi,an sit seruitus? Glo.dicit quòd nõ ff.de seruit.in l.pecoris.Bal.contra in d.l.si plures.in 3.col. de hoc dic vt per Doct. in d.l.pecoris.& in l.vt pomum.de seruitu.& in l.Mela. §.fin.de aliment.& ciba.& dixi in dicto 3. casu
3 principali. † Tertio, quid si aliquis promisit seruitutem de coquendo panem in furno pro tota familia? Et Cyn. tenet, quòd non sit seruitus: quia non concernit res necessarias : & ideo vendito per ipsum furno, emptor non tenebitur me pati, quia seruitutes sunt inductæ propter necessitatem rerum:sed furnus nõ indiget pane,vt ibi male decoquatur. & male dicit secundum Bal.in d.l.si plures.in quarta colum. de conditio.inser.quia secundum eum,est seruitus,quæ debetur à re personę, sicut est illa, quòd possim de agro tuo recipere millesimam fructuum, vel vnam corbam. & dic secundum Petr.quòd erit seruitus innominata, quia genera, seruitutum multo plura sunt, quàm quæ specialiter enumerata sunt,& nominata.l.tertia.§.genera.de acquirend.possessio. Ego credo, quòd possit dici seruitus vsus, ex quo est ad necessitatem familię introducta : per ea quæ dixi in quæst. quomodo cognoscatur seruitus realis. & adde quòd statim dicam
4 in sequenti diuisione seruitutum. † Quarto, quid si promisisti, quòd per pontem tuum possim transire sine gabella? sicut dicitur quòd Veneti concesserunt Placentinis transitũ per quẽdam pontem, qui tunc possidebatur per Venetos,absque solutione alicuius vectigalis. de hac quæstione vide per Bald. in d.l. si plures. C.de condit.insert.in iiij. colum.versi.item seruitus
5 est,si per pontem tuum. dic vt ibi. † Quinto vtrum colligere pedagium, sit seruitus debita colligentis? Dic quòd non, quia seruitutis nostræ est pati,non exigere.vt l.quoties.la prima. de seruit. Sed est quædam iurisdictio ordinaria, conscripta loco:& ideo ponte destructo sine spe restitutionis,non possint exigi vectigalia à trãseuntibus, nisi vbi erat pons, de nouo sit refectus,quia locus in quo erat iurisdictio limitata, id est,ipse pons, in rerum natura deficit esse.& omnia loca naturalia sunt libera transeuntibus.ff.quemadmodum seruitu. amitta. l. si locus.§.finali. Si autem in loco veteri reficiatur pons,tunc vectigal ipso iure reuocatur,siue restituitur in integrum.vt dicta l.si locus.vt not. Bald.singulariter in d.l.si plures.in 3.columm. versi.vidi dubitari C.de conditio. insert. quod est not. Explicita est prima generalis diuisio seruitutum, cum his quæ ad eam pertinere visa sunt:nunc de reliquis dicemus.

De

De seruitutibus nominatis & innominatis. Cap. 9.

1 *Seruitutes vrbanæ & rusticæ quæ dicantur.*
2 *Seruitutes innominatæ quænam sint.*
3 *Seruitutes nominatæ quæ appellentur.*

SECVNDA diuisio seruitutum est. Nam quædam seruitutes sunt nominatæ : quædã innominatæ. vt notat. gl. in l.penul. §. prædiũ. de seruitut. rusti. prædio. & ibi per Doct. & per Cyn. & Bal. & Doct. in rubrica. C. de vsufru. & per Bal. in dicta l. si plures. in tertia columna.
1 † Et dic, ꝙ seruitutes vrbanæ nominatæ sunt illæ quæ ponuntur in l. prima, in principio, de seruit. vrbano. prædior. innominatæ verò sunt illæ rusticæ quæ ponuntur in dicta l. prima. §. in prædiis. eod. titul. Et nominatæ dicuntur secundum Paul. de Cast. in l. j. proxime allegata, quia sunt nomina iuris, vt iter, actus, via, aquæ ductus, & similia: sed innominatæ ideo dicuntur, quia illa sunt nomina actus, non nomina proprie, sicut sunt aquæ, haustus pecoris ad aquam compulsi, ius pascendi, calcem coquendi, & arenam fodiendi: de quibus fit mentio in dicto §. in prædiis. Denominantur ergo istæ seruitutes ab ipso actu vtendi: sicut videmus, quòd quædam sunt maleficia nominata, vt furtum falsum, & similia, quæ sunt nomina iuris.
2 † Quædam innaminata, quæ denominantur, quia denominantur ab ipso actu: vt percutere: vulnerare, qui actus possunt fieri cum dolo & sine dolo. Primo casu sunt maleficia: secundo non. sed prima non possunt fieri sine dolo: vt notat Bartolus in l prima. § primo. ff. si quis testa. libe. esse iuss. fue. & l. prima in princ. versic. venio ad tertiam partẽ. ad Turp. vbi hæc etiã infert ad quædam alia. Sed licer illa sint in se vera, tamen videtur, quòd illæ seruitutes, de quibus in d. §. in prædiis. possunt dici nominatæ. tum quia habent nomen proprium, & elegans, sicut aliæ nominatæ. iuxta notat. in l. iusgen. in princ. ff. de pact. tum quia videntur esse nomina iuris, & nominari à iure, non ab actu, sicut est aquæductus, quæ videtur esse ita nominata, sicut aquæductus. Item ius pascendi, calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ. nam illa nomina referuntur ad ius, non ad factum. Tamen denique dicit iuriscõsultus in dicta. l. prima. §. in prædiis. de seruit. rustic. præd. quòd in seruitutibus rusti. prædior. sunt computanda aquæ haustus, &c. quasi dicat istę sũt seruitutes, quę ita nuncupantur, sicut & aliæ, idẽ probatur institut. de serui. §. in rusticorum. Et ideo posset forte dici, ꝙ illę de quib. in d. §. in prędiis. possent dici nominatæ, sed illæ quæ non reperiuntur habere nomẽ propriũ: sicut est, quando cõstituitur aliquid quod possit fieri in prædio, quòd de iure non possis facere fenestram in muro communi, uel cum nõ possis id quod de iure posses: utputa promittis non facere fenestram in fundo tuo proprio. iuxta l. quoties. la prima. ff. de serui. & similes sunt nominatæ.
3 † Illæ uero, quæ reperiuntur habere nomẽ proprium, à iure inuentum, sicut est in l. prima. & secunda. de serui. rustico. prædio. dicuntur esse nominatæ per notata in l. iurisgen. in principio. ff. de pact. dicit etiam Petrus, & Cyn. in rubrica. C. de usufruct. quòd nominatæ seruitutes non sunt plures, sed bene plures sunt innominatæ. Quòd si aliquis cõcedat, ut mihi in fundo suo recipiam omni anno unum starium frumenti, uel unum modiũ bladi, vel quòd pomũ ex uiridario tuo percipiam, istæ tamen seruitutes similes constitui possunt, vt l. vt pomũ. de seruit. l. pecoris. & l. ergo. de serui. rustico prædio. Et dici possunt seruitutes personales inominatæ. Sed in hoc ego aliter dixi supra in versiculo, hic uidendũ ex iuxta uersicul. quid si aliquis promisit seruitutem ei. supra, in materia seruitutis realis. Et ideo teneas id quod ibi conclusum est.

De seruitutibus diuiduis & indiuiduis, Cap. 10.

1 *Seruitus usufructus diuidua est: cæteræ autẽ indiuiduæ.*
2 *Ea quæ facti sunt, diuisionem non recipiunt.*

TERTIA diuisio seruitutum hęc est. Nã quædam sunt diuiduę, quædam indiuiduę.
1 † nam seruitus vsusfructus est diuidua: & cæteræ seruitutes sunt indiuiduę. vt est textus in l. prima §. vsusfruct. ff. ad l. Falcidiam. & in l. stipulation. non diuiduntur. in principio. ff. de verborum obligationibus. Et quæ sit ratio differentiæ, dic quòd est ista secũdum Doctores, in dictis iuribus. quia tantam vtilitatem affert vsusfructus respectu partis, quantam eorum respectu totius. quod non est in aliis seruitutibus. Nam usufructus consistit in commodo fructuum, qui percipiuntur: ut si percipiuntur: vt si percipiuntur decem corbes frumenti, vel fœni, tãtam vtilitatem habeo de vna corbe respectu vnius, quãtam de decem respectu decẽ. Sed aliæ seruitutes tam reales quàm personales consistunt in commodo necessitatis. nam prædiales debentur iuxta necessitatem, vt l. pecoris. cum l. sequenti. de seruitu. ru. prædio. & personalis, cum vsus debetur secundum necessitatem personæ. vt l. plenum. ff. de vsu & habitatione Necessitatis autem est indiuisibilis. Nã si ad sustentationem vnius necessarij sunt omni die duo panes, non habendo nisi unum continuo: nõ haberet tantã utilitatẽ ex illo respectu duorũ. qm̃ ex duob. sustẽtaretur, & uiueret insolidũ: sed ex illo nõ sustẽtaret, ppea, q a nõ põt pro parte uiuere, ꝑ parte mori. & hæc

est

est ratio l.vsus pars.ff.de vsu. & habit. Alia ratio assignata per Albe.de Ro.in d.l.j.§.vsu.ad l.Falci.inter vsum f.& vsum.quia vsusfr.ab initio.ff.de vsu. Vnde sicut dominium potest diuidi,& ita vsusfr. sed vsus plus habet facti quàm iuris . & ideo pars in eo venire non potest.d.l.
3 vsus pars. † Ea enim quæ sunt facti,non recipiunt diuisionem.vt l.is qui ducenta. §.quędā. ad l. Falci.

De seruitutibus urbanis & rusticis,& quæ dicatur etiā seruitutes urbanæ.

Cap. 11.

1 *Seruitutes vrbanæ, & rusticæ quare dicantur.*
2 *Prædia vrbana vel rustica,quę nominentur.*
3 *Stabulum an prędium vrbanum dicatur.*
4 *Hortus an prędium vrbanum vel rusticum appelletur.*
5 *Horreum an prædium vrbanum denominetur.*
6 *Campanea an prędium vrbanum vocetur.*
7 *Nauis an prædium vrbanum existat.*
8 *Molendinum an prędium vrbanum sit.*
9 *Area an prędium vrbanum dici poßit.*
10 *Seruitus vrbana qualis sit, & quomodo noscatur.*
11 *Habeam si ius eundi per fundum tuum ad domū meam, an hoc seruitus esse dicatur.*

a Molend. Quæ sit ratio statutorum disponētium quod molēdina nō possint fieri nisi dimissa certa distātia inter vnū & aliud, Alex. consil. 22. in 2. col. vbi ponit de mēsuratione fiēda, hoc casu, an p aerem, vel quomodo. Et ex quo flumine licite possit trahi aqua ad molendina. vide Cor.cōsil. 248. in 4. volum.

1 QVARTA diuisio principalis seruitutū est.† Quædam enim sunt seruitutes vrbanæ: quędam rusticę:vt probatur in ti. de serui.rusti.prædio.& communia præ.tam ru.& insti.de serui.in prin. & §.vrbanorum. cum si. & dicuntur vrbanæ rusticæ, quia non possunt esse sine prædio vrbano vel rustico.text. est in l.communia prædi.& inst.de serui.§.in rusticorum.versic. ideo autem. quod intellige,vt no.
2 per gl.& Doc.in d.l.j. †Quæ autem dicuntur vrbana prædia vel rustica?dic vrbana dicuntur omnia ædificia habitandi causa facta, vbicunq; sint,siue in villa, siue in ciuitate. quia vrbanū prædiū locus non facit, sed materia tex.est in l.vrbana prędia.de ver.sig. & no.gl. in l.eo iure.§.stabula.quib.mod. pig.tac.cōtra. Rustica aūt prędia sunt , quæ fructuū percipiendorum causa fiūt vt probatur in d.§.stabula. Ita notat
3 Azo in summa. C. de serui. §.j. † Sed quid de stabulo,si est iunctum domui,& sic gratia habitandi est prædium vrbanū?vt d.l. vrbana. aliàs diceretur rusticū.tex.est cū gl.in d.§. stabula.
4 † Quid de horto?dic si plurimū in redditu est, puta quia in eo sunt vites,olíueta, vel in eo seminatur frumentū, vel nascūtur fructus venales:& tunc dicitur rusticum prædium, etiam si sit in ciuitate. secus, si esset sicut est viridariū, & fructus non vendūtur.vt probatur in d.l.vr-
5 bana prædia.de verbor.sig. † Quid de horreo? dic esse præd.vrba.vt l.si horreū.cū seq.in qui.
6 ca.pi.ta.cōtra. † Quid de cāpanea? dic ꝙ si est destinata ad vsum hominis,esse prædium vrbanū, vt in ea quis non posset capi pro debito ciuili,sicut in domo nō posset.l.plerięq; de in ius vocan.quia tunc venit appellatione domus. Si aūt est destinata ad aliū vsū,puta boūū vel pecorū,&tūc est rusticū prædiū,& tunc posset in ea capi.vt probatur in c.2. si duo fratres. in ti. de duob.fratrib.de nouo be.inuesti. & no.Ludo.de Ro.in l j.§.domū.ad Syll.qđ ego intelligo,nisi esset iūcta domui,vel esset cāpanea,in qua ab vna parte esset domus , ab alia stabulū: per tex.cū gl.in d.l.eo iure.§.stabul.in qui.ca.
7 pi.tac.cōtra † Quid de naui ? videtur ꝙ magis vrbano q̃ rustico prædio cōparetur:argu.l.j.§. si quis de nau.de vi &vi ar.ſm Bal.in l.certi iuris.in 3.col.C.loc.& hoc videt̄ probari in l.pe. §.fi.de his qui deie.vel effu.licet nō sit proprie domus, quæ cōsistit ex solo tecto & pariete.vt l.eū qui ędes.de vsuca.de quo vide p Ludo Pō
8 tanū in d.§.domū † Quid de mulēdino *a* ? dic potius,ꝙ est prædiū rusticū,q̃ vrbanum.Idē in fundo rurali,secundū Bal. in d.l. certi iuris. in 3.col.qđ intellige,nisi coniunctū domui.p no. in d.§.stabula.vel nisi in molendino habitare-
9 tur,sicut multi faciunt . † Quid de area ? dic si est causa fructuū , in quo frumentū excutitur: & tunc rusticū prędium reputatur.vt l.j.§.fin. de serui.C.sed si esset area, quæ proprie curtis seu curia appellat̄, quæ sit in domo vel domui coniuncta, credo ꝙ vrbanū prędiū dici posset, ex qua pars domus reputat̄ vrbana.pro quo fa
10 cit qđ no.Azo.in summæ.C.de serui.§.j †Sed qūo cognoscetur quæ sit seruitus vrbana ? dic ex qualitate prædij cui seruitus debetur,nō ex qualitate eius qui seruitutē debet.Nā talis est seruitus,quale est prædiū cui debetur:qm̄ seruitus denominatur a prædio dominānte,cui debetur a digniori. vt probat̄ in l.j.§.area. & ibi hoc no.gl.Dy.& Ang.& Doc. de serui.ru.præ. & Albe.de Ro.in l.de pupillo.§.sextus. de no. ope.nun.l.qui viā.eodē tit. & Pau. de Cast. in l.j.communia præ.& habetur per Doc.in § æque.inst.de act.Sed vrbanæ seruitutes sūt, quę prædijs debentur vrbanis:rusticæ quæ debētur prædijs rusticis.Nā ad hoc,vt sit seruitus vrbana,necessariū est, quòd sit prædium vrbanum, cui debetur seruitus, & quòd ei debetur vt vrbano.Si enim iter,uel uia,quæ rusticæ seruitutes sunt: ut l.j.de ser.ru.præ.debentur domui: tamen quia deberi possunt, non intuitu ædificii,sed soli,nihilominus rusticæ seruitutes dicerentur.arg.de ser.ru. præ.l.certo generi. similiter dicendum est in rustica seruitute, Nam & illa ideo tantum dicitur rustica , quia debetur rustico prædio,non intuitu ædificij alicuius,vt probatur in l.j.de ser.vr.præ.ubi dicitur,quòd stillicidium auertendi in tectum vel in aream uicini , seruitus urbana est : & quandoque potest esse , quòd area sit prædium rusticū in villa vel in vrbe:ut dixi in uer. quid de area . Sed tamen quia urbanū est prædiū,cui seruitus debet̄,dicit̄ urbana seruit⁹:si rusticū erit prædiū,

cui

cui feruitur,dicitur rustica feruitus. exemplú, est ædificium gratia fructuum percipiendorũ, & ei vrbana feruitus debetur, vel ut ipsum liceat altius tollere, uel obiicere parieti vicini, vel vt cloaca habeatur per vicini domum, ad aquam aquæ fundi mei rustici accedāt,dicetur feruitus rustica.de serui.rust. prę.
11 l.2.& no. Azo in summa C.de fer. §.j. † Sed quid si habeo ius eundi per fundum tuum ad domum meam, an tunc dicetur feruitus vrbana *a* ? Et videtur quòd sic, per prædicta. Nico.de Ma.in.§.ęque.insti. de act. tenuit cõtrarium scilicet,quòd sit rustica feruitus, quia debetur à solo tuo meo:secus dicit ipse, si debeatur superficiei domus meæ, & sic ædificio:quia tunc bene diceretur vrbana. allegatur l. ergo. cum seq.de fer.rust.præ.l. feruitus in solo. quæ est l.2.de fer.tit.generali.Ego autem in hoc sic puto esse dicendum : Aut habeo ius eundi per fundum tuum in domum meam, quantum ad superficiem, aut quantum ad solum seu aream, aut simpliciter ad domum meam. Primo casu non habet dubium, quòd est dicenda feruitus vrbana. Secundo casu,quantum ad solum, seu aream tantum: & tunc aut est area gratia fructuum.iuxta l.fi.§.fin.C. de fer. puta quia promisisti, quòd venire posset cum plaustro ad aream meam per fundũ tuũ:& tunc quia talis area dicitur esse prædium rusticum : vt dixi supra in uer.quid de area.& tunc erit feruitus rustica. Aut est area seu curia nec gratia fructuũ, sed animalium, sicut est curia animalium anserum & simi. & puto quòd etiã iudicari debeat feruitus rustica: quia talis curia dicitur potius rusticum,quàm vrbanum, etiam si esset in ciuitate,per ea quæ dicta sunt suprà. & his duobus casibus potest procedere quod dixit Nico. de Ma. Aut est area seu solum non gratia fructuũ vel animalium,sed pro vsu domus : vt quia per eam itur ad superficiem, sicut communiter sunt curiæ in ciuitatibus: & tunc teneo quòd sit feruitus vrbana:quia talis curia seu area debet dici vrbanum prædiũ,vt dixi suprà, in versicul.quid de area. Tertio principali,quando simpliciter habeo ius eundi per fundum tuum ad domum meam : & tunc teneo indistinctè, quòd sit dicenda feruitus vrbana, ex quo debet domui,& sic fundo vrbano, per ea quæ sũt dicta suprà.

De feruitutibus realibus & prædialibus,& in quo simul conueniant, & quæ sit earum natura. Cap. 12.

1 *Natura omnium feruitutum quęnam sit.*

2 *Aqua cadens in curte tua naturaliter, si per se ad curtem meam currat, an licitum sit mihi aliquid facere,per quod aquæ decursus impediatur.*

3 *Promittens solam patientiam,aut per alia uerba feruitutem promittens, non uidetur feruitutẽ constituere,sed personaliter obligare.*

4 *Seruitus in bonis nostris non est, nec extra bona.*

5 *Seruitus nunquid locari possit.*

CIRCA istas feruitutes vrbanas & rusticas, quæ reales sunt,& prædiales appellantur,ut sępe dictum est,aliqua videamus,quæ ipsis simul conueniunt,& communia sunt:postea de his tãtum hoc libro dicemus, quæ vrbanas feruitu-
1 tes contingunt. † Et primo videamus, quæ sit harum feruitutum natura. Et dic quòd in hoc est,ut quis aliquid patiatur : puta quòd possim mittere tignũ in pariete vicini, aut ut aliquid non faciat,puta altius non tolli. vt est casus in l.quoties.la prima.de feruit.& probatur in l.1. in fin.de aqua plu.arc.& in l.in testamento. aliàs incipit,potest. communia prædio. non autem est ea natura,ut aliquid faciat quis,ut veluti viridaria colat: aut amœniorem prospectũ præstet:vt est tex.in l.quoties.§.fin. Fallit hoc in feruitutibus oneris debendi:vt l. eum debere columnam.de feru. vr. prę.de quo vide per Floria.& Doc.in d.l.quoties.& plene per Barto.in l.2.§. apud Labeonẽ. de aqua plu. arcen. Item ea est natura harum feruitutum realium, vt si intersit vicinorum,qui feruitutem sibi deberi volunt:aliàs si nec hominũ, nec prædiorũ in[illegible]st,feruitutes nõ ualere,veluti ne per fundum tuum eas, aut ibi constituas:& ideo si mihi concedas ius tibi non esse in fundo tuo uti frui,nil agitur.aliter, si concedas mihi ius tibi non esse in fundo tuo aquam quærere minuende aquę meæ causa:est textus in d.l.quoties.in princip. & ideo si uendo tibi domum cum pacto, ut non possic ibi exercere tales artes, si ex hoc cõsequor aliquam utilitatem, quia in alia mihi remanente similem artem exercebam, ualet pactum : aliàs secus. non ualebit ergo talis conuentio tanquam feruitus, cum non sit prædium dominans : licet valeat talis conuentio, vt obligeris tu & hæredes tui:ut no.Bart. in l. venditor.communia prædio.Et eodem modo, si conuenisti mecum,vt non possis facere fenestram in tuo pariete,per quam positis inspicere me in arte mea vel in camera: valet ista conuentio, si mea interest propter honestatẽ:quia non possum liberè vti domo mea, cum homines nolint in omnibus uideri.& iste casus poterit quotidie contingere secundum Pau. in d.l. quoties.Sed si non interuenisset conuentio, licitum est facere in suo, dummodo non tangeret ex alieno:licet ex hoc alienum incommodaretur:vt l.altius.C.de serui.ad quod vide quod dicam infrà, de feruit. altius non tollendo.
2 †Ex hoc sequitur, quòd si aqua cadens in curte tua naturaliter, & per se currit ad curiam meam, licitũ est mihi aliquid facere per quod impediatur fluuius seu decursus aquę,& remaneat in tua curte.argu.optimum in l.1. § sunt qui putant.ff.ne quid in flumi.publi. dummodo nil tangam de tuo. facit quod no. de damno.

a Seruitus. Adde Alexand. consi.176.in 2. volum.Et in 1. col.Et quomodo ius feruitutis acquiratur, consi.113.& cõsi. 28. in 3.col. in prin. & in §. & est ratio.

no infec.l.Proculus.secundum Pau de Castro. ita not.in d.l.quoties. la prima. de serui. quod est no. Quod autem dixi, quòd non est seruitus vel conuentio, nisi intersit, procedit quando continet non fieri.in d.l.quoties. secus si contineat fieri: uidelicet vt possim aliquid facere in tuo. nam tunc valet: licet tunc sit mihi inutile: vt l.ei fundo.ff.de serui. Et est ratio, quia saltem aliquid consequor penes me: & sic possum habere rem, licet mihi non sit vtilis: vt dicit tex.& ratio rationis, potest interesse mea in futurum habere: puta ducere aquam per fundũ meum. aliàs secus, secundum Odofre.& Flo. ibi. Item dum dixi, quòd natura seruitutis est pati non credas quòd per solam patiẽtiam ser
3 uitus constituatur.† Nam ille qui promittit solam patientiam, aut per alia verba promittit seruitutem, non videtur seruitutem constituere, sed personaliter obligare: vt est tex. cum gl. in d.l.si sub una.§.1.si quis.de manso.in 5.col. in princi.in titu.de contr. inuesti. Item tertia natura seruitutis est, vt huius iuris seruitutis nulla sit vacua traditio: sed patientia de vtẽdo habetur loco traditionis. text.est in l.quoties.la secunda de seruit.& pro hoc l.3.§.dare. de vsufruc. de quo plenius dicam infrà, in quinta quæstione principali, quomodo & qualiter seruitus constituatur.& ex hoc potest colligi, quòd dicatur tradita possessio vacua, licet res debeat alteri seruitutem prædialem. vt probatur in l.Meuius.§.fundo.de lega.2.& ibi hoc not.Bar.& Doct. nam dicitur in §.præcedenti, hæredem non liberari, nisi tradat vacuam possessionem.& in d.l.fundo.dicitur liberari, licet tradiderit fundum alteri seruientem: quod no. pro illis qui tenentur vacuam possessionẽ tradere: vt l.2.§.2. de actio. empti. & l.2.C. vnde ui.secus si promisissent tradere vacuam & liberam possessionem: quia tunc non liberaretur, si traderet rem alteri seruientem: quod est not. Item quarta natura est, vt in stipulatione vel seruitutis promissione *a* veniat ius & factum: ius, inquantum debuit seruitutem constituere: factum, inquantum patientia debet præstari. vt d.l.3.§.dare. de vsufruct. & no. Barto.in d.l.2. §.1.de verbor.obligat.& not in l.corruptionẽ C.de vsufruct.& vide per Barto.in l.stipulatio ista.§.si quis ita. de verborum obligat. Item quinta est natura seruitutum realium, vt secũdum indigentiam prædii dominantis constituãtur.text.est in l.ęgro.§.fi.cum seq.de ser.rusti. prædio.& no.per gloss.& doct.in l.vt pomum. de serui. sed seruitus vsus secundum indigentiam personæ cui debetur. vt insti. de vsu & habi.§.1.& l.plenum.§.1.ff. eo. & not. Bartolus in l.4.§. Cato.in quinta quæstione principali. de verbo. obligat. Seruitus autem vsusfructus non est secundum indigentiam rei, vel personæ: imò eius est naturę, vt omnes fructus spectent ad vsufructuarium.text. est in l.vsufruct. lega.in prin. de vsufruct. Item sexta natura est, quia seruitus possideri non potest: sed intelligitur possessionem earum habere, qui hædes

a Promissione &c. Promissiones intelliguntur rebus sic se habentibus. Vide Corneũ cõs. 116.in 3. volu. Et hoc verbũ, Promissio ĩtelligitur per stipulationem, cõsil. 238.

b Ius seruit. &c. Quomodo & quando acquiratur possessio seruitutis, vide Alex.cõsi. 142.in 1. col.& quomodo ius seruitutis acquiratur p præscriptionem, & quanto tempore, consil. 113. per totum.in 1. volu.

possidet. vt est text.in l.si ędes meæ.§.fi.de serui.vrb.prędio.de quo vide plene per Cyn.in l.2.C.de seruit.& plenissime per Bal. Item se-
4 ptima natura, † quia seruitus non est in bonis nostris, nec extra bona.lege 1.de vsufr.lega. & ibi hoc declaratur per gl.& Doct. & habet per gl.in fine.in §.fin.ff.de pign.& per gl.instit.de rerũ diuisio.in princ.in versi. habentur. Item octaua est natura seruitutis, quia seruitutes seu seruitutum iura non sunt substantia, sed qualitates prædiorum, & insunt prædiis: sicut iurisdictio dicit esse qualitas territorij.C. vbi & apud quem.l. fina. & inest territorio. vt ibi not.& hoc vult Bald.in l.data opera. in 16.colum.in versic.sed nunquid iura sint substantia vel qualitates. C. qui accus. non poss. & dicit Flor.in l.pecoris.de serui.rusti. prædior. quòd seruitus est in fundo, sicut forma accidentalis & sicut qualitas est in materia. Item nona, quia seruitus seu iura prædiorum vrbanorum non possunt pignori dari, nec conueniri potest vt hypothecæ sint. textus est in l.is.§.final.ff. de pigno.& ibi assignator ratio in glo. penultima, sed rusticorum prædiorum sic tex. est in l.sed an vię. eodem titulo. & gloss. ibi assignat hanc differentiæ rationem: quia seruitutes vrbanæ debent constitui sub quadam perpetuitate, ne vrbis deformetur ruinis, vt in.§.in suo. institut.de rerum diuisio.& l.fina.ff.ne quid in loco publico.nõ enim esset cõueniens, vt postquàm misisti tigna soluto pignore, cogaris tollere: quod secus est in seruitute rusticorũ prædiorũ, quia istud ibi cessat inconueniẽs. & ista ratio placet Bartolo, ibi, qui dicit, quòd si fortè in seruitutibus vrbanorum prædiorũ esset eadem ratio, quæ est in seruitutibus rusticorũ prędiorum, consisteret obligatio, ut in hoc exẽplo, Obligo tibi seruitutem altius non tollendi, donec tibi credita soluat pecunia. certè isto casu cessant rationes prædictę, ideo videtur quòd valeat obligatio.
5 † Sed nunquid seruitus locari possit? vide text. cum glo.& ibi Doct.in l.j.§.item commoda.ff. commo. & dicã in illa quæstione qualiter quis debeat uti seruitute. Item est decima & ultima natura seruitutum, quia in earum præscriptione non desideratur titulus. text. est in l.si quis diuturno.si serui.uendi. & not.per glos.in princ.in l.2.C.de serui.& aqua. & ibi per Doct.

In quo consistat seruitus seu ius seruitutis. Cap. 13.

1 *Legem si fundum tuum seruientem, liberationem legare non videor.*
2 *Seruitus ex parte fundi seruiente in patientia est.*

SECVNDO principaliter uideamus, in quo consistat seruitus, seu ius seruitutis *b*. Et uidetur quòd consistat in fundo. ut l. eorum.ff.

de

de damn.infect.& in l. in noxalibus.ff.de noxalibus. & ita tenet Iaco. de Are. Sed gl.in l.Meuius.§ fundo.de lega ij.tenet contrarium.Bar. ibi dicit,& ista est neritas,quòd seruitus in fundo dominante est ius : ei enim debetur ista seruitus,& in eo ex hoc aliquid plus ponitur. ut l. qui aliena.§.fin.de neg.gest. Sed in fundo seruiente non est ius positum publicum, sed priuatum : quia per hoc illi fun. lo & iuri detrahitur. ut l.stipulatio ista.§.primo, de uerborum obligation.& l.arbor.§.fin.ff. communi diuidun.& ideo dicit Bartol. in d.§ fundo. in fine, quòd
1 † si lego fundum tuum seruientem, non videor legare liberationem: quia in eo nullum ius habeo,quod ponat aliquid in esse. sed illud ius est in fundo meo dominante, quod tibi non lego. quod not. Et adde quæ dixi in diffinitione rea-
2 lis vel prædialis seruitutis. † Ac etiam addas, quòd seruitus ex parte fundi seruientis est in patientia:vt l.quoties. la prima.de seruitu.& l. si ergo.la prima. de public. & l.fin.de seru.vrbanorum prędiorum. vt dixi suprà in prima & tercia natura seruitutum. & ex his quæ dixi de natura seruitutum colligitur optimè, in quo constet ipsa seruitus,seu ius seruitutis.

Qui possit constituere seruitutes reales. Cap. XIIII.

1 *Dominus qui non est verus,sed quasi,sicut est bonæ fidei emptor, an prædio alieno per ipsum bona fide empto seruitutem imponere valeat.*
2 *Domininm quivtile habet,sicut est emqhyteota,vel liuellarius,an seruitutem imponere possit.*
3 *Vasallus qui vtile dominium in fundo habet,an huiusmodi fūdi feudali seruitutē imponere valeat.*
4 *Superficiarius an fundo superficiario seruitutem imponere possit.*
5 *Dominus directus an fundo suo seruitutem imponere valeat.*
6 *Hæres rei legatę an seruitutem imponere possit.*
7 *Dominus fundi, qui ipsum alteri aut fisco obligauit, puta si pecunia certo tempore soluta non sit, & vendi valeat, an possit seruitutem ipsi imponere.*
8 *Dominus fundi,in quo alius vsumfructum habet, an illi fundo seruitutem imponere possit.*
9 *Fundo suo an quispiam seruitutem imponere valeat,in quo alius habet seruitutem realem,in ipsius tamen præiudicium.*
10 *Maritus an fundo dotali seruitutem imponere valeat.*
11 *Vsufructuarius an fundo, in quo vsumfructum habet,seruitutem imponere possit.*
12 *Ius inferendi in sepulchrum qui habet, an sepulchro seruitutem imponere valeat.*
13 *Dominus qui adhuc non est, vel quasi, sed de proximo,vel continuo futurus est,an seruitutem imponere possit.*
14 *Imperator,seu princeps, vel senatus priuato concedere potest, per viam publicam aquam ducere, sine tamen vicinorum incommodo.num. 15.*
16 *Seruitutem habens alteri eam concedere non potest,nisi hoc ei permissum fuerit.*
17 *Concessisti si aquam Titio, quæ in fundo tuo oritur, vt eam ad fundum suum ducere possit, an postea eandem mihi concedere valeas.*
18 *Princeps in mari seruitutem imponere potest.*

TERTIO est principaliter videndū, quis possit has seruitutes reales cōstituere vel imponere. Dic,ille qui est dominus prædij vicini potest imponere, & alius quem dominus alterius prædij potest acquirere: nemo enim potest seruitutem acquirere vrbano vel rustico prædio,nisi qui habet prædia text.est in l.j.cōmunia prædio.& institu.de seruitu.§.in rusticorum.versicul.ideo autem. Et quod dixi de domino, intellige de illo, qui est verus dominus
1 prædij,& pleno iure. † Sed quid si non est verus dominus,sed quasi dominus, sicut est bonæ fidei emptor, an iste poterit imponere seruitutem prędio alieno per ipsum empto bona fide? Sed quid si non esset vere Publiciana? & sic esset quasi dominus. vt institut. de action § sed & istæ. & in cap.abbate sane. de re iudic.in vj. tunc bene posset imponere seruitutem, vt est casus in l.si adeo.ff.de pign.& idem tenet Azo. in summa.C.de ser.§.constituit autem has seruitutes. & habetur in l.si ego.§.j.de public.
2 † Item quid de illo, qui habet vtile dominium, sicut est emphyteota vel liuellarius.l.j.§.qui in perpetuum.ff.si ager vecti.vel emphy pe.& no. in l.si vt certo.§.si duobus vehiculum.ff commoda.& not.Specul.in titu.de loca.§.nunc aliqua.ver.xlv. & dicitur etiam quasi dominus.vt not.glo.in l.iii.de seruitut. an possit imponere seruitutē emphyteotico? Et videtur quòd non, quia emphyteota non potest alienare sine consensu directi domini.vt l.fin.C.de iure emphyt. & c.potuit.extrà,de lo.ergo nec seruitutes imponere,quia continetur sub verbo alienatio.vt l.fi.C.de rebus alie.non alienand. Contrarium, scilicet vt possit,est textus cum gloss. in l.iij.ff. de seruit.& ibi hoc tenēt Doct.& maxime Flo. & Pau.de Cast.idem tenet Dy.instit. de action. §.æque.in v.quæst. & Azo in summa.C.de ser. ver.constituitur. & Bart.in l.j.§.fin.de superfi. & idem tenet Bald.in c.j.§.quid ergo.in titu de inuesti.de rebus alie.fac. in vsib. feud. Idem tenēt Gui.& Doct.in l.in prouinciali.C.de seruit. Et facit quod proximè dicam de vasallo & superficiario: quod intellige durante emphyteosi seu liuello. Sed finita emphyteosi,quia reuertitur ad dominum directum,& consolidatur cum proprietate,tunc finitur etiam seruitus:vt probatur in d.c.j.§.quid ergo.de inuestit. de rebus alie.fac.& ibi hoc not.Bald.& Iacob. de Aluar. & not.Bar. in l.j.§.fi.de superfic.& probatur in l.si cui.§.j.ff. quemadmod. seruitus amittat.& ibi hoc not.tenet Florent.& idem tenent.Bald. Saly.& Pau.de Cast.& Doct. communiter in.d. l.in prouinciali.C.de seruit.& probatur in l.lex vectigali fundo.ff.de pignor.Et per hanc ratio-

nem reſoluto iure feudi concedentis, reſolui-
tur ius receptoris ſeu recipientis. ut d.l.lex ve-
ctigali.& d.c.quid ergo.& d.c.j.§.fi. & per Bal.
in titul.de controuer.inueſti & l. ſi quis domũ.
§.fi ff.locat.& l.pen.§.prædium. de lega.ij.& l.
Statius Florius.§. Cornelio. vbi caſus notabi-
lis de iure fiſ.cum ſimi.quod eſt notãdum, quia
3 quotidie hoc contingit. † Item quid de vaſal-
lo, qui etiam dicitur habere vtile dominium in
fundo,ut eſt tex.& glo.& ibi Bal. & Doct.in d.
§.quid ergo.& eſt glo.fin.inſtitu.de vſufruc.in
princ. & eſt gloſſ ij. extrà in c.cum Bertoldus.
de re iudi.& habetur per Bald.in l. vnica.in.vj.
char.C.de confeſ.& in l.j.in vlt.colu. C.ſi plur.
vna ſenten.an ipſe poſſit ponere ſeruitutem in
fundo feudali? Videtur quòd ſic, vt eſt caſus in
d.c.j.ver.quod ergo.qui vult,quòd durãte fun-
do durat ſeruitutis impoſitio, ſed eo finiatur
ſeruitus impoſita, prout dixi in emphyteota
ſeu liuellario.& ibi tenent Bal.& Iac.de Aluar.
& idem tenent Doct.in l.& in prouinciali.C.de
ſeruitut.& in l.iij.ff.de serui.tit.generali.& Cy.
in.l.fi § penul.ante fin.C.communia de lega.&
habetur per Iaco.de Bel.in cap.j.§.præterea.in
titu.de capitulis Corradi in vſibus feudorum.
4 † Item quid de superficiario, qui habet vtile
dominium?vt not.glo.ij.inſtitut.de vſufruct.in
prin.& probatur in l.j.§.quod autẽ.de ſuperfic.
& inducitur quaſi dominus.vt not.gloſ.in l.iij.
ff.de ſerui. & videtur, quòd ſeruitus fundo ſu-
perficiario imponi non poſſit,ſuperficiarius di-
citur habere quandam ſeruitutem in solo: vt l.
ſi tibi homo §.fin.de leg.j. sed ſeruitus eſſe nõ
poteſt:vt eſt text.in l.j.de ſer. legat. ergo &c.
Tu autem dicas contrarium, ſcilicet quòd poſ-
ſit imponere ſeruitutem: vt eſt text. in l.iij.de
3 ver. ergo quæro. C. de rei vendi. † Aduerte tñ, quia licet aliqñ bona fides *b* præſumatur: tñ in caſibus, in quib. requiritur, nō ſufficit, ꝙ præſumat, ſed ipſa debet deduci & allegari. vt eſt caſus ſingu. in l. ſi adulteriū cū inceſtu. §. idē Pollioni. de adulte. ſecundū Ang. in l. eū qui. §. fi. de public. & vide ad hoc Bar. in l. cū quidā. in vlti. col. in prin. ſi cer. pe. vbi dicit, ꝙ ſuper non allegatis nō cadit præſumptio. & idē. no. Bal. in l. ſi certis annis. in 5. col. C. de pac. quod bene no. in practica, quia vidi multos errare hoc nō perpēdentes. Et qđ dixi de bona fide, intellige, ꝙ re-
4 quirit in ſeruitute præſcribēda. † Sed nunquid in libertate præſcribēda requiratur bona fides? vide per gl. ordi in l. fi. queādmo serui. amit. & ibi per Docto. & dic ꝙ in præſcribēda libertate perſonali requiritur bona fides. l j. C. de præſcrip. lon. tēpor. quæ pro libertate comp. Sed in præſcribēda libertate diſtingue. Aut loquimur de

a Præſcrip. Adde Alex. conſi. 34. in 2. colū. in prin. in 3. vo. Et multa in materia præſcriptionis habes in 2. vol. conſi. 188. & in 4. vol. cōſi. 99. in j. & 2. col. & an ius canonicum in materia præſcriptionis deroget iuri ciuili, vide Cor. conſi. 16. in 2. vol.

b Bona fid. Quomodo & quādo in præſcriptione requirat bona fides: & quid de iure ciui. & can. vide Alex. conſil. 99. in j. col. in 4. vol. & an exti. præſumatur bona fides, in cōſi. 89. in 5. vol. Et bona fides, nō præſumitur in eo, qui contra iura mercatur. vide Cor. conſi. 121. in 2. vol.

de libertate rei vrbanæ, & requiritur bona fi-
des.l.hæc autem iura.de serui.vrb.prædio. Aut
rei rusticæ, & non requiritur bona fides,l.pen.
C.de serui. Et ratio diuersitatis est,quia in præ
scribenda libertate requiritur factum & vsus
pręscribentis.& ideo non mirum, si eius bona
fides requiritur,sed in realibus non requiritur
aliquod factum hominis pręscribentis,sed sola
negligentia ex parte admittentis. ideo non cō-
sideratur in admittendo bona fides aduersarij.
vt no.in d.l.fina & in d.l.2.C. de serui dicā in-
frà plenius,in 10.& vltima quæst.princ. Ter-
tium,quod requiritur in ista præscriptione, est
quòd quis fuerit vsus longo tempore, uideli-
cet 10.annis inter præsentes,& 20.inter absen-
tes.vt nota in l.seruitutes.ff.de serui. & in l.2.
C.eo.tit.& suprà dixi, quòd est verum in præ-
dio priuati. sed in prædio ecclesiæ requiritur
tempus 40 anno. sicut in præscriptione domi-
nij rerum ecclesiæ.ut uoluit Inno. in c.diligen
ti.de præscripr.& per Doc.cauonistas in c.per-
uenit.de censibus.& sequitur Paul. de Castr.in
d.l.serui circa quod adde quod dicā infrà,ver-
si.sed contra hoc opponitur. Quartum, quod
requiritur, est quòd vsus fuerit sciente aduer-
sario.l.2.C.de ser.& ibi per glo.& Doct.& etiā
eo patiente.l.quoties.la 2. de seruitu. & in ista
scientia & patientia consistit quasi possessio iu
rium incorporaliū. Quod limita principaliter
5 duobus modis. † Primo scilicet, vt scientia &
patientia aduersarii requiratur, volēdo pręscri
bere longo tempore:sed si longissimo, scilicet
30.vel 40.annis,secus. nam tūc non requiritur
scientia,nec patientia aduersarij. sicut enim o-
peratur titulus, vt possim præscribere aduersa-
rio ignorante vel non patiente:ita etiam opera
tur longissimum tempus, quando titulus non
interuenit: ut singulariter dicit Paul.de Castr.
in l.2.C.de serui, Secundo fallit, quādo præ-
scribens haberet titulum à quodam tertio, qui
tanquā dominus illius fundi concessisset ei ser
uitutem illius fundi,cum non posset,tunc præ-
scribitur etiam ignorante vero domino, sicut
præscriberet dominus ipsius rei.l.fi.C.de præ-
scri.long.tempo.& hoc voluit expresse Pet. ut
refert Cyn. in l.2.C. de seruit.dum loquitur in
uitute formata,qua quis habet titulum, & hoc
etiam sequitur Paul.de Castr.in d.l.2. & in d.l.
seruitutes.quæ dicit,quòd de hoc est tex.in l.si
ego.§.1.de publi. in alternatiua, quæ ponitur
ibi,dum dicit, quod per traditionem consistit,
vel per patientiam. Nam per traditionem dici-
tur constituta, quando habet titulum a tertio,
& non videtur requiri patientia domini. & dū
subdit, Per patientiam, loquitur quando non
habebat titulum, quo casu bene requiritur. &
ista est singularis limitatio ad illud quod com-
muniter dici solet, quòd in iuribus incorpora-
libus non est dare quasi possessionem, nisi per
scientiam & patientiam domini, quod contin-
gere pōt in multis, vt in pascuis, & aquæducti-
bus,& iurisdictionibus,& iure piscādi,de quib.
quotidie oriunt lites in partibus istis. & pauci
sunt qui hoc aduertant,quia cōiter dicit,quòd
quis non posset in his præscribere, nisi cū sciā
& patientia aduersarii,& hoc debet ꝓbare.Sed
tu aduerte an habeat titulū, a vel nō:quia si ha
bet titulū,nō est opus probare scientiā,uel pa-
tientiā,secundū Pau.de Cast.in d.l.serui.de ser
6 ui.quod singulariter tene menti. † Sed nūquid
requiratur tit. in istis seruitutibus pręscriben-
dis? Dicas breuiter,ꝙ nō.vt est casus in l.si qs
diuturno.& ibi gl.& Doct.ff.si seru.ven.& no.
per gl.in d.l.seruitutes.& in d l.2 C. de ser. &
ibi per oēs Doct.& no.glo.in l.1.§.fi.in uersic.
quandiu.de aqua plu.& per Barr. in l.fi.quēad.
ser.amit.& idem no.expresse Inno.in c. si dili-
genti.de præscript. & istud teneas, licet aliqui
dixerint, quòd requiratur saltē allegatio titu-
li. & not. bene, istud tñ fallit in vsufruc. & in
prædiis ecclesiæ, ut statim dicā. & intellige de
titulo non solum habito à domino prædii ser-
uitutis.nā de illo dubium non est, quòd requi-
ritur ad præscribendum:quia si à vero domino
titulus non haberetur, statim seruitus acquisi-
ta esset, & non esset necessaria præscriptio.l.se
quitur.§.lana.de vsucap.sed intelligo etiam de
titulo habito à quodā tertio: puta quia Titius
tanquam dominus prædii tui, cum non esset,
concessit mihi seruitutem in eo:& ego credēs
ipsum dominum esse,fortè quia possidebat,sui
vsus seruitute longo tempore,te sciente, & pa
tiente,ratione illius concessionis.nā ēt talis ti-
tulus non requiritur ad pręscribendū talē ser-
uitutē realem. Et rō,quia in seruitutibus & iu-
ribus incorporalibus tit.non requiritur, sed in
corporalibus sic, vt est iste:quia istæ seruitutes
reales quærūtur rei,quę sibi non pōt de titulo
prouidere: sed alia iura corporalia quæruntur
personæ,quę sibi de titulo prouidere potuit.&
ista fuit rō Pet. Itē est & alia ratio, quia in in-
corporalibus agit de maiori præiudicio,s de ac
quisitione dominii,quàm in corporalibus:quia
tunc scholaris afficitur, & eius tantū conditio
grauatur.& hæc fuit rō Dy.in c.2.de reg.iu.li.
6.quā sequitur Cy.in l.2.in 5.q.C.de seruit.&
videtur mihi verior. & ideo in præscribēda ser
uitute vsusfructus,requirit titulus, cū vsusfru.
sit pars dominii.l.4. de vsufruct. & per conse-
quens in eo præscribendo, tractetur de magno
præiudicio ad similitudinem præscriptionis re-
rū incorporaliū. Sed contra hęc oppon. & imo
videt,ꝙ in præscribēda seruitute verus tit.req.
rat.nā ille qui seruitutē præscribit, hēt contra
se dispositionem iuris cōis:qm̄ omne præsumit
liberū, nisi probetur habere seruitutē.l.altius.
C.de ser.ergo videtur,ꝙ non solum allegatio,
sed ēt tituli probatio sit necessaria, per c.1 de
præscrip.lib.6.Inno.in c.diligenti.de præscrip.
soluit hoc contrarium,ꝙ non dicitur contra se
habere ius cōe qui pręscribit seruitutem:quia
ius non prohibet quē habere seruitutē in præ-
dio alieno:sed tunc dicitur habere ius cōe con
tra se.puta vnus episcopus exercet iurisdictio-
nē in diœcesi alterius epi. dicit Pau.de Cast.in
d.l. seruitutes, ꝙ non comprehendit quid sit
hoc

a Titulum. An titulus inualidus trāsferat dominiū, vide Corneū consil. 98.in 1. vol. Et Alex. in 5. vol. in consil.89. & ibi,ꝙ contrahē tem titulū verum vniuersalem, datur petitio hęreditatis.

hoc dicere:quia verum eſt,quòd in prædio alie
no non prohibetur habere ſeruitutem volente
& cõſentiẽte domino,sed eo nolente ſic.& eo-
dẽ mõ vnus epiſcopus volente alio epiſcopo.
vnde dicit ipſe,quòd c.1. de præſcriptio. in 6.
loquitur de pręſcriptionibus currentibus con-
tra eccleſiam,vel res eccleſię:ſecus contra pri-
7 uatũ. † Et ideo ipſe concludit,quòd qui vult
præſcribere ſeruitutem in prædio eccleſiæ,cum
habeat contra ſe ius commune, neceſſe eſt vt
habeat titulum ſaltem à nõ domino : vel etiam
à domino titulum vtilem . iuxta quæ habentur
in c.de quarta. de pręſcriptio. quia ſi eſſet vti-
lis,non eſſet neceſſaria pręſcriptio. l. ſequitur.
§.lana.de vſucapio.quod no.pro limitatione l.
ſi quis diuturno.ſi ſerui.vendi. Poteſt etiam di
ci,quòd Inno.bene ſoluit,quia volens ſeruitu-
tem præſcribere,non habet ius commune con-
tra ſe, quia eſt præter ius commune:& tunc di-
ceretur contra ius commune,quando expreſſe
prohiberet pręſcriptionem.vt not. in d.c.1.de
præſcri. in 6. Quintum quod requiritur ad
pręſcribendum ſeruitutem,quando eſt negati-
ua,vt ſeruitus altius non tollendi. ſcilicet pro-
hibitio vſus.vt no.gl.in l.qui luminibus.de ser
ui.vrb.prædio.& in l.1.C.de serui. & glo.3. in
c.abbate.de ver. ſigni.& Dyn. in l. ſi prius. de
no.oper.nuncia. Et ideo in iſtis ſeruitutibus,
quę conſiſtunt in prohibendo,ut eſt tex.ſerui-
tus altius non tollendi, non acquiritur quaſi
poſſeſſio,niſi per prohibitionem ex parte præ-
tendentis ſeruitutem,& patientiam aduerſarii:
Sed in his, quæ fiunt in faciendo, vt aquædu-
ctus,& ſimil.non requiritur prohibitio, sed v-
ſus & patientia aduerſarij, quia in his conſiſtit
quaſi poſſeſſio. & in prædictis negatiuis serui-
tutibus ſufficit vnus tantum actus prohibitio-
nis ad hoc,vt quæratur iſta quaſi poſſeſſio.pu-
ta ne altius tollas,vel per fundum vadas,vt sen
tit glo.in l.j.C.de serui.Sed in affirmatiuis, vt
eundi per fundum,vel aquam ducendi. Dic ꝙ
ſi sunt tales, in quibus poſſit eſſe vſus per mo-
dũ facultatis,& familiaritatis, vt itineris, quia
permiſſum eſt ire per fundum tuũ donec pro-
hiberis.vt l.diuus.de serui.vrb.prædio. & tunc
requiritur,quòd iuerit saltẽ 30. diebus ad hoc
vt conſtituatur in quaſi poſſeſſione. vt l.1.§.1.
& ibi per Barto. de itinere actuq; priua. Sed ſi
non poteſt in eis eſſe vſus ratione familiarita-
tis, puta ducere aquam per fundum tuum in
iſta quaſi poſſeſſione quærenda, etiam vnicus
actus ſufficit. vt in l.1.§. quod autem. de aqua
quoti.& æſti.& ita tenent Pet.& Cyn.in d.l.2.
in 6.q.C.de seruitut.& Barto.in l.1. eo. titu.&
Bald.in d.l.2. & Flo. in l. seruitutes. ff. de ser.
quod bene not. Sextum quod requiritur,eſt
tempus,ſcilicet longum, quando seruitus ha-
bet cauſam continuam, vel quaſi. sed ſi habet
cauſam diſcontinuam regulariter requiritur tã
tum tempus,cuius non extet memoria in con-
trarium, de quo dic vt plenius dixi in princip.
huius 8.q.princip. Septimum & vltimum re-
quiritur, vt præſcribens ſit dominus fundi,cui
ſeruitus eſt acquirenda,cõpleta pręſcriptione.
aliàs,ſi eſſet ſimplex poſſeſſor,ſic vt non poſſet
ei fundum acquirere per pactum : vt dixi ſuprà
in 4.q.princi.ita per pręſcriptionem,ſic vt nec
poſſet ſeruitutem imponere, etiam ſi partẽ do-
minij in fundo haberet.vt l.pro parte.de ſerui-
tu.licet aliquãdo plus posſit pręſcriptio,quàm
pactum.vt gl.no.in l.1.fami.erciſ. & in l. ſed ſi
inter me.de ſeruitut. vrba. prædio.& in prędi-
8 ctis iuribus not. † Ex prædictis autem collige
ſecundum Flo.in d.l. ſeruitut. ſeptem ſpecialia
in iſta præſcriptione ſeruitutum & iurium in-
corporalium. Primum eſt, quòd non requiri
tur vera poſſesſio,ſed quaſi,quia iura incorpo-
ralia non poſſunt posſideri.vt l.seruus.§.incor
porales.de acquir.re.do. Secundũ,quòd pro-
cedit contra posſidentem : vt habetur inſtitut.
de actio.§.æque.quod non eſt in rebus corpo-
ralibus,vt ibi.& l.2.C.de præſcri.20.anno.not.
per glo.in l.1.in fin.C.de ſeruis fugi.& ibi per
Doctor. Tertium,quia non requiritur titu.l.
ſi quis diuturno.ff.ſi ſer.vend.& ſuprà dixi. er
go ſufficit etiam non ſolennis. vt habetur in l.
poſt mortem.de adoptio.facit ad hoc gloſſ.no.
tab.in l.iurium.in glo.magna.in fin.ſi cert.pe-
Quartum, quia requiritur ſcientia eius contra
quem præſcribitur.l.2.C. de ſeru. Quintum,
quia requiritur etiam aduerſarij patientia. a l.
quoties.la.2.de ſeruit. Sextum, quia aliquan
do requiritur prohibitio pro adipiſcenda quaſi
poſſesſione:eo quia nõ cadit aliquis actus alius
corporalis pro ea adipiſcenda, qui ſit confor-
mis iuri quærendo, niſi prohibitio, vt dixi ſu-
prà in verſi. quintum quod requiritur ad prę-
ſcribendum ſeruitutem. Septimũ, quia præ-
ſcriptio longi temporis in iſtis incorporalibus
interrumpetur per ſolam misſionem executo-
ris, licet ſecus ſit in corporalibus : vt.C.de rei
vendic.l.motæ litis,& hoc voluit ſingula. glo.
ſub dubio tamen,forte in l.2.in gloſſ. 3.in fin.
C.de ſeruit.Sed Bartol. limitat hęc procedere,
quando præſcribens non habet titulum : quia
tunc ſolũ ex negligentia non potentis cauſatᷓ:
ideo inſurgente vigilantia impeditur.C. de ꝓ.
ſcript.30.anno.l.ſicut.ſed ſi haberet titulũ, nõ
ſufficeret ſola misſio executoris, quia illa non
cauſatur ex ſola negligentia,vt habetur in d.l.
ſicut.& hoc procedit de iure ciuili,sed de iure
canon.ſecus:quia omnis præſcriptio de iure ca
noni. impeditur per ſolam misſionem executo
ris.ratio, quia ſuperueniens mala fides, etiam
ſine aliquo iudicio præſcriptionem impedit.c.
fi.& ibi not.de præſcriptio.c. poſſeſſor malæfi-
dei.de reguli.iuri.lib.6.& hoc tenet Bal. in l.2.
C.de ſerui.in verſi. vlterius quæritur, nunquid
præſcriptio.quẽ ſequitur Ang.de Are. inſtit.de
actio.§.æque. teneo ꝙ illud ſeruãdũ eſſet in fo
9 ro ciuili.iuxta not.in d.c.fi. † Naturalis aũt in-
terruptio impedit pręſcriptionẽ ẽt longisſimi
tpis in iſtis incorporalibus. lege, ſeruitutes.&
lege.2.C.eod.tit. Et hoc facit contra eum,qui
uult præſcribere molendini cluſam, quam cur-
ſus aquarum ſemper interrumpit, ut non
videatur

a Patientia. Adde Alex.cõſ. 1.i 5.vo.& ibi, an tolerans v-num posſidere, ita vt illa patiẽtia egrediatur terminos tole-rantiæ.

uideatur præscribere, quia perditur possessio:
quod est uerum, si destruatur in totum, vel pro
maiori parte: alias secus. arg. l. domum. de con-
trahen. emptio. & hoc tenent Bal. & Ang. in d.
l. seruitu. quod notandum est. Et per hæc expe-
ditus est unus modus acquirendi seruitutẽ per
præscriptionem, ac etiam perfecte expedita est
materia prescriptionis in acquisitione seruitu-
tum. De præscriptione autem in seruitute amit
tenda dicam in 10. & vlti. q. Item constituun-
tur etiam omnes seruitutes non per traditionẽ
ueram, quia incorporalia non recipiunt tradi-
tionem. de acqui. re. do. l. seruus. §. incorpora-
les. sed quasi traditionem, quæ fit per scientiam
& patientiam domini, ipso me ducente in pos-
sessionem. unde etiam cauet, quòd me non im-
pediat utentem. ff. de ser urba. prædio. l. j. §. fi.
de actio. empt l. ratio. §. si inter. & de seruitu. l.
quoties. la 2. de ista cautione habetur in l. ha-
10 rum. & l. egi. si ser. uen. † Item constituuntur
seruitutes, ut patiaris me uti seruitute per præ-
dium tuum: non autem constituuntur, ut tu ali
quid non facias in tuo: puta ne eas per fundum
tuum, neue ibi consistatur, neque eo fruaris. se
cus si concederes mihi ius tibi non esse in fun-
do tuo aquam quętere minuendæ aquæ meæ
gratia. ut l. quoties. la j. de serui. in princi. nec
etiam constituũtur, ut tu aliquid facias in tuo:
puta uiridaria tollas, amœniorem prospectum
præstes, uel in tuo pingas: ut d. l. quoties. la j. §.
j. eo saluo, quod in seruitute oneris ferendi di-
citur, ut is debeat sustinere parietem uel colũ-
nam, qui debet seruitutem oneris ferendi in pa
riete uel columna sua: ut l. eum debere colum-
nam. & ser. urb. prędi. & l. siculi. j. & §. distant.
si serui. uendi. & dixi. supra in prima natura ser
uitutum. Item seruitutes constituuntur in fun
do simpliciter: quo casu totus fundus seruitute
afficitur, ut per quamlibet eius partem ire age-
re liceat. l. sicuti. de serui. & l. si mihi concesse-
ris. cum l. seq. l. si uia. de ser. ur. præ. nisi domino
prædij certus locus seruitutis designetur: ut l.
nam seruus. §. sed si totus fundus. quemad. ser.
amit. de quo dic, ut dicam in 2. q. prin. Item om
nes seruitutes constitui possunt ad partem prę
dij diuisam: ut l. certam. de ser. & no. pro parte,
non au ẽ ad partem diuisam. ut est tex. cum gl.
in d. l. pro parte. & l. ut pomũ. §. j. eo. ti. & l. 3. in
prin. de ser. le. & l. siquis duas. §. siquis partem.
cõia prædio. Cõstituta autẽ seruitute meo præ
dio, si nanciscor eius dominiũ pro parte indiui
sa, pro ea parte seruitus extinguitur, & pro alia
remanet. d. l. ut pomũ. §. j. finantẽ non esset con
stituta in toto prædio sed tantũ promissa, extin
gueretur seruitus in totũ, me adepto dominiũ
prædii. d. l. pro parte. nã multa impediuntur fa-
cienda, quæ non dissoluuntur iã facta. l. patre fu
riofo. de his qui sunt sui uel alie. iuri. & no. per
gl. in d. l. pro parte. Itẽ non põt constitui pars
seruitutis, ut quis teneaẽ ad partẽ eius: qa om-
nes seruitutes indiuiduæ sunt præter seruitutẽ
usufruct ut dixi in 3 princip. diuisione seruitu
tũ. & si promissor, vel stipulator serui decessit,
quilibet hęres tenetur insolidũ, & q̃libet hęres
stipulatoris agit insolidũ. ut d. l. pro parte. & l.
uiæ. de serui. & fam. hærc. l. hæredes. §. an ea. &
l. 2. de uer. obli. l. j. §. usufructu. ad l. Fal Item li
cet unus ex locus nõ possit per pactũ acquirere
seruitutẽ fundo cõmuni: ut l. si unus ex sociis.
de ser. rust. prædio. tamen per tẽpus seu tempo
ris lapsu, hoc est præscriptione, acquirere põt.
tex. est cũ gl. no. in l. sed si inter me. de serui. ur
ban. prædi. & ibi per Doct. & ibi hoc etiã tenet
11 do. Pau. de Cast. in d. l. ex parte. † Ex quo no. ꝙ
aliqñ plus põt præscriptio, q̃ pactũ. idẽ no. gl. in
l. j. fam. herc. Itẽ potest constitui seruitus certo
modo: ut cũ certo genere uehiculi non agatur,
ueluti cũ equo duntaxat, uel ut certum pondus
uehatur, uel ut res illlæ traducantur aut carbo
portetur. ut est tex. in l. modus. de seruitu. Item
potest cõstitui seruitus, ut usus seruitutis tem-
poris secerni possit. puta ut quis post horã ter-
tiã usq; in horã decimã eo iure utatur, uel alter
nis diebus utatur. ut est text. in l. uia §. j. de ser-
ui. & in d. l. modus. §. fi. eo. titu. & hoc seruatur
in multis locis in aquæductu. Itẽ seruitus põt
imponi & restringi ad certũ tempus: puta ut li
ceat ire de die tantũ, & nõ de nocte, maxime in
urbanis prædijs. tex. est cum gl. in l. iter. cõmu-
12 nia prædio. † Ex quo no. ibi Paul. de Castr. ꝙ
non est licitũ ire per ciuitatem, nec per domos
alienas. Itẽ constitui põt seruitus etiã de ædifi-
cio futuro. ut l. seruitur. §. futuro. de serui. ur.
præ. & l. Labeo. eo. tit. Itẽ constitui põt, ut aquã
quęrere, & inuentã ducere liceat. ut d. l. Labeo.
& dixi s̃. in illa q. in quib. rebus põt seruitus cõ
stitui. & oĩa quæ ibi dicuntur, possunt hic ad di.
Itẽ seruitus nauigandi põt per lacũ perpetuo
cõstitui: ut l. uia constitui. §. si lacus. de ser. urb.
præd. Itẽ uia, iter, actus, haustus aquæ, fere iisdẽ
modis cõstituitur, quib. usufructus cõstitui po
test. ut est tex. in d. l. uia. in pri. de serui. Itẽ ser
uitus ipso iure neq; ex tẽpore, neq; ad tẽpus, ne
que ad certã conditionẽ, uer. gra. quãdiu uolã,
constitui põt. Sed si hoc modo cõstituitur, ob-
stabit facti uel doli exceptio contra promissio-
nem seruitutis uendicãtis, ut est tex. in l. 4. quæ
incipit, seruitutes. de seru. & ibi plene per gl.
Bartol. & Docto. Et pone exemplum ex tempo
re, scilicet, ut incipiat post pascha: ad tempus,
ut incipiat nunc, & duret usque ad pascha: sub
conditione, intellige extinctiua, scilicet, ut con
stituo tibi seruitutem, quę extinguatur si na-
uis ex Asia ueniret. non autem intelligas de cõ
ditione incœptiua, uidelicet, constituo tibi ser
uitutem in tali fundo, si nauis ex Asia ueniret:
quia sub cõditione bene põt constitui seruitus,
sicut & dominium potest sic transferri, & pos
sessio: ut de acquir. poss. l. si quis absenti. § si
quis. & not. glo. in dicta l. 4. in uerbo, sub con-
ditione. quæ gloss. faciens differentiam inter
conditionem extinctiuam & incœptiuam, non
est aiibi, secundum Raph. in l. respiciendum.
si cer. peta & Flor. in d. l. 4. & communiter te-
13 netur. † Et ex his not. quòd seruitutes reales
& prædiales ipso iure non recipiunt certũ tem-
pus

a Obligat. Obligatio, & actio an sit nata ante diem, vel quo modo, uide Alex. consil. 2. in 4. col. in 4. vol. Et qui obligatur in foro animæ ratione naturalis obligationis, vide Corne. consi. 256. in 4. vol.

pus ex parte ante ad impediendum originem, sed conditionẽ sic: sicut uidemus in obligatione *a*, quę constitui non potest ex certo tempore. l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & oblig. sed sub conditione sic: vt l. cedere diem. de verbor. signif. Ex parte vero post, id est, ad ipsam obligationem seruitutis faciendam, non recipiunt conditionem, nec diem, quantum ad substantiam ipso iure: sed obstat exceptio: quia tempus non est modus tollendæ, &c. quia postquam incœpit semel cõpetere, durat perpetuo: sed adueniente die vel conditione, obstabit excepto: vt d. §. placet. & habetur in l. nemo potest. de legat. j. Et hoc est qđ dicere voluit text. in l. 4. de serui. & in istis appositio temporis cõtra naturam actus non vitiat nec vitiatur, sed operatur in eo quod operari potest, si circa ipsum, & non contra substantiam: vt d. l. 4. & l. cũ qui ita §. qui ita. de verb. obliga. & habetur in d. l. nemo potest. Et de intellectu & materia in d. l. 4. vide ibi plenius per Barto. & per omnes Doct. & plenius per Rofre. in suis libellis iuris ciuilis, in actione confessoria. versi. itẽ quæritur quæ dicitur. & vide quod dixi supra in 6. q. princi. Et adde, quòd licet seruitus constitui possit ex parte ante, sub conditione ad impediendum originem: videlicet, promitto tibi seruitutem in tali fundo, si nauis ex Asia veniret: tamen si ante euentum conditionis tradidi, vel quasi per patientiam transit in ius seruitutis. ff. de solut. l. sub conditione. de iure do. l. nisi. secundum gl. not. in d. l. 4. in versi. sub conditione. circa princ.
1 ibi, si ante condi. tradidi. quæ glo. non est alibi, secundum Angel. & ibi Doctor. † Ex quo not. singulariter, quòd sicut in re corporali quis tenetur dare sub conditione, si interim tradat corporaliter, transferri statim dominium. l. dotis fructus. in fin. de iure do. ita in iure corporali, si quis promisit vni dare sub conditione, si interim patiatur illum vti, quod pro traditione habetur. l. quoties. la ij. de serui. censetur illud ius proprietatem transferre, per gl. illam notabilẽ, quam teneo: licet Ang. ibi dicat, quòd non credit illam verum dicere.

Quando seruitus acquiratur. Cap. 21.

1 *Promißione an seruitus acquiratur.*
2 *Dominium rei corporalis, & quasi dominium rei incorporalis ipso iure eodem modo transeunt.*

1 DIxi quomodo & qualiter seruitus acquiratur. Sed quando acquiratur. † Dic quòd per promissionem tantum non acquiritur seruitus, nisi realiter constituitur: quia talis sola promissio non constituit ius in re, hoc est, in seruitute, sed ius ad rem, vt l. si partem. in princip. ff. quemadm. serui. amit. not in l. & in prouinciali. C. de ser. & dixi suprà. in illa q. quomodo cognoscatur, an seruitutes sint reales, & prædiales. & not. ex illa l. si partem. in pri. quòd seruitus aquæductus nõ incipit, antequam fiat riuus per quem ducatur. & idem in qualibet alia seruitute ad cuius vsum requiratur, quòd aliquod opus fiat in re seruiente, puta tigni immittendi, quia requiritur quòd fiat foramen: & antequam fiat seruitus, non potest dici, quòd sit constituta per aliquem contractum solum: sed competit actio personalis, vt constituatur, quæ actio de sui natura non tollitur, nisi spatio longissimi temporis, vt l. sicut, C. de præscrip. 30. anno. Sed postquam factũ est opus, incœpta est seruitus, quæ tolli potest spatio longi temporis: secundũ ea quæ dixi in præcedenti q. princip. & si quis inducit me in fundum suum animo constituendi mihi seruitutem, licet statim dicatur constituta seruitus, vt l. 3. § dare. ff. de vsufru. hoc tamen est verum, quando non est opus aliquid fieri ad vsum seruitutis, puta iti eris, vel vię, vel altius non tollendi, vel haustus aquæ, vbi non potest opus facere. secus quando est aliquid necesse fieri, sine quo quis vti non possit: quod perpetuo tene menti. Sed si legata est seruitus realis & prædialis, dic quòd dies seruitutis cedit a morte testatoris etiam legatario ignorante: licet pro se non transmittatur, sed cum prædio transeat: vnde non est proprie transmissio, sed inhærentia quędam. casus est in l. si partem. §. j. quemad. serui. amit. & ibi hoc no. Docto. & Bal. in l. vnica. §. in nouissimo. de cad. tol. siue §. li-
2 bertatibus. † Quod intellige verum, quando fuit legata expresse. quia sicut transit dominiũ rei corporalis expresse legatum ipso iure. l. a Titio. ff. de furt. ita & istud quasi dominium iuris incorporalis. nã & in illo est reperire dominiũ improprie vt not. in l. qui vsumf. in fi. in ver. dominium si vsusfr. pet. & per gl. & Doct. in l. generaliter. §. nihil commune, de acquir. possess. sed si fuisset legata seruitus tacite, secus: quia per legatum tacitum non transit ius seruitutis, sicut nec etiam ipso iure dominium. l. seruum filij. §. de leg. j. & habetur per gl. & Doc. in l. emptor. §. fi. de rei ven. & per Bart. & omnes Doc. in l. j. de le. j. Ita etiam tenent Bar. & Doct. in l. binas ædes. de seru. vrb. præ. & Flor. in l. testatrix. in princ. si ser. ven. An autẽ rei legatæ vel venditæ vel diuisæ seruitus debeatur, uide plenius per Bart. in l. j. de ser. lega. & per Bartol. & omnes Doct in l. binas ędes. & per Pau. de Cast. in tradendis. § interpositis. in fi. communia prædio. & vide in l. si quis ædes. in princi. de serui. vr. prædio & per tex. & gl. in ver. restituatur. in l. 2. § fi. de hæred. vel act. ven. & vide tex. no. in d. l. testatrix.

Quomodo, & qualiter, & quando & per quem seruitus retineatur Cap. 22.

1 *Seruitus an pro parte acquiri, vel retineri possit.*
2 *Seruitutem fundo communi an vnus ex socijs acquirere*

quirere, vel retinere poßit.
3 *Ciuitas, vel caſtellum, quod habet merum imperium, ſi occupetur à tyranno, ipſe retinet ſuã quaſi poſſeßionem imperij, ſeu iuriſdictionem.*
4 *Aqua per ſe ipſam fluẽs an præſcriptionem, vel conſuetudinem inducere valeat.*

NVNC dicamus quomodo & qualiter, &
quando, & per quem seruitus retineatur.
1 † Et quia breuiter, quòd seruitus pro parte
acquiri non poteſt, vt l. pro parte. de seruit. ta-
men pro parte retineri poteſt: vnde prædium
tuum, ſi mihi seruiat, ſiue ego partis prædij
tui dominus eſſe cœpero, ſiue tu mei, pro par-
te seruitus retineri poteſt. l. vt pomum. §. 1. de
ſer. & l. ſi quis ædes. § ſi partem. de seruit. vrb.
2 præ. † Item vnus, licet ex sociis, seruitutem
fundo communi acquirere non poſſit, l. ſi vnus
ex socijs. de ser. vrba. prædi. tamen per vnum
poteſt seruitus retineri. l. aquam §. ſi plurium.
quemad. seru. amit. Item seruitus retinetur no
bis per socium, vt fructuariũ, & bonæfidei poſ-
ſeſſorem. text. eſt in l. 5. qui incipit, seruitus.
quemad. seru. ami. Item quòd per fructuarium
retineatur nobis seruitus, licet nõ acquiratur,
vide tex. & ibi omnino Bart. in l. 3. §. vt viderẽ.
de iti. actuq; priu. Item vſu retinetur seruitus,
cum ipſe cui debetur, vtitur, quive in poſſeſ-
ſione eius nomine eſt, aut mercenarius, aut ho
ſpes, aut amicus, aut medicus, quive ad viſitan-
dum dominum venit: aut fructuarius, licet suo
nomine: denique quicunque debita via vſus
fuerit, ſiue ad fundum noſtrum facit, uel ex
fundo, licet malæfidei poſſeſſor ſit, retinet̃ ser-
uitus. tex. eſt in l. uſu. cum tribus l. seq. uſq; ad
l. ſi. quemad. seruit. amit. Et quòd etiam per ma
læfidei poſſeſſorem seruitus retineatur, eſt etiã
text. in l. qui fundum. eod. titu. per quem dicit
3 ibi Bart. & Doc. † quòd ſi ciuitas vel caſtel-
lum, quod habet merum imperium, occupetur
à tyranno, qui vtitur illa iurisdictione, retinet
ſuam quaſi poſſeſſionem imperij, seu iurisdi-
ctionis, quod dicit ibi Flor. eſſe verum, quando
iurisdictio cohæret territorio: secus, ſi perſonæ
in loco: quia tunc qui nõ vtitur, licet deiectus,
perdit: ut habetur in l. sequitur. §. ſi viam. de
vſucap. & argu. l. ſi plures. §. deiectum. de ui &
vi arm. & quando dicatur cohærere iurisdictio
in territorio. l. finali. C. vbi & apud quos. & ple
ne per Bartol. & Doctores in l. 1. C. de iurisdi-
ction. omnium iudicum. Item retineri poteſt
etiam. ſi ille, qui vtitur, nõ vtitur nomine eius,
cui competit, ſed sui, vt quia ſit socius, vel ſi
qui suo nomine vtuntur: vt dixi, & not. glo. in
l. finali. quemadmodum serui. amit. Item per
naturalem aquæ curſum naturaliter alicui re-
tentum seruitus retinetur: vt eſt textus in di-
cta l. qui fundum. quemadmodum seruitu. amit
4 ta. † Sed nũquid aqua per ſeipſam fluens poſ-
ſit inducere præſcriptionem, uel conſuetudi-
nem? Dic quòd non: quia non eſt res anima-
ta: & per rem inanimatam nihil nobis acquirit:
oportet ergo in præſcriptione aliquem vſum
interceſſiſſe, quo principato, sufficit aquam p
se fluere: ut dicta l. qui fundum. In conſuetudi-
nem etiam sufficit, quòd initium habuerit à
multis utentibus. nam poſtea perficitur solo
curſu temporis ff. communia prędio. l. vendi-
tor. §. ſi conſtat. & not. Bald. in cap. 1. §. ſi quis.
de manſo. in penul. col. in titulo de controuer.
inueſti. Item propter pupillum vel minorẽ,
cum quo habeo rem communem, retineo ser-
uitutem, licet ea non utar: ut eſt tex. valde no-
tab. in l. ſi communem. in princ. & ibi vide om-
nino Doc. quemadmodum serui. amitta. item
quomodo & qualiter quaſi poſſeſſio retinea-
tur seruitutum, uide per gloſ. in l. 2. C. de ser-
uitut. & ibi per Docto. maxime per Cyn. in
3. q.

Qualiter quis uti debeat ſeruitute. Cap. 23.

1 *Via ſi cui ſimplici vſu concedatur, an per quancunque fundi partem, quo voluerit, vel per totum fundum ire poßit.*
2 *Hominibus armorum, vel alijs, ſi per unum territorium, uel alium comitatum tranſitus concedatur, ipſi debent tranſire per partem concedenti minus damnoſam.*
3 *Seruitus ſimplex ſi in fundo debeatur, ad quem ſpectat, in qua parte ſeruitutes habere debeat.*
4 *Electio ſeruitutis quando facienda eſt, ad quem ipſa electio ſpectet, an ſcilicet illi qui debet ſeruitutem, uel illi cui ſeruitus debetur.*
5 *Verba debent interpretari pro eo, in cuius fauorem apponuntur.*
6 *Seruitus cui debetur, an in prædio ſeruiente ædificare licitum ſit.*
7 *Conſtitutione ſimplici ſeruitutis eundi abſque alia expreßione, an licentia faciendi ſcalas cõceſſa uideatur.*
8 *Aedificandum ſi ſit in prædio ſeruitutem debente, cuius expenſis ædificandum ſit.*
9 *Locum ſeruientem an reficere licitum ſit.*
10 *Statuti forma ſi licitum ſit ad vindictam aliquem occidere, an etiam ſit licitum amicos cõgregare, qui ipſum adiuuent.*
11 *Occidere aliquem ſi alicui licitum ſit, an ſit licitum etiam alteri demandari.*
12 *Refectio, uel depreßio, aut leuatio ſeruitutis, cuius expenſis fieri debeat.*

NONO principalitr eſt videndum, quali-
ter quis debeat vti seruit. Et dic breuiter,
1 quòd debet vti ciuili modo. † Nam ſi cui ſim
pl i vſu via conceditur per fundum cuiuſpiã,
vel relinquatur in infinito, videlicet per quã-
libet eius partem ire agere licebit ciuili tan-
tummodo: non enim per uillam ipſam, nec per
medias vineas ire agereq; poſſit, & minore ser
uientis fundi detrimento. tex. eſt no. in l. ſi cui.
de

de serui.in l.si mihi concesseris. cum l. seq. de
2 ser.ru.prę. † & hæc iura allegantur, si aliqui-
bus hominibus armorum,vel aliis concedatur
transitus per vnum territorium, vel alium co-
mitatum, quòd debeat intelligi, scilicet quòd
transire debeat per partem minus damnosam
concedenti, & quòd debeant ciuiliter se habe-
re. Et quando se inciuiliter habent,dicuntur
contra conuentionem venire: & debet eligi lo
cus per quem possint ire uel agere : ut est text.
in d.l.cui.& l.certo generi. §. 1. de ser.ru.præ.
Et postquam est electio facta de loco,non est li
citum mutare voluntatem,& per alium locum
ire:vt d.l.si cui.imo cæteræ partes liberę rema-
nent.ut est text.in d.l.certo generi.§.1.& dixi
quòd quæstio de electione procedit,quãdo cõ-
cessio seruitutis fuit facta simpliciter: secus, si
actum fuisset,quòd totus fundus seruire debe-
3 ret. † Nam si ista concessio simplex non es-
set,sed generalis,vel vtilis:tunc non cogeretur
ille,cui concessio facta est,eligere locum : sed
posset nunc per vnum locum, nunc per alium
transire:& sic licitum esset pœnitere: ut proba-
tur in d.l.certo generi.§.1.& in l.nam satis §.
1.versic.cæterum.in.§.cæterum. & ibi gloss.in
uer.velit.quemadmodum seru.amitta.Sed ille,
qui concessit seruitutem, bene potest variare
sine alterius incommodo.l.2.§. pen. de reli &
sump.fun.secundum glo.fi.l.si cui.quæ est not.
& sequitur ibi Bar.& communiter Docto.
4 † Sed est dubium,quando electio est facienda,
ad quem spectat electio, an illi qui debet serui-
tutem,an illi cui seruitus debetur. Et uidetur
quòd electio sit debitoris, siue loquamur in cõ
tractibus,ut l.plerunque.in fin. de iure do. siue
in ultimis voluntatibus,per l.si via.de ser.vrb.
præ.In contrarium videtur quòd sit electio ha-
bere debentis,per l.si cui.in prin. de seru Glo.
soluit vno modo in d.l.si uia. Dic tu melius:
aut verba executiua sunt prolata ad vnum exẽ
plum,quando sunt prolata a dare debente, Hæ
res dato vel concedito seruitutem Titio in fun
do meo: vel, Titio promitto concedere viam.
Exemplum vero,quando sunt prolata ab homi
ne debente, est, Volo quod Titius habeat sibi
seruitutem in fundo meo:vel,quòd Titius pos-
sit vendicare seruitutem.& tũc siue loquamur
in vltimis volũtatibus, electio est illius, ad quẽ
verba proferuntur:vt l.plane la 1.§.fin.de leg.
1.ibi,siue habeto.vt l.si ita relictum.§.fi.ibi,hę
res dato.de leg.2 & hoc tenet gl.ord.in d.l.Lu
cius.de leg 2.& ita debet intelligi d.l. si uia sci
licet quòd ibi verba executiua erãt prolata ad
hæredem,siue loquamur in contractibus: licet
hoc bene expressum non reperiatur,secundum
Cy.in l.cum quidam.C.de verb.sig. Sed secun
dum Bar.in d.l. Lucio.istud probatur in l.si sic
stipulatus fuerim. & in l.si ita stipulet. de ver.
ob.& probatur etiam per argumentum,secun-
dum Cy.in d.l.si stipulatus fuero per te nõ fie-
ri.de ver.obl.coniuncta l.2.§.quædam. eo.ti.in
l.cum is.§ 1. de cond. inde. & hoc tenet Dy.in
regula,in alternatiuis.in 6. & Cy.in d.l.cũ qui-
dam.& Bart.in d.l.Lucio.& Flo.in d.l.si via. &
habetur per Doc. in l.qui duos. & l.legato ge-
neraliter.de leg.1.& eandem conclusionem fa-
cit Bart. in pœnis alternatiuis,in l.quicunque.
C.de ser.fug. in l.1.§.expilatores. de effrac.&
5 expil.hæredi. & in d.l. Lucio. in fi. † Et ratio
huius conclusionis esse potest, quia verba de-
bent interpretari pro eo, in cuius fauorem ap-
ponuntur:ut l.solus. § 1. quando dies lega.ce.
Sed si verba executiua ad neutrum referuntur:
& tunç fit distinctio Aut loquimur in contra-
ctibus,& electio est dare debentis : vt l.plerun-
que.in fi.de iure do. Aut in legatis seu in vlti-
mis voluntatibus: & tunc electio est ipsius le-
gatarij.d. l. Lucio. & ita est tenendum in hac
materia, quia est communis doctrina doctorũ,
6 licet aliqui aliter dixerunt. † Item licitũ est
ei,cui seruitus debetur, ædificare in prædio ser
uiente,ita quòd commodè ius seruitutis habe-
re possit, ita quod fiat sine domini incommo-
do.Et ideo si iter legatum est,quo nisi opere fa
cto iri non potest, licet fodiendo, substruendo
iter facere potest.vt est tex.in l.iter.de serui.&
l.seruitutis.§.si duo.de seruit.vrba. præ.vbi est
7 casus not. † quòd simplici constitutione ser-
uitutis eundi, absque alia expressione, videtur
esse concessa licentia, & facultas faciendi sca-
las,& simil.in fundo seruiente,sine quibus ser-
uitus haberi non posset, etiam si illæ scalæ pos-
sent fieri in prædio dominante.quod est singu-
lare. eodem modo qui habet ius aquęducendæ
per alium fundum,licet ei fistulam suam fictilẽ
vel cuiuslibet generis in riuo ponere, quo a-
quam latius exprimeret: & quod vult in riuo
facere,licet, dũmodo de dominio prædij aqua-
rum deterius non faciat: vt est text.in l.quin-
tus.de ser.ru prę.& in l.hæc sunt §.is.& in l.fi.
de aqua quoti.& ęsti.& hæc iura allegantur,ꝙ
habens licentiam eũdi vel aquam ducendi per
alium fundum,vel scalas,vel cliuos faciendi in
fundo seruiẽte,põt arbores incidere,terram fo
dere,explanare fossata,& similia facere, vt cõ-
modè seruiture vti possit. Si ergo hoc facit,nõ
potest de damno dato accusari, secundum Flo.
in d.l.iter quod no.quia est quotidianum,& v-
tile.& quod ego intelligo, etiam si fiat incom-
modum domino prædij seruientis,respectu in-
cisionis,vel explanationis,aut fossę:quia illa si-
ne aliquo damno fieri non possunt.Sed si fieret
incommodum domino prædii seruientis in eũ-
do vel aquam ducendo,tunc prædicta fieri non
possent:per d.l Labeo.de seruit præ.& d l.hoc
iure.§ is qui.& l.fi.de aqua quot.& ęsti.quæ iu
ra intelligo ita:licet Doct.non declarent:quod
8 nota. † Cuius autem expensis prædicta fieri
debeant? dic expensis eius cui seruitus debe-
tur.vt d.l.iter.& d.§.si domo. & est text. in l si
forte §.etiam.si seruitut ven. & ita etiam vult
Flo.in d.l.iter.& vide quod dicam in ver.sed cu
9 ius expensis. † Item est licitum etiam locum
seruientem reficere,puta iter vel aquæductum
& refectionis causa etiam est licitum accedere
ea loca.quæ non seruiunt.ut est text.nota.in e

refectionis. l.

refectionis.in prīn.communia præd & est text.
secundum Flo. pro habentibus ductum aquarū
& clusas ad molendinum per fundum alterius',
vt domino fundi seruituris debeat præstare adi
tum etiam per alium suum fundum non seruiē
tem, ac etiam pati imponi lapides, & calcem, &
arenam, & simi. pro reparatione dictæ clusæ. &
idem dicas de aliis similibus: quod est valde no.
Item prædicta facere potest non solum ille, cui
seruitutes debentur, sed etiam fabri sui & ma-
gistri ad hoc necessarii: vt est tex.not. in d.l.re-
fectionis.& si resisteres illis, videris domino pre
dii dominantis resistere tex. est notab.in l.ossa.
§ fina.de relig & sump. fun. secundum Paul.de
Cast.in d.l.refectionis.est argu.secundum Pau.
10 de Cast.ibi, † quòd si ex forma statuti licitum
est alicui vindictam sumere de eo, qui ipsum of-
fendit, sit sibi licitum congregare amicos, qui
ipsum adiuuent ad hoc, & illi non punientur, si-
cut nec ille principalis.& dicit de hoc esse glos.
not.& sing.in l.cum fundi. de vi & vi arma. li-
cet glo.in l.Gracchus.C.de adulte.videatur re-
quirere, quòd congregati sint tales, quibus ille
congregans possit præcipere, vt sint filii, vel ser
ui.& istam partem, quòd non puniantur, tenet
Iac.de Butr.& Pau.de Cast.in d.l.refectionis.&
aliàs obtinui in ciuitate mea Veronensi: vbi est
statutum, quòd si frater, vel maritus, vel pater
reperit aliquem cum sorore, vxore, vel filia ma
le conuersantem, possit eum impune occidere.
Nam quidam sciens vnum male conuersari cū
sua sorore, congregauit duos amicos, & occi-
dit eum. Dixi, quòd tam frater, quàm etiam sui
socii debeant absolui: per d.l. refectionis cū his
quæ suprà dixi. & ita per curiam iudicatū fuit:
11 quòd perpetuò tene menti. † Licet sit dubiū,
nunquid in his casibus ille, qui potest aliquem
occidere a, possit alteri hoc mandare, ita quòd
ille mandatarius non teneatur? & Bal.tenet idē,
scilicet, quòd mandatarius occidens non tenea
tur, in l.Gracchus.C.de adult.& de hoc est glo.
sing.in d.l.cum fundum.in ver.postea.in princ.
secundum lec.primam. de vi & vi ar. Sed idem
Bald.tenet contrarium in c.j.§.j.ver.& hoc fa-
cit ad q.in titu.de pace iura. firman.in vsi.feud.
per l.seruum si hæred.& de stat.liber. ibi, pater
duntaxat, &c.idem tenet Ang.in d.l. Gracchus.
& ibi Salyc. inclinat in istam sententiam, licet
dicat se dubitare.idem tenet etiam Ang.de Are
tio, in suo maleficio, in glos.che mai adulterato
la mia dona.in vj.col.ver. quid si pater vel ma-
ritus. Hanc quæstionem non determino, quia
non est materia nostra, sed est dubia satis: sed vi
de tex.in l.si quis in graui.§.j. & ibi per Ludo.
Pon.ff.ad Sylla. Item ille, cui debetur seruitus,
potest deprimere, & eleuare locum seruientis,
vt commode seruitute vti possit, si sibi necessa-
rium est, nisi aliter actum sit. vt est tex.in d.l.re
fectionis.ff.communia prædi. vel nisi hoc sit cū
magno incommodo domini prædii seruientis.
& hoc modo potest intelligi l.j.§.fi. de riuis.&
12 l.iij.§.penul.de itine.actuq; priuato. † Sed cu-
ius expensis talis refectio vel depressio aut le-
uatio fieri debeat? Dic regulariter expēsis eius
cui seruitus debetur. sed fallit in seruitute one
ris ferēdi.vt est tex.in l.& si ferre.ff.si ser.uend.
& ibi per Bar.& Doc.de quo dic, vt dicam ple-
nius infrà de ser.oneris ferēdi. Cætera circa ma
teriā istam vide quæ dicā in speciebus seruit.

Quando, & qualiter, & quomodo seruitutes amittantur. Cap. XXIIII.

1 *Res propria nemini seruit.*
2 *Seruitus an extinguatur, quando vnus fundus ser-
uiens vni vel omnibus socijs prædij dominantis,
omnibus socijs, vel vni particulari acquiritur.*
3 *Emphyteota, vel vasallus si fundo emphyteotico, vel
feudatario seruitutem imposuerit, & postea em-
phyteosis, vel feudum finiatur, seruitutis impo-
sitio extinguitur.*
4 *Præscriptione scilicet non vtendo regulariter serui-
tutes amittuntur.*
5 *Decimarum in præscriptione, & in alijs rebus eccle
siasticis, an temporum duplicatio, de quibus in iu
re locum habeat.*
6 *Præscriptio seruitutis an contra ignorantes se ius
seruitutis habere, currat.*
7 *Ius canonicum & ciuile quo ad præscriptionem an
differant.*
8 *Accusatio vel requisitio de crimine si fiat, quod cer
to die, vel loco commissum dicitur si de alio die,
vel loco probetur, nunquid ad condemnationem
sufficiat.*
9 *Actione iniuriarum si agam, quia percussisti me in
facie cum pugno, & de percussione in spatulis
probetur, an absolutio sequi debeat.*
10 *Inquisitio, vel accusatio cum sanguinis effusione si
probata fuerit, & simplex percussio probata sit,
an condēnatio de simplici percussione sequi debet*
11 *Via si alicubi occupata reperiatur, ita quòd per eā
transiri non possit, an sine pœna per vicini fun-
dum iri possit.*

a Occidere. Adde Alex.cōs. cxlj.in j. col.§. iij. pro hoc. in ij.vol.& ī j.uo. consi.cxl.in iij. col. vbi ponit, an, & quomodo sit licitum occidere, & quomodo, & qualiter probetur defensio: & an requiratur, quòd nō potuerit aufugere.

DECIMO & vltimo principaliter dicendū
est de amissione seruitutis: videlicet quādo
& qualiter, & quomodo, seruitutes amittantur.
Et primo seruitutes omnes amittuntur per cō-
fusionem, si idem vtriusque prædii seruientis &
dominantis dominus esse cœperit. vnde si præ-
dium tuum mihi seruiat, & eius dominium in-
solidum acquisitus sim, vel tu insolidum nactus
sis dominium fundi mei, extinguitur vel cōfun
ditur seruitus: tex.est in l.j.quemadm.ser.amit.
1 † Ex rō huius decisionis colligitur ex illa regu
la, quòd res propria nemini seruit.l. uti frui.si
vsusfru.petatur.& l.in re communi. de seruitu.
vrba.præ.& in l.proprium.& l. quicquam.com
munia præ.secus si communicarem tibi prædiū
meum pro parte, uel tu cōmunicares mihi præ-
dium tuum pro parte: quia tunc seruitus nō ex
tinguitur.l.vt pomū.§ j. de serui. Item extin-

guitur seruitus, si à socio prædii communis do
minantis cõmuniter emitur fundus seruiens.
text. est in l. si communi fundo. de ser. vrb præ.
& est ratio: quia pars vtriusq; domini in vtroq;
fundo esse incipit. vt ibi dicitur: & sic notatur,
quòd sicut quando fundus tuus debet seruitu-
tem fundo meo, si dominus fundi tui efficior: &
sic vterque efficitur meus insolidum, quia res
mea non potest alteri meæ seruire, vt dixi. Itẽ
si fundus dominans est cõmunis inter te & me
pro indiuiso: postea fundus seruiẽs similiter ef-
ficitur communis, inter nos extinguitur serui-
tus. ut d. l. si cõmuni fundo. quia quod iuris est
in vna persona, idem in duabus. arg. l. quæ de to
ta. de rei. vendi. secus si proprio meo fundo, &
proprio tuo vnus & idem fundus tertii seruiat,
& ipsum in communi emerim: quia tunc serui-
tus remanebit, quoniã proprio fundo seruitus
deberi potest, etiam per communem: ut est tex.
in d. l. si communi fundo. de seru. rustic. prædio.
2 † Et circa istam materiã, quando vnus fundus
seruiens acquiritur vni, uel omnibus sociis præ
dii dominantis, vel quando acquiritur vni parti
culari, an extinguatur seruitus, vide gl. ord. quæ
plene distinguit in d. l. si cõmuni fundo. & ibi p
Doct. & glo. in l. vnus ex sociis. §. j. versi. placet
de ser. rust. prædio. & ibi per Doc. & per Azo. in
summa. C. de ser. vr. amittuntur seruitutes. qui
bene dicunt in omnibus, excepto eo, ꝙ inquan-
tum faciunt differentiã: vt voluit gl. in d. l. vnus
ex sociis inter redemptionẽ & communionem.
Nam est distinguendum solummodo, an domi-
nus vel domini prædii dominantis efficiantur,
vel efficiantur domini prædii seruientis. & tunc
extinguitur seruitus, quia non superest, in quo
possit remanere: sin vero, pro parte. Et tunc du
rat, & non extinguitur: quia superest alia pars,
per quam seruitus retinetur, vt d. l. vt pomum.
§. j. de seruit. Item si hæres imposuit seruitutẽ
fundo alteri sub cõditione legato extinguitur
seruitus adueniente conditione: vt est text. in l.
sicut. § hæres. quemad. seru amit. Et ratio est,
quia finito iure datoris, finitur ius acceptoris:
3 vt l. lex uectigali fundo. de pig. † Et ideo si em
phyteota, vel vasallus imposuerit seruitutẽ fun
do emphyteotico vel feudatario, quód potest.
vt l. iij. de serui. & c. j. §. j. in tit. de inuest. in vsi.
feud. postea emphyteosis vel feudũ finiatur, ex-
tinguitur seruitutis impositio per d. §. hæres.
Et idem dicas in simili: vt plenè dixi suprà in 3.
4 q. princ. de quo dic vt ibi. † Item seruitutes re
gulariter amittuntur per præscriptionẽ a, sci-
licet nonvtendo, per longum tempus, hoc est x.
annis inter præsentes, & xx. inter absentes, si cõ
stituta sit seruitus, quæ non haberet temporum
interualla, vel si interualla dierum uel noctium
tantũ, vel breuioris spatii: si autem habeat inter
ualla annorum vel mensium, amittitur tempo-
re duplicato, videlicet xx. annis inter pręsentes,
& xl. inter absentes. l. fi. in princ de ser. C. & l. si
sic. quemad. seruit. amitta. & hoc videtur tenere
glo. in d. l. si sic. quia via est eius vltima opin. &
hoc etiam videtur tenere gl. in l. cum notissimi.

a Per præsc. Quomodo ius seruitutis acquiratur per pręsc. & quanto tempore, vide alex. in j. vo. cõ. 123. per totum. & vide in 3. vo. cõsi. 46. in vl. col. in fi. & an pręscriptio impediatur currere propter pestem vel guerram, vide Cor. in 4. volu. consi. 102.

§ fi. quæ incipit, verbi gratia. C. de præscri. xxx.
annorum. quæ dicit quòd ista duplicatio habet
locum in decẽnali vel vicennali præscriptione.
& hoc etiam sentit gl. antepe. in prin. in versic.
propter breuitatem temporis. in c. cum ecclesia
sutrina. de causa possessio & proprie. quæ dicit
quòd ea quę non habent causam continuam,
tempus duplicatum requirunt, per d. l. si sic. &
hanc opi. putat esse veriorẽ Abbas Siculus in c.
de quarta. de præscrip licet prędicta in glos. non
alleget. Alii dicunt, quòd duplicatur tempus so
lummodo x. & non xx. annorum. & sic in vtroq;
casu præscribitur spatio xx. annorum, videlicet
inter pręsentes, & inter absentes. & ista fuit opi.
Ioan. glo. per d. l. fi. C. de serui. quem sequit gl.
Accur. in d. l fi. & Bar. & Bal. & ibi communiter
Doc. sequuntur. & Inno. in d. c. de quarta. circa
prin. dum istam opi. vltimam ponit iuxta gl. no.
in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Treb. & per not.
per Bal. in auten. ex testamento. C. de collat. vbi
dicitur, quòd vltima opi. Inno. in dubio est te-
nenda. & hanc opi. ego etiam sequor vltra tex.
in d. l. fi. Bald. etiam ibi allegat rationem: quia
cum vigennium sit tempus à lege duplicatum,
non debet vlterius duplicari, ne fiat duplicatio
duplicationis. & pro hoc ego adduco quod dici
tur in simili, quòd retorcutio retorcutionis nõ
admittitur, secundum Bar. in l. post legatum. in
prin. in pen. col. in fi. ver. sed circa prędicta duo.
de his qui. vt indig. Et sic nota quòd ista dupli-
catio temporum nõ habet locum vltra tempus
decimale vel vigesimale. & sic non habet locũ
in præscriptione xxx. uel lx. ann. ut est glo. not.
in d. l. cum nouissimi. § fi. de præscri. xxx. anno-
rum: nec habet locum in prastatione annua, vt
vult etiam eadem gl. ibi, quã sequuntur Doct.
& Flor. in dicta l. si sic. §. quemad. serui. amit.
5 † Sed nunquid ista duplicatio tẽporum habeat
locum in præscriptione decimarum, & in iure
eligendi, vel in obligationibus, quæ fiunt omni
anno semel in die dedicationis vel festiuitatis
alicuius ecclesię, vel in seruitijs quæ recipiun
tur ab aliquo? vide de istis omnibus per Inn. &
canonistas in d. c. de quarta. de præscrip. & per
Flo. in d. l. si sic. Et super isto articulo de dupli
catione temporis, in præscribenda seruitute, sic
videtur concludendum: quòd aut est seruitus
continua sine aliquo tẽporis interuallo ex for-
ma constitutionis, videlicet promitto quòd tu
possis ducere aquam, vel continue, vel quando-
cunque uis, per fundũ meũ. & ista præscribitur
lõgo tẽpore, videlicet x. annis inter præsentes,
& xx. inter absentes: vt l. si cui. C. de pręscript.
seruitutis. Aut seruitus continuam causam nõ
habet sine interuallo: imo discontinuam ex for
ma constitutionis seruitutis: quia habet inter-
ualla: vtputa quia non est semper licitum duce
re aquã, vel ire: & tunc aut habet interualla an-
norum vel mensium, vtputa constituta est ser-
uitus, vt æstate tantum ducatur, vel vno mense
tantum in anno, vel alternis annis, vel alternis
mensibus, & tunc quia tempus continuum, non
habet duplicatũ tempus: ut d. l. si sic. scilicet ut

inter prę ſentes requiratur xx. anni, & inter absentes non duplicetur: quia sufficiunt anni xx. vt suprà dixi. itẽ si habeat interualla quinquennii, triennii, vel biennii, aut non tẽporũ, ut quia omni quinquennio liceat vna die uel pluribus gestare vel ire: vt est tex. no. in d. l. fi. in prin. C. de ser. idem in septimana, vt si alternis septimanis licitum est ire, vel aquã ducere, vel vna die in septimana: ut est gl. not. quam Doc. sequunẽ in d. l. si sic. in fi. in verbo, quotidie. quemad. ser. amit. & eam sequitur ẽt Nic. de Mat. & Abb. Siculus, & etiã Doc. can. in d. c. de quarta. de præscript. Ex quo nota. quòd licet seruitus habens causam discontinuatiuam non præscribitur lõgo tẽpore regulariter: sed requiritur tantũ tẽpus, in cuius contrarium memoria non existat: vt habetur in l. seruitutes. la grande. de seru. & dixi plene in viij q. prin. tamẽ perdetur per nõ vsum longi tẽporis, secundum ea quæ suprà dixi. Aut seruitus habet interualla dierum vel horarũ, puta alternis diebus, aut die tota tantum, aut nocte tantũ, aut alternis horis, vel vna hora quotidie quis seruitute uti potest. & tunc quia istud reputatur quotidianũ, & vna seruitus scilicet habens causam continuã, perinde ac si interualla non habeat, non vtendo amittitur tempore constituto, scilicet longo, videlicet x. ann. inter præsentes, & xx. inter absentes: nec fit aliqua duplicatio temporum: ut est tex. cum gl. in
6 d. l. si sic. † Sed nunquid ista præscriptio currat contra ignorantes *a* se habere ius seruitutis. Dicas quòd sic, etiam si sibi non possit aliqua negligentia imputari. vt est text. in l. si partem. §. j. ff. quemad. ser. amit. & l. Attilicinus. de ser. rusti. prędio. Sed propter istam ignorantiam in integrum restituitur, ex clausula, si qua mihi iusta causa esse videbitur, vt l. j. ff. qui. cau. maio. sicut quãdo fuisset impeditus aliquo iusto impedimẽto. ut d. l. Attilicinus. ut no. gl. in d. l. si sic. in pe. gl. in fi. & idẽ no. gl. in d. l. & partẽ. §. j. in ver. non utendo. & glo. in d. l. si sic. loquitur per verbum, forte, dicens, de ęquitate forte per restitutionẽ subuenitur. Et ideo dixit, forte, quia d. l. Attilicinus, in qua se fundat, loquitur quando fuit impeditus tali impedimento, aduersus quod sibi consulere non potuit, quia fons exaruit. Sed quando impeditur propter suã ignorãtiam, per diligentem inquisitionẽ potuisset sibi prouidere: ideo non videbatur subesse tãta ęquitas. & propterea glos. determinat idem sub dubio, forte, & est multum not. & semper allegatur, & pro ea prouidetur l. fi. C. de pręscri. long. tempo. currere etiam contra ignorantem, quia succurrit ignoranti per restitutionem in integrum, ex clausula generali, & ita tenet singulariter Bar. in l. j. § si quis autẽ. de iti. actuq; priu. & Pau. de Ca. in d. l. si sic. in fi. & in d. l. Attilicinus. & idem sentit Spe. in tit. de præscrip. versi. sed pone colonus. & canonistæ idem in cap. vigilanti. de prę scriptio. Et hoc perpetuo tenementi pro illis, contra quos currit prę scriptio longi uel longissimi temporis, vel ex ferma statuti: quia si fuerint ignorantes, habent beneficium restitutionis in integrum ex clausula generali, in quadriennium a die scientiæ. iuxta l. fi. de temporib. in integrum rest. & hoc vult Bar. singulariter in d. § si quis autem. & in l. 2. ad fi. C. si aduersus vend. & Pau. de Ca in d. l. si sic. & in d. l. Attilicinus. & Fulg. in l. iuris ignorantia ff. de iur. & fact. igno. in l. senatus. de off. præ. & Abb. Sicu. in d. c. vigilanti. quod no. quia sæpe contingit in facto. Et prædicta, quòd per non vsum perdatur, & præscribatur seruitus, procedunt in seruitutibus rusticis, secus in vrbanis: quia in istis non sufficit me seruitute nõ vsum: sed requiritur etiam quòd tu præstes mihi impedimentum: vt l. hęc autem iura. de ser. rusti. præd. secundum gl. pe. in fi. in l. si sic. quẽad. ser. amit. & idem tenet Inno. Anto. de Bu. & canonistæ in d. c. de quarta. de præsc. qui dicũt, quòd est differentia inter rusticam seruitutem & vrbanam, in hoc, quia rustica perditur lõgo tempore non vtendo, secundũ ea quæ supra dixi vrbana vero per longũ vsum non perit, sed ita demum, si vicinus vsucapit libertatem, veluti si ædes tuæ ędibus meis seruiant, ne tuæ altius tollantur, ne luminibus mearum officiant. in hoc. n. casu si ego per statutum tempus fenestras meas præfixas habuero, vel construxero, ita demum ius meum amitto, si tu per id tẽpus altius sublatas habueris ædes tuas, alioquin si nihil feceris, retineo seruitutem, vt hæc probã
7 tur in l. hæc autem iura. de ser. vrb. præ. † Et aduerte quia licet Inn. in d. c. de quarta dicat prædicta procedere secundũ leges, idem tamen dictu secũdum canones. quia in hoc canonistæ nõ reperiuntur contrarium disponere, nisi respectu ecclesiæ, contra quam non præscribitur, nisi spatio 40. ann. vnde in foro ecclesiastico, & in terris ecclesiæ prædicta seruabuntur ad vnguẽ secundum Abbatem Sicu. in d. c. de quarta. ad fi. Sed certe nec quantum ad ecclesiam, est differentia inter ius canonicũ & ciuile: quia vtroq; iure idem est: quoniam in rebus immobilibus contra ecclesiam non currit prę scriptio nisi 40 anno. vbi de iure canonico. d. c. de quarta. & de iure ciuili, in aut. quas actiones. de sacrosa. Sed in vno tantum regulariter est differentia, quantum ad præscriptionem inter ius cano. & ciuile: quia ius ciuile admittit præscriptionem cum mala fide, vt d. l. si quis emptionis. C. de præscr. 30. ann. quod ius canonicum non admittit, vt c. fi. de præscr. & in regula, possessor malæfidei. in 6. & no. Abbas in d. c. de quarta. in 8. colum. in prin. In hoc tamen est standum viri canonico, quia est materia peccati, vt habetur in c. nouit. de iudi. & no. in d. c. fi. licet glo. ibi aliter dixerit. & sic in effectu inter ius canonicum & ciuile nulla videtur esse differentia regulariter in materia præscriptionis, & maxime quantum ad propositum prę scribendæ seruitutis, vnde propter hoc tene omnia quę supra dixi obseruanda esse tam de iure canonico quàm ciuili, & tam in terris ecclesiæ, quàm in terris imperij. Item qui vtitur seruitute alio tempore, quàm sibi debeatur, ipsam per non vsum longi

a Contra ign. Quòd prę scriptio currat cõtra ignorantes, vide Alex. in j. vol. cõs. lxxj. in j. col. & in ij. uolu. cons. clxx. in iiij. colũ. & an ignorantia iuris causet bonã fidem probabilem ad prę scriptionem, uide Corneum in 2. vol. consil. 147.

gi temporis perdit:& ideo ſi is qui nocturnam
habet aquam,& interdum per conſtitutum tẽ-
pus ad amiſſionem vſus fuerit diuturna, amit-
tit nocturnam ſeruitutem: quia ea nõ eſt vſus.
idem eſt in eo qui cæteris horis vſus fuerit,nec
illa parte earum horarum,qua illa ſeruitus de-
bebatur:vt eſt tex.in l.ſi communem §.j. quẽ-
admo.ſer.amit.Idem ſi cui via,actus debeatur,
vt vehiculi certo genere vteretur, iuxta l.modum in prin.de ſer.& alio genere vſus fuerit.ſ.
per tempus conſtitutum, ſeruitutem amittit.
tex.eſt in l.ſi cui uia.in prin.iuncta glo. in ver.
ſer.quemad.ſerui.amit. ſecus ſi quis exerceat
plus iuris,quàm habeat.quia non perdit ius ſi-
bi competens,quia qui facit plus quàm debeat
dicitur facere id ad quod tenetur. & ideo qui
amplius oneris quàm licuerit uexerit, magis &
plus quàm aliud feciſſe videtur. & ſi latiore iti
nere quis vſus eſſet,aut ſi plura iumenta egerit,quàm licuerit, aut aquæ quis immiſcuerit
aliam,in omnibus iſtis caſibus ſeruitus quidẽ
non admittitur, ſed conceditur plus ſeruitutis
habere quàm pactus fuerit.tex. eſt in d.l.ſi cui
via.in prin.concorda.l.ſi eo loco.§.j. ſi ſer.ven
di.vbi dicit,quòd ſi quis vel latiore via vel an
guſtiore vſus eſt,ſeruitutem retinet.ſicut ſi a-
qua ex aqua ius habet vtendi, alia admixta v-
ſus eſt.& etiam dixi ſupra in 8.q.princ.ad fi.Et
hæc iura allegantur,quòd diuerſitas in tempo-
re,diuerſificat in ſubſtantia & ſic facit reputa-
ri diuerſum.Idẽ ſi eſt diuerſitas in loco.vt not.
in l.Pantonius § rei perduellionis.de acq.hær.
& habetur plene per Barto.in l.denunciaſſe.§.
quid tamen de adult. ſecus ſi differret ſecundũ
plus & minus:quia tunc non dicitur differre in
ſubſtantia,nec diuerſum reputari:quod eſt vti-
8 le ad multas quæſtiones. † Prima eſt, ſi fiat in
quiſitio vel accuſatio de crimine,tanquam cõ-
miſſo certo tempore vel loco, vt probetur de
alio tempore vel loco,debet ſequi abſolutio:
non enim eſt probatum crimen intentatũ, ſed
aliud.& ideo de nouo debet inquiri vel accuſa
ri:vt no.in d.§.quid tamen. † Secunda qõ eſt,
ſi egi actione iniuriarum, quia percuſſiſti me
in facie cum pugno,& probatur de percuſſio-
ne in ſpatulis:quòd non debeam obtinere etiã
ſuper probato.de qua q.vide no.in d.§.quid ta
men.& vide plenius per Flo.in d.l.ſi cui. quem
ad.ſer.amit.& per Bald.in l & ſi ſeuerior.in 6.
q.C.de his qui no.infa.& per Ang. in repe.l.ſi
vacantia.in 33.col.ver.ſed quæro ſi inquiſitus
C.de bo.vacan.lib.10.Sed iſtud fallit in tribus
caſibus notab.Primo quando locus, vel tẽpus
nõ eſſet variabilis,quia eſſet impoſſibile,quòd
ſit niſi vnum.Exemplum in homicidio eiuſdẽ
hominis, quia tunc licet non probetur locus
vel tempus in accuſatione deductus, ſequi de-
bet condemnatio,ex quo locus vel tempus nõ
alterat ipſum factum vel pœnam: vt no.ſingu.
Ang.in d.l.denunciaſſe §.quid tamen. de adul.
Secundo fallit, quando inquiſitus fuiſſet con-
feſſus delictum:vt no.idem Ang.in d.l.ſi vacan
tia.de quo vide etiam per Bal. qui videtur ali-

a Via publ.
Quomodo intelligatur verbum,iuxta vias publicas, vide Alex. in 4 vol. conſil. 73. in j. col.§.fi.& quaſi per totũ conſilio.

ter dicere in l.quoniam.in fi.de his qui no.in-
famia.Tertio fallit,quando in inquiſitione eſ-
ſet clauſula,quæ communiter per bonos latrũ
culatores ſolet apponi: videlicet ſuper quibus
omnibus & ſingulis præcedere intendit ſimul
& diuiſim & omni meliori modo quo põt,&c.
vt no.Bal.in d.l.& ſi ſeuer.& Flor. in l. in deli-
ctis § ſi detracta.in fi.de noxali.& Ang.de Are.
in ſuo maleficio,in gl.ſuper quibus omnibus &
ſingulis.in fi.& vide omnino Bal.in l.j.in prin.
vlti.col.pen.char.C.qui accuſ. quod bene not.
10 † Tertia eſt quæſtio, ſi formata eſt inquiſitio
vel accuſatio cum effuſione ſanguinis, & pro-
batum ſit ſimplex vulnus, vel percuſſio, non
debet ſequi abſolutio, ſed condemnatio de ſim
plici percuſſione:quia tunc eſt ſecundum plus
& minus.& idem tu dicas in ſimili quæſtione.
item ſi ad plura prædia non communia per eũ
dem riuum aqua ducatur,dicuntur plures ſer-
uitutes.& ſi vnus ſtatuto tempore ad fundum
ſuum aquam non duxerit,ſeruitutem amittit.
nec per cæteros qui duxerunt, ſeruitus ſua re
tinetur:quia vt dixi,plures sũt ſeruitutes:nec
quod vnus perdit alteri accreſcit: vt eſt tex.in
l.aquam.in prin.quemad.ſer.amit.quod intelli
ge,quando vtens fuiſſet vſus ſua die tantum:
ſecus ſi vſus fuiſſet tam ſua die,quàm alia die,
qua poterat alius ducere: quia tunc vtens ac-
quirit ius longo tempore, ſecundum Paul.de
Ca.ibi,& bene.ſecus ſi duceretur aqua ad unũ
prędium commune:quia vnus ducẽdo retinet
pro omnibus,vt eſt tex.in d.l aquam.§.j. Item
ſi is qui habet hauſtum aquę,ſi per tempus ſta
tutum aquam non hauſit, hauſtus ſeruitutem
amiſit,ac etiam iter ad fontẽ perdit:vt eſt tex.
in l. Labeo ait.quemad.ſer amit.Item ſi ſtillici
dij mittendi ius habebam in aream tuã,&
permiſero tibi in ea ædificare, ius ſtillicidij immit
tendi amitto.Item ſi per tuum fundum via mi
hi debebatur,& permiſero tibi eo loco, ꝑ quẽ
mihi via debebatur,quid facere,amitto ius uiæ
vt eſt tex.in d.l.ſi ſtillicidij.in prin.eod tit.Itẽ
ſi vna eſt via,& indiuiſibilis, aut tota amittitur
aut tota retinetur,ſed ſi de vna fiant duæ, po-
teſt vna amitti,& alia retineri: vt eſt caſus no.
in l non ſatis §.j.cum ſeq.eo.tit. Item ſi locus
per quem mihi iter,vel actus, vel via debeba-
tur,impetu fluminis occupatus eſſet,per ſtatu-
tum tempus non vtendo ius amittitur.ſed ceſ-
ſante impetu, & facta alluuione reſtituitur in
priſtinum ſtatũ:vt eſt tex.in l.ſi locus. in prin.
a quemad.ſer.amit.Item ſi via publica a vel im
petu fluminis,vel ruina amiſſa eſt,vicinus pro-
ximus viam præſtare debet:vt eſt tex. no.in d.
l.ſi locum.§.fi.& ille tex. allegatur pro not.ſe-
11 cundum Flo.ibi,& Bal. in apoſtillis. † Quòd
ſi reperiatur alicubi via occupata,ita quòd per
eam tranſiri non poſſit,quòd quis poteſt ire ꝑ
fundum vicini,nõ punietur de ingreſſu. & hoc
tenet gl.expreſſe per illum tex. in d.c. omnes
leges.in glo.fi.in fi. debet tamen ire ciuiliter,
per l.ſi cui ſer. & vicinus debet dare viam ali-
quo pretio conſtituto a fiſco,vel deputato: ſed
non

non seruatur,secundum gl.in d.l. si locus. in fi.
& verum dicit,quòd non seruatur,quod intelli
ge in via publica:sed in priuata debet præstari
precium a priuato eam petente,per l.si quis se
pulchrum.de reli.& sump. fune. secundũ Paul.
de Cast.in d § fin.quod tene menti perpetuo,
quia quotidianum.

De speciebus seruitutum urbanarum. Cap 25.

1 *Species seruitutum urbanorum prædiorũ quot sint.*
2 *Seruitus non est,ubi quis nihil concedit, aut permittit in suo, exceptis casibus a legibus constitutis.*

EXPOSVIMVS hactenus de generibus
seruitutum,& de his quæ omnibus seruitu
tibus & præsertim rusticis, & vrbanis simul cõ
ueniunt:nunc superest,vt hoc lib.j. de vrbanis
tantum seruitutibus, & de ipsarum speciebus
1 videamus. † Species seruitutum vrbanarum *a*
a sunt plures,altius tollendi,& officiendi lumini
bus vicini,aut non extollendi. Item stillicidij
auertendi in tectum,vel aream vicini, vel non
auertendi. Item immittendi tigna in parietem
vicini. item proijciendi,& protegendi. item
etiam est seruitus,ne prospectui officiatur. itẽ
seruitus luminum,&c. his similia, vt est tex.in
l.j.2.& 3.de ser.vr.pręd. Item seruitus est,vt
prospectus præstetur.ut l.lumen. eo.ti. & not.
Azo.in summa de ser.§.si autem. Item oneris
ferendi,vt vicinus onera vicini sustineat l.eum
debere columnam.de ser.vrb. prædio. insti. de
ser.§.item prędiorum.Item itineris seu aditus
vt l.seruitutes §.si domo.de ser.vrb.præd. & l.
iter.communia præd. Item vbicunq; quis con
cedit vel promittit aliquid pati:aut non facere
in fundo suo vrbano:vel me faciente non pro-
hibere pro alio vrbano fundo meo, vbi de iure
pati aut non facere tenetur, vel me facientem
prohibere posset,dicitur esse seruitus vrbana:
quia ædificijs inhæret.vt probatur in l.quoties
la j.in fi.de ser.coniuncta l. & si forte §. etiam.
si ser.ven.& l.j. communia prædiorum. & inst.
2 de ser vrb.præd. cum si. † Sed vbi quis nihil
concedit aut permittit aliquid in suo, regulari-
ter non est seruitus,nisi in casibus in quib.ab
ipsa lege constituta dicitur, quando area vicini
non haberet aliunde ventum,nisi ex illa parte:
vt est casus sing.in l.fi.§.j.C. de ser. & dixi su-
pra.in 8.q.prin.ver.vlti. Adde singulariter,ac
etiam sicut est in agri natura, quæ est, semper
inferiorem superiori seruire:vt est tex. in l.j.§.
deniq; ager.de aqua plu.ar.& ista est quasi ser-
uitus.vt est tex.in d.l.2.§.fi.& no.gl.in d.l.j.§.
deniq; ager.Sed quoniam seruitutes vrbanæ di
cuntur,quando debentur a prædio vrbano alte
ri prædio vrbano,vel a rustico vrbano, vt dixi
supra in 4.diuisione princip.seruitutis.ver. sed
quõ cognoscatur.& ędificijs inhęrent, vt supra
proxime dixi,ideo singulis prius dictis seruitu
tibus nominatis per ordinem declaratis, post-
ea secundum statutum vrbani ędificij domum
figurando pro meliori ordine & clariori doct.
omnes vrbanas seruitutes declarare constitui:
in qua quidẽ domo,si quid fieri potest, aut non
potest,declarabimus,de solo aut area eius pri-
mum exponendo,deinde de pariete siue muro
stillicidio siue tecto,de ostio siue porta, de adi-
tu siue itinere,& introitu,de claustro, seu con-
claui,seu porticu,de penu, de curia, de puteo
& cisterna,& de lauello,& de cloaca, de fistula,
de fornace,de fornello,de balneo siue stupha,
de furno,de scal,de solareo, de tigno iniuncto,
de onere ferendo,de ponticello, de maniano,
de fenestra siue balcone,de camino, de neces-
sario siue loco communi,de celario de aquaro
lo siue canali,de aquę proiectu, & aquæductu,
& aliarum rerum,de picturis, de crustationib.
de armatura quæ machina dicitur,de stabulo &
sterquilinio,de macerie,de lapidibus,de tignis
de fouea,& arboribus, & vltimo de sepulchro
videbis.

a Ser. vrb. Adde Alex.in j. vol. consil.142. in j.col. & quo modo ius serui tutis acquiratur. consi. 113. Et quando intelligat de seruitute præsenti,& quando de futura, habes consil. 28. in 3. colum.

De seruitutibus altius tollendi, & officiendi luminibus uicini. Cap.26.

1 *Seruitutes urbanæ quædam sunt affirmatiuæ,quædam negatiuæ,rusticæ autem omnes affirmatiuæ sunt, ut ire,agere,&c.*
2 *Domum multum delectabilem non habere, uelut uicinus suam altius eleuet, quomodo nostra intersit.*
3 *Iura prædiorum non solum seruitutes existunt, sed etiam libertates.*

DICAMVS itaq; primo de seruitute al-
tius tollendi,& officiendi luminib.vicini,
aut non extollendi. Et secundum veram opin.
istæ sunt duæ seruitutes. Vna est altius tollẽdi,
& officiendi luminib. vicini i.quòd quis tenea
tur ad altius tollendum & offic. luminib. vici-
ni. Alia est,altius nõ tollendi.i.ꝙ non possit al-
tius tollere,vt est tex.cum gl.in l j. de ser.vrb.
pręd.insti.de act.§.æque.in ver.ędes tuas tollẽ
1 di.in fi. † Ex quo not.quòd seruitutes vrbanę
quædam sunt affirmatiuæ, quædam negatiuæ,
sed rusticæ omnes sunt affirmatiuæ tantum, ut
ire,&c.vt no.gl.in d.l.j.in ver officiẽdi.in prin
ci.quam Doc.ibi sequuntur. Et si dicatur,quõ
potest dici mihi deberi seruitus,vt vicinus alti-
us tollat,& mihi seu luminib.meis officiat?imo
ista videtur esse libertas vicini & seruitus mea
passiue. Nec videtur posse dici, ꝙ mihi seruitus
debeatur,ex quo mihi & prædio meo non pro-
dest,imo nocet:vt l.quoties.la j.in prin de ser.
Respondeo secundũ gl.quã Bar.ibi sequitur,&
cõiter Doc.in d.l.j.in ver.& offic.ibi,vel tertio
dic.de ser.vr.præ.ꝙ licet hoc noceat luminib.
meis,& ꝑ hoc nõ possit dici mihi debita serui-
tus actiue,tñ põt in alijs mihi expedire:ut quia
plures hoĩes veniebãt ad me,& facie. expẽsas.

2 † Ex quo not.quòd aliquando intereſt noſtra, non habere domum multum delectabilem propter amicorum concurſum, qui ſunt cauſa magni sumptus ſicut ſæpiſſime vidi euenire habẽtibus pulchras domos cum viridariis. Sed Bar. in d.l.j.declarat etiam aliter, quomodo poteſt noſtra intereſſe, vt vicinus altius eleuet domũ suam:& pone exemplum propter ventum, ſcilicet ne domus mea sentiat ventum: quia aliquando eſt male sanus: vel propter aſpectum, quia forte tranſeuntes per viam poſſent aſpicere,ſi via erat alta & domus mea depreſſa:quia ſi vicinus eſt in medio, & ædificet altius, euntes per viam non potuerunt amplius in domo mea videre:uel mea poterit intereſſẽ,vt habeatur lumen ex reuerberatione magis, quàm per directum.l.ſi arbore.§.interdum.de ser.vrba.præ.& not.glo.inſti.de ser.§.item prædiorũ urba.in fi. in ver.altius non tollat.in prin. Sed iſtud exẽplum eſt bonum, quantum ad altius tollẽdum, non quantum ad officiendum luminibus: quia imo prodeſſet, non officeret. Item poteſt poni exemplum secundum Angel.in d.l.j.vt interſit noſtra,vt noceat luminibus.vt quia erat domus mercatoris,scilicet quæ tanto lumine non indiget, imo eis noceret: vt uidimus in apothecis mercatorum communiter, & maxime Venetiis apud vellutarios. Item poteſt poni aliud exemplum,Conſuetudo eſt uel ſtatutũ,ut nemo poſſit ædes suas uel turres habere leuatas,niſi uſq; ad certam menſuram,inuito vicino: iuxta not. per gl.quę habetur de ſtatuto Florẽtiæ,in l.qui luminibus.de ser.urb.prædio. in l.j.C.de ædifi. priua. Vicinus conceſſit mihi, quòd poſſim altius tollere,& nocere luminib.ſuis: certe ſi tollerẽ altius,& eius luminibus nocerem, & vicinus me prohiberet, poſſem agere actione cõfeſſoria,vt mihi liceat ædes meas vel turres altius tollere, & ſibi nocere: quia ſeruitus vicino eſt impoſita, & mihi per pactũ acquiſita cõtra ſtatutum vel conſuetudinem: & in hoc exẽplo ſeruitus dicitur deberi actiuè volenti ædificare:in alijs verò exemplis paſſiuè. Item poteſt poni exemplum altius tollendi:quia quis tenebatur tenere ædificium altius, & onera domus meæ ſuſtinere:iuxta l.eum debere columnam.de ſeruitu.vrba.prædior. licet in alio noceret.ſ.luminibus meis.& hoc exemplum ponit gl.inſti. de act.§ æque.in ver.ędes ſuas tollẽ.in fi.Sed huic opi.quòd ius altius tollendi, & officiẽdi,ſit ſeruitus,obſtat ſecundũ Odof. & Ang. in d l j.de ſer.ruſti.præ. quia non reperitur ſeruitus affirmatiua, per quam quis compellitur ad aliquid faciendum.l. quoties. la j.de ſeruit. cum in eis verſatur,aut non fieri,aut pati,ut ibi ſupra.dixi ſuſtinẽdo iſtã opi. dicas secundũ Ang. in d.l.j. verũ eſſe,quòd non principaliter,ſed in conſequentia ſic l. eũ debere col. de ſer.vrb. præd.& dicit quòd credit Odof.illa ſenſiſſe,& bene.vel ſecundum exemplum vltimum de onere ferendo,quòd ſuprà dedi, ceſſaret iſtud contrarium: & per dict.l.eum debere columnam. & l.ſi forte,ff.de ſer.ven. poteſt etiam eſſe, quòd ius altius tollendi & officiendi luminibus vicini, ſit libertas, & non ſeruitus, videlicet quem poſſe & non teneri altius tollere, & luminib.uicini officere:ut l.altius C.de ſeru. ius eſt quod dicitur libertas,& non ſeruitus:& ita debet intelligi gl.in l.j.de ſer.vrb.præd.quæ apppellat iſtud
3 ius libertatem. † Et ſic not.quòd iure prædiorum non solum ſunt ſeruitutes, ſed libertates: & propterea multę leges poſitę in titulo de ſeruit.urb.prædio. loquuntur de libertate defendenda: de qua plura uidebitis in declaratione domus ſupra proxime figurata. Sed teneri ad altius tollendum: & officiendum luminibus uicini:iſtud eſt seruitus, de qua loquitur d.l.j.& non eſt libertas,ſecundum Odofr.ibi, quem ſequitur Ang.& Pau.de Caſt.& Doct. & bene,ut patet ex his quę ſupra dixi.Cętera circa iſtã ſeruitutem & libertatem altius tollẽdi & officiẽdi luminibus uicinis, uide quę dicã in;quęſt.ſſeq. & plenius dicetur de pariete ſiue muro, &c.

De ſeruitutibus altius non tollendi. Cap. XXVII.

1 *Seruitutem altius non tollendi ille qui debet, an poſſit ſaltem altius ędificare.*

2 *Seruitutem altius non tollendi ille qui debet, an ſupra eam latitudinem arborem vel ædificium habere poſſit.*

3 *Seruitutem altius non tollendi ſi mihi debeas cum hac conditione,ne luminib.meis officiantur,quomodo hac uerba intelligantur.*

4 *Seruitus altius non tollendi an requiratur, quòd ſemper per vicinum imponatur.*

5 *Statutum loquens, quòd nullus poſſit altius eleuare,ſeu tollere ædificium ſuum, ſi per illud vicini luminib.noceat, an forenſem liget, cuius eſt domus,quæ altius tolli debet.*

EST & alia ſeruitus altius non tollendi:ut l. j.de seruit.vrb.pręd.& inſt.de acti.§.æque. & l.altius.& l.ædibus.C.de ſer.cum ſimil.intelligendo quòd de neceſſitate non posſit altius tolli:ſed ſi de voluntate quis non tollat, poſſet tamen, ſi vellet: iuxta d l altius.tunc non diceretur ſeruitus altius non tollendi, sed libertas: ſicut de seruitute & libertate altius tollendi dixi super hanc quæſt. Quædam seruitutes mihi
1 occurrunt, quæ vtiles sunt. † Prima eſt,nunquid ille,qui debet seruitutem altius non tollẽdi,poſſet saltem altius ædificare. Videtur quòd ſic:quia verbum, Altius,eſt cõparatiuũ: ergo alte non prohibetnr. Sed dic contra: vt eſt text. cum glo.no.in l.loci corpus.§.pe.in ver.altius. ſi ser.ven.quã tenet Alber.de Roſ. in d.l.altius. C.de.ser.ante fi. † Secunda q.eſt,an ille,qui de
2 bet seruitutem altius non tollendi, posſit habere arborem vel ędificium supra eam latitudinẽ. Et dicas breuiter,quòd ſic:vt eſt tex.apertus in l.ædificia.de ser.vr.pręę.& probatur in l.ꝙ autẽ. eo. tit.& poterit per conſequens etiã viridaria facere ultra eam latitudinem: vt eſt text.in d. l.ædificia.

l.ędificia.dummodo seruitus non sit de prospe
ctu:quia tunc non postet.vt ibi.& sic no. quòd
plantatio arborum non est contra seruitutem
altius non tollendi,quia aliud est ędificare, a-
liud arborem ponere:vt est tex.vt ibi no.Bal &
Doc.in d.l.quòd autem:sed plantatio arborum
bene est contra seruitutem prospectus vel lu-
minum:vt d.l.ædificia & l.inter seruitutes.ver
si.quodcunq; igitur.de ser.vr. prę. & l.arborē.
in prin.eod.tit.& adde quod dicam in seq.q.
3 † Tertia q.si debes mihi seruitutem altius non
tollendi cum hac conditione, ne luminib.meis
officiatur,quomodo intelligantur hæc verba?
Dic quod cum illa adiectio fiat,per modum ac-
cessorij,regulatur a principali:vt in regula,ac-
cessorium.in 6.& intelligitur ne officiatur al-
tius tollendo.& ideo adhuc poteris arbores po
nere,& uiridaria habere,licet officias luminib.
quia non officio altius ædificando: vt est tex.in
d.l.quòd autem.iuncta l.præcedenti. ver.velu-
ti si ędes.de ser.vr.pręd.Si autem illa adiectio
apponeretur copulatiue per copulam, & ne,&
æque principaliter: puta promittis mihi serui-
tutem altius non tollendi, & ne luminibus do-
mus meæ officias.tunc essent duæ seruitutes,
& non posses ponere arbores,& viridaria face-
re:quia licet per hoc non facias contra primā
seruitutem altius non tollendi, tamen diceris
facere contra secundam.s. ne luminib.officias:
& ideo possem te prohibere:per tex.in d.l.ędi-
ficia.in fi & l.inter seruitutes. ver. quodcunq;
igitur.& de ser.vr.prę.& ita tenet Pau. de Ca
in d.l. ędificia. quod perpetuo tene menti, ut
scias uictare instrumenta huiusmodi seruitu-
4 tum. † Quarta quæstio est,an requiratur quòd
semper seruitus altius non tollendi per vicinū
imponatur.& videtur quòd sic: quia regulari-
ter cuilibet licitum est ædificare domū suam,
vel murum,etiam si officiat luminibus vicini:
vt est tex.in d.l.altius C.de serui. & in l. si ædi-
bus.eo.tit.& in l.cum eo & in l.pe.de ser.vrb.
præd.& habetur in l.qui luminib. eod.tit.& in
l.altius.si seruitus ven. Tu tamen dicas, quòd
in duobus casibus reperitur esse constituta ip-
so iure a lege.Primus est,quando area non ha-
beret ventum aliunde, nisi per locum, in quo
vicinus ædificare vellet. vt est casus singularis
in l.fi.§.j.de serui.& dixi supra,circa principiū
specierum seruitutum.& supra in 8.q. prin.Se
cundus casus est,quando per consuetudinem,
vel statutum esset introductum,quòd quis non
possit ædificare,nisi usque ad certam altitudinē
non vltra,inuito vicino:vt habetur per glo.in
l.j.C.de ædi.pri.& in d.l.qui luminibus.& dixi
in seruitute præcedenti.& vide quæ dicam in
5 sequenti q. † Quinta questio est,an statutum
loquens,quòd nullus possit altius eleuare seu
tollere ędificium suum, si per illud noceat vici
ni luminibus, an statutum liget forensem, cu-
ius est domus, quæ debet altius tolli. & dicas
quòd sic, quando istud ius est descendens ex
re.ideo ligatur statuto loci, vbi res est: vt pro-
batur in l. si venditor.§. si constat. communia
prædio.& not. in lege an in totum C. de ędifi.
priua.& in lege cunctos populos C. de summa
trinitate, & quod dixi de seruitute altius non
tollendi,vt statutum loquens de ea,liget foren
á sem a, idem dicas in qualibet seruitute vrba-
na vel rustica: quoniam ius seruitutis descen-
dit ex re,& rei cohęret,vt lege prima commu-
nia prædio.& institu.de seruitu. §. prædiorum
vrbanorum,per prædicta, & per nota. in dicta
lege cunctos populos. Reliqua circa istam ser-
uitutem altius non tollendi, vide infra, de pa-
riete siue muro.

a Forensem. Forensis varijs modis sumitur in iure. Vide Corneum consi.194.in 4.uol. & quando forē sis ligetur statuto, consi. 199 in j.uolu.

De seruitute stillicidii auertendi & still cidii non auertendi. Cap. 28.

1 *Stillicidium quid sit.*
2 *Aquam ex suo stillicidio supra stillicidium uel a-*
ream vicini an quis regulariter diuertere possit.
3 *Aqua stillicidij uicini si iure seruitutis cadat su-*
pra domum meam uel aream per tegulas, quæ
uulgariter Cuppi nuncupantur, an facere pos-
sim,quòd cadat per uiam unius canalis lignei,
uel lapidei,uel etiam canalis existentis super ip
sis cuppis.
4 *Vicinus meus si super aream meam vel tectum do*
mus meæ per duos pedes seruitutem habeat, an
ultra producere,seu extendere possit.
5 *Stillicidij seruitutem acquisitam habens an possit*
altius tollere,uel eleuare,uel deprimere murum
vel ædificium, super qu habet stillicidium ca-
dens super domum uel aream meam.
6 *Stillicidij seruitutem sibi debitam si quis habeat,*
& sublatum fuerit ędificium,siue corruerit, ex
quo stillicidium cadit, an per hoc stillicidij ser-
uitus cū effectu in totum extincta intelligatur.
7 *Seruitutem stillicidij auertendi in aream meam si*
uicinus meus habeat,quod stillicidium super a-
ream meam per duos pedes protenditur, an ego
in area ædificare possim,ubi stillicidium cassita
re cœperit.
8 *Stillicidium cui debetur seruitus auertendi in uici*
ni aream,si protendatur ultra parietem supra ui
cini aream per medium pedem, & cassitet in a-
ream uicini etiam per medium pedem, uel circa
an uicinus possit ædificare in illa area usque ad
illum locum,ubi cassitat,& sic usque ad mediū
pedem prope murum domini prædij dominātis.
9 *Vicinus meus si habeat stillicidium domus suæ ca*
dens in fundo, uel horto meo, uel in area extra
murum domus suę,uerbi causa, per duos pedes,
an fundus uel area eatenus quatenus stillicidij
rigor se protendat sit uicini,uel mei.
10 *Stillicidium antiquum habens supra aream, uel*
domum meam, in dubio an iure seruitutis, uel
dominij habere præsumitur,ex eo quòd inferius

4 Domum. Domus ſumitur iure multis modis. Vide Corneum cõſi. cxviij. in iij. uolu. & in iiij. volu. conſ. xij.

pro ſtillicidij rigore ſuum dicatur.
11 *Domus tua ſi domui meæ duas ſeruitutes debeat,*
vna ne altius tollatur: alia ne ſtillicidium ædifi-
ciorum meorum recipere debeat, & tibi conceſſe-
ro ius etiam inuito me altius tollere ædificia tua,
& ſic remiſerim tibi ſeruitutem altius non tol-
lendi, an per hoc tibi conceſſiſſe videar, vt poſſis
tollere quantumcunque vis, ita quòd etiam ſtilli-
cidia mea recipere non tenearis.

SVNT & aliæ duæ ſeruitutes urbanæ: una
ſtillicidij auertendi, id eſt, deriuandi in te-
ctum vel aream vicini. nam poſſe facere cadere
aquam de tecto meo ſuper tectum ſuum, ſerui-
tus eſt. Alia eſt ſeruitus non auertendi ſtillici-
dij: vt eſt tex. in leg. j. de ſer. ur. præd. ſicut ſunt
duæ altius tolledi & non tollendi. vt ſupra pro-
xime dictum eſt. & intellige ſtillicidij non auer
tendi, ſcilicet mei in domo mea in tuam, id eſt,
non immittendi de neceſſitate; quia tunc eſt mi
hi ſeruitus. ſed ſi intelligeretur non auertendi
in domo mea, in tua eſſet libertas, & non ſerui-
tus: vt dixi de ſeruitutibus altius non tollendi.
& iſtæ ſeruitutes ſunt vrbanæ etiam, quando cõ
ſtitutum eſt, vt poſſim auertere ſtillicidium
meum in aream tuam, quæ ſit prædium ruſticũ.
quia inſpicitur prædium cui ſeruitus debetur,
quæ ab eo debet denominari. quia dignius eſt,
ex quo eſt dominus. vt eſt tex. cum gl. in d. l. j.
§. aream. de ſer. urb. præd. de quo dixi ſupra in
iiij. q. princ. ſeruitutum. verſi. ſed quomodo co-
gnoſcatur. Circa iſtam ſeruitutem ſtillicidij a-
uertendi, declaremus aliquas quæſtiones vtiles
1 & quotidianas. † Prima quæſtio eſt pro intelli
gentia, quid eſt ſtillicidium. & dic quòd eſt il-
lud, quod ſtillat, & interdum cadit directo, & in
terdum non, propter ventum. ſed flumen dici-
tur quod directo cadit, & maxime per dochiã.
de ſer. urb. præ. l. ſeruitutes. §. ſtillicidium. ibi, id
eſt pro ſtillicidio flumen. & eſt tex. inſti. de ſer.
§. præd. vrba. ibi, vt ſtillicidium vel flumen reci
piat. & ibi hoc no. gloſ. Item aliquando dicitur
ſtillicidium domus, cui ſeruitus debetur ſtillici
dij: & ita capitur in d. §. ſtillicidium. ſecundum
unam expoſitionem gl. ibi. Item dicitur ſtillici
dium ſeruitus ipſa ſtillicidij, & ita accipitur in
materia noſtra, & in d. l. j. de ſerui. vrb. præd. &
2 not. glo. in d. §. ſtillicidiũ. † Secunda q. an quis
regulariter poſſit diuertere aquam ex ſuo ſtilli
cidio ſupra ſtillicidium vel aream vicini. Et dic,
quòd videtur quòd nemo poſſit dirigere ſtilli-
cidium ſuum ſupra tectum domus vicinæ de-
preſſæ, vel ſuper aream vicini, ſi ſeruitus im-
poſita non eſt, vt eſt text. in d. l. j. de ſer. vr. præ.
ibi, ſtillicidium auertendi. & ibi hoc notant
Doct. vnde ego habens huiuſmodi ſtillicidium,
niſi ſeruitus impoſita ſit, poſſum cõpelli per vi
cinum ad faciendũ aquam tecti noſtri deriuare
per illum locum: puta ponendo quæ recipiant
aquam iuxta tectum meum, vt eam mittam in
ſtratam publicam: per d. l. j. Et eſt ratio, quia do
mus vel area vicini regulariter debet eſſe libera
vſque ad cœlum. l. altius. C. de ſeru. cum ſimil.
3 Tertia quæſtio eſt, ſi aqua ſtillicidij vicini ca-
dit iure ſeruitutis ſupra domum a meam vel
aream per tegulas quæ Cuppi vulgariter nun-
cupantur, an poſſim facere quòd cadat per viã
vnius canalis lignei vel lapidei, vel etiã canalis
exiſtẽtis ſuper cuppis. Dic quòd nõ. quia aqua
groſſior caderet ſeu caſitaret. vt, eſt tex. not. cũ
gl. in l. ſeruitutes quę in ſuperfic. §. an ex tegu-
la. de ſerui. vrb. præd. quod not. contra multos,
qui habent ſeruitutem ſtillicidij per tegulas, &
faciunt vnum canale, ad quod tota aqua ſtillici
4 dij decurrit: quia non poſſunt. † Quarta quæ-
ſtio eſt, vicinus meus habet ſeruitutem ſuper
aream meam vel tectum domus meæ per duos
pedes, an poſſit vltrà producere ſeu extendere.
Et dicas, quòd non: quia in noſtro magis incipe
ret cadere: & in alio loco caderet ſtillicidium
quàm in quo impoſita eſt ſeruitus. Sed retro-
duci poteſt: quia leuius in ſeruitute nobis debi
ta facere poſſumus, non acrius: quoniam certũ
eſt meliorem conditionem vicini fieri poſſe, de
teriorem non poſſe, niſi aliud nominatim in ſer
uitute interponenda mutatum ſit: vt eſt tex. no.
in l. ſerui. quæ in ſuperficie. §. ſtillicidium. uer.
5 eadem cauſa de ſeru. vrban. præd. † Quinta eſt
quæſtio, an habens ſeruitutem ſtillicidii acqui-
ſitam, poſſit alterius tollere, vel eleuare, vel de-
primere murum vel ædificiũ, ſuper quo habet
ſtillicidium cadens ſuper domo vel area mea.
Dic breuiter, quòd eleuare vel altius tollere po
teſt, deprimere non poteſt: vt eſt text not. in d.
§. ſtillicidium. in prin. qui aſſignant hanc ratio-
nem. Nam leuior fit ſeruitus, quando tollitur
ſtillicidium altius: cum hoc quod ex alto cadit,
leuius cadit, & interdum non peruenit ad locũ
ſeruitutũ. ſed quãdo reprimitur, fit grauior ſer
uitus: id eſt, pro ſtillicidio flumen. quod decla-
ra. Nam ideo fit grauior ſeruitus ſtillicidii ſẽ-
per cum minus cadit ab alto, & leuior cũ altius
cadit: quia aquæ caſitatio depreſſa ad plura loca
vi ventorum diuerti non poteſt: ſed ſemper ca-
ſitat in eundem locum, & facit ibi flumen, & de
ſtruit aliquando aream vicini, & hortum, ſi in
eo cadit. & ideo grauius dãnificat prędium ſer-
uiens: ſed caſitatio aquæ procedẽs ex alto ui vẽ
torũ, qñq; ad vnum locũ, quandoq; ad aliũ quẽ
ducit, nec facit cõcurſum aquarũ: imo quãdoq;
aqua non venit ad locũ ſeruientẽ, & propterea
tunc dicitur minus offendere ipſum: & ideo me
liorem conditionẽ vicini facere poſſum deterio
rem, non eſt iſta intentio dicti. §. ſtillicidiũ. quẽ
caſum ſingulari. not. & tene menti. quia cõtra
deciſionem. d. §. dixit mirandæ memoriæ dom.
Thom. eques de Aretio interrogatus à domino
Paulo de Aretio iuris vtriuſque doctor. inter-
rogatus in publica diſputatione, quam fecit
dem dominus Thomaſius Paduę: de quo
licet rationem hanc ſolam allegauerit, quia
fortius cadit ex alto, quàm depreſſo: potuiſſet
etiam alia ratio allegari: quia maior commo-
ditas videtur eſſe loci ſeruientis, quòd cadat ex
loco depreſſo magis, quàm ex alto: ergo vide-
tur quòd poſſit deprimi & non tolli: per dictum
§. ſtilli.

§.ſtillicidium. in fi. quoniã ſi ex alto cadit pro-
pter uentum,nulla quandoque pars ſoli ſub ſtil
licidio remanet tecta cum effectu: quia aqua ca
dit ubique: & ſic non poteſt ibi in area ſub ſtil
licidio quicquam collocari, quod tutum ſit ab
aqua.item quia nec commodè poteſt ſtari uel
iri per areã ſub illo ſtillicidio:quod non eſſet ſi
caderet ſtillicidiũ directe ex loco magis depreſ
ſo. Itẽ ẽt,quia ex loco magis alto magis occupa
tur lumen aeræ quàm per locũ depreſſum . Itẽ
potuiſſet alia ratio aſsignari, ſi paries ſeu mu-
rus, a ſuper quo eſt tectum ſeu ſtillicidium, eſ-
ſet cõis: quia quanto cadit aqua altius propter
uim uentorum, tanto magis indirecte cadit: ut
eſt tex.in d.§.ſtillicidium in prin. Et ideo aqua
ſæpe diſcurrit per parietem ſiue murum, & ip-
ſum corrumpit maxime, ſi eſt paries ligneus,
quod non eueniret ſi aqua ex loco depreſſo di-
recto caderet. Vnde tollendo altius,uidetur fa-
cere deteriorem conditionem fundi ſeruientis,
& deprimẽdo deteriorem:arg.d.§. ſtillicidium,
in fin. Vnde ex his patet deciſio Pauli iuriſcon-
ſulti in d.l.ſeruitutes quæ ex ſuperficie.§.ſtilli-
cidium.de ſerui.urba.prædio . Et non mirandũ,
ſi dominus Thomaſius uir præclariſsimi inge-
nij in ea errauit. & propterea cauendum ad hu
iuſmodi actibus publicis de quolibet:quia ſunt
periculoſi,maxime quãdo quis uult ponere fal
cẽ in meſſem alienam,contra id quod ſcriptum
eſt in l.& habetur.vj.q.3.c.j.& in c.uenerabilẽ.
extrà,de elect.& in clem.paſtoralis.§. rurſus.in
6 ſi de iu. † Sexta eſt quæſtio, ſi quis habet ſer-
uitutem b ſtillicidi ſibi debitam, ſublatum eſt
ædificium, ſiue corruit, ex quo ſtillicidium ca-
dit, an per hoc intelligatur extincta in totum
cum effectu ſeruitus ſtillicidij.& dic,quòd non:
quia remanet in habitu. & ideo ſi ſtillicidium
reponatur cum ſtillicidio, idem ædificium eſſe
cenſetur,quantum ad ſeruitutes reales,puta ſtil
licidij: licet non quantum ad perſonales : ut eſt
tex in l.ſeruitutes quæ in ſuperficie.§. ſi ſubla-
tum.de ſer.urb.præ. & intellige, quòd per iſtã
reædificationem ſeruitus ſtillicidij non erit ea-
dem ferè quæ primo erat:ſed reſtituitur ipſo iu
re.ar.l.ut eſt text. in d. §. ſi ſublatum.uer.pars.
ibi.ſed non eſt ita in reali quę reſtituitur,& hoc
probatur ex tex.ibi dum dicit, ut idem intelli-
gatur. quod uerbum intelligatur, eſt uerbũ fi-
ctionis:ut eſt tex.in l. hæres quandoq;. de acq.
hære.& in l.qui à ſeruo. de actio.& obli.& habe
tur per Bar.in l.j.in prin.de no.ope.nun.p Bal.
in l.quoniam.de his qui no.infa. & hoc etiã ꝓ-
batur in l.ſi te.de ſer. ur. præd.& iſta reſtitutio,
& fictio,ꝙ intelligatur idem ædificiũ, quod ue-
re non eſt. & eadem ſeruitus procedit propter
utilitatem ædium:ut probatur in d.§.ſi ſublatũ.
ibi,utilitas exigit.& ita no. ibi Ange & Bald.in
tit.de pace Conſtantiæ,in 4.col. ad fi.& intelli-
go utilitatem ædium.ſ.publicam:ut ibi.ex quo
ſequitur, quòd pro iſta ſeruitute reſtituta actio
directa non competit,ſed utilis. quia non eſt ue
re illud idem ædificium, cui ſeruitus impoſita
eſt,ut eſt tex.cũ gl. in uer.utilis. in d.l.ſi teſta-
mento. & no gl. in d.§.ſi ſublatum. in prin.de
quo dic: ut plene no.in l.inter ſtip.§.ſacram.de
uerbo.obl.& ex hoc etiam ſequitur illud,quòd
ſeruitus acquiſita ſuperficiei,intelligitur acqui
ſita etiam ſolo, quia non extinguitur deſtructa
uel extincta ſuperficie, ſecũdũ Paul.de Caſt.in
d.§.ſi ſublatum,quod intellige cũ effectu,ut di-
xi.& de hoc dic ut habetur in l.3.de ſer.ſed be-
ne intelligitur extincta,ut dictum eſt. Quod au
tem dixi ſeruitutem reſtitui repoſito ædificio:
intellige qñ reponit in eadẽ ſpecie & qualitata
te:aliàs ſecus quia tunc non reputaret nec itel
ligeretur idẽ ædificiũ:ut eſt tex ĩ d.l.ſeruitutes.
§.ſi ſublatũ & ratio eſt,quia illud quod differt
in ſpecie,uel qualitate, non poteſt dici idem in
ſubſtantia,ſed diuerſum. ſecus ſi habeat in plus
uel minus: quia tunc eſt idem in ſubſtantia, ex
quo eadem ſubſtantia. manet. ut plene dixi ſu-
prà.in 10.& ult.q.principali. uer.& hæc iura al
legantur. & propterea nõ attenditur mutuatio
partium, ſicut in noſtro corpore dicimus, ut l.
proponebatur.de iudi.& d.§. ſi ſublatum.indu
citur ad quæſt.ſecũdũ Doc.quòd licet deſtrua-
tur monaſterium,non tamen eius priuilegia de
ſtruuntur, quando deſtruitur de facto, ſecus ſi
de iure:ut per Innoc.in c. ex iniuncto.extrà de
no.oper.nunc.dic ut ibi per eum, & canoniſtas
& per eundem Innoc.in c.abbate.in ult.col.de
uerb.ſig.& per Bal.in d.tit.de pace Conſtan.in
4 col.ubi etiam allegat dictum §. ſi ſublatũ.&
per Flo.in l.uſufructu. quibus modis uſusfruc.
7 amit.quæ omnia notanda ſunt. † Septima qõ
eſt, uicinus meus habet ſeruitutem ſtillicidij
auertendi in aream meam,quod ſtillicidiũ pro-
tenditur ſuper aream meam per duos pedes:
an ego poſſum ædificare in area ubi caſsitare
cœpit ſtillicidium . Et in hoc tex.uidentur eſſe
contrarij. Nam tex.in d l. ſeruitutem quæ in ſu
perficie § ſeruitus.dicit expreſſe quòd non: &
tex.in eadem.l.§.ſi.in fi. uidetur dicere contra-
rium:ſed gl.in d.§.ſeruitus. ſoluit,dicens,quòd
ædificare non poſſum, ſi nolo recipere ſtillici-
dium:& ita loquitur ille § ſeruitus. Sed ſi ſtilli
cidium recipere uolo, tunc ædificare poſſum.&
ita loquitur dictus §.ſi.in fi. Et ex hoc concludi
tur,quòd dominus prædii debentis ſeruitutem
ſtillicidij,poteſt ibi ædificare,dummodo ſtillici
dium uel ſeruitutem ſtillicidij debitam nõ im-
pediat,imo eam recipiat.& ita cõiter Doctores
tranſire uidentur cũ illa gl.ego autem aliter in
telligo illa iura:nam tex.in d.§.ſeruitus ædi.di-
cit,quòd ſi ędi impoſita eſt ſeruitus ſtillicidij,
non licet domino areæ ſeruientis ibi ædificare,
ubi caſsitare cœpiſſet ſtillicidium. Item in §.ſi.
eiuſdem.l.qui incipit.in area in princ.idẽ dicit,
uidelicet quòd ille qui uult ædificare in area,in
qua ſtillicidium cadit,poteſt ędificium perduce
re uſq; ad eum locum, unde ſtillicidium cadit.
& ſic in hoc concordant.& intelligo iſtos duos
tex quòd qui debet ſeruitutem ſtillicidij,nullo
modo poſsit ædificare in area, ubi caſsitare in-
cipit ſtillicidium,ſeu ubi ſtillicidiũ cadit,etiam
ſi ædificando uellem ſtillicidiũ recipere, quia
qualitas

a Pa. ſeu mur. Murus ſeu paries inter binas ędes an & quãdo ꝓ diuiſo uel indiuiſo cõis inter uicinos dicatur, uide Corn. conſ. 184. inci. licet in j. uolu.

b Habet ſer. Adde Corn.cõ. 74 per totum, & conſ. 191. & conſ. 293. in 3. uol.

qualitas mutuatur,'& loci qualitas seruitutem
debentis inspicitur. facit ad hoc, quod dixi in
quæstione præcedẽti: & hoc aperte approbatur
per tex.in d.§.fi.propter dictionem,sed & si,ibi
positam, quæ diuersificat in facto & in iure, ut
in l.& si lege,in principio.ff. de petitio.& no.in
l.qui usumfruct. de uerb.obl. & in c.solicitudi-
nem.in fi.de appell. Et ideo cum in fine ibi di-
cat,quòd possit ędificari,dum tamen stillicidiũ
recte recipiatur,pręsupponitur, quòd secus sit
in casu præcedenti:alias dictio,sed & si,ibi posi
ta diuersificat principium à fine, quod dicendũ
non est.& aduertendum est,quod dicunt illa iu
ra,nisi casitare cœpit, seu nisi stillicidium ca-
dit:quia per hoc apparet, quòd non debet inspi
ci protectum tignorum stillicidij . sed locus in
quo cadit aqua,siue sit ultrà,siue citrà,ut etiam
probatur in l.fin.§ fi.ibi,stillicidii rigor.de ser-
uit. urb.præd in §.autem.in fin.l. seruitutes.in
fin. qui pro contrario allegatur. Ponitur alius
casus diuersus, uidelicet quòd si in meo ædifi-
cio cadit stillicidium uicini, suprà mihi ædifica
re conceditur, dummodo stillicidium recte reci
piatur.nam ibi erat ædificatum,& facilius extol
litur id quod est ædificatum quàm non ædifica
tum.arg.eius quod dicitur in simili,quòd in ha
bentibus symbolum facilior est transitus,ut no
ra.in l.si non sortem.§ si centũ.de cond. indeb.
facit etiam quod habetur in l.si unus.§. pactus
ne peteret,uersi,iin specie de pact.& quòd ille.
§.fi.ita debeat intelligi, patet manifeste ex di-
ctione,sed & si, ibi posita:ut suprà dixi,quod be
ne no.quia licet Doct.uideantur aliter intellige
re,& non aliter declarare,tamen puto hunc esse
8 uerum intellectum illorum iurium: & adde qđ
dicam in q. sequen. † Octaua q.est,quid si stil
licidium cui debetur seruitus auertendi in areã
uicini,procedit ultra parietem supra aream ui-
cini per medium pedem, & casitat in aream ui-
cini etiam per medium pedem, uel circa,an ui
cinus possit ædificare in illa area usque ad illum
locum,ubi casitat:& sic usque ad medium pedẽ
prope murum domini prædij dominantis,& ui-
detur quòd sic,per tex.in d.l.seruitutes.§.serui
tus ædi.& § fi.in princ.de seru.urb. prædio.ubi
uidetur esse tex.in l. fi. fini. regun.quæ uidetur
esse lex Græca,quæ incipit,si quis sepe.quæ di-
cit,si quis uult ædificare murum prope fundum
uicini sepem derelinquat.de cuius intellectu di
cam infra de pariete siue muro.Ego puto quòd
dictus §.seruitus ædi.& § fin. debeant intelligi
& limitari secundum l. fi.pręallegatam.& econ
tra d.l.fi.debeat intelligi secundum d.§.uideli-
cet quòd si stillicidium protendit se,nisi per me
dium pedem non possit ædificari per uicinum
vsque ad illum medium pedem, etiam si aqua
ultrà non casitaret:quia esset contra d l.fi.fini.
regun.non enim esset æquum, quòd dominus
fund.debentis stillicidium sustinere,esset melio
ris conditionis,quàm ille,qui nullam debet ser
uitutem in fundo suo. & ideo si ille qui habet
fundum suum liberum, nõ potest ædificare mu
rum,nisi distet à regione uicini per pedẽ,uel si
vult ædificare domum per duos pedes,ut d.l fi.
multo magis deberet distare ille,cuius prædiũ
debet seruitutem stillicidij recipiendi.debebit
ergo hoc casu distare ędificans murum per pe-
dem,uel domum,per duos, non à regione uici-
ni,id est non a termino fundi uicini,sed à solo,
quatenus protendit stillicidium & casitat,unde
si stillicidium protenderetur uersus aream uel
hortum ędificantis,& casitaret,puta per tres pe
des, ædificantes murum deberent ultrà dictos
tres pedes, qui relinquuntur,propter d.l.serui-
tutes.§.seruitus ædi.& §.fi.in prin.de seru.urb.
præd.etiam relinquere vnum alium pedẽ,& sic
quatuor pedes in totũ,a fundo conuicini.uel si
vult ædificare domum, debet relinquere duos
pedes.& sic hoc casu quinque in totum. & idẽ
dicas in sim.& ita alias obtinui in quadam cau-
sa Veronæ contra quendam episcopum de Ni-
ca.Sola.& ita fuit iudicatum ex consilio trium
doctissimorum iurisconsultorum,quod no.quia
fuit cõsideratio mea.credo quòd sit uerissima.
maximè intelligendo,quòd quatenus rigor stil
licidij pręrendit super fundo uicini,eatenus ter
renum seu solum inferius sit domini prædij do
minantis,ut uidetur esse casus in l.olympico.§.
fi.de ser.urb.præd. de quo dicam in sequenti.q.
Nam hoc casu non haberet dubium,d.l.fi. fin.
reg.Sed ut dixi,etiam si illud terrenum esset do
mini fundi seruientis,puto esse idem dicendum
per ea quæ suprà dixi:& quia ita fuit.quod sin-
9 gulariter tene menti. † Nona q.conuenienter
sequitur,si uicinus meus habet stillicidium do-
mus suæ cadens in fundo uel horto meo,uel in
area extra murum domus suæ,uerbi gratia,per
duos pedes,an fundus uel area eatenus quate-
nus se pręrendit rigor stillicidij, sit uicini, uel
mei.& uidetur quòd sit uicini,cuius est stillici
dium superius.per l.fi.§ fi.de ser.urb. pręd.per
quem tex.ibi dicit Flo.quòd stillicidia supra do
mum de iure demonstrant quãtũ sit proprietas
loci inferioris. & idem dicit ibi Bar. uidelicet
quòd stillicidia quæ sunt superius,uidẽt quo-
dammodo significare proprietatẽ loci inferio-
ris,& idem uidetur uelle Bald.in consi.suo 22.
quod incipit, statuto cauetur quòd tenẽs arma
in domo. Sed si istud est verum, debet limitari,
nisi cõstaret vicinũ meũ habere seruiturẽ non
stillicidij,q̃a tũc appareret,ꝙ istud stillicidium
haberet propter dñium soli qđ est inferius, sed
propter seruiturẽ appositã:quæ seruitus nõ ex-
tenderetur ad dñium soli inferioris:& hoc pro-
bat̃ in l.seruitutes.de ser.vrb.præ.§. stillicidiũ.
ver.eadẽ causa.ibi,quia in nostro magis incipit
cadere.& §.seruitus ædi.ibi,dño seruiẽtis areæ.
de ser.vr.præ. Itẽ esset limitãdũ, nisi stillicidiũ
fiat s̃.via publica vel loco publico:q̃a locus in-
ferior sub stillicidio nõ efficitur dñi stillicidij:
posset tamen aliquid poni vsq; ad stillicidiũ. vt
d.l.& §.j.de ser.vr.præ.quã quidẽ intelligũt. in
hoc tñ cõmuniter seruãda esset cõsuetudo loci,
per l:an in totũ.C.de ędifi.priua. & adde qđ di
cam infrà, de claustro vel conclaui & porticu.
10 †Sed nunquid in dubio habẽs antiquũ stillici-
dium

diũ supra areã uel domum meã, presumatur ha
bere iure seruitutis uel iure dominij, ex eo ꝙ
solũ iferius pro rigore stillicidii dicat̃ suũ? Cre
do esse cõsiderãdũ, quis possideat locũ, qui est
sub stillicidio. Nam si ego dñus areę possideo
illum locum inferiorem: puta si est hortus, ip-
sum ibi colo, & arbores habeo, uel retineo res
meas sub stillicidio: & præsumatur tunc uicinũ
habere stillicidium iure seruitutis tm̃, & locum
inferiorẽ esse meũ. Aduerte tñ, quia nemini li-
cet ædificare subtus grundaria, quatenus rigor
stillicidij & tignorũ ex certa via descẽdit, si stil
licidij casitatio impediri possit. vt d.l.fi.§.fin.
& ibi hoc no. Ang. & Doct. de ser. vrb. præd. Si
vero vicinus *a*, qui habet stillicidium, posside
ret locum inferiorẽ sub stillicidio, tunc præsu-
mam non iure seruitutis, quia stillicidium ad
hoc non tendit: sed quia solum quod est sub
stillicidio, suũ est, nisi illa possessio esset iure fa
miliaritatis: vt. ff. de acq. posses. l. iure familiari-
tatis. & ideo in hoc põt esse cautus dñs areæ, vt
stet in possessione ẽt illius partis areæ vel hor-
ti, quæ est sub stillicidio vicini. & ita aliàs con
sului cuidam amico meo. Sed si neuter possi-
deat, quia locus est sterilis, vel aquosus, vel ali-
ter inutilis: & tunc distingue, aut tpe quo fuit
factum istud stillicidium domus, vel area mea,
& domus vicini erant diuersarum personarum,
vel iurium, aut eiusdem personę, vel iuris. Pri-
mo casu, qñ erant diuersarum personarum: &
tunc illo tpe erat tota domus mea vel autorũ
meorũ. de sen. & non licebat vicino immittere
stillicidiũ: vt no. l. altius. de ser. & ideo si misit,
videtur immisisse potius iure seruitutis, q̃ do-
minij, nisi aliter probetur. Nec est aliter credẽ
dum, ꝙ ego uel autor meus voluerim faciendo
immitti stillicidiũ ẽt sibi concedere solũ. arg. l.
si mihi eo tpe. de seru. vrb. præd. quia actus agẽ
tium non debent operari vltra intẽtionem eo-
rum. l. non oĩs in princ ff. si cert. peta. Secundo
casu, qñ erat vnius personæ tantũ, sicut sæpe cõ
tingit, qñ vnus habet amplam domũ, facit stilli
cidia vnius partis domus cadere super alia par-
te: & postea legat, vel vẽdit vnã partem de illa
domo: vel si sunt plures fratres habentes do
mum: & postea eã diuidunt inter se, & vni eue
nit vna pars domus quæ habet stillicidiũ, & al-
teri alia pars quę habet areã sub stillicidio: &
tunc idem, ꝙ videtur esse imposita seruitus uẽ
dendo *b*, legando uel diuidendo, ut sustineat
onera permanentia: quia tunc tpe diuisionis,
legati, venditionis sustinebat. ut l. quod concla
ue. de dam. infec. & no. Bar. in l. 1. circa fi. de ser.
lega. & habet̃ per Doct. in l quod conclaue. &
libera, vt ibi. & no. in d. l. altius. pręall. In cōtra
rium videtur, quòd sit illius, in cuius muro vel
loco sit fixū. l. quemad. §. j. in prin. ad l. Aquil.
Tu dicas breuiter: aut protectum est super meo
& requiescit in alieno iure seruitutis mihi de-
bitæ. & tunc non est meum, sed eius in cuius
loco requiescit. & ita loquitur d. §. j. in princi.
Aut est super meo, & in alieno requiescit, puta
in ædibus alienis iure seruitutis mihi debitę: &
tunc est meum, vt est casus not. in l. quod con-
claue. & ibi hoc not. Bar. & Ang. & Doc. de dā.
infe. Posset tamen clarius hoc dici: aut protectū
est ędificatum per me, cuius est solum, aut per
alium. Si est ędificatum per me: & tunc proce-
dunt prædicta. Si per alium, puta quis ædificat
subgrundam in suo muro protendētem super
solum meum, & tunc si hoc fecit debita sibi ser
uitute, & illud protectum dicitur esse suum æ-
dificantis, & non poterit per me, neque per iu-
dicem remouerit: ar. l. quemad. §. si protectum.
præall. ibi, nullo iure a contrario sensu. Aut
hoc fecit circa debitam seruitutem: & tunc te-
neo, quòd protectum sit ędificantis, & non me-
um: casus est in d. §. si protectū. ibi, protectum
meum. coniuncto ibi, nullo iure. & non possum
propria autoritate destruere: sed iudicis autori
tate sic. vt est text. in d. §. si protectum. in prin-
ci. & addequæ dixi supra de seruitute tigni im
mittendi, in 7. q versi. 2. casu principali. & quę
dicam infra de claustro siue conclaui. † Quin
5 to, & vltimo, an aliquis possit tenere prote-
ctum, puta porticellum supra eum locum, quo
vulgo iter fieret, vel in quo consisteret? Et
dic quòd si id protectum de facili potest cade-
re, & nocere, & tunc non licet, vt est tex. in l. si
vero. § pretor ait. lo primo & ibi gl. in ver. pos
sunt. de his qui deiec. vel effud. & §. prætor ait.
el secundo. in ver. nocere. imo poterit puniri,
vt ibi dicitur: sed si de facili nō pōt nocere, &
tunc secus: & ideo si est horticellus, vel aliquid
aliud supra viā publicā sic firmiter positū, qđ
non de facili verisimiliter sit aptum nocere, vt

contingit habentibus viridaria murata ad ſuas feneſtras, vel etiam cum lignis ita firmiter affixa, quòd non ſit veriſimile nec de facili cadere poſſe: tunc non tenetur: quia contra ſic habentes non datur actio in factum de illo edicto, de his qui deie. vel effu. & ita no. Flor. in d. §. prætor ait. l. ſi vero. de his qui deie. vel effu. Circa hoc tamen communiter prouiſum eſt per ſtatu-
a ta locorum *a*, quibus ſtandum eſt l. omnes populi. de iuſt. & iure. aliàs iuri. ut ſupra dixi. Et de hoc vide quod dicam infra de horto & horticello.

a Statuta lo. Statutum quis pōt facere? reſpon. quod ille qui pōt facere legē, de quo vide Bal. in l. oēs populi. ff. de iuſti. & iu. quod quantū quis habet de iuriſdictione, tantū habet de autoritate condendi legē vel ſtatutū: nec vltra extendit, niſi hi quorū intereſt conſentiant, vel ad minus ſint præſentes, ſecundū Inn. in c. j. de loco. & in c. a nobis, el. j. de ſent. excō. allegat. c. ſi. de his quæ ſi. a præla.

Ne proſpectui officiatur. Cap. 33.

1 *Seruitus, ne proſpectui officiatur, duobus modis capi poteſt, ſcilicet in genere, & ſpecie.*
2 *Seruitus, ne proſpectui officiatur, in quo differat a ſeruitute, ne luminibus officiatur.*
3 *Sufficit etiam quòd ille cui ſeruitus debetur luminum, cœlum uidere poſſit.*

TRES ſunt ſeruitutes, quæ licet in multis conueniant, & eadem eſſe videantur, tamē inter ſe differunt: vt eſt ſeruitus ne proſpectui officiatur: ſeruitus luminis. i. ne luminibus officiatur: & ſeruitus vt proſpectus præſtetur. vt habetur in l. inter ſeruitutes. cum l. de ſer. vr. præ:
1 De ſingulis videamus. † Et primo de ſeruitute ne proſpectui officiatur. Duobus modis capitur hæc ſeruitus: vno, in genere: alio, in ſpecie. Si quis debet mihi ſeruitutem ne proſpectui domus officiatur, non habito reſpectu ad certum locum, non ſolum tenetur prçſtare proſpectum ex parte ſuperiori, puta cœli, vt cœlum videri poſſit, ſed etiam ex parte inferiori, puta terrç, non impediendo proſpectum ad inferiora, vel de longinquo: nec quicquam facere poteſt, per quod officiatur ad gratiorem proſpectum & liberum, vt probatur in l. inter ſeruitutes. in prin. cum l. ſeq. quæ incipit, lumen. de ſerui. vr. præ. & ibi Doct. & ideo ipſe tenetur ſemper conſpectum in eadem ſpecie gratitudinis, & liberum præſtare, quæ erat tempore impoſitionis ſeruitutis. vnde ſi per proſpectum viridaria videbantur, aut aliena multum amœna, aut etiam ſol refulgens, nec ſolis, nec dictarum amœnitatum aſpectus ſeu viſio minui poteſt. d.
2 l. inter ſeruitutes. in prin. † Et hic ſeruitus proſpectus in genere plus continet, quàm ſeruitus ne luminibus officiatur, quia nedum continet proſpectum ex loco ſuperiori vt cœlum videri poſſit, vt dixi, ſed etiam ex loco inferiori, puta per feneſtras. vt probatur in d. l. lumen. ibi, etiā ex inferioribus locis, quæ dictio, etiam implicat. q. d. non ſolum ex ſuperioribus, ſcilicet cœli vt l. etiam C. ſi tutor vel curator interuene. & quia etiam continet aſpectum gratiorem, & liberum, ſicut erat tempore ſeruitutis impoſitæ, vt l. inter ſeruitutes. in prin. ſed ſeruitus luminum, aut ne luminibus officiatur, ſolum continet, vt aſpectus ſit vniformiter gratus, puta vt viridaria vel alia loca videri poſſint. vt probatur in d. l. inter ſeruitutes. & in d. l. lumen. & hoc eſt, quod voluit dicere tex. in d. l. inter ſeruitutes. in prin. ibi, quoniam in proſpectib. quis plus habeat, quia debet intelligi ſecundum gl. & Doct. ibi, de proſpectu in genere, non autem in ſpecie. Si autem ſeruitus ne proſpectui officiatur, alio modo debetur in ſpecie tantum, puta ſi quis mihi promiſit ſeruitutem, ne officiatur proſpectui certæ feneſtræ domus meæ, & tunc aut illa feneſtra tempore ſeruitutis impoſitç habebat aſpectum ex parte ſuperiori, & etiam ex latere, quia ex ea cœlum videri poterat, & etiam alia loca proſpiciebantur. & tunc idem eſt, ſicut quando eſſet in genere hæc ſeruitus conſtituta, vt ſupra dixi, cum ſit eadem ratio, quoniam ſeruitus proſpectus etiam continet vt cœlum uideatur, ſi uideri poteſt, ut d. l. lumen. ibi, etiam ex inferioribus. Aut illa feneſtra non habebat conſpectum cœli ex ſuperiori; quoniam ex ea cœlum uideri non poterat, nec etiam ex inferioribus alia loca amœna uel de longinquo uidebantur, ſiue deſuper, ſiue ex latere reſpiceret, puta quia erat feneſtra penoris, ſiue canapç ſubterraneç, uel ſi. Et tūc huiuſmodi ſeruitus non continetur, ut cœlum uideri poſſit, nec ut liberum aut gratiorē conſpectum habeat, ſed ſolum, ut ex illa feneſtra aſpectum extra habeat, uel ſupra uel infra eo modo quo erat tempore ſeruitutis, ut probatur in d. l. inter ſeruitutes. in princ. & in d. l. lumen. & ibi hoc. no. glo. 2. in fi. & hoc caſu plus continet ſeruitus, ne luminibus officiatur, quia ex eadem cœlum uideri debet. ut d. l. lumen. & intelligo cœlum uideri poſſe, quando locus cui ſeruitus debetur, ne luminibus officiatur, non prçuenit oculos in uidendo cœlum, ſiue deſuper, ſiue ex latere. & ideo ſi per feneſtras, uel quencunque alium modum proſpicias cœlum, non diceris habere lumen, licet omnis diei claritas ex ſole, & per hoc ex cœlo proueniat, poteſt tamen habere proſpectus. ut no. glo. 2. in d. l. lumen. & adde hic omnino quæ dicam infra de ſeruitute, ne luminibus officiatur. in princ. Aut illa feneſtra non habet aſpectum, ita quòd ex ea cœlum uideri non poteſt, ſed alia loca uideri poterant, & tunc ſeruitus, ne luminibus officiatur, in aliquo plus continet, in aliquo minus continet. & inde plus, eo quia propter ipſam cœlū uideri debet, quod in ſeruitute proſpectus in ſpecie prædicta non contingit. ut d.
3 l. lumen. † Continet etiam minus, quia ſufficit, quòd ille cui ſeruitus debetur luminum, cœlum videre poſſit, licet ſibi proſpectus de longinquo tollatur, quia gratitudinem luminis non continet. d. l. inter ſeruitutes. in princ. & ideo poſſet impediri ingreſſus ſolis, ex quo gratitudo reſultat, quia gratior ſibi eſſet, ut eſt tex. in l. ſi arborem. in prin. de ſeru. urba. prçd. & eſt tex. in d. l. inter ſeruitutes. in princ. & ex his apparet, quòd ſeruitus ne proſpectui officiatur, & ſeruitus ne luminibus officiatur, ſe

habent

habent tanquam excedentia & excessa : vt vo
luit glo.ij.in fi.in d.l.lumen . quam sic intelli-
go,vt suprà declaraui.facit glo.singu . in l.certi
condict.in prin.si cer.pet. quæ dicit,quòd con-
ditio generalis & specialis se habent tanquam
excedentia & excessa. Cętera quę faciunt ad
hanc materiam,uide in tribus sequentibus ser-
uitutibus.

De seruitute prospectus. Cap XXXIIII.

1 *Habet qui minus,minus etiam offendi debet;& hac ratione plus habet pauper,quam diues.*
2 *Beneficium qui ad suam collationem habet, non cadit in generali expectantium impetratione.*
3 *Seruitus prospectus an differat à seruitute , ne prospectui officiatur.*
4 *Verba ne prospectui officiatur,futuri tēporis sunt , quę actum prohibendi respiciunt,seu prospectum impediendi de futuro .*

SI quis mihi debet prospectum,non debet vt
cœlum videam, vt fenestra vel aliquo simili
cooperta claritas diei ad me perueniat:ut proba
tur in l.inter seruitutes.in princ.cum l.sequen.
de seru.vrba.prędio.& no.Azo in summa.C.de
ser §.sunt autem.versic.si autem quis. Sed qui
debet lumen , oportet ut cœlum videri possit :
vt l.lumen.eod.titul.& dixi, in seruitute pręce
centi.ergo quicunque habet lumen,habet pro-
spectum:sed non econtra:& quia ille cui prospe
ctus debetur , minorem habet commoditatem
in fruendo quàm ille cui debetur lumen,maio-
rem habet potestatem in prohibendo, quàm il
le qui debet seruitutem luminum. quia debens
seruitutem luminum,sufficit quòd faciat ut cœ
lum videri possit . Qui uerò debet seruitutem
prospectus,non potest quicquam facere , quod
noceat ad gratiorem prospectu & liberum:ut di
1 ctis iuribus. † Et est ratio : quia cum quis mi-
nus habet,minus offendi debet : & hac ratione
plus habet pauper quàm diues:ut no. glos.ij.in
l.inter seruitutes.de seruit.urba.prędio.& Azo
in summa de ser.§.sūt autem. facit ad hoc tex.
cum glos.j.in l.illicitas.§.ne tenuis . ibi,lumen
vnico vel breui supellectili . de officio pręsid.
quę gloss.loquitur in porcello , qui dicitur esse
oculus rustici.facit ad hoc text.in clem.j.§ fin.
2 ibi,vnico lumine.de sent.excomm . † Et facit
etiam ad quęst.de illo,qui ad suam collationem
habet unum beneficium a , quòd illud non ca-
dit in generali impetratione expectantium . de
qua q.uide per Archid.& Doct. in c.si pro cleri
cis.de præben.in vı.& per glos. & Doct.in cle.
j.de concessio.pręb. & prędicta intellige,quan-
do quis haberet seruitutem prospectus certi lo
ci tantum in quo cœlum videri non poterat.&
ita intelligit glo.ij.in fin. in dicta l. inter serui-
tutes.Sed si generaliter deberetur seruitus pro
spectus,scilicet domus, tunc etiam cœlum uide
ri debet,sicut in seruitute luminum : ut proba-
tur in l.lumen de seruitu.urban.prędio. & hoc
uult dicta gloss.ij.in fin.quam Doctor.commu-
niter sequuntur.& idem etiam ego teneo,quā-
do debetur seruitus prospectus certi loci , ex
quo cœlum uideri poterat tempore seruitutis
impositę,& per dictam l.lumen. ibi,etiam ex in
ferioribus.& his casibus se haberent, tanquam
excedentia & excelsa : quod declara ut dixi in
2 seruitute pręcedenti. † Sed circa hanc seruitu-
tem uidendum est,an differat ista seruitus à prę
cedenti. Et licet Doctor.hoc non tangant, imo
promiscue loquantur de seruitute prospectus ,
& ne prospectui officiatur, ac si esset unica tan-
tum:tamen teneo quòd sint duę differentię: ut
sentit etiam Azo in summa C. de seruit.§ sunt
autem.& puto quòd ista sit differētia: quoniam
seruitus prospectus est , quando ego non habe-
rem fenestram vel foramen ex quo prospectum
habere possim:nec de iure illam habere valeam
vicino nolente. Nam si vicinus permittit mihi,
quòd ego possim habere prospectum in domo
mea in genere,vel in tali camera in specie , po-
tero fenestram facere:nec vicinus aliquid pote-
rit facere quo minus prospectum habeam ex fe
nestra illa:secundum ea quæ supra dicta sunt in
seruitute præcedenti.uel si quando haberem fe
nestram,& vicinus haberet ædificium suum im-
pediens prospectum meum ex dicta fenestra :
quo casu, si vicinus promittit mihi prospectum
ex illa fenestra, illud ædificium deponere cogi-
tur,ad hoc, vt ex illa fenestra vel loco possit se-
cundum prædicta prospectus haberi. & hoc so-
nant verba illa , Vt prospectus præstetur : quæ
sunt futuri temporis , & præsupponunt , quòd
ante constitutam seruitutem prospectus non
erat : quia regulariter mihi dari aut concedi nō
potest quod habeo:argumen.institut.de action.
§.æque.versi.ei vero qui possidet. cum similib.
Sed seruitus ne prospectus officiatur est quan-
do habeo fenestram vel habere possum in mu-
ro meo,& tu qui ædificare posses in tuo,& mihi
impedire prospectum:iuxta l.luminibus . cū ibi
not.de seruit.vrbano.præd. promittis non ædi-
ficare meo prospectui: hoc casu est seruitus , ne
prospectui officiatur.& isto modo intellige l.ij.
& l.inter seruitutes . in princ. cum l.sequentib:
4 eod.tit. † Ista enim verba , Ne prospectui offi-
ciatur,sunt futuri temporis , quæ actum prohi-
bendi respiciunt , seu prospectum impediendi
de futuro : & per consequens præsupponunt ,
prospectum me habere ante constitututionem
seruitutis:quia priuatio præsupponit habitum .
l.manumissiones.de iustit. & iure. cum similib.
Illa vero verba , Vt prospectus præstetur. sunt
similiter de futuro , sed respiciunt concessio-
nem prospectus de futuro , & sic ante constitu-
tionem seruitutis ipsum non habebant . & hæc
differentia satis probari videtur in l. luminum.
de seruitu.vrbano. prædior. & per id quod ibi
not.per Bartol.& Flor. & per id quod dicam in
sequen.seruit.in versic. quidam. Tamen vt re-
fert Bartol.posset etiam forte dici,quòd sit alia

a Beneficium. Vtrum habens beneficium in commenda teneatur seruare ecclesiā in statu suo.respond. Pan.in c.de monach s.de pręb. quòd sic.nec potest aliquid de statu ecclesiæ diminuere,sed de superfluo potest sibi prouidere. alias non. vide Alexan.in ij.vol.cons.xij. in fine.

differentia, ficut eſt in ſimili inter se virtutem luminum, & seruitutem ne luminibus officiatur. de qua habetur in d. l. luminum. & ſtatim dicam in sequẽ. seruitute. Et ad declarationem huius seruitutis, vide quæ dicta sunt in præcedenti seruitute: quia huic plurimũ conueniũt.

De ſeruitute luminum. Cap. XXXV.

1 *Seruitus luminum, & ſeruitus de luminibus officiatur, quomodo differant.*

2 *Negatio totam negat, ſed affirmatio non totum affirmat: & ideo plus negat negatio quàm affirmatio affirmet.*

3 *Seruitutis natura eſt, vt quis aliquid faciat.*

Qui seruitutem luminum debet, ædificare poteſt, et altius tollere.

1 SERVITVS †luminum, eſt diuerſa à seruitute ne luminibus officiatur: vt eſt text. in l. luminum. de ser. vrban. prædio. quia seruitus luminum minus continet, quàm seruitus ne luminibus officiatur: ut ibi no. in glo. & per Doc. Et differentia eſt iſta: nam ille qui debet seruitutem luminum mihi, poteſt altius ædificare, dummodo seruet tantum lumẽ, quod mihi sufficiat. & ideo ſi habeo plures feneſtras in parietibus meis, & per vnam solam habeo tantum lumen, quantum mihi ſufficit: ille qui debet mihi seruitutem luminum, ædificare potuit, & auferre lumina aliarum, & vnam tantum obſeruare, quę mihi sufficiat. Sed ille qui debet seruitutem ne luminibus officiatur, non poterit aliquid facere, per quod de lumine, quod habeo, aliquid diminuatur, poſito quòd habeam vltrà quàm expediat. & ideo ſi habeo plures feneſtras in pariete meo, nulli earum poterit ædificando nocere, vel aliter, etſi vna tantum feneſtra mihi sufficeret ad lumen, ut probatur in l. luminum. de seruit. vrban. prædio. ſicut ſi promiſiſſet mihi altius non tollere vel ædificare. Et hoc vult etiam Paul. de Caſtr. in d. l. luminum. quod eſt not. & iſtum puto proprium intellectum illius
2 l. & ratio poteſt conſiderari, † quia negatio a totum negat, sed affirmatio nõ totum affirmat, & ideo dicitur, plus negat negatio, quàm affirmet affirmatio, vt colligitur in glo. fin. in l. hoc genus. de conditio. & demon. & gloſſ. in c. cum dilectus. in verſicul. suſpenſus. quæ eſt gloſſ. magna. extrà de conſuet. & not. Anto. de Butr. in c. præſentium. in ij. colum. de teſtib. & Alberic. de Roſ. in l. qui teſtamento. §. mulier. de teſta. Et hac ratione videtur dici poſſe eandem eſſe differentiam inter ſeruitutem ut proſpectus præſtetur, & seruitutem ut proſpectui officiatur, vt dixi in seruitute præcedenti, in fin. Item eſt alia differentia ſimilis inter seruitutem ne luminib. officiatur: quia seruitus ne luminibus officiatur, plus habet in se: nam ille qui debet mihi seruitutem ne luminibus officiatur, nullo modo poteſt ædificare, aut altius tollere, per quod officiatur luminibus meis: ut patet ex natura verborum negatiuorum, quæ vt dixi in totum negant: & de hoc eſt text. in dicta l. luminum. sed seruitus luminum habet in ſe minus. nam ille qui debet seruitutem luminum, ædificare poteſt & altius tollere, dummodo lumen eum recipiat, ut ad me venire poſſit, etiam per foramen quomodocunque: ut eſt text. cum glo. in dicta l. luminum. in princi. & iſta opin. gloſſ. communiter seruatur secundum Bart. & Flor. ibi. Quidam tamen, vt refert Bartol. & Flo. ibidem dicunt totum econtra: videlicet quòd plus ſit promittere seruitutem luminum: nam qui hoc promittit, non solum non poteſt altius eleuare, sed oportet etiam vt illud quod eſt factum, deſtruat ad hoc vt mihi lumen fiat. sed in seruitute ne luminibus officiatur, sufficit quòd altius non tollatur. & pro iſta opin. facit quod dixi in seruitute præcedenti. Dixit tamen Bar. in dicta l. luminum. quòd opin. præcedens glo. communiter obſeruatur. & iſta secunda opin.
3 non videtur uera. † quia de natura seruitutis non eſt, ut aliquid faciat quis. ut eſt text. in l. quot. la j. §. j. de seruit. titu. generali. vbi etiam loquitur de proſpectu. Sed tamen poteſt dici dictam opinio. suſtentando. nam illud quod dicitur de natura seruitutis, non eſt quòd ille qui debet aliquid faciat: niſi hoc ſit actum in impoſitione seruitutis expreſſe, vt eſt text. cum glo. in l. ij. §. apud Labeonem. aut, apud alienum. vbi hoc not. gloſſ. Doctor. & Bartol. de aqua plu. arcend. vel etiam quando, tacite actum eſſet. argum. l. cum quid. cum ibi not. ſi cert. peta. Nam quando quis seruitutem luminum mihi promittit. & tunc ſi non habeo lumen, tacite ſubintelligitur quòd deponatur ædificium, & lumen habeam: quia qui promittit conſequens, tacite videtur promittere antecedens, ſine quo illud conſequens ſtare non poſſet. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. de procurat. & l. ij. cum ibi not. de iur. om. iudi. Et hæc faciunt pro his, quæ dixi in seruitute præcedenti. Et propterea ego ſi dicerem in hac materia, aut ille, cui seruitus luminum promittitur, vel ne luminibus officiatur, habet lumen vel lumina ante impoſitionem seruitutis: puta quia habet plures feneſtras ex quibus lumen uideri poteſt, id eſt, cœlum: ut l. lumen de seruit. vrban. prædior. & tunc plus continet seruitus ne luminibus officiatur, quàm seruitus luminum: & ſic dictæ duæ differentiæ, de quibus dictum eſt suprà, procedant: & ſic etiam procedat opin. gloſſ. in d. l. luminum. quæ communiter ſecundum Bart. seruatur. Aut ille cui promittitur seruitus huius, nõ habet aliquod lumen, propter quod cœlum videri poſſit: puta propter ædificium vicini obſtantis, & tunc procedat alia opin. uidelicet ut seruitus luminum plus contineat, quia non poſſem habere seruitutem niſi ædificium tuum deponas. promittendo ergo lumen ut cœlum videre poſſim, videris tacite promittere deponere ædificium tuum, propter quod lumen habere

bere

a Negatio. &c. Adde Cor. in ij. vol. conſi. xxviij. & probatio negatiuę dicitur impoſſibilis, ſi non eſt coartata loco et tempore. conſi. xliij. & quiſpro ſe non poteſt allegare poſitionem negatam. per eum, conſi. lxxiij. & quomodo agatur negatoria, & quid requirat in ea, vide Alexan. in ij. uolu. cõſi. cxxxvj. in iij. col. §. quinimo.

bere non possim: & seruitus ne luminibus officiatur, tunc continet minus: quia non promitto tibi aliquid facere, neque vt aliquid habeas, sed promitto tantum non facere, videlicet non nocere luminibus tuis de futurò: & ideo, sufficit quòd non noceam post impositam seruitutem per aliquem actum meum sequentem, puta ædificando, vel aliter: & hoc videtur velle tex. in d. l. luminum. ibi, inuitis nobis altius ædificare. de ser. urb. præd. Sed contra opi. gl. communem, quam sequitur Bar. in d. leg. luminum potest opponi. quia secundum eam in effectu nulla videtur esse differentia, inter seruitutem luminum & seruitutem ne luminibus officia-
4 tur. † Nam secundum gl. prædicta, qui debet seruitutem luminum, potest ædificare & altius tollere. sed ille qui debet seruitutem ne luminibus officiatur, altius ędificare non potest. d. l. luminum. Sed si consideramus, idem videtur esse in vtroque casu: quia quando debetur seruitus luminum, scilicet vult ędificare & non tollere lumen, id est, quia cœlum videri possit, & tunc potest, vt d. l. luminum. coniuncta leg. lumen. eo. titu. Si vult ædificare & lumen tollere, ita duòd cælum videri non possit, & tunc non poterit, per d. leg. lumen. eodem modo videtur esse in seruitute, ne luminibus, officiatur, quia si vult ædificare & tollere lumen ne cœlum videri possit, & non potest. casus est in d. leg. lumen, in fi. Ant uult ædificare & lumen non tollere, id est, quòd cœlum vrderi poterit: & tunc quòd possit d. l. luminum. ibi: itaque imminere lumina nostrorum ædificiorum, Sed potest responderi huic oppositioni, & saluare gl. & communem opin. sic: quia qui debet seruitutem luminnm, potest ædificare & obscurare locum, cui seruitus debetur, dummodo lumen, id est, cœlum videri possit. & ita loquitur d. l. luminũ, in prin. coniuncta l. lumen. in prin. de ser. vrb. pręd. Sed qui debet seruitutem, vel luminibus officiatur, nedum non potest ędificando tollere, id est, vt cœlum videri non possit, vt ibi, sed etiam non potest vel altius tollendo minuere lumina nostrorum ædificiorum: per tex. in d. l. luminum. in fi. & intellige minuere lumina non solum si aufertur lumen, vt cœlum videri non possit, vt d. l. lumen, sed etiam ne lumina obscuriora fiant. de ser. vrb. pręd. puta quando tolleretur ingressus solis, qui esset multum necessarius, ut est casus in l. si arborem, in prin. eo. titu. & dicam etiam in seq. ser. in 4. q. Item ista seruitus luminum minus continet, quàm illa ne prospectui officiatur. & adde dixi supra de ser. altius non tollendi. 2. q. & vide omnino quæ dicam in seq. seruitute.

De seruitute nè luminibus officiatur. Cap. 36.

1 *Lumen quid significet.*

2 *Promisit quispiam mihi seruitutem, ne luminibus meis officiatur, sed ante impositionem seruitutis existens in fine cameræ meæ cœlum videre poteram, & ipse vult altius ædificare, ita quòd cœlum videre non potero, nisi in cameræ medio existens, vel prope fenestram, an fieri possit.*

3 *Differentia an sit inter seruitutem altius non tollendi cum hac conditione, ne luminibus meis officiatur, & illam, altius non tollendi, & non officiendi luminibus.*

4 *Promisit si quis mihi seruitutem ne luminib. meis officiatur, an possit plantare, uel arbores ante fenestras meas habere.*

5 *Luminibus qui tenetur non officere, nihilominus aliquid ædificare potest, propter quod sol prædio dominanti auferatur, dummodo lumen aliter nõ obscuretur.*

6 *Seruitutem qui debet, ne luminibus officiatur, non cogitur in eadem gratitudine lumina seruare, nisi ad gratitudinem locus deputatus esset.*

7 *Seruitutem qui debet, ne luminibus officiatur, non potest plantando, seu ædificando, aut aliter solem prædio dominanti auferre.*

8 *Seruitutem debens ne luminibus officiatur, an possit deponere ædificium, vel arboris ramos, quo facto locus quondam opacus sole plenius esse incipiat.*

9 *Seruitus ne luminibus officiatur, an tam de præscribentibus, quàm de futuris intelligatur.*

10 *Laborat si quispiam ędificando super re communi. & eius cuius luminibus officit, an hoc possit, obscurando lumina alterius domus, quæ dicti sui consocij propter sit.*

11 *Pariete in communi an uni socio facere fenestrã liceat pro ipso lumine acquirendo.*

ISTA seruitus, ne luminib. officiatur, in multis declarata est, in tribus præcedentib. seruitutibus: sed quia seruitus est, & ab aliis diuersa, necesse est vt de ea & aliquid specialiter dica-
1 mus: & pro eius declaratione. † Primo quæro quid significat Lumen. Dic, lumen id est, vt cœlum videri posit: ut est tex. in l. lumen. in prin. de seru. vrba. præd. & dixi in præcedenti quæst. Sed dubium est, quomodo intelligatur, Vt cœlum videri possit. Dic secundum quosdam, quãdo diei claritas te respicere potest cœlum per directum respiciendo, non vbi per transuersum, puta per fenestram, vel foramen: vt dicit Ange. in l. inter seruitutes. in princi. ff. de seruit. vrbano. prædio. & ille allegat glo. ibi. vel teneas secundum eum, quòd dummodo ex loco cœlum videatur: tamen dicitur haberi lumen: sed vbi cœlum non videtur, sed per fenestrã aut foramen existẽs in pariete intra domũ forsitan diei claritas haberetur, tunc dicitur inde prospectus haberi, non autẽ lumen, ut d. l. inter seruitutes. Ego autem intelligo, quòd tunc quis dicatur habere lumen, quando existens in domo, vel in camera potest videre cœlum, non autem quando prospiceret per fenestram, mittendo caput extra fenestram, quia tunc raro contingeret, ꝙ cœlum videri non possit, & ita

ſentit gl.in d.l.2.ibi, ędificia quę ſunt cœlo in-
feriora, quæ nõ perueniunt oculis videndo cœ
lum, &c. & dixi ſupra de ſeruitute, ne proſpe-
ctui officiatur. verſi. & intellige cœlum uideri
poſſe.& adde quæ dixi in ſeq.q. † Sed tunc ſe
cundo quæritur,quis promiſit mihi ſeruitutem
ne luminibus meis officiatur. ante impoſitionẽ
ſeruitutis exiſtens in fine cameræ meæ cœlum
videre poteram:ipſe vult ædificare altius,ita ꝙ
cœlum videre non potero, niſi exiſtens in me-
dio camerę meæ vel prope feneſtram, an poſ-
ſit.& videtur quòd ſic: quia ſatis videtur quòd
cœlum videre poſſim:ut d.l.lumen.in princip.
Contrarium ego teneo, quia licet cœlum vide
re poſſim,tamen minus video: quia per hoc mi
nuuntur lumina ædificiorum meorum : id eſt,
vbi primo videbam cœlum exiſtens in extre-
ma parte cameræ, & tunc non poſſim. & hoc
vult tex.in d.l.luminum in fi. ibi, atque immi-
nuere lumina,&c.qui tex poteſt ſic intelligi.&
eſt no.intellectus,quem ego do ad illum tex &
pro hoc facit l.inter ſer.in prin.ver.in lumini-
bus.& ver quodcumque igitur.de ſer.ur.prad.
& quod dixi ſupra de ſer.altius non tollendi.2.
q.Sed ſi eſſet ſeruitus luminum conſtituta, tũc
tenerem contrarium,id eſt,quòd lumen videri
poſſit quomodocunque,per d.leg.luminum.in
princi. coniuncto fine a contrario ſenſu. a &
per ea quæ dixi in ſeruitute pręcedenti. quod
perpetuo tene menti & eſt quotidianum,& no
tandum.& Doc.hoc non tangunt.& pro hac de
3 ciſione adde quę dicam infra in 4 q. † Tertio
quæro an ſit differentia inter hanc ſeruitutem
altius non tollendi,cum hac conditione, ne lu-
minib.meis officiatur,& illam,altius non tollẽ-
di & non officiendi luminibus. Et dicas quòd
ſic : quia prima intelligitur ne officiatur lumi-
nibus ædificando:quia vna eſt tantum ſeruitus
qualificata.& ideo poterit tunc obſcurare plan
tando arborem: quia tunc nõ dicitur altius tol
lere,vt eſt caſus in l.ædificia.de ſerui. vr. præd.
Sed ſecunda non eſt vnica, imo fere ſunt duæ,
videlicet ne altius tollat,& iſta continet ſolum
de non ædificando, non autem de ideo haben-
do arborem:vt ibi.& l.hæc autem iura.verſicu.
veluti ſi ędes,& l.quod autem.de ſer.vr.præ.&
no.gl.in l.ſi arborem.in princ.eo.ti. Alia eſt,ne
luminib.officiatur & iſta continet ne poſſis e-
tiam arborem plantare,per tex. in d.l.ædificia.
in fi.& l.inter ſeruitutes ver.quodcunque & l.
ſi arborem.in princi.de ſer.vr.præ. & ita etiam
vult Pau. de Ca.in d.l. ædificia. & ego dixi ſu-
pra de ser.alius non tollendi,in 2.q.& dicam in
4 ſeq.q. † Quarto quæro,quis promiſit ſeruitu
tem,ne luminib.meis officiatur,an poſſit plan-
tare vel habere arborem ante feneſtras meas.
Et in hoc ſic breuiter concludas:Aut illa arbor
officit luminibus meis ita quòd cœlum videre
non poſſum. & non eſt dubium, quòd non po-
teſt: quia facit contra debitam ſeruitutem. vt
eſt tex.in l.ſi arborem.in pri.de ſer.vr.præd.&
l.lumen.in prin.eo.ti.Ex quo no.ſecundum An
ge. in d.l. ſi arborem.quòd licet arbor & eius

a A contrario ſenſu. Quòd non debeat ſumi arg.a contrario ſenſu,quando reſultaret correctio iuris communis. & an deciſio quæ reſultaret a contrario ſenſu ſtatuti, præualeat iuri communi, vide Alex. in 5. uo. in conſ. 25. in 4.co. §. nec obſt.& in conſi. 7.in vlt.col.

frondes impedire non poſſint viſionem cœli in
totum,dum tamen impediunt, ſaltem propter
impedire,officit luminib.arbor : & ſic qui pro-
mittit alicui non officere, intelligitur promit-
tere nec in totum officere,nec in partem.quod
facit pro his quę dixi ſupra eo.in 2.col Secus ſi
promiſiſſet altius non tollere : quia plantando
arborem non diceretur facere contra debitam
ſeruitutem,vt dixi in q.præcedenti.Aut illa ar-
bor non tollit mihi lumen,id eſt, proſpectũ cœ
li,ſed ſaltem mihi aufert & vmbram facit, puta
propter ramos & frondes. & tunc non dicitur
facere contra debitam ſeruitutem, niſi ſol eſſet
neceſſarius,vel multum expediens, vt eſt text.
in d.l.ſi arborem.in princi.ſecundo reſponſo.&
5 ibi, hoc not.omnes Docto. † Et ex hoc nota
tria.Primum, quòd ille qui tenetur non office-
re luminibus, nihilominus poteſt ædificare ali-
quid propter quod ſol auferatur prędio domi-
nanti, dummodo lumen aliter non obſcuretur,
ſeu fiat obſcurum.vt l.inter ſeruitutes.in prin.
6 de ſer.vrb.prę. † Secundum notandum eſt,ꝙ
ille qui debet ſeruitutem ne lumina in eadem
gratitudine,niſi ad gratitudinem locus eſſet de
putatus:ſecus in ſeruitute ne proſpectui officia
tur:quia debet ſeruare proſpectum in eadẽ gra
titudine.vt eſt tex.in d.leg. inter ſeruitutes.in
prin.& dixi ſupra de ſeruitute,ne proſpectui of
7 ficiatur, circa prin. † Tertium notandum eſt,
quòd qui debet ſeruitutem ne luminib officia
tur,non poteſt plantando ſeu ædificando aut a-
liter ſolem auferre prædio dominanti, quando
ſol eſſet prædio dominanti neceſſarius vel mul
tum expediens : per d.l.ſi arborem.2.reſponſo.
& ideo ſi tolleretur ſol, diceretur fieri contra
debitam ſeruitutem ne luminib.officiatur, ſi ſi
ne ſole locus habitari non poterat, vel lumen
fuit conceſſum gratia alicuius artificij, quod in
eo fiebat, & fieri nòn poterat ſine copia ſolis.
& pone exemplum in penariis & balliſtariis,
qui eorum artificia ponunt ad ſolem in domo
ſuę habitationis.vel pone exemplum,ſi erat lo
cus in quo paterfamilias morabatur ad ſolem,
vt dicit gloſ.in d.leg.ſi arborem. in verſicu. a-
lio camino.ſicut contingit in ponticello ſeu ſo
lariis : & in hoc poteſt etiam poni exemplum
ſecundum Flo.in d.leg. ſi arborem.in princip.
in perſona Diogenis philoſophi : ad quem cum
ad ſolem ſedentem Alexander acceſſiſſet, ho-
taretur que vt ſi qua præſtari vellet,ſibi indica
ret: inquit, vellem a ſole mihi non obſtes, vt
refert Valerius Maximus lib.4.c.de abſtinentia
& continentia.in pen.exemplo. & vide quæ di
8 cam in ſeq.q. † Quinto quæro,nunquid debẽs
ſeruitutem ne luminib.officiatur, poſſit depo-
nere ædificium vel arboris ramos,quo facto lo
cus quondam opacus ſole incipiet eſſe plenus.
Et dicas quòd ſic : quia non facit contra debi-
tam ſeruitutem, hanc enim debuit ne lumini-
bus officiat.nec non luminibus officit, ſed plus
æquo lumen facit.vt eſt text.no. in d.l.ſi arbo-
rem.§.per contrarium. ex quo not. quòd quis
non dicitur contra facere, qui facit plus quàm
debeat

debeat. quod procedit, niſi tollendo in totum
ędificium vel ramos: aut deprimendo luminib.
officeretur, ſi forte impreſſura quædam in ædes
meas lumen deuoluat, puta ex reuerberatione.
vnde illud, Refulſit ſol in clypeos aureos, &
ſplenderunt montes ab eis. vt eſt text. cum gl.
in §. interdum. in d. l. ſi arborem. & poteſt poni
caſus ſecundum Angel. ibi, reflexio ſolis erat in
loco cui non debeat officere: & per inordina-
tam reflexionem ſubſtantiam viſus in loco im-
pediebat. Vel ſecundo poteſt poni caſus: & iſte
intellectus eſt planior & nobilior: ſcilicet, quòd
ille qui debebat ſeruitutem non officiendi lumi
nibus habebat ædificium ſuum in quo ſol con-
tinue pcutiebat, vel certis horis diei, & ex hoc
obiecto ille cui ſeruitus debebatur, habebat ſi-
mile ædificium ſuum, quod eiſdem modis illu-
minabitur ex reflexione ſolis percutientis ædi-
ficium ſeruiens. Vnde ſi illud ædificium ſeruiẽs
deponitur, reflexio ſolis ceſſat, & per cōſéquẽs
lumen tollitur: ideo tale ædificium deponi non
poteſt, cum lumiua obſcurentibus per depoſi-
tionem: & ſic eſt verus intellectus d. §. interdũ.
cum gloſſ. Et ſic no. quòd iſtis ſeruitutibus con
ſideratur intereſſe, & ius interpretatur fieri cō
tra debitam ſeruitutem, vbicunque aliquid fiat,
quod lædat, ſiue iſtud fiat per modum depreſ-
ſionis ſiue deceſſus, ſecundum Bald. & Flor. ibi.
quod dicunt eſſe no. Item non poſſet tolli vel
deprimi ædificium, quando eſſet ſeruitus impo
ſita altius tollendi: vt dixi ſupra de ſeruitute al
9 tius tollendi. † Sexto quæro, an ſeruitus ne lu
minibus officiatur, intelligatur tam de præſen-
tibus quàm de futuris. Dicas quod ſic, ſi hoc
fuit actum expreſſe, vel ſi ſimpliciter conſtitu-
ta fuit: ſecus ſi cum expreſſione verbi præſen-
tis temporis: vt eſt text. in l. qui ædificium. &
l. ſeq. de ſeruit. vrban. præd. quod declara, vt ibi
not. & habetur per glo magiſtr. in l. eum debe-
re col. de ſeruit. vrban. prodio. & per Docto. in
l. non modus. C. de ſer. vbi etiam ponitur per
Sal. ſi mutantur poſtea lumina, an poſſit illis
10 nouis mutatis officere. † Septimo quæro, ſi
aliquis laborat ędificando ſuper re communi a
ipſius laborantis, & eius cuius luminibus offi-
cit, an hoc poſſit: puta obſcurando lumina alte-
rius domus, quæ eſt propria dicti ſui conſocij.
Credo quòd ſit locus l. cum luminibus. de ſeru.
vrban. prædiorum, ſcilicet quòd ædificando te-
neatur ſeruare formam antiquam, ſecundum
quam erat ædificatum: & ſi nunquam fuit ædi-
ficatum ſuper ipſo pariete, tunc melior eſt con
ditio prohibentis. l. Sabinus. communi diui. &
quod ibi not. de regulis iuris. cap. in re com-
muni. in 6. per Dyn. & Ioan. An. ita dicit Alb.
de Roſ. in l. altius. C. de ſer. qui dicit, quòd hoc
11 habuit de facto, & eſt valde no. † Octauo & vl
timo quęro, an in pariete communi liceat vni
ſocio facere feneſtram pro acquirendo lumine.
dicas quòd non, niſi ſibi fuerit cōceſſum. l. eos.
de ſeruitu. vrbanorum prędiorum. & ibi no. per
Doctor. de quo die, vt dicam infra de feneſtra
ſeu balcono.

De ſeruitute oneris ferendi. Cap. 37.

1 *Stabulum inferius non domui coniunctum, an ruſtica ſeruitus eſſe dicatur.*
2 *Differentia inter æternum, ſempiternum, & perpetuum, quæ nam ſit.*
3 *Ius ſeruitutis perpetuum quod dicatur.*
4 *Seruitutem qui debet oneris ferendi, vel etiam aliã, an ſuis expenſis reficere debeat.*
5 *Conceſſi ſi tibi aream, vt ibi domum ędifices, in qua me cum ſocijs meis tranſeuntibus recipere debeas: an ipſa domo deſtructa quocunque caſu, nouam reædificare tenearis.*
6 *Paries vel columna ſeruitutem debens ſi reficiatur, ad quem ædificiorum fultura ſpectabit, ne corruat.*
7 *Seruitutem ſi quis mihi debeat, vt in ſuis parietibus trabem ſeu tigna habeam, per quę ſolarium meum ſuſtineatur, an iſta ſeruitus tigni iniuncti, vel oneris ferendi eſſe dicatur.*
8 *Domus ſi legetur, vel vendatur, an ſeruitus impoſita videatur, vt ſuſtineat onera pertinentia, quæ actu ipſo ſuſtinebat.*

ONERIS ferendi ſeruitus vrbana eſt. l. eũ
debere columnam. de ſeruitu. vrbanorum
prædiorum. Et de hac ſeruitute, vt Flor. ait in
l. & ſi forte. §. etiam. ſi ſerui. ven. non videtur fie
ri mentio, niſi in prædio vrbano. dicta l. eum de
bere columnam. & dicto §. etiam. & l. ſicuti. in
1 prin. & §. primo & §. ſecundo. ſi ſer. ven. † Sed
credo, quòd etiam poſſit eſſe ruſtica ſeruitus:
puta ſi quis haberet ſtabulum inferius, non do-
mui coniunctum, & ſic eſſet prædium ruſticũ l.
eo iure. ff. de qui. ca. pignus contraha. & dixi ſu
pra. in 4. diuiſione. in princip. ver. quid de ſtabu
lo. & alius haberet ſolarium ſupra parietem ſta
buli: tunc ſi ſeruitus imponeretur, vt inferior
deberet ſuſtinere ſolarium & onera ſua inferio-
ra: puta pro fœno locando. nam non video, qua
re illa ſeruitus oneris ferendi, non debeat dici
ruſtica, ex quo debetur a prædio ruſtico: per l.
j. communia prædi. nec eſt inconueniens, quòd
vna ſeruitus in genere poſſit eſſe in ſpecie ruſti
ca & vrbana, ſicut eſt ſeruitus altius tollendi &
oſtendendi prædio vicini vel protegendi, quę
ſunt vrbana. l. prima. de ſeruitu. vrbanorum præ
diorum. & dixi ſupra. de ſer. protegendi. in prin
cip. Imponitur autem hæc ſeruitus, quado quis
vendit vnam domum, in qua erat vna colum-
na, quæ ſuſtinebat onus alterius domus ſuę, hoc
acto quòd perpetuo ſuſtinere debeat. hoc vult
dicta l. eum debere columnam. in princ. vel quã
do actum fuit ſine venditione, vt poſſim onus
imponere, & tu perpetuo ſuſtinere debeas. &
ita loquitur ver. quemadmodũ. in eadem l. qui
in hoc differt a prin. ſecundum Cyn. ibi. Item
imponi-

a Re communi. Res vna & eadem diuerſo iure cenſeri nō debet. de deci. c. cũ in tua. 12. q. 2. cognouimus. Et quid cō tineat appel. rei, vide Alex. in 2. vol. conſil. 188. in 2. col. §. & licet. in prin. col.

imponitur non solum per columnam, quæ fit in loco debente seruitutem vt solarium vicini sustineat, sicut sæpe contingit, quãdo solarium est ita latum, quòd per trabes in parietibus infixas sustineri non possit: sed etiam quando columna vel trabes parietibus. infixa dnbentibus seruitutem sustinere onus vicinarum ædium: vt probatur in d.l.eum debere columnam. ibi, onus vicinarum ædium. ibi, paries oneri ferẽdo. de seruit.vrb.pręd. Forma vero huiusmodi seruitutis imponendæ ita esse potest, sicut in l.ædium. scriptũ est. Paries oneri ferendi, vti nunc est, ita sit. verba significant parietem perpetuũ esse debere. non tamen hoc his verbis dici potest, vt in perpetuum idem paries ęternus esset, cum hoc fieri non posset, sed ijsdem modis paries non in perpetuum esset quòd onus sustineret. vt est text. in d.l. eum debere columnam.

2 † Et differentia est inter æternum, sempiternũ, & perpetuum. Aeternum enim non habet principium neque finem, vt Deus, Sempiternus habuit principium, sed non habebit finem, vt anima *a* & angelus: vt no. glo. pe. in ver. æternis. in d.l. eum debere columnam. Perpetuũ vero potest dici in proposito id, quod habuit principiũ, & habebit finem: sicut est seruitus imposita, & actiones quæ dicuntur perpetuæ. vt insti. de per pe. & temporal. actio. hoc dicit glo. pe. in fin. & not. bene, quòd huiusmodi seruitus incipit & non desinit: quia impossibile est aliquid esse sub sole sine fine. vnde not. ibi, quòd nihil est sub sole perpetuum. & ideo mundus secundum rectã & veram fidem nostram habuit principium, & habebit finem. licet quidam philosophi natura-
3 li ratione moti contrarium dixerint. † Sed dubium est, quando intelligatur in casu nostro iure seruitutis perpetuum. dicit Ang. in d.l. eum debere columnam. quicquid durat centum annis, dicitur apud nos perpetuum: quia lapsu tanti temporis extinguitur. l. fi. de sac. sanc. eccle. & l. an vsusfr. de vsuf. & l. proponebatur. ff. de iudicijs. & quòd cursus tanti temporis perpetuitatem significet, no. gl. in l 2. §. hoc autem edictũ perpetuum. ne quid in loco publico. vnde forsitan secundum Ang. in d.l. eum debere columnam. obligatio de qua loquitur illa lex, non durat vlteriori tempore. subdit tamen quòd hoc non ponit pro constanti. ego autem non teneo, quòd perpetuun dicatur vsque ad c. annos tantum, sed etiam vltra: & quòd duret donec durare potest, puta si est columna, quæ requiescat in domo debentis seruitutem, donec durat ædificium superius, debebit durare seruitus ferendi per columnam. vel si esset paries qui onus sustineret, quãdiu paries esset, vel onus durare posset, tam diu seruitus diceretur. & hoc videtur probari in d.l. eum debere columnam. ibi, sed vt iisdem modis paries in æternum esset. Quod onus sustineret, nisi esset præscripta seruitus? iuxta ea quæ dixi supra. in 9. q. principali. non tamen potest tolli ius seruitutis oneris ferendi, donec ille cui seruitus debetur, est in possessione vel quasi, puta quia onera sua a vicini parietibus sustinentur. Non iudeo vnde etiam si per mille annos solarium restitueretur per columnam vicini, seruitus non perderetur neque finiret. facit quod no. in l. qui luminibus de ser. vr. præd. & quod no. per gl. singularem 16. q. 3. c. per singulos. in ver. dubitare. ad fi. ibi, vnde etiã non pręscribit ad mille annos. Huius autem seruitutis oneris ferendi natura est, vt qui debet seruitutem, facere teneatur: vt est tex. in l. eum debere columnam. in prin. & l. & si forte. §. etiã. si seruitus ven. & l. sicuti. §. Arist. eo. tit. licet in alijs seruitutibus regulariter est secus: ut scilicet debens seruitutem non facere teneatur, sed tantum pati. vt est text. in l. quoties. la. j §. j de seru. ti generali. & in d. §. etiam. l. j. in fi. & in l. 2. §. præterea. de aqua plu. ar. & dixi supra in q. j. principali, de natura ser. in princ. & est ratio, quia speciale est in seruitute oneris ferendi, vt dicit gl. in fi. in d.l. eum debere col. in d.l. quoties. & in d. §. etiam. vel secundum Ang. in d.l. eum debere columnam. quia venit in consequẽtiam: nam in seruitute oneris ferendi in perpetuum, venit vt quis teneatur reficere ædificiũ collapsum, vt possit onera supportare: vt ibi. ergo in consequentiam qui debet facere, nõ debet pati. si reficere tenetur. circa quod uide quę
4 proxime dicam. † Sed nunquid ille, qui debet seruitutem oneris ferendi, vel aliam debeat reficere suis expensis, vt puta columnam, vel parietem sustinentem onera vicini? & videtur ꝙ sic. vt est. tex. in l. eum debere columnã. in prin. de ser. vrb. pręd. In contrarium videtur. l. j. §. fi. & l. 2. §. præterea. de aqua plu. ar. Tu dic breuiter, quòd aut fuit actum in constitutione seruitutis, quis debeat reficere, & cuius expensis, & pacto standum est, & illud seruare. d. §. præterea. secundum vnum intellectum. Aut non fuit actum expresse, ad quem refectio spectaret: & tunc si ille, qui debet seruitutem, consueuit reficere a tempore cuius non extat memoria in cõtrarium, & idem vt ipse teneatur: vt d.l. j. §. fin. de aqua plu. arc. quoniam pactum & vetustas a pari procedunt. l. 2. in prin. de aqua plu. ar. Si vero de ista consuetudine non apparet, & tunc in seruitutem oneris ferendi ille reficit suis expẽsis, qui seruitutem debet: vt d.l. eum debere. & d.l. & si forte. §. etiam. & rationem dixi supra. vel quia speciale in ea, vel quia in consequentiam venit. In alijs autem seruitutibus distingue. aut ex refectione potest sequi aliqua vtilitas: vt quia ex purgatione riui trahit ad se pinguedinẽ ibi collectã: & tunc est in dñi potestate prædij seruiẽtis vel purgare, vel pati ꝙ per aliũ purgetur: & ideo ille cui debet seruitus, debet alternatiue agere, vt reus reficiat aut refici patiatur, vt est tex. in l. 2. §. apud Labeonẽ. de aqua plu. ar. Aut ex refectione nulla sequitur vtilitas, sed solũ expẽsa: & tũc indistincte debẽs seruitutẽ debet tm̃ pati, & nõ reficere. d.l. quoties. §. j. de ser. & d.l. & si forte. § si ser. ven. & d.l. j. §. fi. de aqua plu. ar. fallit in seruitute oneris ferẽdi. & ita tenet Bar. in l. 2. §. apud Labeonẽ. de aqua plu. ar. & d. §. ẽt. & ita tenet Ang. in d. § pterea.

&

a Anima: Anima cunctis reb. est præponenda. adde Cor. in 4. vol. cõsi. 220. & relictum pro anima, censetur relictũ ad pias causas. cõs. 302.

& Flo.in d.§.ét. & vide quę dixi s̃ in 9.q.prin.
Dictum eſt de refectione rei quę onus ſuſtinet:
ſed quid ſi perit in totum, puta quia columna
combuſta eſt, vel paries depoſitus:an debēs ſer
uitutē oneris ferendi, teneatur aliā ſupponere.
vel parietē reædificare? dic ꝙ ſic:ut eſt text. in
d.l.eū debere colū. in fi.de quo dic, ut ibi ꝑ gl.
5 in ver.pariete. † Sed q̃d ſi cōceſſi tibi areā, ut
tibi ædifices domū, in qua debeas me recipere
cum ſociijs meis tranſeūtibus, an domo deſtru
cta quocunq; caſu nouam reædificare teneris?
& videtur ꝙ ſic. quia ſicut dixi in ſeruitute o-
neris ferendi, vt perpetuum eſſe debeat:ita vi-
debitur eſſe dicendum in iſta obligatione ſeu
onere recipiendi me & ſocios meos, ut debeat
eſſe perpetua: & hoc tenet Iac. de Are. per d.l.
eum debere columnam.in prin.& l. ſi finita.de
dam.infec. Alii habent in l. qui bona. eo. tit.ſed
Ang.in d. l.eum debere.tenet contrarium:quia
in hac quæſtione ille qui promiſit,non tenetur
recipere,niſi in domo ædificanda:per not.per l.
boues.§ hoc ſermone.de verbo.ſigni.illa enim
quæ ſecundo ædificatur,non eſt eadem domus:
vt l.ſeruitutes quæ in ſuperficie.§.ſi ſublatum.
de ſeru.vrb.prædio.facit l.maritus.eum ibi no.
ff.loca.Non obſtat ſecundum eum d.l.eum de-
bere, quia ibi ſemper fuit facta promiſſio one-
ris ferendi. vnde ſui natura hæc obligatior eſt
perpetua. cum cauſam ſucceſſiuam habeat. &
nūquam plene satisfactum intelligi poſſit. l. 3.
in prin.de condi.ob cauſam.& l. 3. in princip.&
6 §.dare.de vſufru. † Quando autem paries uel
columna debens ſeruitutem reficitur,ad quem
interim ſpectabit fultura ædificiorum nec cor-
ruat? dic ad dominum cui ſeruitus debetur.ut
eſt text.no.in l.ſicuti.in princip.ſi ſeru. ven.&
ibi iuriſconſultus dat conſilium domino ſupe-
riori,ſi non vult fulcire,ut ædificia deponat, &
reficiat, cum paries fuerit reſtitutus:& eſt con
ſilium ironicum ſecundum gloſſ.ibi,quòd iſtud
erit ſibi deterius quàm fulcire.& allegatur ille
text.ad illud uulgare, quòd conſultius eſt ma-
7 lum ſuſtinere,quàm malum pati & peius.†Sed
quæro,quis debet mihi ſeruitutem, vt in parie
tibus ſuis habeam trabem ſeu tigna,per quæ ſo
larium meum ſuſtineatur. an iſta erit ſeruitus
tigni iniuncti uel oneris ferendi? Videtur eſſe
tigni iniuncti: quia tigna habeo in parietibus
ſuis:per l.ſicuti.§.competit ſi ſer.ven. In con-
trarium videtur,quòd ſit oneris ferendi, per l.
eum debere.de ſer.vrb. præd. Ego credo,quòd
in hoc ſit conſideranda verba impoſitę ſeruitu
tis. Aut enim dicit quòd quis poſſit immittere
tigna in parietibus ſuis & ſuprà ſolarium ędifi-
care:& erit ſeruitus tigni iniuncti,licet in con-
ſequentiam onera ſuſtineat.per dictum §.com-
petit.vbi caſus. Aut dicitur quòd quis teneatur
ſuſtinere onera mea, uel ſolarium meum: &
tunc erit ſeruitus oneris ferēdi: & ita loquitur
d.l.eum debere.ibi,paries oneri ferendo,&c. li
cet in conſequentiam habeat tignorum immiſ
ſionem:quia inſpicere debemus,quod principa
liter ſit, non quod in conſequētiam:ut l.ſi quis
in cauſam.& ibi not. ſi certum pet. Aut uerba
ſunt ambigua,& conſtat de eis: puta quia præ-
ſcriptum eſt:& tūc puto in caſu prędicto,quòd
ſit potius tigni iniuncti, quàm oneris ferendi.
& probatur in dicta l.ſicuti.§.competit. & hoc
ſentit glo.no.in §.diſtat.in uer.actiones ibi,nā
licet vbiq; ſuſtineat onus:tamen quia in prima
ſpecialiter de onere ferendo dicitur, non in ſe-
cunda,&c.Sed ſi eſſet ſeruitus columnæ ſuſtinē
tis ſolarium vicini,quæ non requieſceret in pa
rietibus,ſed in ſolo debente ſeruitutem: & tūc
non eſt dubium quòd eſſet ſeruitus oneris ferē
di,non tigni iniuncti.d.l.eum debere.in princi.
Ex his habes quomodo cognoſcatur ſeruitus
tigni iniuncti à ſeruitute oneris ferendi. Item
quæ ſit differentia inter unam & aliam,colligi-
tur ex prædictis,& in uerbo, huius autem ſerui
tutis. & in uerbo, nunquid autem ille. & vide
8 tex.cum gl. in d.§. ſi diſtat. † Vltimo quæri-
tur, ſi legatur uel venditur domus, an uidetur
impoſita ſeruitus,vt ſuſtineat onera pertinen-
tia,quæ ipſo actu ſuſtinebat? & dic ꝙ ſic:maxi-
mè ſi contrahentes hoc ſciebant.l.quod concla
ue.de damno infecto.coniuncta l. in prin.de a-
ctio.empti. Nec obſtat l.in uendendo. de actio.
empt.quia loquitur in ſeruitute,quæ non habe
bat cauſam continuam:& ita tenet Bart. in l. 1.
circa principium.de ſer.leg. & uide dicta in ſe-
quen.ſerui.in uerbo,ſed reaſſumendo iſtā ſer-
uitutem.Alia plura circa iſtam materiam uide,
quæ dicam infrà de onere ferendo, quæ etiam
hic conuenire poſſent.

De ſeruitute itineris ſeu actus. Cap. 38.

1 *Habeas ſi ſeruitutem eundi ad domum tuam per caſtellum meum, vel domum, vel curiam, vel ſcalas meas, an ego de nocte ianuam claudere poßim.*

2 *Diuiſio domus uel alterius fundi ſi inter plures facta fuerit, non uidetur actum, quòd unus aditum per alterius partē habeat, ſicut prius habebat, niſi hoc inter eos ſpecialiter conuentum ſit.*

3 *Prædium meum ſi tibi uendidi, ad quod iri non poterat, niſi per aliud meum prædium, non uidetur actum, vt illud tibi ſeruitutem debeat, niſi expreſſe dictum fuerit.*

4 *Iter ſeu actus an & quomodo debeatur: & an talis ſeruitus ſit præſtanda ab hærede, vſufructuario, vel legatario, vel econuerſo, & alijs etiam habentibus utile dominium, uel directum.*

5 *Differentia inter uſumfructum & proprietatem quænam ſit.*

6 *Domos duas unica contignatione contextas ſi quiſpiam habeat, & unam uendidit, alteram ſibi retinuit: non poterit emptor inuito uenditore retinere tigna, quæ requieſcunt in domo uēdita, niſi forma contractus aliter ſe habeat.*

7 *Hæres eo caſu quo aditum præſtare teneatur, an ipſi prędio legato ſeruitus conſtituta ſit,*
ita

a Diuiſio do.
An in contra-
ctu diuiſion s
habeat locũ re-
medium l.2. C.
de reſcind.uen.
vide Cor. in 4.
vol.conſi. 240.
inci.pręſuppoſi
tis.& an in diui
ſione cauſetur
titulus, conſil.
278.Et quę re-
quirantur indi-
uiſorio iudicio,
in 2.vol.conſil.
120.incip. in iu
dicio,& diuiſio
facta cum extẽ
ſiua læſione li-
cet ſit iurata:&
cum refutatio-
ne ad cognita
& incognita,an
reſcindatur ſi
lęſus ignorauit
cõſortem inſti-
tutum in re cer
ta, uel exhære-
datum cũ clau-
ſula quòd plus
petere nõ poſ-
ſit:in 3. vol.cõ-
ſil.133.

Ita ut legatarius confeſſoriam contra impedientem intentare poßit.

HAEC eſt vltima ſeruitus vrbana,quam in
ſpecie hoc libro declarare conſtitui :certe
ſi quæ ſunt in domo per me figurata , de qua
proxime dicetur , intelligi poterunt. Seruitus
illa itineris ſeu actus non ſolum eſt ruſtica , vt
l.1.in prin.de ſeruitut. vrbanorum prædiorum
& inſti.in princip. de ſerui. puta quando debe-
tur à prædio ruſtico alteri prædio ruſtico : ut
ibi.ſed etiam poteſt eſſe vrbana,quando à fun-
do vrbano alteri vrbano debetur : vt probatur
in l iter.communia prædi.& in l.ſeruitutes quę
in ſuperficie.§.ſi domo.de ſeruitu. vrbanorum
prędiorum. & pro hoc vide quæ dixi in serui-
1 tute præcedenti , in princip. † Si habes ſerui-
tutem eũdi ad domum tuam per caſtellũ meũ ,
vel domum,vel curiam,vel ſcalas meas,an ego
poſſim claudere de nocte ianuam ? Et dic,quòd
ſic:quia intelligitur actum, vt poſſis ire de die,
non de nocte. dicta l.iter. & ita ibi per Doctor.
& eſt ratio,quia de nocte non licet ire per ciui-
tatem vel domos alienas : vt ibi probatur iun-
cta glo.ſecundum Paul.de Caſt.& dixi ſuprà in
8.q.princip. in vlti.char.ver. item ſeruitus iti-
neris quæ bene no.& pro illis, qui habent plu-
res domos,ad quas ingreditur per vnam curiã,
quæ ſit vnius tantum , & omnes ſtant ſub vna
claui.l.quid ſit fugitiuus.§ apud Celſum.de æ-
dil.edic.ſicut eſt Venetiis,& in multis locis.Vn
de ex his no.licet quis prętendat ius eundi per
domum uel fortilicium , aut ſcalas alterius, e-
tiam iure ſeruitutis conſtitutæ itineris ſeu a-
ctus:tamen debet ire congruis horis : unde in-
telligitur,quòd tantum de die ire poſſit. & ita
Flor. in d. l. iter.unde facit ſecundum eum ad
collegiatum ſeu confœderatum, qui ſe obliga-
uit,ut liceat alteri confœderato tranſire per ca
ſtella & loca ſua , ut licet non aperiat portam
de nocte,non tamen dicatur venire contra con
uenta. & ſimiliter excuſantur cuſtodes fortili-
ciorum,ſi de nocte alicui nõ aperiant portam :
cum hoc non teneantur facere propter immi-
nens periculum. facit ad hoc l.furem . & quod
ibi not.ff.de ſica.hæc tamen non puto ita ama-
rè & in ciuili modo intelligi,ut nullo modo li-
ceat de nocte ire ſiue tranſire.Nam ſi poteſt eſ-
ſe ſine periculo , & id quando fieri conſueuit ,
ſicut in domibus contingit de hyeme,quo tem
pore plerunque de nocte itur, uel propter ali-
quam neceſſitatem,tunc teneo quòd etiam de
nocte poſſit ire & tranſire.argu.d.l.furem.cum
ibi not. & quia uerba ſunt ciuili modo intelli-
genda.l.ſicuti.de ſeruit. nec amarè ſunt intelli-
genda:ut eſt tex.in l.ſi quid uendito.in prin.de
ędil.edi.& l.ſi id quod.§.ſi quas.de dona. inter
vir.& not.gl.antep.c.relatum.de teſta.el.2.Scri
ptum eſt enim,qui nimium emungit, elicit ſan
guinem.vt dicit tex.in c.niſi cũ.§. propter mi-
litiã.de renun.& habetur originaliter prouerb.
c.30.& per gl.in l.ſciendũ.§.illud. in uerbo,ar-
tificium.de ędil.edi. & adde his quæ dicã infrà
2 in 2.lib.de ser.itineris & de ſeruitute uię.†No.
vnum alium caſum pulchrum & quotidianũ,ꝙ
ſi contractu inter plures eſt facta diuiſio a do-
mus vel alterius fundi, nõ videtur actũ ꝙ vnus
habeat aditũ per partem alterius, ſicut prius ha
bebat,niſi hoc inter eos ſpecialiter ſit conuen-
tũ:ut eſt caſus no.in l.via cõſtitui.§.quæcunq;.
in fi.& ibi hoc no.Bal.Flo.& cõiter Do.de ſer.
vrb.præd. & ideo licet quilibet eorũ ante diui-
ſionẽ poſſet tranſire per totũ fundum , quia in
qualibet parte habebat partem pro indiuiſo:tñ
poſt diuiſionẽ nullus poterit.facit l.in venden.
de contrahen.emp. & hoc eſt vtile maxime in-
ter fratres diuidentes domũ per partes,ad quas
nõ poſſit haberi aditus,niſi per aliàs partes. Po
ne exemplũ, Tres erant fratres, & domũ cõem
habebant,tria ſolaria habentẽ. venerũt ad eius
diuiſionẽ,& cuilibet fratrum aſſignatum eſt v-
num ſolariũ.poſtea fratres qui habebant ſola-
ria ſuperiora uolebãt ire per ſolariũ inferius a-
lio fratre inuito:quæritur an poſſint. & an per
ſolariũ inferius habeãt iter, seu aditũ. Et videt
ꝙ ſic,per l.binas ædes.aliàs ĩcipit,Caius.de ſer.
vrb.præ. Dicas contrarium:ut eſt caſus not.in
d §.quæcunq;.ſecundũ Vbertum de Cremona,
& Bald.& Doct.ibi.& hoc probatur ẽt ratione.
Nam diuiſio ſimilis eſt emptioni.l.1.C.cõia u-
triuſq; iud.ſed in venditione uel uia uel iter nõ
venit,niſi expreſſe ſit dictũ.d.l.in vendendo.Et
ratio huius eſt , quia in dubio res libera vendi
videtur,& non cũ aliqua ſeruitute.l.in traden-
3 dis.§.interpoſitis.in fi. cõia prędio. † Et pro-
pterea ſi uendidi tibi prædium meum, ad quod
iri non poterat,niſi per aliud meũ prædiũ, non
videtur actũ ut illud debeat tibi ſeruitutẽ , niſi
expreſſe dictum fuerit.d.§.interpoſitis.in fi.cũ
gl.ſecus eſt in legato:quia in dubio uidetur res
legata,vt heres poſſit trãſire ſicut teſtator trã-
ſibat,vt l.teſtatrix.in prin. ſi ſer.ven. & ibi hoc
tenent Doc.& Bart.& Doct. in d.l.binas ædes.
& Bart.in l.1.de ſeruit.lega.& eſt ratio,quia in
vltimis voluntatibus interpretatio ſit latior &
fauorabilior, quàm in contractibus. l. in teſta-
mentis.de regu.iur.c.cum dilecti.in fi. de do.&
ideo ſint cauti fratres in diuidendo,vt reſeruẽt
ſibi aditum expreſſe. eodem modo debent eſſe
cauti emptores.hinc eſt cõiter ꝙ notarii appo
nunt in inſtrumentis emptionũ & ſim.unã clau
ſulã,videlicet,cũ acceſſionib.& egreſſib.introi
tib.& exitib.ſuis vſq; ad uias publicas. & dicit
Bar.& Doc.in d.l.binas ædes.ꝙ clauſula hic im
portat, quia licet nõ debeat ſeruitus ſibi ad a-
lia re mea,tñ ſi conſueuerã ire per illam ad rem
uenditã,uel fratres ſimiliter ire conſueuerant ,
alicuius emptor vel frater ire poterit. quia iſte
poteſt dici acceſſus illius rei uenditæ uel diui-
ſæ.Cautius tamen eſſet exprimere in ſpecie, ꝙ
iter ſeu actus debetur per talem locum . quod
not.in practica. & vide quæ dicam infrà de cu-
4 ria. † Sed reaſſumendo iſtam q. latius in ge-
nere , & ut omnia complecti poſſint, uidelicet
an iter ſeu actus debeatur:de qua uide plene p
Bartol.in l.1.de ſer.leg.per Iaco.But. Barto. &
Bald.

Bal.& Doc.in dicta l.binas ædes.& per Paul. de
Caſt.in l.in tradendis §.interpoſitis.communia
præd.& per Barto & Docto. in l.quod cõclaue.
de dam.infec.in qua ſic concludas. Quòd aut il-
le a quo peto ſeruitutem, mecum non contra-
xit, nec quaſi: aut mecum vere contraxit, vel
quaſi contraxit. Primo caſu quando non con-
traxit, nec quaſi mecum: & tunc non habeo ius
petendi ab eo iſtũ aditum.l. eum debere. de ſer.
vrb.præ.& ratio eſſe poteſt, quia regulariter res
cuilibet libera eſt, niſi ſeruitus conſtituta pro-
betur.l.qui luminibus.& ibi not.eod.tit.& l.al-
tius.& l.ędibus.C.de ſeruitu. Secundo caſu quã
do mecum vere contraxit, ſubdiſtingue: aut cõ-
traxit ſuper vſufru.aut ſuper proprietate. Si ſu-
per vſufru.dic quòd debetur iter, ſeu aditus, da-
to quòd nihil dicatur: vt eſt text. in l.j. §.j.ſi v-
ſusfruc. pe. & probatur in l. ſed ſi quis. §. pro-
prietatis.in fin. de vſufruct. & ratio eſt quia ſine
aditu ad eum vſufruct.eſſet inutilis.& eſt etiam
text. qui ponit hanc rationem in d.l.binas ędes.
verſic.non autem.& vide de hoc omnino gloſſ.
in dicto §.proprietatis.ad fin.in verbo, contine-
ri. & intellige ſiue debeatur vſusfruct. ex con-
tractu inter viuos. ſiue ex vltima voluntate:
quia reputatur eſſe modici præiudicij: ex quo
perpetuo non durat: ſecundum gloſſ. in d.l.bi-
nas ędes. Item intellige, quòd iſte aditus debea
tur vſufructuario iure cuiuſdam commoditatis,
non ſeruitutis: quia ſeruitus ſeruitutis eſſe nõ
poteſt. l.j. §.j. de vſufruct. lega. & quod dictum
eſt de vſufruct. idem in quocunque contractu
dicas, qui principaliter concernat vſum rei.ar-
gu.l.ſed & adde.§.illud.ff.loca.ſecundum gloſ.
aliàs Flo. in d.l. binas ædes. Si vero ſuper pro-
prietate rei contractum eſt, puta vendidit quis
proprietatem rei: tunc non venit ſeruitus itine
ris, ſiue aditus, neque alias ſeruitus.l. in venden
do.de contrahend.emptio.& l.qui libertatis.§.
fina.de euictionibus. & l. via conſtitui. §. quæ-
cunque in fin.de ſeruitu.vrban. præd. & ita te-
net gloſſ. Bartol.& Ange.& Doct.in l.quod con
claue.de dam.infec.& intellige, ſi ſine aditu res
5 venditas efficeretur inutilis. † Et eſt ratio dif-
ferentiæ inter vſumfruct.& proprietatem, quia
vſusfruct. eſt minoris præiudicij, quia proprie-
tas regulariter nunquam finitur, ſed vſusfruct.
ſic l.corruptione.C.de vſufruct. cum ſimi. Sed
hoc limita duobus modis. Primo, quando eſſet
ſeruitus tigni iniuncti vel oneris ferendi: quia
tunc cum ſuo onere res videtur eſſe vendita,
vel aliter alienata. d.l. quod conclaue. & dicta
l.binas ædes.& l.j.de ſeru.lega. & ita tenet Bar
tol.& Flor.in d.l.binas.ſed Bartol & Ange.con
trarium dixerunt in dicta l. conclaue. dicunt
enim, quòd in contractibus inter viuos, ſi non
interponitur ſeruitus oneris ferendi, non venit
per illa iura. & idem dixit Angel. in dicta l.bi-
6 nas ædes. † Vbi dicit, quòd ſi haberet duas do-
mos vnica contignatione contectas, vnam ven
dit, alteram ſibi retinet, non poterit emptor in-
uito venditore retinere tigna, quæ requieſcant
in domo vendita, niſi forma contractus aliter
ſe habeat. Vnde ipſe dicit, ſis cautus tu emptor:
quia ex hoc vidi iam multas lites, & ſubdit, q
hoc probatur in l.quod conclaue.de damno in-
fec. vbi videtur eſſe caſus, dum dicit, ſeruitu-
tem oneris porticus ſeruandæ impoſitam ven-
didiſſe. quaſi videatur a contrario ſenſu, quod
ſecus eſſet, ſi non fuiſſet impoſita. Sed ego cre-
do quòd non bene dicant: quia in contrarium
eſt text.in dicta l.binas ædes. cum ſequen. cum
gloſſ. ſuper verbo, conceſſerint, quæ exponit in
ter viuos. nam cum venditur domus, videtur im
poſita ſeruitus, vt ſuſtineat onera permanen-
tia, quę ipſo actu tunc ſuſtinebit.& ita debet in
telligi dicta l.quod conclaue. ſecundum Barto.
in l.j.de ſeruit.legat. & d.l.binas ædes. in fine.
& talis ſeruitus dicitur habere cauſam conti-
nuam & permanentem: & propterea videtur im
poſita maxime ſi contrahentes hoc ſciebant:
vt dicit Bartol.in dicta l.j. in princip. & dixi in
præcedenti ſeruitute in fin.& iſtud teneas: ſed
ſi haberet cauſam non continuam, ſicut eſt ſer-
uitus itineris ſeu actus: tunc ſecundum omnes
in contractibus inter viuos non videtur impo-
ſita, niſi expreſſe actum ſit.l. in vendendo. de
contrahen.emptio.& iſto modo intelligo quod
dixi ſupra, in verſicu. ſi vero ſuper proprieta-
te. Secundo limita, quando inſtrumentum ven
ditionis inuenitur cum illa clauſula, cum acceſ-
ſibus & introitibus, &c. de qua ſupra dixi. Ter-
tio etiam limitare potes in via ad ſepulchrum.
de qua dic vt l.ſiquis ſepulchrum.in princip.de
religio.& not. Bartol. in dicta l.j.in fini. Ter-
tio caſu principali, quando quis mecum quaſi
contrahit: puta hæreditatis adeundæ cum me
legatario.l.apud Iulian.§.finali.quibus ex cau.
in poſſ.ea. & tunc regulariter ſeruitus impoſi-
ta non videtur.dicta l.quòd conclaue. & dicam
in ſequen. quæſtio. Sed an poſſit agi, ut impo-
nitur? Dic aut fuit legatus vſusfructus, aut pro
prietas. Primo caſu poteſt agi vt imponatur il
la ſeruitus, ſi aliàs vſusfruct. eſſet inutilis.l.bi-
nas.verſicu.non autem. præalleg. & l. prima &
2. ſi vſusfruct. pe. & l.damnas. §.primo. & ibi
Bartol.de vſufruct. lega. Secundo caſu, quan-
do legatur proprietas a: & tunc aut queris an
a legatario debeat pręſtari ſeruitus hæredi. &
ſine dubio dicas quòd ſic.l.teſtatrix.in princip.
ſi ſeruit.vend.& l.ſi fundus ſub conditione b §.
qui fundum de legatis j. & l.fin. de ſerui.ruſti.
præd. Aut quęris an debeat præſtari ab hęre-
de ipſi legatario, vel ab vno legatario alteri le-
gatario vide gloſſ. ordin. quæ hoc diſputat in l.
3. §.ſi loci.de adimen.leg. Sed quicquid dicat il
la glo. Bartol.in l.j. ante finem. de ſeruit.lega.
dicit quòd credit, quòd debeat præſtari, per d.
l.binas ædes. vbi dicitur, quòd non poteſt hæres
in totum lumina obſcurare rei cuius proprie-
tas eſt legata: eadem ratione iter debet præſta
re: quia in minus poſſet lumina obſcurare,
quam vti ſine itinere.l. prima.§ j.ſi vſufru. pe-
ta. & ita debet intelligi dicta l.binas ædes. quæ
eſt clauis huius materiæ ſecundum Barto.& be
ne. Sed circa prædicta quæritur eo caſu quo hæ
res

a Propriet. Proprietas proprie capitur pro dominio: & ideo idem eſt dicere, cauſa proprietatis, ſicut cauſa dominij: & ideo in ſtatutis ſola poſſeſſio non verificatur pro proprietate. not. Pa in c.j. de cauſa poſſeſ. & propr. & quare fuit inuẽta proprietas, no. 12.q.j. dilectiſſimus. vbi dicitur, propter iniquitatem ſcilicet negligentię, ſecundũ gl. ibidem.

b Cõdition. Cõditio ſecũda eſt in rebus quæ liberæ vel ſeruilis conditionis dicuntur. ff. & C. de ſer. per totum. Quomodo conditio cõcipitur: Reſpõde quòd per, ſi: modus per, vt: cauſa vero per, quia. Conditio poſſidentis potior eſt, vbi par eſt cauſa turpitudinis. ff. de cõdi. ob turpẽ cauſam. l. ſi ob turpem. § porro.

res tenetur præſtare aditum,an ſit ſeruitus conſtituta ipſo prędio legato,ita vt legatarius poſſit intentare confeſſoriam contra quenquã impedientem,ſecundum l.ſiquis diuturno. in fi.ſi ſerui.vendi. Et videtur quòd ſic,per l.ſiquis patrem.§.finali.quemadmo. ſeruit.amit. Doctor. dicunt contrarium , quia ibi loquitur quando ſeruitus fuit expreſſe legata : hic non expreſſe, licet fingatur legata tacite: vt ſupra dixi , & ex tacito non tranſit ius ſeruitutis, ſicut nec tranſit dominium ipſo iure: vt eſt tex. cum glo. ſecundum Iacob.de Aret. & Docto. in l.emptor. §.fin.de rei vendi. & in l. ſeruum filij.§.fina. & quod ibi per Doct.de lega.j.ſolum ergo legatarius habet actionem perſonalem contra hæredem ex teſtamento,vt ſeruitutem conſtituat:vt no.Bart.in d.l.binas. Vnde ſis cautus in agendo & faciendo,quòd cõſtituatur tibi ſeruitus,ſi uis quòd tranſeat in te ſingularem ſucceſſorem actiue & paſſiue . quod tene menti in practica . Cætera circa iſtam materiã vide infra, in itinere ſiue introitu . Supereſt nunc vt quibuſdã nominatis in iure , ſeruitutibus vrbanis explicatis,de domo per me figurata loquamur,ꝑ quam reliquas ſeruitutes vrbanas facile quiſque intelligere poterit , quicquid in fundo vrbano fieri permittatur: & in quo ſeruitus & libertas conſiſtat : vt aut hæc memoria aut cogitatione faciliora ſint , eas ex ipſius domus ordine declaremus .

a Conſuetud. Cõſuetudo eſt ius quoddã moribus inſtitutũ: quod pro lege ſuſcipitur. c.cõſuetudo. j.diſt. & de hac hic loquor, non de illa cõſuetudine large dicta, qua quis dicitur cõſuetus facere aliquid,quę eſt quoddã ius priuatum non publicum , vt iſta de qua hic.vt l. de quibus. & l. cum de conſuetudine.ff.de le. Quis poteſt cõſuetudinem introducere? Reſponde,quòd ille,qui poteſt facere legẽ : quia a quo remouetur genus , & eius ſpecies.l.filius in fi. ff. de dona.& l.iuriſgen.§.ſi fraudãdi.ff. de pac. in gl.ergo a contrario ſenſu cõſuetudo eſt ſui iuris.inſtitu.de iur. naturali.§. conſtat ergo.

De ſolo ſeu area. Cap 39.

1 *Solo ſeu area domum quis ædificare poteſt , vel aliud ędificium altius conſtruere etiam vſque ad cœlum .*
2 *Conſuetudo vel ſtatutum ædificandi vſque ad certam menſuram ędificationem ſimpliciter prohibere poteſt,& in multis etiam caſibus .*
3 *Aedificatione excellens nunquid ad vicini æmulationem fieri præſumatur .*
4 *Pactum circa ædificationem contrarium an valeat .*
5 *Areæ vſumfructum dominus habens nunquid ędificare poßit .*
6 *Aream in communi an quiſpiam ædificare poßit.*
7 *Caſtella ſeu fortilicia nunquid in ſuo ſolo ędificare licitum ſit, & maxime in confinibus territorij .*
8 *Poſſeßionem ſoli mei , & ædificij in eo per alium facti an habeam .*
9 *Guerræ tempore ſi princeps locum meum fortificauerit,vt habiliter guerram faceret,finita guerra,ſi locum meum petam,princeps autem velit vt expenſas reficiam, quid iuris .*

EX ordine nobis occurrit, vt primum de ſó-
1 lo ſiue area quædam dicam . † In ſolo ſiue area regulariter poteſt quis ædificare domum vel aliud ędificium conſtruere , & altius, vt ita dixerimus, vſque ad cœlum : quia quicquid eſt ſupra ſolum , vſque ad cœlum liberum eſſe debet,& eius cuius eſt ſolum: vt probatur in l.altius.& l ædibus.C.de ſer.& l.fi.in princi.de ſer. tit.generali.& not.in l.qui luminibus, de ſeruitu.vrban.præd. quæ tamen lex prima in contrarium potius facere videtur , ſecundum Albericum de Roſa in dicta l.altius. in princip. & hoc etiam not.gloſſ.12.quæſt.j.cap.2.in ver.hac. & hoc intelligo ſiue altius fuerit ędificatum, ſiue nunquam : puta quia erat area vacua : imo etiã ſi per mille annos area mea ſteterit iuxta palatium tuũ non ædificata, tamen potero ædificare,nec me prohibere poteris: vt not.gloſſ.in dicta l.qui luminibus.in fin.& idem not.glo. Bal. in cap.abbate.in princi.in ver.monachum.quæ incipit,hoc modo.ex de verbo.ſignific.& gloſſ. Io.Theutonici in dicto cap.2. 12.q.j.& Spec.in titu.de cauſa poſſeſ. & proprie. in vlti. col.verſic.ſed pone.& verſic.ſeq.& per Rofre.in libello,ne quid in loco publico fiat. & de conte.§.illud quæritur. Itẽ prędicta intellige, quòd quis poſſit ædificare in ſuo vel area, etiam ſi officiat luminibus vicini,niſi ei debeatur ſeruitus altius non tollendi:vt probatur in dicta l. altius.& d. l.ædibus.C.de ſeru.& l.cum eo. & l.pen.de ſerui.ruſtic.præd. & in l.altius.ſi ſer. vendi. & d.l. qui luminibus. etiam ſi vicinus eſſet minor vel pupillus: vt probatur no.in d.l altius.ſi ſer.vendi.coniuncta glo.quæ dicit, quòd ibi erat ſeruitus conſtituta. Item intellige prædicta etiam ſi obſcurarent in totum lumina ſeu ædes vicini : vt dicta l.cum eo.& ibi hoc no.Bald.Sed prædicta fallunt in quibuſdam caſibus,in quibus non eſt licitum etiam in ſuo altius ædificare , maxi-
2 me obſcurando lumina vicini. † Et primo quãdo eſſet conſuetudo vel ſtatutũ ædificandi vſq; ad certam menſuram:& ſic ſeruitus videtur impoſita conſuetudine *a* vel ſtatuto . Nam tunc ædificando altius tollere non poteſt : caſus eſt cum gloſſ. quæ ponit de ſtatuto.,Flor.in l.j.C. de ædificijs priua. & not.gloſ.& Docto.in l.qui luminibus.de ſeru.vrban præd. & dixi ſupra de ſerui.altius non tollendi.quæſt.4. & huiuſmodi ſtatutum vel conſuetudo ligat etiam forẽſem, cuius eſt domus quæ non debet altius tolli : vt ibi dixi in 5.quæſt. Secundo fallit,quando ſeruitus eſt impoſita per pactum . vt l. inter ſeruitutes cum ſequen. de ſeruitu.vrban.prædiorũ. de quo dic vt dixi ſupra de ſeruitute ne proſpectui officiatur.cum tribus ſequenti.vel quando eſſet pręſcripta huiuſmodi ſeruitus : vt not. gloſſ. in dicta l. qui luminibus . de qua præſcriptione dixi plene, ſupra decima & vltima quæſtione principali . Tertio fallit , quando vnus habet plures domos , & vnus legat vſumfructum alteri . nam tunc non poteſt hæres alteram tollere uel obſcurare domum uſufructuariam in totum : ſed ſaltem modicum lumen , quod habitantibus ſufficiat,relinqui debet.tex. in l.ſi is qui binas. de vſufruct.& text. cum gl. in l.binas. de ſeruitut.vrbanorum prædiorum . & dixi plene in fin. in ſeruitute pręcedenti . in penult.quæſt. Quarto fallit , quando ædes

vicini

vicini habent lumen ex publico:quoniam tunc
vicinus ędificando nocere non posset talibus
luminibus: quia non licet vicino aliquid in pu-
blico facere,quin liceat alteri prohibere.ff.ne-
quid in loco publico per totum, secundum Ro
fre.in libello de confessoria.post princi. in uer
sic. sed illud quæritur. & hanc quæstionem vi-
detur sentire glo.in l fluminum.§.fin. de dam.
infect.quę incipit,nisi animo nocendi.ibi respō
deo,non videtur officere,si lumē auferat, quin
ex priuato consueuit habere. facit quod notat
Bartolus in l. prima. §. sicut autem. de aqua
pluuia arcend. Verum putat Albericus de Ro-
sate.in l.altius.C.de seruitut.quando officiens
luminibus laborat in publico:tunc enim prohi-
beri posset, nisi esset consuetudo, quòd posset
etiam in publico taliter laborare, ut ipse no-
ta.in l.de quibus.§.nunquid videndum ex qua
libet. ff. de legibus. Si autem in suo labora-
ret,tunc etiam si altius ædificaret, officeret lu-
minibus, quæ haberent: ex publico prohibe-
ri non posset, vt dicta l.altius. cum concor-
dantiis suprà allegatis. facit quod dicam in-
frà in sexta quæstione. Quinto fallit, quan-
do quis leuaret altius, animo nocendi uicino,
& sibi non prodest, ut est text. cum gloss. in l.
1.§.denique. el secundo. de aqua pluuia arcen.
quę allegat ad hoc 20. leges. & dicunt Doctor.
eum pati fluxum legum,sicut dicimus pati flu-
xum sanguinis qui nimium abundat. & idem
notat gloss.in dicta l.fluminum.§.final.quæ in-
cipit,nisi animo nocendi.de damno infecto.uel
quādo tolleret altius ad æmulationem uel de-
spectum uicini: uel quia uolebat uidere omnia
secreta domus suæ.nam tunc non posset,secun-
dum Petrum,Cyn.& Bald.& Docto.in l.altius.
C.de seruitut.per l.opus.ff.de operibus pub.li
cet contrarium teneat Alberic. de Rosa. in di-
cta l.altius.in fine:qui dicit,quòd non obest di-
cta l.opus.quia loquitur in ædificatione in pu-
blico. nos loquimur in ędificatione in suo. idē
quod Alberic.de Rosa. tenet Angel. in dicta l.
cum eo.de seruitut.vrbanorum prædiorum. &
Flor.in l.Sabinus.in secunda column.commu-
ni diui. Sed Paulus de Castro. tenet primam
opinionem in dicta l.cum eo.quando ædificans
nullam reciperet utilitatem.sed facit ut uicino
tantum noceat.in dicta l.prima.§. primo. de a-
qua pluuia arcend.quæ loquitur,quando ędifi-
catur in priuato. Et non obstat responsio Ang.
ad dictum.§.denique. quam dat in dicta.l.cum
eo.qui dicit,quòd loquitur, quando vtilitas ex
suo perueniebat de directo in meum, vt illam
mihi auferre non posses faciendo in tuo,nisi fa
cias ut tibi proficias: sed hoc lumen non proue
niebat mihi ex tuo,sed ex cœlo:quia ista respō-
sio facit de directo in contrarium, secundum
Paul.de Cast.in d.l.cum eo.quia si non habebā
istā vtilitatē à te,uel de tuo, minus mihi debes
posse auferre.arg.l si arrogator.ver.sed an im-
puberi.ibi, qui hoc non iudicio eius.de adopt.
Præterea hoīem hoī insidiari nefas est.l.ueluti.
de iusti. & iure.nec mos est ei gerēdus, q facit
solum vt officiat. leg. in fundo. de rei vendi.
Ideo tenet ipse Paul.de Castr.primam partem
tanquam humaniorem. & dicit quòd ita de fa-
cto respondit in ciuitate Paduæ: & idem ego
teneo quòd non: quia sępe accidit de facto in
vicinis inimicis.& adde quod dixi infrà de fe-
3 nestra seu balcono. † Sed est dubium, an
præsumatur facere ad æmulationē vicini & di-
cas quòd in dubio non pręsumitur. l. merito.
ff.pro socio. & ita uult gloss.multum not. in d.
l.fluminum.§.final.quæ incipit, nisi animo no-
cendi.in princip.quam Doctor.sequuntur. Sed
si facit vt noceat duntaxat vicino: tunc pręsu-
mitur facere ad ęmulationem.d.§. denique.&
præsumitur facere vt noceat, quando nullam
sentit utilitatem, secundum Paul. de Castro.in
d.l. altius. pro hoc allego text. in l. & qui da-
ta opera.in princip. ibi,sine lucro hoc affecta-
uit. ex quibus causis maio. Idem forte pos-
set dici,si esset modica utilitas & magnum dam
num vicini,& essent inimici.argumen.l.spado-
nem.§ fina.ibi,patrimonio.de excusatio.tutor.
coniuncta l.1.§.quæsitum.uersic. pręterea.ibi,
quia facile mentiuntur.de quęstionibus.quod
bene nota. Et adde,quando quis ędificat ani-
mo nocendi, vel ad æmulationem, datur con-
tra eum actio.de dolo:vt not. Innoc. in d.l.flu-
minum.§ final & habetur in d.l.1.§. denique.
& in l.1.§.1.de dolo. Sexto fallit, quia illud
quod dicitur quem posse ædificare, debet intel
ligi quando posset ædificare de iure communi:
puta in domo uel area sua. dicta l. qui lumini-
bus. cum gloss. cum simili.suprà allegatis. se-
cus si ex priuilegio speciali vel generali alicui
concederetur à principe uel à superiore ut pos
sit in loco publico ędificare: quia intelligitur
sine damno alterius: & ideo non poterit ædifi-
care,si obscurat lumina vicini. text. est nota.in
l.2.§.merito. & §. si quis à principe.ff.ne quid
in loco publico. & ibi gloss. prima in princip.
dum dicit,scilicet generali concessione uel sim
plici.& idem uult gloss.1.in fin.in l.2. de damn.
infec.& pro hoc l.nec auus.cum ibi nota. de e-
mancipat.liber.& c.quanuis. in fine. de rescri-
ptis.in 6 cum simili. Et hoc etiam tenet Bald.
in l.manifeste.circa finem.C.de seruitut. & vi-
de quod dixi suprà in quarta fallentia.quod no
ta. quia sæpe in ciuitatibus conceditur, quòd
quis possit ędificare in loco publico. Septi-
mo fallit,quando quis ædificaret super re com-
muni ipsius laborantis, & eius cuius lumini-
bus officit: quia tunc non possit.de quo dic vt
habetur per Alber.de Rosa.in d.l.altius.& dixi
suprà in 6.q.ne luminibus officiatur. dic ut ibi,
& non omittas, quia est notab. Octauo fallit
in l.si.§.1.C.de seru.nam si area,in qua fructus
triturantur, & paleæ à fructibus discernuntur,
non posset habere ventum,nisi ab vna parte,ip
so iure prædio vicini seruitus imposita esse cen
setur,ne possit altius tollere, & vētū impedire:
ut est casus ibi mirabilis secundum Doct.& no
ta.gl.1.& ibi Ang.in l.imperatores. de seruitu.
vrbanorū prædiorum. & dixi suprà in seruitut.

altius

altius non tollendi,in 4. q. ſed iſtud non eſt mi
randum:quia iſtud fit fauore agriculturæ , quo
multa etiam alia contra iuris regulam introdu
cta ſunt.l.2.& ibi nota,C.de nundinis. & in au-
ten.agricultores.C.quæ res pigno.oblig.poſ.&
c.2.de treuga & pace.in l.1.in prin.de feriis.cũ
4 ſimili. † Sed an valeat pactum contrarium?
videtur quòd ſic,per tex.cum gl.in j.2.in prin.
de seruitutib. ruſticorum prædiorum. licet vi-
deatur contra publicam vtilitatem, secundum
Paul.de Caſtro in d.l.final.in fine. Nono fal-
lit in prædiis ruſticis propter vtilitatem fru-
ctuum:ut eſt tex.cum glo. ſecundum unum in-
tellectum,in d.l.fin.§.fina.de ſeruitutib.& ideo
ſi haberem prædium meum, in quo frumẽtum
ſeminari conſueuerat, & ab una tantum parte
haberet ſolem,& non poſſes ibi ædificare,& mi
hi ſolem pro fructibus neceſſarium auferre:&
iſtud eſt fauore agriculturæ , ut proxime dixi.
quod eſt notab. Decimo,& ultimo fallit eadẽ
ratione in ſcalis.nam quis iuxta scalas ædifica-
re non poteſt, ita quòd luminibus earum offi-
ciatur,licet seruitus conſtituta non ſit.& ita re
perio tenuiſſe Anton.de But. in dicta l.finali.§.
finali.facit ad hoc quod nota.in l.1.ſolu. matri
mo. quę omnia bene nota sunt:& alibi non be
ne declarata reperies.& adde quæ dicam ſtatim
5 in ſequen. rubrica. † Nunquid autem habens
vſumfructum areæ poſſit ibi ædificare?Et vide-
tur quòd non , per l.vſufructuarius nouum Ti-
tium.§.1.de vſufruct.& per l.vſufruc. nauium.
eodem titul.& in repeti.§. rei mutatione. & §.
ſi autem quibus modis vſufruct.amitt. In con-
trarium videtur text.in l.penult.ff.de vſufruc.
dic quòd regulariter non poteſt,ut in primo al
legatis. Sed fallit quando uellet ædificare pro
conſeruatione fructuum, & rerum quæ in eadẽ
area sunt.& ita loquitur in d.l.penul.& ibi no.
& bene.Sed quid ſi alius ædificauit in area, cu-
ius vſusfru.alienus ſit? Dic quòd ſublato ædi-
ficio reſtitui area vſufructuario debet.text. eſt
cum glo.& ibi per Docto.maxime Flo.in l.ſi a-
rea.de vſufr.Item quid ſi ædificauit in area alie
na, vel per alium poſſeſſa? vide in l. ſi in area.
de condi.inde.& in l.Iul.aliàs incipit,ſi in area,
6 vel aliena.ff. de rei vendi. † Item nunquid in
area communi poſſit ędificare? Dic quòd ſo-
cius re prohibendi ius habet,quamuis ius ædifi
candi habeas à vicino conceſſum, cui seruitus
debebatur, nec domus communis altius tolle-
retur:quoniam inuito socio in re communi nõ
habes ius ædificandi.text. eſt cum glo in l.sed
ſi inter te & me.§.ſi in area.de seru.vrb. præd.
& adde quæ not.per gl.& Docto. in l.Sabinus.
communi.diui.Si tamen quis ędificauit in area
communi ſocio non prohibente,ædificium cõ-
mune efficitur.l.ſi in area.C.de rei vendi.& ibi
vide per Cy.& Docto.vbi etiam ponunt, nun-
quid expenſæ poſſint repeti.& adde quæ dicam
in ſeq.ſeruitu.de pariete ſiue muro Item adde,
quòd ſi vicini aream in communi emerint, ne
luminibus ſuis officeretur, & alteri tradita ſit,
nec præſtet alteri, quod conuenit, pro ſocio a-
ctio dabitur.text.in l.cum duobus.§.idem Me-
7 la.verſic.idemq;. pro ſocio. † Caſtella autem
& fortilicia nunquid ſit licitum in ſuo ſolo ædi
ficare,& maxime in confinibus territorij? vide
per gloſſ.Bart.& Docto.in l.opera.de operibus
pu.& Bartol.in l quæcunque.de fundis limito-
fis.lib.11.& per gl.Angel.& Docto.in l.12.tab.
ff.ad l.Iul. maieſta. Et prædicta omnia proce-
dunt,quãdo quis ædificat in ſuo ſolo de ſua ma
teria.Si autem ædificaret in ſuo de aliena mate
ria,vel in alieno de ſua materia:vide quæ habẽ-
tur in l.adeo.§.cum in suo solo. & §.ex diuer-
ſo.& §.Titius horreum.de acquirẽ. re. domi.&
inſt.de rerum diui.§.cum in ſuo.& §.ſequen.&
C.de rei vend.l.2 ubi habetur, quòd ædificium
cedit ſolo. Quod procedit etiam ſi ædificaretur
tur vnum caſtellum vel fortiliciũ in solo meo:
quia dominium efficeretur meum:ut not.Spec.
in titu.de religioſis domi. uer. ſi quid petatur
ciuitas.& vide Innoc.in c.Piſanis de reſti. ſpo-
lia. & hoc etiam tenuit Paul. de Caſtro in l. 2.
8 † Sed de poſſeſſione, nunquid habeam poſſeſ-
ſionem ſoli mei & ædificij in eo per alium fa-
cti,vide per gloſſ.& omnes Doctor. in dicta l.2.
9 † Item pone, princeps tempore guerræ forti-
ficauit locum meum, vt habiliter faceret guer
ram,& poſuit ibi gentes suas, quod potuit me
inuito C.de naui non excuſat.libr.11. & l.ſi §.
fin.de pigno.actio. Poſtea finita guerra peto lo
cum meum ſic fortificatum: princeps petit vt
habeam reficere expenſas in eo factas:quęritur
quid iuris. Dicunt quidam,quòd reddere non
debeo:& ſic lucro meo cedit illud fortilicium:
quia princeps non mihi negocium geſſit, niſi
tanquam uni de populo, sed ſibi & regno suo:
& ideo non teneor niſi tanquam unus de popu
lo ad conferendum in ſumptum, non autẽ tan-
quam priuatus ad totam expenſam.argum.l.2.
§ item Labeo in ratione literæ. ne quid in lo-
co publico.& facit hæc l.dum dicit quòd debet
fieri publicis expenſis : ut de negot. geſt.l.ex
duobus.ſecundum Baldum,qui ita dicit notab.
in l.ſi in aliqua in princi.de offi.procon. & ad-
de quod no.Ange.in l.turres.C. de operis pub.

De pariete ſeu muro.
Cap. 40.

1 *Paries,murus,& maceries, quid ſint,& in quo differant.*
2 *Lex ſi. fini. regun. an habeat locum non ſolum quando ædificatur iuxta fundum vicini ruſticum ſed etiam vrbanum.*
3 *Vicinus ſi habeat ſtillicidium domus ſolum meum, puta per duos pedes, & ego murum in ſolo meo ædificare uelim, an à uicini muro per unum pedem remotus ſtare debeam, an uero à loco in quo uicini ſtillicidium caſtitat.*
4 *Paries ligneus intermedius ubi eſſet,an ædificari poßit, etiam aſſigendo ipſum in uia in ſuo,*
in

in confinibus nullo spatio dimißio, ad simil. voleatis sepem & maceriem construere.

5 *Spatium quod relinquitur intermedium, an relinquentis, vel vtriusque esse debeat.*

6 *Vicinus in muro suo an ostiũ facere poßit, per quod ad solum meum venire valeat.*

7 *Murum uel domum iuxta domum vicini ędificans, cuius stillicidium in medio casitat, an solum incrustare teneatur, & aquam extra ducere, ita q murus vicini, non materia crescat, ne damnũ propter aquę receptionem in dicto loco patiatur.*

8 *Murus vel d mus vicini iuxta aream meam vel hortum si reperiatur: an solo suo dimisisse præsumatur.*

9 *Domus duæ vel duo muri si reperiantur, & in medio reperiatur solum dimissum per pedem vnum aut duos vel plures, & non appareat quis ædificãdo dimiserit, nec quis primo ædificauerit, an in dubio commune esse debeat.*

10 *Aedificauerit si quispiam super pariete alieno, quid iuris.*

11 *Murus communis quis dicatur, & quot modis.*

12 *Res pro diuiso duobus modis capitur.*

13 *Murus an sit communis inter vicinos, vel proprius vnius tantum, qualiter cognoscatur.*

14 *Murarijs & alijs in arte peritis credendum est.*

15 *Annuli ferrei lapidibus infixi: in quibus equi alligantur, ad ciuitatis ornatum fiun.*

16 *Insignia uel arma in muro sculpta quid probent.*

17 *Tigna habens cum aliquibus signis in muro, qui est inter ipsum & vicinum, an præsumatur habere ius seruitutis vel communionis.*

18 *Tigna alia vel signa si in principio vel in fine muri fuerint ab vna parte tantum, an eo casu, quo per illa signa murus communis vel seruitus censeretur, intelligatur eße murus communis in totum, vel seruitus in toto muro imposita: an vero in parte illa, in qua signa sunt.*

19 *Muro in communi an socius ædificare valeat.*

20 *Aedificium super pariete cedit parieti inferiori.*

21 *Parieti communi licet per tantum ex socią seruitus imponi non poßit, bene tamen ipsi domui imponi poterit.*

22 *Socius an murum communem cooperire poßit.*

23 *Socius in muro communi an tignum immittere valeat.*

24 *Socius an communem parietem poßit imponere, vel restituere, vel reficere.*

25 *Socius in muro communi an poßit facere fenestrã, vel factam claudere.*

24 *Murum communem quando quis altius tollere velit, vel in eo aliquid fabricare, cuius expensis hoc facere debeat.*

27 *Socius si primo super muro communi ędificauerit, ipsum altius suis expensis tollendo: alius postea socius super dicto muro vult iterum reædificare, vel in eo aliquid fabricare, vel immittere: an teneatur soluere dimidiam illius muri primo eleuati per alium socium suis sumptibus.*

28 *Actio negociorum gestorum quo casu competat.*

29 *Aedificans in solo alieno sicut alterius, sumptus non repetit, si scienter ædificauerit, ita etiã scienter muro communi superædificans.*

30 *Consuetudo in ædificijs faciendis attendenda est.*

31 *Socius si non vult altius murum communem tollere, nisi pro vna parte tantum: & murus ita eleuatus lõgior sit, cuius sumptibus id facere teneatur.*

32 *Murus altius eleuatus si reperiatur, nec appareat quis ædificauerit, & cuius expensis, quid iuris.*

33 *Vicini duo si areas contiguas, vel hortos contiguos habeant, & parietem in medio propter clausurã fecerint, alter tamen vicinus ex latere suo super communi pariete ædificare velit, quo ędificio facto area vel hortum conuicini deterior fiat, sed tamen ab vno latere aer, sol, & ventus liberi ad aream vicini remanent, quid iuris.*

34 *Paries qui in medio est, an communis remaneat, si ex duabus domibus una vendatur.*

1 PARIES siue murus † idem significant: tex. est in l. quæ ad iur. pertinent. de verbor. signifi. murus *a* dicitur cum calce sine cæmẽto: vt no. ibi gl. & in l. fi. in fi. in ver. murum. ff. fi. regũ. Sed maceries dicitur murus de lapidibus sine cæmento, vt not. gl. in d. l. quæ ad iuris. & in l. si præcario. ver. in tuo. cõmu. prædi. & in l. æde sacra. § j de contrah. emptio. qui murus invillis fieri consueuit, & ideo dicebat Laurẽt. glossator contra Ioan. quando minus recte fundabat dicta sua, quòd ipse ligabat arenam sine cæmẽto: vt dicit glo. lxxxvj. distin. facientis. in princi. Si quis murum iuxta regionem alterius ædificare voluerit, pedem derelinquat: si autem domum, duos pedes. tex. est in l. fi. quæ incipit, si quis sepem. finium regum. quæ fuit lex Græca Solonis, & in Latinum per Caium interpretata: ut dicitur in glos. j. & capitur ibi regio, pro confinio duorum prædiorum: vt l. pro regione. & ibi gl. fininm regun. & probatur in l. inter eas. eod. tit.

2 † Sed nunquid illa l. fi. habeat locum non solũ quando ædificatur iuxta fundum vicini rusticũ, sed etiam vrbanum? Et videtur quòd solum locum habeat, quando ædificatur iuxta rusticum: quia illa l. fina. quæ est posita in titu. finium regun. habet locum in rusticis, non in vrbanis. l. iiij. § hoc iudicio. eo. tit. & hoc videtur sentire glo. in d. l. fin. in versic. domum. dum dicit, iuxta agrum alterius, qui ager est locus *b* rusticus. l. ager. in prin. de verborum significa. & l. fundi appellatione. eo. tit. & idem vult glo. j. in princ. apertius in l. mœniana. C. de ædificiis priuatis. & hoc tenet Flor. in d. l. fin. qui dicit, iste est verior intellectus ad illam legem. Ego autem teneo contrarium, videlicet quòd habeat locum, quando quis ædificauerit iuxta vrbanum fundũ vicini: per tex. iuncta glo. in l. prima. C. de inter dictis. & textum cum glo. in l. quidam Hiberus. in prin. in ver. ad parietem. ibi, vel dic. id est, minus proprie. de ser. vrb. præd. & est tex. cum gl. in l. qui bona. §. si quis iustam. de dam. infec. & gl. in l. de pupillo. § sextus. in versi. quoties. eo. titu. & idem tenet Azo in summa. C. de ædifici. priu:. qui dicit ꝙ l. mœniana. loquitur in mœnianis siue solariis. & d. l. fi. finium regun. habet

E locum

a Murus. Adde Corne. ij. vol. consil. 236. & murus ciuitatis dicitur res sacra. d. consil & murus seu paries inter binas ædes, an & quãdo pro diuiso vel indiuiso cõmunis inter vicinos dicatur, in j. uol. consil. 184 incip. licet.

b Ager est lo. Verum quælibet petia terræ appellatur ager vel locus, vide Alexã. iij. uolu. consi. 73. in iij. col. § fortificãtur prædicta.

locum in certis ædificationibus vel constructio
nibus. & probo per istam rationem. nam esset
valde absurdum, quòd l. mœniana. C. de ædifi-
ciis priuatis. prouideret de solariis quę fuerint
in domo, vt patet in ædem ædificantibus. & l. fi.
solum prouideret, quando murus fieret iuxta
fundum rusticum, & non prouideret quãdo fie-
ret iuxta fundum vrbanum, quod magis cõmu-
ne contingit, magisq; necessarium est. facit l. nã
ad ea. cum si. non obstat, quòd d. l. fin. sit posita
in ti. finium regun. quia est lex noua Græca edi
ta: vt ibi dicitur in prima glo. & loquitur etiam
de fundo rustico: puta de sepe, macerie, fouea, &
de fructibus, & de aliis, & de lignis, quæ commu
niter in fundo rustico fieri solent: & sic facit ad
tit. nec est inconueniens, etiam si interseruntur
duo alii casus, qui non faciunt ad ti. iuxta no. in
prima constitu. C. §. quibus in l. imperatores.
de in diem addic. nam satis est, quòd pro maio-
ri parte faciat ad tit. arg. l. quæritur hermaphro
ditum. de sta. hominum. Vnde concludo, quòd
d. l. fin. fini. regun. habet locum etiam, quando
quis vult ędificare domum iuxta domum vici-
ni, & sic fundum vrbanum: & ita obseruatur, &
iudicari debet. & adde omnino quę dicam infrà
3 de mœnianis. † Sed pulchra est dubitatio: Quid
si vicinus habet stillicidium domus solum meũ,
puta per duos pedes. & ego volo ædificare mu-
rum in solo meo: an debeam stare remotus per
vnum pedem à muro vicini: an uero à loco in
quo stillicidium vicini casitat? vide quod ple-
ne dixi suprà de seruitute stillicidii auertendi.
4 in viij. quæstione. † Quid autem si esset paries
signeus? teneo quòd possit ædificare etiam affi-
gendo ipsum in via in suo, in confinibus nullo
spatio dimisso, ad similitudinem volentis sepem
& maceriem construere per text. in dicta l. fina:
in princ. fini. regun. quæ dicit, si quis sepem vel
maceriem effodierit iuxta regionem alterius,
terminum suum non excedat. & credo quòd ra
tio huius sit, quia dicta l. fin. vult quòd spatium
dimittatur propter spatium quod posset deue-
nire uicino propter ædificationem vel planta-
tionem, vt ibi. & nota. in l. prima. C. de interdic.
& ideo cum per sepem, aut maceriem, vel do-
mum ligneam, non multum fodiatur, & sic nul-
lum damnum possit esse vicino, merito sufficit
quòd terminum suum non excedat: vt ibi.
5 † Sed vidi dubitari, cuius debeat esse spatium,
quod relinquitur: an relinquentis, vel vtriusq;,
& puto quòd sit relinquentis, si prius suum
erat, quia pro hoc non debet perdere suum. sa-
tis est, quòd consulatur vicino, ne damnum pa-
tiatur, non tamen debet consequi lucrum, arg.
l. ex asse. ibi, sufficit autem. ad Trebellia. & pro-
batur etiam hoc in dicta l. final. in fin. ibi, ab ex-
tranea regione. & dicit contrarium, maxime
quando fit fouea, & plantatur oliua, vt seps, aut
alia ligna, esset iniquum, nec etiam obseruatur,
6 vt illud solum efficiatur vicini. † Sed nunquid
vicinus poterit in muro suo facere ostium, per
quod possit venire ad illud solum? istam quæ-
stionem habui de facto Veronæ, & in ea sic con-
cludo. Aut ille vicinus habeat domum suam si-
ue stillicidium contra dictum solum, & pro illa
parte erat suum, iuxta l. fi. §. fi. de seruitu. vrba-
norum prędior. cum ibi nota. per Flor. & tunc
sine dubio poterit facere, vt saltem venire pos-
sit ad illud solum suum. Aut non erat solum
suum, sed debebat seruitutem stillicidii recipiẽ
di, & idem ut possit portam facere, causa veniẽ
di ad illud pro suo tantum stillicidio, quia qui
habet seruitutem, intelligitur etiam habere adi
tum pro ea conseruanda. argumento. l. primæ.
§. primo. si vsusfructus petatur. & ita vidi obser
uari. Aut vicinus non habebat stillicidium su-
prà, & teneo quòd portã facere non possit quia
non potest ad illud solum venire, quod est alie
num, nec debet seruitutem, domino nolente. &
habetur in l. diuus. de seruitutibus vrbanorum
7 prędiorum. † Item nunquid ędificans murum
vel domum iuxta domum vicini cuius stillici-
dium in medio casitat, teneatur incrustare so-
lum, & aquam extrà ducere, ita quòd murus vi
cini, non materia crescat, nec damnum patiatur
propter receptionem aquę in dicto loco? Et te-
neo quòd sic, per text. in l. si fistulas. in fin. prin.
ibi, assiduum humorem habeat, & noceat vici-
no. de seruitub. vrbanorum prędiorum. & per
textum. in l. fistulas. si seruitus vendi. hoc opti-
8 me probatur, & ita iudicari vidi. † Nunquid
autem in dubio, si reperiatur murus vel domus
vicini, iuxta aream meam vel hortum, pręsuma
tur dimisisse solo suo? iuxta dict. l. finalem. fini.
regund. Credo quòd sit dicendum, si aliud non
appareat ex instrumento emptionis fundi mei
vel vicini. aut ille qui ędificauit, possidet tãtum
de solo prope dictum murum, vel domum ver-
sus vicinum, & tunc pręsumitur illud dimisisse,
quia aliàs illud possidere non posset, argumen.
l. merito. pro so. Aut non possidet ipse, sed vici-
nus, & tunc pręsumitur contrarium, quia si re-
liquisset ędificans, verisimiliter ipse possideret,
9 ex quo erat suum, ut statim dixi. † Sed si repe-
riantur duę domus, vel duo muri, in medio re-
periatur solum dimissum per pedem aut duos
vel plures, & non appareat quis dimiserit ędifi-
cando, nec quis primo ædificauerit, teneo quòd
in dubio debet esse commune. argument. l. pro
regione. de acquirendo rerum dominio. & l. in-
ter eos. eodem titulo. Et ideo cautus debet es-
se ille, qui primo ædificauit, si dimisit spatium
soli tui, ut affigat in muro suo lapidem se ex-
tendentem ultra murum tantum, quantum est
spatiũ soli quod dimisit, & ita aliàs vidi solum
dimissum inter domos, & quemlibet vicinum
habere lapidem in domo suo se tantum proten
dentem, quantum est solum quod dimisit. quę
omnia perpetuo tene menti, quia sunt quotidia
10 na, & per Doct. non tanguntur. † Dictum est
hactenus de ędificante parietem seu murũ pro-
priũ. sed quid si quis ędificauerit super pariete
alieno? Dic breuiter, si suprà parietem tuum
vicinus tuus ędificauerit, proprium eius id
quod ędificauit fieri Labeo & Sabinus aiunt,
sed Proculus tuum suum proprium fieri,
quemad-

quemadmodum fieret tuum, quod in solo alius
ædificasset : quod secundum Pomponium ue-
rum est , ut scribitur in l. si supra ruum. de ac-
quirendo rerum dominio. & idem probatur in
l.2.in principio C. de rei uendic. & ibi de hoc
plene per Cyn. & Doctor. unde ea quæ dicun-
tur in ædificante in solo alieno, in l. adeo.§.ex
diuerso. institu de rerum diuisio. cum simili-
bus, procedunt etiam in ædificante super parie
te, siue muro alieno. quod facit ad multa. & prę
dicta intellige, nisi quis super alienũ ædificium
ædificaret iure seruitutis : alias cum supra alie
num ædificiũ superius habere nemo potest in
hoc, quod dictum est in principio. de seruituti-
bus urbanorum prædiorum : & cuius ædificiũ
est superius, iu. ser. põt quãtũ uult s̃ suũ aliud
ædificiũ imponere , dũmodo inferiora ędificia
grauiori serui. nõ onerent̃, quã pati deberent.
ut dicit tex. in l. cuius ædificiũ. & ibi no. eod. ti.
De pariete siue muro ꝓprio satis diximus. nũc
11 de cõmuni uideamus. † Et primo, & principali
ter , quis dicatur murus communis. Dic cõ-
munis dicitur duobus modis : vno pro indiui-
so, alio pro diuiso. Paries communis pro indi
uiso est quãdoque ex societate expressa. l. cum
duobus .§. idem Mela. ff. pro socio . Quando-
que ex societate incidenti, & tacita *a* : uerbi
gratia, tu imponis tignum in parietem ultra di
midiam muri , & etiam impono : & tu uteris
quantum tibi expedit, ego etiam utor : ex hoc
contrahitur quædã tacita societas : ut l. in com
munis parietis. de damno infecto. & l. ut sit pro
socio actio. & l. 4. in principio. pro socio. & sic
re tacite contrahitur societas : ut ibi. & sentit
glossa in l. si ædes communes. circa finem. cõ-
muni diuidun. Parietes uero siue murus com-
munis pro indiuiso dicitur , quando murus est
inter te & me , & nil per te & me immissum
est: & si est immissum, missum non perforat pa-
rietẽ vltra dimidiam, quæ est pro parte tua. nã
tunc ille paries est communis pro indiuiso. ar-
bor. in principio. cõmuni diuidun. & l. pro so-
cio. & l. binas ædes. de seruitutibus urbanorum
prædiorũ. & l. pro regione. de acquirendo re-
rum dom. & de isto pariete loquitur lex, parie-
tes de seruitutibus urbanorum prædiorum. ista
sunt uerba nota. Bart. in l. damni infecti. §. cum
parietem in secunda col. de damno infect. & ad
de omnino quod nota. Anton. in l. hoc quod di
ctum. §. si ex tribus de seruitutibus urbanorum
12 prædiorum. † Et adde, ꝙ pro diuiso accipi-
tur res duobus modis : uno modo, quòd nulla
pars sit, in qua sit communis, licet termini non
sint positi. l. inter eos. de acquirendo rerũ do-
minio . Alio modo potest accipi pro indiui-
so, hoc est terminate, & usque ad talem lapidẽ
uel foueam : ut est tex. in leg. si quis fundum.
secundum unam lecturam gl. de acqui. posses.
secundum Barto. qui ita notauit in suo tract. de
insula. in ultima figura, in princip. & adde, quia
dixi, ꝙ res potest esse communis pro diuiso, se-
cundum Bart. in d. § cum parietem. & ita uult
etiam glo. in hoc quod dictum. §. si ex tribus.
in uer. paries. in fi. prin. suprà allegat. Nam di-
cit Ang. ibi quòd est mirandum de huiusmodi
forma loquendi, quia nihil diuisum potest esse
cõmune : sed dici potest ꝙ ita reputatur : quia
ex quo termini non sunt. dicta l. inter eos. uere
tamen non est communis, per rationem Ang.
13 † Secundo principaliter est uidendum , qua-
liter cognoscatur an murus sit communis in-
ter uicinos, uel proprius unius tantum . & di-
cas ꝙ ex pluribus cognoscitur . Primo exposi
tione tignorum, ut dixi in præcedenti quæstio
ne. Item per fenestras perforantes totum mu-
rum. Nam tunc iudicare debemus esse totus il
lius à cuius parte est illa fenestra siue balco-
nus. quia regulariter non potuisset fieri in mu
ro alieno , nec etiam in communi : ut nota. in
l. quidam Hiberus. de seruitu. urbano. prædio-
rum. & dicam etiam infrà de fenestra siue de
balcono , ꝙ nisi uicinus similiter à latere suo
haberet alias fenestras penetrantes ab alia par
te : quia tunc diceretur esse communis pro in-
diuiso : sicut dixi secundum Bart. suprà, de im-
positione tignorum . & probatur per glo. in l.
si ędes. communi diui. & faciliter intelligi po
terit, ex qua parte incipiat esse dicta fenestra ,
respiciendo arcum siue uoltum eius & lateres
quæ super eis apponuntur , & etiam ueteres .
14 & ita aliàs iudicare uidi . † Item etiam intel
ligi poterit per peritos in arte *b* , puta mura-
rios, quibus erit credendum . ut in aut. de non
alie. §. quod autem dictum est. secunda col. &
no. glo. in. § præterea per alluuionem. institu.
de rerum diui. & habetur in l. j. in princip. de
uentre inspi. Item cognoscitur etiam per fe-
nestellas quæ fiunt sæpenumero per magistros
ab utraque parte muri, quæ non penetrant to-
tum murum. nam illæ fenestræ fiunt solum ad
significandum cuius sit murus, & quomodo, &
non per aliud. & ideo per signum cognoscitur
signatum. l. j. §. si intelligatur. de ædil. edic. &
l. stigmata. ibi per Bart. & de fabricijs. lib. xj. &
per Bald. in auten. dos data. C. de dona. ante nu
pt. & dixi plene in dicto. § si intelligatur. Si. n.
illæ fenestræ sunt ab utraque parte ultra me-
dietatẽ muri à latere cuiusque, iudicabitur mu
rus communis pro indiuiso: sed usq; ad dimidiã
muri pro diuiso. Sed si sunt ab una tãtũ parte,
& perforãtur ultra dimidiã uel in totũ , & alia
signa in cõtrariũ nõ appareant , iudicabitur eẽ
illius, à cuius parte est illa fenestra, per ea quæ
dicta sunt suprà. Vnde sis cautus, ut qñ facis æ-
dificare murũ à parte tua, facias fieri illas fene
stras penetrãtes usq; ad medietatẽ muri. Si ue-
ro facias ædificare domũ cõem , sp̃ fieri facias
fenestellas penetrãtes usq; ad dimidiã muri &
cõiter seruat̃ maxĩe ĩ ciuit. Veronæ. Itẽ cogno
sci poterit ex camino siue cappa aut̃ tuba . Itẽ
ex necessario, & eiꝰ onera distĩguẽdo, ut s̃. Aut
ẽ ĩ medio muri uel cirrà: & tũc ꝓsumet̃ murus
cõis. Aut ultra mediũ, uel in totũ: puta quia ca
mera necessarij est ultra murũ à latere uicini :
& tũc præsumit̃ eẽ in totũ illius, cuius ẽ neces-
sariũ, siue eius camera, nisi aliud in cõtrariũ ap-
pareat:

a Societ. incidẽ
ti & taci. Adde
Corneũ. j. uolu
mine, cõsil. 136.
& societas ẽ cõ
tactus qui solo
cõsensu cõtrahi
tur. in iij. uo. cõ
si. cœli. Et socie
tas per actus so-
ciales unius tã-
tũ nõ intelligit̃
cõtracta. ĩ 4. uo.
consi. cxcvj. Et
societas talis ta
cite contrahit,
qualẽ actus so-
ciales demon-
strãt. d. cõsi. 196
Et in re cõi an
ædificari possit
inuito socio , in
2. vo. cõsi. xc. &
Ale. in 2. uo. cõ.
xviij. in pe. col.
per totum .
b Perit. in ar.
Ars siue exerci-
tium corporale
extrinsecũ, utrũ
sit licitũ. Respõ-
de quòd sic , si
hæc cõcurrant.
Primũ recta in-
tẽtio. nã cuius
finis bonus est ,
id ẽ intẽtio, ip-
sum quoq; bo-
nũ ẽ in his, quę
de se ñ sunt ma-
la finis ergo ul-
timus qui debet
haberi est deus.
1. Cor. x. omnia
quæcunq; faci-
tis, aut in uerbo
aut in opere.
&c. itẽ ad Ep. 4.
Operetur mani
bus suis, ut ha-
beat unde tri-
buat necessita-
tẽ patienti .

pareat,puta quia vicinus haberet tigna vel alia
ſigna in illo muro.Et eſt ratio:quia caminus &
neceſſarium non poſſunt fieri regulariter in a-
lieno ſiue communi:vt nota. Angelus, in dicta
l.quidam Hiberus. de ſeruitutibus vrbanorum
prædiorum. & dicam infrà de camino & neceſ-
ſario. Item cognoſci poterit,ſi in pariete ſiue
muro conſtructum erit ſeclarium,aquarolum ,
vel canale,fiſtulæ,balneũ,puteus,ciſterna,fons,
lauellus, quæ fiunt & fieri ſolent in ſubmuris,
ſecundum exigentiam & opportunitatem loco
rum,diſtinguendo vt ſupra , de quibus caſibus
ſpecialiter tractabimus.Item cognoſci poterit,
ſi ab vtroque latere muri,vel ab vno tantũ ſunt
annuli ferrei lapidibus infixi.in quibus annulis
equi ligari ſolent, & iſti annuli appellantur ſi-
gilla.tex.cum glo in l.cætera,§.hoc ſenatus.in
15 fi.de leg.j.ver.ſigilla.& ibi Ang. † Dicit not.
quod tales annuli fiunt ad ornatum ciuitatis,&
ideo de eis non poſſit capi tenuta per extractio
nem, & de iſtis annulis ſeu ſigillis fit mẽtio per
tex.& Flo.in l. æquiſſimum.§.ſed ſi ędium. de
vſufruct.vbi dicitur , quòd uſufructuarius non
poteſt iſtos annulos de domo in qua habet v-
ſumfructum euellere.Item cognoſci poterit,ſi
lapides in muro ſunt,in quibus ſuſtentantur a-
liquando vites,ſeu pergula vineę, ſicut in viri-
dariis ſæpe reperiuntur. Itẽ per lampades fer-
reas, quę luminaria dicuntur:& in palatio tan-
tum nobilium & dominorum aut potentiũ po-
nuntur,in quibus lumẽ de pice fieri ſolet.Item
per cornua ferrea,in lapidibus domorũ fixa,in
quibus viſcella apponi cõſueuerunt, ſicut ſunt
cõmuniter Bononiæ.Item per lapides perfora-
tos,vel per quędã alia inſtrumẽta ferrea, ſuper
quibus perticæ ponuntur pro extẽdendis ad ſo
lẽ veſtibus vel liteaminibus. Item per candela
bra quę in muris dominorũ & nobilium fieri ſo
16 lent. † Itẽ per inſignia *a* in muro ſculpta,vel
depicta,quę vulgariter arma appellantur,quia
per talia inſignia communiter probatur rẽ eſſe
illius,cuius ſunt inſignia,vt l.qui libertatẽ.§ fi.
& ibi Bar & l.fin.ff.de ope.pub. & habetur ple
ne per Bartol.in ſuo tractatu,de inſigniis & ar-
mis. Item per inſcriptionem in muro factam ,
dum dicitur , quoniam hoc opus fecit fieri ta-
lis,&c vt probatur in l.qui libertatẽ.§.fi.& l.fi.
de ope.pub.Et generaliter per alia ſigna in mu
ro poſita cognoſci poterit, & probari , an mu-
rus improprius vel communis. nam cũ non ſit
licitum quicquam in alieno immittere.l.quem
admodum.§.ſi protectum. ad l. Aquil. & l.ſi qui
vitem.§ ſi ad ianuam.quod vi aut clam.nec in
communi, niſi ad vſum deſtinatum.l.Sabinus.
communi diui.& l ſi ædes.eodem tit.& l.quidã
Hiberus.de ſerui.vrbanor.prædio.ſequitur , ꝙ
ſi reperiatur aliquid,oportet dicere illum mu-
rum aut eſſe meum in totum: aut eſſe commu-
nem pro indiuiſo:vel me habere ius ſeruitutis
per ea quę dicta ſunt,& prædicta omnia intelli-
ge non ſolum , quando dicta ſigna reperiuntur
in muro infixa , ſed etiam ſi eſſent extracta , &
foramina remanſiſſent nondum clauſa ſeu ob-

a Inſignia. Vtrum poſſit quis ſibi aſſumere inſignia? Resp. Pa.in c. dilecta. de exc. prela.cõiter tenetur quòd ſic. & arma ſicut & nomen aſſumitur ad placitum vt agnoſcatur ab alio. inſt. de le. §. ſiquis in nomine. & l.ad recognoſcẽdos C. de ingenu. & manu. & vtrum quis poſſit aſſumere inſignia dignitatis?Reſpons. ꝙ nõ, ſcilicet, nõ habet illam dignitatem, alias eſt falſarius. l. eos.& quod ibi no. ff. de falſa. facit c.j. de clerici. non or.mi.

ſcutata,per ea quę habentur per text. gloſſ.&
Docto.in l.hæc autem iura.de ſer.vrbano.præ-
17 dior. † Sed nunquid in dubio habens tigna
per aliquem de prædictis ſignis in muro qui eſt
inter ipſum & vicinum,præſumatur habere iu-
re ſeruitutis vel communionis?In hoc ſic con-
cluderem:Aut conſtat, quòd paries fuit per vi
cinum ædificatus in ſuo : & ſic fuit a principio
vicini: Aut hoc non conſtat . Primo caſu, aut
ille vicinus habuit pretium per tignorum im-
poſitionem:& tunc ex qualitate pretij poterit
cognoſci an conceſſerit iure ſeruitutis vel com
munionis : quia per communionem ſoluetur
maius pretium:puta ſecundum conditionem &
valorem muri:ſed pro ſeruitute ſoluetur quan
tum poteſt intereſſe vicini:& hoc per gl.not.in
l.j. §. quia ſuperficiem . ſuper verb. agendo.
de ſuperfici. & per glo.in l.in obſcuris. & in l.
ſemper in ſtipulatu.de regul.iur. & per Barto.
& Docto.in l.j.C.de iure emphy. facit l.quot.
ibi,ex quantitate pecuniæ.ad Treb.& l.j.de re-
bus dubiis.& in cap.tertio.§.donare.in tit.qua
liter olim feuda poſ.ali.Aut vicinus nullum ha
buit pretium pro dicta impoſitione tignorum:
& tunc teneo quòd illa impoſitio tignorũ prę-
ſumatur potius iure ſeruitutis, quàm commu-
nionis,vbi aliud non appareret. quia patientia
vicini potius videtur inducere ſeruitutem. ar-
gum.l.quot.la prima.§.primo. de ſeruitu. Et
quia ſi prę́ſumeretur communio, eſſet donatio
dimidiæ, quę in dubio non prę́ſumitur.l. filius
famil.ff.de dona.& l. contra iur.§.fin.ff.de pa-
cto.cum ſi. Nam quando poſſumus capere aliã
coniecturam , quàm donationis , illa capienda
eſt.l.cum aurum.de ſolu.& l.campanis.de ope.
lib. Secundo caſu principali,quando non con-
ſtat,quòd paries a principio fuerit vicini , imo
neſcitur ſi a principio fuerit communis,vel nõ
puta quia tigna ſunt hinc inde poſita,& eiuſdẽ
vetuſtatis ſiue temporis. & tunc in dubio prę-
ſumo,quòd quis videatur potius poſuiſſe tigna
iure proprio , quàm ſeruitutis , etiam ſi plura
ſint ab vna parte quàm ab alia:quia ſeruitus in
dubio præſumitur , niſi probetur impoſita. ar-
gum.l.altius.& l.in ædibus. & quod ibi not.C.
18 de ſerui iuncta l.quacunque.de pub. † Quid
autem,ſi ſunt alia tigna vel ſigna ab vna parte
tantum,in principio vel in fine muri? an eo ca-
ſu,quo per illa ſigna cenſeretur communis mu
rus vel ſeruitus impoſita, intelligitur eſſe mu-
rus communis in totum , vel ſeruitus in toto
muro impoſita?an vero tantum in parte illa,in
qua ſunt ſigna?Iſtã quę habui de facto,& ſic di
cebã:Aut ille murus fuit factus diuerſis tẽpori-
bus vel per longitudinem vel per altitudinem
licet vna pars in qua ſunt tigna vno tẽpore , a-
lia pars alio aut vno & eodẽ tẽpore. Primo ca-
ſu,quando diuerſis temporibus: & tunc quan-
tũ ad ſeruitutem,dico quòd pro illa tantũ par-
te,in qua ſunt tigna præſumitur ſeruitus impo
ſita,& non alia.argu.l.ſi ſeruus.§.futuro.a con
trario ſenſu.de ſer.vrb. præ.imo ſi eſſet paſſus
quòd imponerentur aliqua tigna,puta tria,alia
non

non posset imponere . vt est casus in l. si cum
meus.in prin.si ser.vend.& dixi plene suprà,de
ser.tigni immitendi.in v.quæst. Nec obstat di-
cta l.si seruus.in prin.ibi dicitur,quòd seruitus
ne luminibus officiatur,simpliciter imposita in-
telligatur tam de præsentibus quàm de futu-
ris : quia ibi est negatiua quæ in totum negat :
vt dixi suprà de serui.lumi circa principiũ.Nos
verò loquimur in affirmatiua , quæ non exten-
ditur ultra id,in quo cõcessa est simpliciter, vel
spetialiter. Sed quantum ad communionem, ta
liter concludo : Aut enim ille murus est factus
diuerso tempore per longitudinem: & tunc idẽ
teneo quod dixi de seruitute: quia alius murus
est. Aut murus ille est factus diuerso tempore ,
& in altitudinem diuerso tempore eleuatur : &
tunc aut ille murus erat communis pro diuiso,
& eleuatus est pro sua tantum parte.et idẽ,quia
alia res est, iuxta not per Bartolum in l.damni.
§.cum parietem.de damn.infect . Aut est com-
munis pro indiuiso , & eleuatus est : & tunc te-
neo quòd in totum efficiatur communis , ratio
quia quando ædificatur super muro pro indiui-
so,& super ædificatum, efficitur commune : vt
notat Bar.in l.quidam Hiberus.de seruit. vrba.
prædior.& Angel.in l.inter quos . in ij.colũ.de
damno infect.& dicam in sequen. quæsti.& hoc
casu non habebit dubium . Secundo casu prin-
cipali , quando totus murus est ædificatus vno
& eodem tempore, & est unus tantum : & tunc
in dubio censetur seruitus imposita , quid iuris
sit.vide quæ plene dixi suprà de seruitut. tigni
immittendi.in v.quæst. Sed vbi iudicaretur cõ-
munis,præsumam esse communionem in totũ .
arg.eius quod dicitur, Qui autem hominis teti
git,totum hominem tetigisse videtur. in l.vul-
garis.in prin.de furtis. quę est canonizata . 32.
quæstione secunda.vulgaris & not.glos.in ver.
eas.in fi.in l.restituta.in prin.ad Trebel. facit l.
iij.in prin.de acquirend.possessio.& quod not.
per Innocen.in capit.cum dilectus.extra,de ca-
19 pel.mon.quod nota,quia quotidianum. †Ter-
tio principaliter est videndum, an socius possit
in muro communi ædificare . Et primo videa-
mus,an possit ipsum altius tollere: & in hoc di-
stingue:Aut murus est communis pro indiuiso,
aut pro diuiso:puta quia unusquisque uicinorũ
versus se intelligitur habere medietatem parie
tis sui pro diuiso,iuxta ea quæ dixi suprà de pa
riete siue muro proprio & alieno. Primo casu ,
quando paries est communis pro diuiso:& tunc
quia non est proprie communio,vt ibi dixi,qua
tenus se protendit illa dimidia versus vnum,il-
le poterit altius tollere , & ædificia superimpo-
nere , & tigna immittere : iste est casus in l.hoc
quod dictum.§.ex tribus . secundum unum in-
tellectum.gloss.ibi,in uer.paries.in prin. de ser.
vrb.præd.& est ratio,quia tunc non dicitur re-
leuare murum communem , sed proprium,nec
super communi ædificare,vel super proprio tã
tum,quod nemini est prohibitum.l. altius.& l.
in ædibus.C.de serui.cum simi. & ita tenet Ar-
gel.in d.§.ex tribus . quod dicit esse ualde quo-
tidianum:& hoc intelligit verum,vbi paries est
ita grossus,quòd vnusquisque vicinorum ædifi-
care poterit super sua dimidia , non tangendo
aliam partem. Sed si paries esset ita subtilis , ꝙ
istud esset impossibile , scilicet ædificare super
dimidia non tãgendo aliam partem,quia est pa-
ries lignaminis,quo utuntur Bonon . & Padua-
ni.sed de Paduanis hodie non est verum , quia
omnes sunt parietibus affixi . uel si esset paries
certorum laterum cum gypso quo utuntur Tu-
sci.& dicit Angel.quòd non uidit,quòd ibi pos-
sit esse ista communio pro diuiso.de qua loqui-
tur dict.§.ex tribus. tum quia partes huiusmo-
di non possunt ad oculum demonstrari propter
subtilitatem parietis,tum etiam quia partes cõ
sideratæ per se vnicuique uicinorum essent inu
tiles.Secundo casu principali , quãdo paries est
communis pro indiuiso.& hoc subdistinguitur:
Aut vnus socius vult altius tollere murum cõ-
munem inuito altero vicino , aut inuito altero
cui seruitus altius non tollendi debetur. Primo
casu, aut quis altius tollit murum , & super eo
ædificat,& quòd superædificatum sit suum pro
prium esse non potest.casus est in l.quidã Hibe
rus.de serui.vrb præd.ibi, neque parietem qui.
dem suum pati parietem communem. secun ũ
unam expositionem glo.quæ exponit per parie
tem communem,id est, super parietem commu
nem.& ibi hoc notant Ang.Bart.& Doc.& An-
gel.in l.inter quos.in iij.col. in princ.de damn.
infec.& probatur hoc in l.si inter te & me.§.fi.
de ser.vrba. prædio. & probatur aperte in l.su-
per tuum.de acqui.rer.domi. & in l.ij.in princ.
20 & l.si in area.C. de rei vend. † Vbi habetur ꝙ
ædificium super pariete cedit parieti inferiori :
vt supra dixi uer.dictum est hactenus. Aut quis
vult altius tollere murum communẽ , & super
eo ædificare,ita quòd superædificatum sit com
mune,sicut prima pars muri inferioris est com
munis:& tunc potest:ut est casus in l. hoc quod
dictum.§.si ex tribus.secundum unam lect.glo.
de ser.vrb.præd.& ita tenuit Bar.Ang & Flo.in
d.l.quidam Hiberus.allegãt not.in l.parietis.&
l.inter quos.in prin.de dam.infect. & not.in l.si
supra tuum.& in l.ij.& in d.l. si in area.quod in
telligo, quando paries inferior potest sustinere
superædificatum:aliàs non.ar.l.cuius ædificium
de ser.vrb.præd.Item intelligo,quando non no
ceret socio nec sua interesset : ut probatur in d.
l.quidam Hiberus.§. pariete . & in l. fistulas.in
prin.& §.j.& ij.& fi.eo.tit. quæ leges ita intelli
gi debent,ut not.glo.ij.in prin. in l.Sabinus.cõ
muni diui.secus si noceret domino , nec sua in-
teresset.casus est in d.l.Sabinus.in princ. & in l.
pariete.de ser.vrb.præ. quæ ita debet intelligi :
vt not glo ij.in prin.& in l.si ut proponis.C.de
ædifi.priua.& ista est veritas . & ita seruatur in
practica. Secundo casu, quando quis vult ædi-
ficare altius communem murum , inuito alio ,
cui seruitus altius non tollendi debetur . Et in
hoc dic: Aut seruitus fuit imposita per vtrunque
socium,& altius tolli non potest.l.j.de ser.vrb.
pręd. Aut per vnum tantum imposita fuit.&

tunc aut fuit impoſita parieti tantũ:& tunc ipſe
imponens non poterit altius tollere, sed alius
ſic: quia habetur seruitus pro non impoſita.l.
per fundum.ubi caſus.de ser.vrba.prædio. Aut
seruitus fuit impoſita domui per dominum do
mus, in qua erat murus communis inter ipſum
& alium tertium vicinum. & tunc seruitus ha-
betur pro impoſita etiam pariete communi per
unum dominum tantum socium in muro, sed
dominum inſolidum domus: ut eſt caſus valde
no.in d.l.hoc quod.d.§.ſi ex tribus. secundum
21 Ang.ibi,qui dicit no. † Quòd licet parieti cõ-
muni non poſſit per vnum tantum ex sociis ser
uitus imponi, per d.l. qui fundum.tamẽ uni nõ
imponit specialiter parieti,sed domui: & unus
paries dictæ domus eſt communis cum alio,tũc
erit impoſita seruitus illi & parieti:& iſte eſt ca
ſus in d.§.ſi ex tribus. Nec eſt mirum secundũ
eum, quia cum vniuerſitate tranſit, & fit illud
quod aliàs fieri vel tranſire non poſſet. per l.in
modicis.de contrahen.emp.& hoc caſu talis im
poſitio seruitutisnon nocebit alteri socio,quin
poſſit altius tollere. caſus eſt mirabilis in d.§.
ex tribus. Et ſi dicatur, ſi eſt impoſita serui-
tus, ergo contra seruitutem ædificari non po-
teſt,per ea quæ habentur in d.l.per fundum.Re
ſpondeo,quòd illud procederet, quãdo eſſet ſer
uitus specialiter impoſita parieti,valet impoſi-
tio:sed hic non fuit specialiter impoſita parie-
ti,sed principaliser domui propriè, & per quan
dam conſequentiam ipſi parieti. Vnde talis im
poſitio seruitutis facta non principaliter,sed in
conſequentiam non nocet socio, qui non cõſen
tit. & iſte eſt caſus re mirabilis in d. §.ſi ex tri-
bus.quem perpetuo tene menti:quia per ipſum
declaratur l.ſi unus ex sociis.de ser.vrba.præd.
& l.an unus.ſi serui.vend.& d.l.per fundum.&
l.secunda.C.de seruit. secundum Angel. in d.l.
hoc quod dictum.§.ſi ex tribus de ser.vrb.præ.
22 † Secũdo,nunquid socius poſſit cooperire mu
rum communem? Et dicas breuiter,quòd ſic,ſi
non facit damnum a vicino: per l.fiſtulas.& l.
quidam Hiberus.§.pariete.cum ibi no.de seru.
vrban.prædior.cum ſimilibus.& per ea quæ di-
23 xi in pręcedenti quæſtione. † Tertio,nunquid
poſſit tignum immittere? uide tex.& glo.& ibi
Doct.in l.ſi communes ædes. communi diuidũ.
& plene per Ange.in d.l.quidam Hiberus. in 3.
col.uerſi.uerisſimiliter reſtat uidere.& in l.inter
quos.de damn. infect. & quod suprà dixi plene
de seru.tigni immittendi.in v. q. & uide omni-
24 no quæ dicam infra de tigno iniuncto. † Quar-
to,an poſſit imponere,uel reſtituere,uel refice-
re communem parietem? uide l. de pariete.cũ
ibi not.de ser.urb.prædio.& d.l. ſi ædes cõmu-
nes.communi diui. & in d.l Sabinus. eod.tit.&
per Cyn.& Doc.in l.ſi ut proponis. C.de ædifi.
priua.& per Angel.in d.l.inter quos. & dicã in-
25 frà,de refectione. † Quinto, an poſſit facere
feneſtram in muro communi uel claudere?uide
Doct.in l.quidam Hiberus. & Ange.in d.l.inter
quos.& dicam plene infrà, de feneſtra ſiue bal-
cono, & de ſimilibus quæſtionibus contingen-

a Damnum.
Et qui cauſam
damni dat,dam
num dediſſe ui
detur.uide Cor
ne.in iij. volu.
conſi. lxxxviij.
incip. quamuis.
& in iiij. uolu.
conſi. lxxxiij.et
conſi. cclxxxij.

tibus murum communem.uide Ange. in d.l.in-
ter quos.& in l.quidam Hiberus. & dicam in-
26 fra diuerſis rubricis. † Sed eſt dubium, quãdo
quis altius uult tollere murum communem,uel
in eo aliquid fabricare, cuius expenſis debeat
hoc facere.uide per Cy.& Doct. in d.l. ſi ut pro
ponis.& quod dicã infra,de refectione, vbi hoc
27 examinabo.† Sed pone:unus socius ædificauit
primo super muro communi,ipſum altius tollẽ
do suis expenſis. alius poſtea socius uult iterũ
reædificare super dicto muro, uel in eo aliquid
fabricare,uel immittere,an teneatur ſoluere di
midiam illius muri primo eleuati per alium so-
cium suis sumptibus. Iſtam quæſtionem sæ-
pius uidi de facto,& in ea ſic aliàs concludebã:
aut murus erat communis pro diuiſo, aut pro
indiuiſo. Primo caſu non poteſt repetere sum-
ptus: quia laborauit in suo, ſicut dixi supra in
ix.q.prin.circa princ.& tunc ceſſaret iſta quęſt
quia alius debet altius tollere aliam suam dimi-
diam tantum,ut ibi dixi. Si uero super utraque
parte ædificauit:& tunc aut paries erat ita groſ-
ſus,quòd super sua tantum parte potuiſſet ædi
ficare.& tunc ædificando super,& ſic etiam su-
per parte socii diuiſa,diceretur ędificaſſe in alie
no:& per conſequens non poſſet sumptus repe
tere,iuxta.l.adeo.§. ex diuerſo. de acquirendo
rerum dominio.cum ſimilibus. Aut paries non
erat ita groſſus,quòd ſuper dimidiam tantũ po
tuiſſet ędificari:& tunc dic ut ſtatim dicam,quã
do murus eſt communis pro indiuiſo. & tunc
subdiſtingue: Aut ille qui prius ędificauit al-
tius tollendo,facit illud quod erat neceſſarium
in domo uel muro, puta reficiendo ſicut prius
erat.& teneo,quòd ſic: & quòd poſſit etiam so
cius cogi ad conferendam expenſam pro dimi-
dia,& non expectare quòd ipſe uelit altius tol-
lere.iuxta no.per Cy.& Doc.in d.l.ſi ut propo-
nis.C.de ędifi.priua. & dicam infra de refectio-
ne. Aut non fecit illud quod erat neceſſarium
utrique,sed solum pro sua utilitate: quia in eo
muro per ipſum eleuato impoſuit tigna à late-
re ſuo,& ſuperędificauit solarium uel domum.
& tunc ſubdiſtingue: Aut fecit mala fide, quia
forte non potuit hoc facere, niſi faciendo ſcien
ter damnum alteri socio: iuxta ea quę dixi su-
pra in tertia quęſtione principali huius seruitu
tis.uerſi.quod intelligo quando paries commu
nis. Vel non fecit tanquam in re communi, ſed
tanquam in re propria, ſciens tamen rem eſſe
communem. & tunc non recuperat expenſas.
per tex.in l.ſi is qui.ibi caſus de hoc. C.de ędif.
priuatis.& argumento.l.adeo. §. ex diuerſo.de
acquirendo rerum dominio.& §. ex diuerſo.in
ſtitu.de rerum diuiſio. & l.ſi quis putat. §.pri-
mo.communi diuidun. Aut fit bona fide,quam
in dubio pręſumo,l.pen.cum ibi not. C.de eui-
ction. & tunc aut uult repetere sumptus ante-
quam socius superędificauerit,uel ſuperędifica
re uelit,vel aliquid in eo immittere.& tunc aut
alter ſocius proteſtatus eſt, quòd non uult ali-
quid soluere,& quod non eleuet. & tunc nullo
modo tenebitur ad sumptus pro dimidia.argu.
l.final.

l.final.C.pe negot.geft.& l.fi pro parte.manda
28 ti.& ibi dicitur. † Quòd etiam actio vtilis ne
go.geft.competit. Aut alter focius prohibuit,
nec proteftatus eft.& tunc etiam toneo, quòd
fumptus repetere non poffit actione pro focio,
neque act.neg ge.ex quo opus non erat necef-
farium,neque murus ad hoc deftinatus. nam fi
murus erat communis pro indiuifo,antequam
per aliquem altius tolleretur:& vnus poftea fo
ciorum fuperædificauerit, illud fuperædificatũ
commune efficitur eo modo quo prius erat mu
rus communis:quia cedit fuperædificatum mu
ro inferiori primo: ficut ædificatum in folo al-
terius cadit illi folo. per l.fi fupra tuum de ac-
quir.re.do. & l. secund. & l. fi in area.C.de rei
ven. & l.fi is.C.de ędifi.priuat.cum fimilibus.
29 † Vnde ficut ædificans in folo alterius, fum-
ptus non repetit, fi fcienter ædificauit: vt not.
in dicta l.ab eo.§.ex diuerfo.cum fimil ita etiã
fuperædificans muro communi fcienter, facit
fuperædificatum commune:nec fibi fumptus re
fici debent: quia idem iuris eft de toto quo ad
totum:quod de parte quo ad partem:& eft con
tra l.quæ de tota.de rei ven. Aut ille qui primo
ædificauit,vult repetere fumptus pro dimidia,
poftquam alius focius vult iterum fuperædifi-
care,vel in eo muro prius eleuato tigna impo-
nere: & iftud videtur habere maius dubium.
Nam videtur,quòd non poffit fumptus repete-
re.quia fi per primam eleuationem murus erat
effectus communis, nec focius tenebatur ali-
quid conferre pro fumptibus: ergo videtur,
quòd fi vult socius altius tollere iterum,vel in
eo prius eleuato tigna imponere, quòd poffit,
nec cogatur referre fumptus pro dimidia: quia
socius poteft in muro communi tigna impone
re, & fi per murum suftineri poffint.leg.fi æ-
des.communi diuid.& l.in communis.& l.ædi-
bus.de damno infec.& not. Angelus in l.inter
quos. in princip. vltimæ colun. eodem titulo.
Et quando ifte fuus vicinus iterum fuperædi-
ficauerit, non poterit repetere sumptus suos
pro dimidia a priuato superædificante: nec fi
primus voluerit tertio superædificare, vel ti-
gna imponere fuper muro secundo loco leua-
to, cogetur reficere sumptus fecundo fuperæ-
dificanti: & fic res in æqualitate procedit. Ve-
ronæ tamen vidi seruari contrarium, videli-
cet quòd fi socius vult aliquid in muro leua-
to per alium socium, vel fi vult iterum alius
tollere, cogitur foluere expenfas pro dimi-
dia, quæ fuerunt factæ per alium focium,
30 qui prius fuperædificauit. † Item alias vi-
di atteftationes quàm plurimorum magiftro-
rum parietum:qui fuper hoc interrogati ita de
confuetudine *a* obferuari conftituerunt: &
ita confuetudo poteft fundari in hoc:quia quan
do ifte vicinus vult imponere tigna in muro
altius per focium eleuato,vel ipfum iterum al-
tius tollere, tunc dicit negotium suum effe
geftum vtiliter, ideo fortè tenebitur act. ne-
go.geft.argum.l.ex duobus fratribus.a contra
rio fenfu. de negotiis geft. & l. fi pupilli. in
principio. cum ibi notatis per gloffam & Do-
ctores eodem titulo.l.litis. in princ. & ibi not.
de neg.geft. Item fi non effet vtilis, fufficit ꝙ
fit vtile nũc, vt prædicta cõfuetudo procederet
de iure fine dubio,fi de facto foluiffet ille, qui
fecundo altius eleuauit pro medietate muri pri
us per alium fuperædificati. pone exemplũ,Mu
rus primo erat cõmunis factus cõmunibus ex-
penfis per aliquot pedes.Titius.focius eleuauit
ipfum fuis expenfis. deinde Seius alius focius
dum vellet fuperædificare,foluit dimidiam fum
ptuum muri prius per Titiũ eleuati. poftremo
Titius vult iterũ ad tertium murum altius tol-
lere.certe hoc cafu fine dubio cogetur foluere
dimidiam expenfarum per Seium factarum in
eleuando, ex quo voluit vt Seius etiam fibi fol
ueret,quando ipfe Titius etiam altius eleuauit,
vt feruetur inter eos æqualitas.& ideo dici po-
teft,Patere legem,quam tu ipfe tuleris.in capi
tulo,cum omnes.de conftitut.& quod quifque
iuris in alium ftatuerit,ipfe eodem iure utatur.
vt in toto titul.ff. quod quifque iuris. & in di-
31 cto capi.cum omnes. † Sed pofito pro cõftã-
ti,quòd de iure,confuetudine, uel ftatuto vo-
lens fecundum murum communem altius tol-
lere, teneatur prius fatisfacere profumptibus
alteri focio, qui prius fuperædificauit, quid fi
nõ vult altius tollere murum,nifi pro vna tan-
tũ parte,& murus eleuatus eft longior? In hac
quæft.fic diftinguo: Aut ille murus eleuatus al-
tius eft vnus, aut plures. Primo cafu,quando
eft vnus murus tantum, videtur quòd non te-
neatur foluere,nifi pro ea rata muri pro qua ip
fe ædificauit:quia idem iuris eft de toto quo ad
totum,&c.l.que de tota.de rei vendicat.cum fi
milibus.Vnde fi fuper toto altius leuato ædifi-
cauerit,deberet foluere dimidiam expenfarum
totius muri:ita quando fuperædificauit in par-
te ipfius muri,videtur quod pro illa tantũ par-
te foluere debeat.& pro hoc facit optime.l.fe-
cunda.§.fepulchrum.& §. Celfus autem ait.de
religio.& fump.fune. & infti.de rerum diui.§.
infula.ibi,pro modo latitudinis cuiufque fundi.
& ibi per gloff.& per text.in l.infula. in princi.
de acquir.re.do. In contrarium videtur,quòd
imo teneatur foluere pro dimidia totius muri.
quia qui partem muri tetigit, totum murũ te-
tigiffe videtur.argu.l.vulgaris. in prin.de fur-
tis.& 32.quæftion.2.uulgaris. cum ibi not.per
gloff.& l.3.in principio.cum ibi notatis.de ac-
quirenda poffeffione.& per not.per gloffam in
l. reftituta.in principio,in verbo earum. verfi-
culo, fed nunquid.ad Trebellian. & per notata
per Innocentium & Doctor.in capitul.cum di-
lectus.de capell.mona.& dixi fupra in 2.q.prin
ci.huius feruit.in fi.pro ifta parte fuit iudicatũ.
Secundo cafu,quando erant duo vel plures mu
ri contigui tantum:& tunc tenendum eft,quòd
ædificando fuper vno de dictis eleuatis, non co
getur fine dubio foluere,nifi pro dimidia illius
tantum muri,fuper quo ædificatum eft:quia fe
paratim debēt effe effecti.l.Papin. exuli.in prĩ.
de mino. l. maritus.C.de donatio. inter virum

a Confuet. Qũo interrũpitur cõfuetudo? refp.Pa.in c. fi. de cõfue. quòd fi eft cõpleta & perfecta,requiritur tẽpus 10. an.Et fic intelligit Io.An.ibid. alias nõ frangitur ẽt ꝑ plures alios cõtrarios actus. Si uero nõ eft cõpleta, fufficit vnus actus cõtrarius, ita quòd de nouo oportet ꝙ incipia iur.arg. l. vbi duo. ff.de reg iug.vbi habet locũ cõfue. Refpõ. quòd in illis locis vbi viguit:vt not.Pa. in c.cũ.olim.de conf. Et iõ nocet cõtra priuilegia generalis ftudij in loco vbi viguit, fed nõ in alio loco. de quibus in aut.habi.C.ne fi.pro pa. Et vide Cor.j. uolu. confi. 89. & confi.222.

&uxorē.cũ ſi. Et ita etiam ſuper hoc iudicare
uidi,& recte quæ omnia perpetuo tene menti,
32 quia ſunt utilia. † Sed quid ſi reperitur mu
rus altius eleuatus, nec apparet quis ædificaue
rit,& cuius expēſis? Et dic, ſi murus eleuatus
diuerſo tempore uni termino ſeruit:quia in eo
ſuum ſtillicidium uel ſolarium : & uicinus qui
eſt â latere,in eo nihil immiſſum habet : dicen
dũ eſt quòd præſumitur in dubio per illum &
eius expenſis,qui habet in eo tectum uel ſola-
rium.& uidi in quæſt.facti teſtes in arte archi-
tecturę peritos deponere : quibus eſt creden-
dũ.l.j.in pri.de uen.inſpi.& not.glo.in §.præte
rea alluuionē.inſtit.de rerum.diui.cum ſim.&
hoc etiam uult Bar.in l cum ſeruus. de uerbo.
oblig.ubi dicit, qñ reperitur aliquod opus in
dubio,præſumitur factum ab eo & eius expen-
ſis,ad quem hoc ſpectat.allegat l.fina.C.de ali.
men.pub. Pręterea ibi dicit eſſe caſum not. &
idem tenet Bart. in l.nomina.arbi.tu. & Bald.
in l.fina.§.in computatione.C. de iure delibe.
& in l.j.uerſi. pen.C.de uſufruct. & lit. expen.
& in l.id quod pauperibus. in fine.de epiſcop.
& cler. in rubri.de fide inſtr.in xviij. col. uer.
ſequitur uidere de ſcriptura.& per Imolam &
Canoniſtas in c.j.in iij. col. extrà,ut eccle.be
nefi.& per Docto.in d.l.cum ſeruus.Idem ēt,
quando quis eſſet in poſſesſione muri : quia in
dubio iudicabitur,ꝙ ſit factũ per eũ uel eius au
tores,& ſuis expenſis.ut dicit not. Bart. in d.
l.cum ſeruus. per dictam l. fina.in reſtituenda
C.de petitio.hæredi.per illum tex.qui non fa-
cit pro Angel. quia ibi non posſidebatur illud
33 pro quo erat expenſum,ſicut hic. † Occur-
rit mihi circa prædicta alia quęſtio quotidiana
Duo uicini habebãt areas cõtiguas,uel hortos
contiguos. parietem in medio feccrunt pro-
pter clauſuram.alter uicinus uult ædificare ex
latere ſuo ſuper pariete communi,quo ędifica-
to ſiue ædificio facto, deterior uidet̄ fieri area
uel hos conuicini : ſed tamen ab uno latere re-
manet aer, ſol, & uentus liber ad aream uici-
ni : quæritur an posſit. Et primo uidetur,ꝙ in
pariete communi ædificare non posſit, uicino
prohibente.l.Sabinus. communi diui. & in ca-
pit.in re communi.de reg.iur.in vj.& l. fin.§.
fin.C.de ſeruitu.In contrariũ uidetur l.cũ duo
bus.§.item Mela.ff.pro ſocio.& l. ſuper ędes.
communi diui.& quia cuique liberum eſt usq;
ad cœlum tollere.l.altius.eodem tit.& l.fin.de
ſeruitutib.& l.ſi uitem.§.ſi quis protectum.ff.
quod ui aut clam. Secundum huius qõ.eſt,ꝙ
in tali pariete communi unus ſocius altero in
uito ædificare non posſit : quia ad usum ędifi-
candi inſtitutus nõ eſt, ſed ad usum clauſulæ.
per ea quæ no. per glo. & Doctor. in dicta re-
gula,in re communi. & ita etiam reperio con-
ſultum per doct.Raph. Ful.in quodã ſuo con-
ſilio,quod incipit,duo uicini habent. quod eſt
ualde nota. in practica. & per hoc limitantur
ea quę dixi suprà.in uerſi.iij. principaliter ui-
34 dendum eſt. † Quarto & ultimo principali
ter eſſet uidendum,an paries qui eſt in medio,
remaneat communis,uēdita una ex domibus.
ſed eius deciſionē collige ex his quæ not Bart.
in l.prima de ſeruitu.lega.& quę dixi plenius
suprà de ſeruitu. itineris ſeu aditus. uer. ſed
reaſſume iſtam q.dic ut ibi.

De ſtillicidio ſeu tecto. Cap. 41.

Stillicidium & tectum an idem ſignificent.
1 *Tecti ſeu ſtillicidij appellatione,an ueniat ſolum illud,quod eſt de tegulis, puta cuppis, laſtis, an etiam ueniat illud,quod de plumbo exiſtit.*
2 *Stillicidium ſiue tectum an vnicuique licitũ ſit extra parietem pro libito uoluntatis porrigere.*
3 *Stillicidio ſiue tecto an luminaria facere licitũ ſit.*
4 *Supra ſtillicidium an ſit licitum ædificare, uerbi cauſa,ſolarium,ſicut Venetijs fit,hortulos,ſicut in Catalonia, cruſtationem, ſicut in ciuitate Neapolis.*
5 *Domum uerſus uiam publicam per directum] ſi quiſpiam habeat cum ſtillicidio caſitante ſupra ſolum publicum,& uicinus habeat domum contiguam a latere depreſsiorem,ac ipſam altius eleuauerit, quam ſit alia domus ſui uicini, an facere poſsit,quòd aqua ſtillicidij ſui ſuper vicini ſtillicidium caſitet,vel econtra.*
6 *Vſufructuarius ædiũ an ipſas altius tollere poſsit.*
7 *Domus una ſi habeat plura ſolaria diuerſarum perſonarum,ita quod quando pluit, deſcendit aqua ad ſolarium inferius, an poſsit cogere dominum ſuperiorem ad ipſum ſuis ſumptibus reficiendũ.*
8 *Domino tecti an liceat ligare tectum, ſiue tegulas, ſiue plumbum, ſiue tigna alteri domui.*
9 *Debitor meus ſi quidam ſit, & in executione ſententiæ feci ipſum pignorari, an poterunt pro pignore capi tegulæ domus, uel plumbum, uel ligna.*

LICET de ſtillicidio plura dixerimus su-
prà,de ſerui. ſtillicidii auertendi in tectum
vel aream vicini,& in ſeruit.ſtillicidii nõ auer-
tendi : tamen ut profectior iſta materia habea-
tur,etiam hic aliqua snbiiciemus. Et ſciendum
eſt in primis:quòd ſtillicidium & tectum idem
ſignificant,vt probatur in l.j.de ſeruit.vrbano
rum. prędiorum, & propterea dixi in rubrica,
de ſtillicidio ſiue tecto. quanuis in alia mate-
ria ſenatuſconſultus Syllaniani tectum aliter
accipiatur latius, vt l.j.§. eo autem tecto. ad
Sylla.l.fina. de his quibus vt indig. & tectum
dicitur a tegendo,quia domum tegit.tegulari-
um etiam appellari poteſt, vt probatur in l.
1 Offilius ait tugurium.de verbo.ſignifi. † Sed
poteſt dubitari,an appellatione tecti ſeu ſtilli-
cidij veniat ſolum illud, quod eſt de tegulis,
puta cuppis,laſtis, an etiam ueniat illud, quod
eſt de plumbo. Et dico quòd ſic. text.eſt cum
gloſſ. in l.malum.§.plumbum.de verborum ſi-
gnifi. Nam ibi dicitur, quòd plumbum,quod
pro tegulis ponitur, ædificij eſſe. & gloſſa

exponit

exponit pro tegulis, quando locō tegularum
plumbum cooperit domum, vt sunt ecclesiæ Ve
netianæ. Adde tu vt est nobile palatium & Pa-
duæ ecclesia S. Antonii. ex quo sequitur secun-
dum gl. in d.§.plumbum. quòd vendita:domo
etiam istæ tegulæ de plumbo veniunt.allegat l.
fundi.§.quę tabule.de actio.emp.& ad hoc vide
l.granaria & tegulæ.eo.ti. Item etiā appellatio
ne stillicidij siue tecti, venit id omne, per quod
domus seu ędificiū regitur, & aqua stilla, siue sit
incrustatio, sicut in ciuitate Neapolis etiam de
paleis, sicut cōmuniter sunt in villis, per ea quæ
dixi s̄. de sernit. stillicidii auertendi, in j.q.vbi
declaraui quid sit stillicidium. Et ideo ista ma-
teria seruitutis loquens de stillcidio siue te-
cto, procedit in huiusmodi stillicidijs, siue te-
ctis. †Quæro circa prædicta, an sit licitum vni-
2 cuiq; stillicidium siue tectum porrigere exttra
parietē pro libito voluntatis. Dic quòd aut vult
porrigere super solum vicini, & non potest: vt
probatur in l fin.§.Lucius.ibi, neq; stillicidium
in vicini domo cadat.de ser.vrb.pręd. Et est ra-
tio, quia solum vicinis debet esse liberum vsq;
ad cœlum. & sic cœlum quod est supra solū, de-
bet esse liberum.l.fina.in prin.ff.de ser.& l.pen.
§.pen.quod vi aut clam. & ibi per glo.& l.si in
rem.§.pen.eo.tit.nisi ęsset seruitus stillicidij im
posita. quo casu porrigere potest secundum im
positam seruitutem; & non vltra, sed citra re-
troducere potest.textus est in l. seruitutes quæ
in superficie.§.stillicidium.ver.eadem causa.de
seruit.vrban.præd.& dixi supra de seruit.stillici
dij.in 4.q. Aut vult porrigere supra solum pub.
& tūc subdistingue, aut ex forma statuti vel cō-
suetudinis introductus est modus, secundū quē
porrigi possit stillicidium:& ille modus seruan-
dus est:vt probatur in l.j.cum gl.C.de ædifi.pri
ua.& in l.qui luminibus.cum gl de seruit.vrba.
prædior.vbi fit mentio de forma ædificandi Flo
rentiæ. Aut nullus modus ædificandi est statu
tus, & tunc teneo quòd nullus possit de iure ędi
ficare porrigendo ipsum supra solum publicū.
quia ita debet esse liberum solum publicum, si-
cut & priuatum: vt dicta l.finali, in principio.ff.
de seruitut.l.2.§.tractatum.ne quid in loco pu-
blico.cum sim. Si vero esset consuetudo vel sta
tutum in contrarium, sicut est communiter in
his partibus, consuetudo est attendenda: vt su-
pra dixi, & probatur in l.j. & ibi no. C.quæ sit
longa consuet.& in l. an in totum.C. de ædifi.
priu.& not.Angel.& in d l.finali, de ser. vel nisi
quis haberet potestatem a principe vel a regen
tibus ciuitatem: vt l.an in totum. & l.prohibe-
re.§.plane.quod vi aut clam. vbi vide Barto &
quod dictum est de statuto, consuetudine, aut
concesstione, intellige verum, nisi fieret cū dam
no vicini.exemplum, vicinus habet penum a la
tere subterraneam, & ex solo publico recipit lu
men, quia ibi habet vnam fenestram: si alius vi-
cinus porrigeret suum stillicidium, puta per
duos pedes, aqua ex stillicidio casitaret in penū
vicini.nam hoc casu non posset tale stillicidium
porrigere super solum publicum: quia statutū,
vel consuetudo, aut licentia de ædificando su-
pra solum publicum, intelligitur in dubio sine
damno vicini.l. secunda.§. si quis a principe. &
in §.merito.ne quid in loco publico. & in l.nec
auus.C.de emancip.lib.cum similibus. & ita a-
lias iudicari vidi in ciuitate Veronæ. Aut quis
vult ædificando stillicidium porrigere supra se
pulchrum seu monumentum: & tunc non po-
test.casus est in l.si item.§. penult. quod vi aut
clam. vbi est text. magistralis in ista materia,
3 quem omnino vide. †Quæro secundo an in stil
licidio seu tecto sit licitum facere luminariam.
Et breuiter dic regulariter, quòd sic. quia qua-
tenus se domus extendit & tectum, licitum est
facere fenestram a parte superiori quia illud so
lum vsque ad cœlum debet esse liberū ad vsum
eius, cuius est solum.dicta l.si vitem. §.penulti-
mo.& dicta l.finali.de seruitu.cum similibus.ac
etiam, quia in suo quis potest facere fenestram.
regulariter probatur in l.altius.C. de seruit. &
ibi nota.nisi fieret illa fenestra causa videndi se
creta domus vicini, & ex hoc nullam vtilitatē
percipiat. & sic potius ad æmulationē vel despe
ctū vicini.argu.l.opus.ff.de operib.pub.no per
Baldum & Doct.in dicta l.altius. ibi dicunt: idē
fieret causa videndi puellam vicini: de quo ple-
nius dic', vt infra dicam de fenestra siue balco
4 no. † Quæro tertio, vtrum supra stillicidium-
sit licitum ædificare, puta solarium vel mœnia-
num sicut Venetijs fit: hortulos, sicut fit in Ca-
taloniæ, vel crustationem, sicut fit in ciuitate
Neapolis. Et dico breuiter, quòd sic, nisi fieret
causa æmulationis, vel despectus, vel puellæ;
5 per ea quæ dixi in præcedenti. † Quæro quar-
to, quidam habet domum versus viam publicā
per directum cum stillicidio casitante supra so-
lum publicum: vicinus habet domum contiguā
a latere depressiorē, ipsam altius leuauit, quàm
sit alia domus sui vicini: an possit facere quòd
aqua stillicidij sui casitet super stillicidium vici
ni vel econtra.& teneo quòd non, si non debet
sibi aliquam seruitutem: quia regula est, quòd
licet in suo ædificare, dummodo non mittat in
alienum: vt l.quemadmodum. §.si protectum.
ad l. Aquil. & l.si uitem.§.qui ad ianuam.quòd
vi aut clā. Debet ergo ille, qui habet altius stil-
licidium, diuertere aquam per vnum canale, vel
aliter quatenus se protendit stillicidium vicini,
quod est inferius: ita quòd illa aqua non casitet
supra stillicidium suum, sed supra solum publi-
cum: quod no. quia istum casum habui de facto
6 Veronæ. † Quæro quinto, an vsufructuarius *a*
ædium possit altius tollere. & dicas quòd non:
licet nō obscuret lumina domus: est ratio, quia
per hoc tectum magis turbatur, quia vētus ma
gis percutit: vt est tex.cum glo.in l.æquissimū.
7 §.item Nerua eum cui.de vsufru. † Quæro sex
to, est vna domus habens plura solaria diuersa-
rum personarū, an si tectum est fractū ita, quòd
quando pluit, descendit aqua ad solarium infe-
rius, possit cogere dominum superiorem ad ip-
sum reficiendum sumptibus suis, scilicet supe-
rioris. Dicas quod sic: vt probatur in l.; eum de-
bere

a Vsufructuarius. Differt vsufruct.ab emphyteota: quia ille habet vtile dominiū, iste solum ius vtendi. Item differt ab vsuario: nam is cui nudus vsus fundi datur, nihil valet vlterius in eo, nisi vt olearib. pomis, fœno, & huiusmodi vtatur, ad vsum quotidianū, & in eo moretur, sed nulli alij ius quod habet, aut vendere, aut locare, aut gratis concedere potest, sed usufruct.sic insti. de vsu. & ha. §. j. Multo magis differt ab usu non iuris, sed facti, quo fratres minores vtuntur, in quo vsuarius nullum ius habet, sed tā tum factum pro necessitate vitæ.de ver. sig.c. exiit qui seminat, lib.vi.propter ea additur verbum fructus & adde Corn.in j.vol.consi.164. & in 2. consi.8. & consil.187.& in 3.volu.consi. 195.& in 4.consil.249.& Alex. in 3.volu.consi. 188.

bére columnam. de ſeruit. vrban. præd. iuncta l. & ſi forte. §. etiam. ſi ſeruitus vend. & ad hoc vide omnia quę dixi ſupra in ſerui. ſtillicidij non auertendi, & in ſeruitute oneris ferendi, ver. hu
8 ius autem ſer. & ver. ſequen. † Quæro ſeptimo, an liceat domino tecti ligare tectum ſiue tegulas, puta cuppos, ſiue plumbum, ſiue tigna alteri. Et dicas quòd non: quia hæc ligari prohibitum eſt per ſenatuſconſultum : quod alias præſtari non poteſt, quàm vt ædibus detrahere vel ſubducere: vt eſt tex. in l. cætera. §. hoc ſenatus.
9 ſuprà. de leg. j. de quo dic vt ibi. † Quæro octauo, & vltimo, quidam eſt debitor meus, feci ipſum pignorari, puta in executione ſentẽtię. iuxta not. in l. a diuo Pio. §. in venditione. de re iudi. cum ſequenti. an poterunt pro pignore capi tegulæ domus, vt ſunt plumbum, vel cuppi, vel ligna? dic quòd non, vt eſt caſus in dicto §. ſenatus. & ratio eſt, ne vrbs deformetur ruinis: vt l. fi. ne quid in loco publico. & no. per Angel. & Doctores in d. §. ſenatus. Cætera circa iſtã materiam vide quæ plene ſcripſi, vt ſupra in ſeruitute ſtillicidij auertendi, & in ſeruitute ſequenti. & adde quæ dicam in ſeq. ſerui. &c.

De oſtio ſeu porta.
Cap. 42.

1 *Oſtium de nouo verſus fundum vel domum vicini in ſuo pariete proprio, an quiſpiam vicino inuito facere poßit.*

2 *Stillicidium ſupra ſolum vel aream vicini, verbi cauſa, per tres pedes ſi quis habeat, an tunc in muro proprio oſtium facere poßit cauſa veniendi ad ipſum ſolum, ſiue aream.*

3 *Domum ſuam per directum verſus viam publicam ſi quiſpiam habeat cum ſtillicidio protendente, verbi gratia, per tres pedes ſupra ſolum publicum & vicinus habeat aliam domum per indirectum a latere, & velit facere oſtium in muro ſuo proprio, cauſa exendi de domo ſua per ſolum publicum, quod eſt ſub vicini ſtillicidio, nunquid poßit.*

4 *Stillicidij domino non eſt licitum claudere locum inferiorem ſub ſtillicidio, neque ipſum tanquam proprium occupare.*

5 *Domum vnam ſi aliqui habeant, quam diuiſerunt, & vni contingat in diuiſione vna pars cum curia: alij alia pars domus, quæ pariete diuiditur: an ſi prius erat oſtium in dicto pariete, & diuiſionis tempore nihil de oſtio dictum fuit, vel ſi dictum, quòd clauſum ſtet, an poßit alter cogi, quod pariete ſiue muro claudat.*

6 *Vicinus ſi vicinum turbauerit in veniendo ex aliquo oſtio ad ſuam curiam, an poßit cogi ad cauendum de amplius non veniendo.*

7 *Areæ alicuius dominus an poßit claudere aream vicini ex parte ſua verſus curiam ianuæ tabulis affigendo: ita quòd areę dominus in aream exire nõ poßit.*

8 *Vſufructuarius alicuius domus an poßit domus alterius aditum anteriorem vel poſteriorem claudere.*

9 *Oſtij ianua an poßit alicui legari, vel in executione ſententiæ pro pignore capi.*

10 *Ciuitatem aliunde quàm per portas ſub pœna capitis egredi non licet.*

11 *Veſtibulum quid proprie ſit.*

QVIDAM aperto pariete domus ſuæ, quatenus ſtillicidij rigor, & tignorum protectum competebat, ianuã in publico aperuit, nũquid poſſit? dicas quòd ſic. vt eſt tex. ĩ l. fi. §. Lucius de ſerui. vr. præ. & dicit ibi gl. quod ita faciãt omnes Veronenſes, qui aperiunt portas uerſus viam publicam. & verũ dicit, quòd olim ita faciebant, ſed hodie periunt intra domũ. vltra vero ſtillicidij rigorem, & tignorum protectũ non liceret ianuam in publico aperire : vt probatur in dicta .l. Lucius. a cõtrario ſenſu, niſi eſſet conſuetudo in contrarium, ſicut eſſe ſolebat in ciuitate Veronenſi, per ea quæ dixi in pręcedenti rub. in j. q. & idẽ iuris eſſe dico, quãdo quis haberet ſtillicidiũ domus ſuæ ſupra domum vel aream vicini: quia quatenus rigor ſtillicidij & tignorum protectus extenderetur, & nõ vltra poterit ianuã ſuam in ſolo vicini aperire. per d. §. Lucius. quod eſt no. Circa quæ adde
1 quæ dixi s. de ſeruitute ſtillicidij auertendi, in 8. q. † Sed dubiũ eſt, an quis poteſt in ſuo pariete proprio facere oſtium de nouo verſus fundũ ven domum vicini inuito vicino & Flor. in l. fi. § Lucius. de ſer. vr. præ. per illũ tex. dicit, quòd licitum eſt, dummodo non protendatur vltra illa ſtillicidia. Petrus autem de Papia in ſua practica, in vltimo libro ſuo, in glo. antepen. in fin. dicit, quòd in proprio pariete quis poteſt facere oſtiũ de nouo, inuito vicino, ſi ius vicini non læditur: per not. in d. §. Lucius. de hoc concludendum eſt, vt dixi ſupra de pariete ſeu muro, ver. ſed nunquid vicinus poterit in muro ſuo fa
2 cere oſtium. vbi omnino vide. † Vbi adde, quod licet quis habeat ſtillicidium ſupra ſolũ vel aream vicini, puta per tres pedes, iuxta l. ſeruitutes quæ in ſuperficie. § ſtillicidium. de ſer. vrba. prædio. nec eſt neceſſe, quòd habens ſtillicidiũ pro eo intret fundum vicini, quia aqua omnino deſcendit & diſcurrit ſine damno ſuo : an tunc poterit facere oſtium in muro proprio cauſa veniendi ad dictum ſolum ſiue aream, puta quia ex eo aperto vult ire forte ad viam publicam? Et teneo quòd non: quia illum ſolum ſiue area vicini quatenus protendit rigor ſtillicidij recipiendi, vt d. §. ſtillicidium. & habetur in l. fin. in prin. de ſerui. tamen non debetur ſeruitus aditus ſeu itineri, quę eſt diuerſa a ſeruitute ſtillicidij : vt patet per ea quæ dixi ſupra de ſeruitut. iti. ſeu aditus. Et propterea illud quod dixi ſupra de pariete ſeu muro. in verſic. ſed nunquid vicinus qui habens ſtillicidium ſupra ſolum vicini. ſi ſolum inferius debet tantũ ſeruitutẽ ſtillicidij recipiẽdi, põt facere portã in muro proprio cã veniẽdi ad iſtum ſolũ pro ſuo ſtillicidio tm̃ intelligo qñ põt eſſe aliqua neceſſitas: exemplum. quando ſunt domus contiguæ & in medio

dio earum caſitant ſtillicidia:uel ſi a parte mea
eſt domus cũ ſtillicidio,& à parte vicini eſt mu
rus diſtans forte per vnum pedem uel duos:iu-
xta l.fin.fini.regun. nam tunc inter duos dictos
parietes poteſt aqua marceſcere & deſtruere
fundamenta parietis. Nam hóc caſu uel ſimili
poſſet quilibet dominorum facere portam in
muro ſuo cauſa ueniendi ad illum ingreſſum.
qui eſt inter utrunque vicinum.& ita aliàs uidi
iudicari. Sed ſi caſitaret,iſtud eſt dubium:puta
quia à parte mea ſtillicidium, à parte uicini eſt
ſolum tantum, ſiue area domus ſuæ:tunc non
poſſunt facere oſtium ſiue portam cauſa ueniē
di ad solum vel aream vicini: & quatenus pro-
tendit rigor ſtillicidiorum meorum,per prędi-
cta, ne etiam detur mihi occaſio ſeu facultas
eundi per fundum vicini:quod non eſt permiſ-
ſum:ut habetur in d.l.diuus. de ser. vrba. præ.
nam per agrum alienum tranſire fas eſt,ius nō
eſt.& fas diuina lex eſt,ius uero eſt humanum:
3 ut eſt text.diſt.1.omnes ll. † Alia eſt q. de so-
lo publico huiuſmodi. Quidam habet domum
suam per directum uerſus viam publicam cum
ſtillicidio protendente,puta per tres pedes su-
pra solum puſilicum: uicinus habet aliam do-
mum per indirectum a latere: uult facere oſtiũ
in muro suo proprio cauſa exeundi de domo
sua per solũ publicũ,quod eſt sub ſtillicidio vi
cini ſui,nunquid poſſit? Et breuiter dico,ꝙ ſic.
Nam licet vicinus habeat ſtillicidium suũ su-
per illa parte soli publici:tamen illud ſolũ infe
rius propter hoc non deſinit eſſe publicũ, quin
poſſit per ipſum & quemcunq; alium tranſire:
per l.via publica.de uia pub. cum ibi no.coniũ
cta l.ædiles.in fi.quæ eſt lex Græca eo.tit. Nam
de iure,cõi non dicitur eſſe licitum facere ędifi
cia suprà solum publicũ:arg.l.fi.in prin de ser.
&.§.2 in tractatu,ne quid in loco publ. Sed de
conſuetudine seruatur contrariũ:quia quilibet
porrigit ſtillicidia sua pro uoluntate supra so-
lum publicum:ſicut dicit etiam gl. de porticib.
in rub.C.quæ ſit longa conſue.& per iſtam cõ-
ſuetudinē a non fit, ꝙ locus inferior sub ſtilli-
cidio efficiatur illius,cuius eſt ſtillicidium.& i-
deo licitum eſt vnicuique tranſire per dicta lo-
ca publica,quæ sunt sub ſtillicidiis & ita uide-
mus per omnes obſeruari. † Ex hoc etiã ſequi
4 tur aliud, quòd non eſt licitum dño ſtillicidii
claudere locũ inferiorem sub ſtillicidio,neque
ipſum occupare tanquã propriũ. & ita aliàs in
quæſtione facti obtinui in ciuitate Veronæ. qđ
eſt no. † Sed circa prædicta dubitari põt: qui-
5 dam habebant vnam domum, quam diuiſerũt.
vni contigit in diuiſione una pars cum curia:
alii alia pars domus quę diuiditur pariete. dixi
suprà, quòd in pariete illo non poteſt fieri o-
ſtium.quid ſi prius erat oſtium in dicto pariete
tp̄e diuiſionis,& nihil de oſtio dictũ fuit,uel eſt
dictũ ꝙ ſtet clauſum:an poſſit cogi, ꝙ claudat
pariete ſiue muro? Et uidetur ꝙ ſic,ut tollatur
domino oſtii facultas ueniēdi ad aream uicini:
per no.in l.diuus de ser.ruſt præ.& per ea quæ
dixi suprà.in uerſi. cui. Adde in contrarium,ꝙ
non poſſit cogi ad claudendum: quia nemo in
suo laborare cogitur:ut l.1.in fin.de aqua plu.
6 arcen.& ibi not.† Sed ſi turbauerit vicinum in
ueniendo ex dicto oſtio ad dictam curiam: ui-
detur quòd poſſit cogi ad cauendum de nõ ve-
niendo amplius,per l.harum.& l.agi.ſi ſer.uen.
In hoc puto ſic eſſe conſiderandum: Aut eſt a-
ctum expreſſe tp̄e diuiſionis,quid ſit faciēdum
de dicto oſtio.& iſtud eſt seruandum.l.iuriſgē.
§.prætor ait. ff. de pact. Aut nihil eſt actum:&
tunc aut nihil noui facit, neq; turbauit uicinũ,
hoc caſu non tenetur ad aliud,quia diuiſio cēſe
tur eſſe facta,ut nihil noui ſiat. Nemo enim in
suo laborare cogitur regulariter. etiam ſi de-
beat seruitutem,ut probatur in d.l.1.§. fin. de
aqua plu.arc.& ibi hoc no.& habetur in l.quo-
ties.la j.§.1.de ſeruit.niſi in seruitute oneris fe
rendi,ut l.eum debere columnam. de seruitut.
vrba.pręd.& dixi plene de seruitute oneris fe-
rendi. Aut aliquid noui facit, puta quia ape-
riendo ianuam turbauit uicinum in eius curia,
& tunc aut debetur seruitus, quia promiſit nõ
aperire oſtiũ,& semper tenere ipſum clauſum,
& cauere cogitur de amplius non impediēdo,
ſeu turbando,uel de non aperiendo illud oſtiũ,
per no.in d.l.harum.& legi.ſi ſerui. uen.& per
not per Bart.& Doct.in l.ſi prius.de noui.ope.
nuncia. Aut nulla seruitus eſt promiſſa vel de-
bita.& tunc ēt hoc caſu poſt turbationem cogi
tur cauere,ſicut in interdicto, uti poſſidetis.ut
probatur in l.unica.C.uti poſſidetis. & eſt tex.
cum glo.in l.1.§.hoc interdicto. in l.quæſitum
ff.de itin.actuq; priua.& no.Bar.in l.1.§.inter-
dictum autem hoc.ff.uti poſsi.& Sal.in d.l.1.in
7 5.q.C.uti poſſ. † Nunquid autem dominus a-
reæ poſſit claudere areã uicini ex parte ſua uer
ſus curiã affigendo tabulas ianuæ, ita quòd do-
minus areę non poſſit exire in aream suam?Et
dico quòd non,imo ſi affixerit poterit dominus
ianuæ propria autoritate remouere,ut eſt text.
in l.ſi uitem.§.qui ad ianuam. quòd ui aut clã.
& probatur in l.quemadmo.§. ſi protectum.ad
8 l. Aqui. † Sed nunquid uſufructuarius eidem
poſſit aditum anteriorem uel poſteriorē clau-
dere? Et dicas quòd non.text. eſt in l.æquiſſi-
mum.§.sed ſi ædium.de vſufruct.ibi,uel aditus
poſticasve uertere.& ita tenet ibi Flor. qui di-
cit per illum tex.quòd uſufructuar.uel inquili-
nus aditum poſteriorem non poteſt immutare,
nec loca aperta claudere,propter refugium tē-
pore neceſſitatum neceſſarium, ut aperiantur,
propter conſeruationē perſonę & rerum.Et ex
hoc nota, ꝙ uſufructuarius uel inquilinus non
poteſt in domo uſufructuaria uel conducta fa-
cere oſtium in porticu,ſi non eſt. Nam uulgo
dici ſolet, quòd huiuſmodi oſtium domum de-
ſtruit.uel ſi eſt,ipſum claudere nõ poteſt, quia
præſumitur eſſe utile domui,ex quo factũ eſt.
9 †Item nunquid ianua oſtii poſſit alicui legari,
uel capi pro pignore,uel in executione ſenten-
tiæ?Et dicas quòd nõ.text.eſt in l.certa.§. hoc
ſenatus.el.2.de leg.1.& ibi not.facit ad hoc qđ
10 dixi in rubr.præcedenti,in 7.q. † Item notan-
dum,

a Conſuetud. Quot actus requirunt̄ ut quis dicat̄ habere aliquid in cõſuetudinem? reſp. quòd in ciuilibus requiritur quòd ſint tot actus quot faciunt præſcriptionem. nam tres actus aut quatuor non faciũt cõſuetudinem, niſi ſit legitime præſcripta. ut no. gl.in d.c.cũ eccleſia.de cau. poſſ. & pro.Verum eſt ꝙ duo uel tres actus tuētur aliquem in poſſeſſione, quouſq; ſit dubiũ.17. q.2 ſeruitiũ. In criminalibus uero introducitur per binum actũ. ff. de inoffic.teſta. l.nã & his.& ff. ad Syl.l.ſi quis. §.quod ſub eodem tecto. uide etiã Cor.1.uol. conſil. 89. & in 2.uol.conſi.90. in 3.uolu. 179.

dum, quòd non licet egredi ciuitatem aliunde
quàm per portas sub pœna capitis. tex. est in l.
fi. ff. de rerum diui. de quo dicendum est, ut ibi,
11 quia non est materia nostra. † Vltimo adde
prędictis, quòd aliquando ante ostium est uesti
bulum, quod est locus quidā ante ostia utriuf-
que domus, per quod habetur aditus, & tecto
coopertum est ut uestimento, ficut homo uesti
mento tegitur: ut est tex. cum glo. in l. arbor §.
de uestibulo. communi diuid. & ibi de hoc no.
& habetur per Bart. in l. damni. §. cum parietis.
de damn. infect.

De aditu seu itinere. Cap. 43.

1 *Promiserit si mihi quispiam, ut per aream suam in domum meam, uel ex domo mea per areā suam ire possim, nec de plano aditus sit, quoniam area sua domo mea altior est, an scalas, uel gradus, aut cliuos in meo, uel in suo facere debeam.*

1 SI quis † mihi promisit ut per aream suam
in domum meā, uel ex domo mea per areā
suam ire agere possim, nec de plano aditus sit,
quia area sua est altior domo mea, an scalas uel
gradus aut cliuos facere debeam in meo uel
suo? Et uidetur quòd in meo: quia solū est fa-
cta ꝓmissio, quòd possim ire uel agere per fun
dum suum: non autem quòd in suo possim ali-
quid facere. Et pro hoc uidetur text. in l. super
iter. in prin. de aqua plu. ar. Tamen contrarium
est dicendum, uidelicet quòd scalas siue gradus
aut cliuos prope ianuam meam in solo uicini
iure facere possim, dummodo ne quid vltrà q̄
necessariū esset, causa itineris demoliatur. text.
est fin. in l. seruitutes quę in superficie. §. si do-
mo. de ser. vrb. præ. & est ratio, quia si iter debe
tur, quia promissum est uel legatū in ea parte,
qua nisi ope facto iri nō possit, licet fodiēdo &
subtrahendo iter facere. l. si iter. ff. de seruit. tit.
generali. & probatur in l. refectionis. cum ibi
not. communia præd. Et quia ista materia itine
ris seu aditus est seruitus urbana, & de ea satis
dictum est suprà in seruitute itineris seu aditu:
& est etiam rustica: reliqua reseruo in sequen-
ti libro, in rubrica de seruitute itineris, ubi plu
ra dicemus: & adde quę dixi in prędecenti rub.
in uer. sed nunquid aditus. & no. per Bar. & Do
cto. in l. quod conclaue. in fin. de dam. infect. &
quod not. in c. unico. de consecrat. ecclesię uel
alta. libro sexto.

De claustro, seu conclani. Cap. 44.

1 *Claustrum unde dicatur.*

2 *Conclaue in neutro genere, uel conclauis in fœminino, quid sit.*

3 *Porticus quid proprie dicatur.*

4 *Homini priuato an super locis publicis uersus uias publicas ædificare licitum sit: sicut communiter reperiuntur Padue & Bononię.*

5 *Domus appellatione an porticus contineatur.*

6 *Statutum si puniat committentem maleficium in domo, uel inuentum extra domum, an porticus etiam comprahendatur.*

7 *Duas domos si habeam habentes claustrum uel porticum communem in illarum ædium medio: & unam simpliciter uendam, & aliam retineam: cuius erit ipsum claustrum.*

8 *Porticum uel claustrum cooperientem solum suum si quis habeat, & in alieno requiescat, an dominium eius suum sit.*

9 *Porticum uel claustrum cum columnis si quispiam facere velit, an possit imponere columnas, quæ unius ecclesiæ fuerunt.*

SCIENDVM est in primis, quid sit clau-
1 strum, conclaue, & porticus. † Claustrū dici
tur, quasi claudens siue clā stans: id est, priuans
habitātes in eo, ne passim uagare liceat: ita no.
Archi. in c. 1. §. verum. in uersi. more. de stat. re.
in 6. & est locus religiosus: ut in c. religiosus. de
consue. & idem not. ipse Archi. 7. q. 1. c. fi. in fi.
uers. claustra. vbi ēt dicit, ꝙ hoc dictum à quo-
dam animali, cuius nomen est castor: quia cum
sentit venatores, seipsum castrat. Claustra ēt di
cuntur instrumenta quæ claudunt domum uel
aliquam eius partem, ut ostia & portę, quę non
adherēt: sed de nocte portantur ad claudendū:
vt est text. cum gloss. 1. l. fundi. in princip. su-
2 per uersicu. claustra. de ac. empt. † Conclaue
in neutro genere: uel conclauis in fœminino,
dicitur cella uel camera secreta, uel claue alte
rius domus clausa, uel quę sub multis clauibus
continetur, uel ad quam per multas claues ue
nitur. Alibi dicitur conclaue curia seu porti-
cus inter duas domos: ut de dam. infect. l. quod
conclaue. & habetur in c. ubi periculum. §. in
eod. de ele. lib. 6. Alibi sumitur pro dormitorio.
12. q. 1. omnes. & ibi hoc not. Archi. uel secun-
dum Bartol. in d. l. quod conclaue. in princip.
conclaue dicitur domus discooperta inter duas
domos in quodam solario supra terram: ut ac-
cipitur hic. Item potest dici camera bene fir-
mata cum claui: ut l. 1. §. de inspiciendo. de uen
tre inspiciēdo. & ita etiam potest capi d. l. quod
conclaue. & ita etiam not. in l. foramen. de ser-
uitutibus urbanorum prædiorum. † Porti-
cus uero dicitur locus coopertus desuper, di-
scoopertus antè. & hoc modo accipitur in d. l.
quod conclaue. & in l. cætera. §. hoc senatus.
de legat. 1. secundum Bartol. in d. l. quod con-
claue. qui etiam dicit quòd mœniana, quę in
uulgari profercula dicuntur, possunt dici por-
ticus. & hoc modo accipitur secundum gloss.
4 in dicta l. quod conclaue. † Circa porticum
primo quæro, an sit licitum homini priuato æ-
dificare super locis publicis, uersus uias publi-
cas, sicut communiter reperiuntur Paduæ &
Bononiæ. Et de iure dico, ꝙ non. quia in loco
publico nō est licitū priuato ædificare. l. 1. & 2.

&

& per totum . ne quid in loco publi. cum simi.
Sed de consuetudine seruatur contrarium quę
præualet in locis vbi est.vt gloss' no.in rubrica,
quæ sit long.consue.in fi.& pro hoc l. an in to-
tum.C.de ędifi. priua. & in hoc modus consue-
tudinis est seruandus.vt no.glo.in l.an in totũ.
5 & in l.qui luminibus.de ser.vrb.præd. † Secun
do quæro , nunquid appellatione domus conti-
neatur porticus.& videtur quòd sic,per l.cæte-
ra §.hoc senatus. de legatis primo . vbi ædes &
porticus æquiparantur. Et sic facit vt statutum
puniens existentes extra domum de nocte sine
lumine, non intelligatur punire existentes in
porticu,secundum Bald.ibi. ad idem videtur es
se tex.in l.si quando.la secunda.de operi.publi.
Sed certe in contrarium videtur facere text. in
l.cætera § hoc senatus.de lega.primo.vbi ædes
& porticus ponuntur tanquã diuersa.Item quia
domus consistit ex tecto solo,& pariete: vt l.eũ
qui ædes.de vsucap. sed porticus non est huius-
modi,vt suprà dixi.ergo &c. In hoc puto sic es-
se distinguendum : Aut porticus est coniuncta
domui,& ei effixa, & tunc appellatione domus
continetur.per d l.si quando. & per no.in cap.
j.de consec.eccle.vel altar.in sexto.Aut non est
coniũcta vel affixa domui:& tunc secus,per præ
6 dicta. † Et ex hoc infero ad decisionem statuti
punientis committentem maleficium *a* in do-
mo,vel inuentum extra domum,an compræhẽ
datur porticus : quia aut extra domũ,& nõ con
iuncta vel affixa domui,& nullo modo cõprehẽ
dat.Aut est coniũcta vel affixa domui,&tũc aut
statutũ loquitur per dictionẽ,in puta , qa dicit,
qui delinquit in domo. & tũc non cõprehẽdi-
tur porticus.quia dictio In,significat in loco,&
requirit tectum loci:vt l.j.§. in flumine. de flu-
min.& probatur l.is qui §. primo. coniuncta l.
secunda.§.pri.de religiosis . Nam aliud est por-
ticus proprie , dato quòd sit coniuncta domui.
aliud est ipsa domus,intelligendo de porticu in
feriori,id est,discooperto ante. secus in superio
ri parte supra porticum,in qua habitatur:quia il
la dicitur proprie domus.& pro hoc facit l.fistu
lam.de serui vrba.prędio.& quod ibi notat Bal
dus & Florianus per illum text.qui dicũt,quòd
non est idem iuris,vt de scalis & de muro.vnde
scalæ quæ sunt foris extra ostium,non continẽ
tur appellatione domus.& sic maleficium,quod
fit in scalis exterioribus non videtur esse factũ
in domo. Aut statutum loquitur per dictionem
Ad: puta si quis fecerit insultum ad domũ,tunc
comprehenditur etiam faciens sub porticu ,
quia dicitur esse ad domum,id est,iuxta domũ,
per no per gloss. & Doctor. in l.quidam Hibe-
rius. de seruitutibus vrbanorum prædiorum.&
ibi hoc not.Floria.de ista quęst. vide plene per
Albericum de Rosa. in l.præsenti . circa princi-
pium.de his qui ad eccles confu.& in dicta.l.cæ
7 tera.§.hoc senatus. de legat.j. & ibi per omnes
Doctores. † Tertio quæro,habeo duas domos
habentes claustrum vel porticum communem
in medio illarum ædium: vnam simpliciter ven
do,& aliam retineo:cuius erit claustrũ vel por-
ticus? Dic quòd debet diuidi, & medietas a la-
tere emptoris erit sua , alia medietas a latere
meo erit mea.ita no.dicit Bart. in dicta .l.quod
conclaue. per illum text. cum glo.fina.quæ in-
cipit,per hoc apparet . facit pro hoc quod not.
Bald.in cap primo.§.si quis.de manso. in 5 co-
lum. versic. quid si quędam plateola est in me-
dio. in titu. de controuer. inuesti. in vsib.feud.
sed Ang. in l.quod conclaue dicit hoc procede-
re , quando in vtraque domo esset ostium, per
quod deuenitur in dictum claustrum & exitur .
sed si in vna domorum tãtum esset ostium , per
quod iutratur,& exitur in claustrum seu porti-
cum.tunc claustrum seu porticus erit illius tan
8 tum,cuius est domus ostium habens. quod te-
ne menti. † Quarto quęro , quis habet porti-
cum vel claustrum cooperiens solum suum , &
requiescit in alieno . an dominium *b* eius sit
suum. Dic breuiter , quòd si ista duo concur-
runt,scilicet quòd cooperiatur solum suum,re-
quiescat in alieno iure seruitutis, tunc claustrũ
siue porticus dicitur suum:vt dicta l.quòd con-
claue.secundum Barto. Angelum,& Docto.ibi.
alias si ista duo non concurrant , esset illius in
cuius solo requiescit.l.quemadmodum.§.fina.
9 ad l.Aquil.secundum Doct.in dicta l quod con-
claue . quod est not. † Quinto & vltimo quæ
ro, quis vult facere porticum seu claustrum cũ
columnis, an possit imponere , columnas , quæ
fuerunt vnius ecclesiæ. Et dicas breuiter,quòd
si est porticus seu claustrum priuati hominis ,
seu laici, & non potest.text. est cum gloss.in c.
ligna.in fin. de consecratio. distinct.j. & habe-
tur in cap. cum ad hæc. de reli do. Sed si esset
porticus seu claustrum alterius ecclesiæ vel mo
naster.j sic.vt est text.in dicto c.ligna.& in cap.
sequen.& ibi per Archidia.& habetur per Doc.
in dicto c.ad hæc.& per Alberi.de Rosa. in aut.
multo magis.de sacrosanct.

De penu. Cap 45.

1 *Penum subterraneam si quispiam habeat , quòd a parte superiori in solo publico lumen recipere velit,nunquid possit.*

2 *Penum subterraneam si quispiam facere velit,et fodere subtus solum publicum, vel domum vicini, nunquid possit .*

3 *Penum subterraneam si velim facere, quatenus se protendit solum meum,vsque ad finem soli vicini, nunquid possim .*

1 QVIDAM †habet penum subterraneam,
vult recipere lumen a parte superiori in so
lo publico , nunquid possit ? Et videtur quòd
non: quia in alieno quis non potest facere fene
stram:ar.l.quemadmo.§ si protectũ.ad l. Aqui.
Item quia non potest in re commuui facere in-
uito socio.l. quidam Hiberius. & ibi not.Doct.
de ser.vrb.præ.& dicam infra de fenestra & bal
cono . Item quia in solo publico non est licitũ
ædificare.l.j.& 2.ne qd in loco publico.& istud
teneo

a Maleficium . Maleficium dicitur quodcunque crimen, vt furtum,rapina, & huiusmodi , vt inst t de obl. quæ ex delicto na. Est etiã quasi maleficiũ, nocumentũ quod fit proximo pꝛter propositũ : vt inst.de obli. quęex quasi de lict.nas. per totum.

b Dominium . Dominium est ius habẽdi,possidendi, fruẽdi, & vtendi, ac disponendi de aliqua re pro libito voluntatis , vel secundũ aliquem determinatum modum a quadam superioritate vel autoritate diffinitũ. & vide Ale. in 3.parte summæ. & Corn.j. vol.consi 98. & Alex. de Imol. 3.vol. cosil.78. in 2.col.§. sentio tamen .

teneo de iure : ſed de conſuetudine vidi ſeruari
contrariũ:quia quilibet pro libito volũtatis re-
cipit lumẽ penoris ex ſolo publico. quę conſue
tudo ſeruanda eſt.l.an in totum.C.de ædi.pri.&
pro hoc gl.no.in rub.C.quæ ſit lon.cõſue.in fi.
quæ loquitur de porticib. vt dixi in rubr.præce
dendi, & in rub.de oſtio.verſi.alia eſt q.Credo
tamen, ꝙ per iudicẽ cogi poſſit ad faciendũ fer
ratã deſuper vel aliã coopertura de ligno pro
pter tranſeuntes.ar.l. qui foueas.ad l. Aquil. &
2 ita obſeruatur in ciuitate Veronæ. *a* Quid ſi v-
nus vult facere penũ ſubterraneã,& fodere ſub
tus ſolũ publicũ,vel domũ vicini,nunquid poſ-
ſit?& dicas ꝙ non:quia ſicut ſolum vnius debet
eſſe liberum vſq; ad cœlum.l.ſi.in prin.de ſer.ff.
& l.ſi vitẽ.§.pen. quod vi aut clã. & l.altius.C.
de ſer.ita debet eſſe liberum ſub terra.vt in d.l.
altius.Itẽ pro hoc l.venditor.§. ſi conſtat.com
mu.præd.& l.diuortio.§.ſi vir in fundo. ſol.ma
tri.Itẽ quia nõ habet ad theſaurum *a* inuenien
dum in ſolo alieno.l.vnica.C.de theſaur.lib.11.
Itẽ quia ſpeciale eſt in venis cotareis & marmo
reis:vt l.cunctis.& ibi gl.C.de metal. lib.10.cõ
iuncta l.j.& l.quoſdã.eod.tit quæ dicit, ꝙ pro-
pter publicã vtilitatẽ licitum eſt marmora & ſi-
mil.ſub fundo alieno fodere, dũmodo dominus
non patiatur dãnum.de quo vide omnino quod
not.in l.inter publica.in 6.col.de verb.ſig.in §.
publica . ergo in alijs ſecus eſt ius commune.i.
3 ius ſingulare,& l.quod vero.ff.de leg. †Sed q̃d
ſi volo facere penum ſubterraneã , quatenus ſe
protẽdit ſolum meum vſq; ad finẽ ſoli vicini,nũ
quid poſſit?Et videtur ꝙ nõ: quia qui foueã fa
cit iuxta fundum vicini,debet tantum relinque
re,quantum eſt profunditas foueæ. tex.eſt in l.
fi.ff.fini.regund. & maxime hoc videtur proce-
dere,vbi in medio eſſet fundus cõmunis vel vi-
cini propter eius periculum.vidi tamẽ obſerua
ri cõtrarium: quia quilibet facit penum in ſuo,
quatenus durat ſolum ſuum.dummodo vicinus
dãnum non patiatur. pro hoc l.fluminum. §.fi.
de dãno infe.& forte illa l.fi. voluit loqui de ſi-
mili fouea. quæ habet nomen ſpeciale, ſicut eſt
penus:ſed de illa tantum fouea , quæ ſtat in ſuo
tantum ſimplici nomine:& propterea nõ habet
locum etiam in puteo,qui habet foueã profun-
dam: quia perdit nomẽ foueæ, & aſſumit nomẽ
putei. pro hoc videtur text.in d.l.fluminum.§.
pe.& ita communiter obſeruari vidi : de hoc ẽt
dicam aliquid ĩ.de puteo & de fouea .

a Ad theſaur. vtrum inueniẽs theſaurũ teneatur reſtituere? Reſpond.quòd ſi in ſuo ſolo inuenit, ſic ſuum erit : ſi vero in alieno ſolo & a caſu , medietas erit ſua, & alia medietas erit domini ſoli : ſi vero data opera,totũ erit domini fundi. inſtit. de re. diui. § theſauros. & C. de theſa.l.vnica. nec eſt verum quod dicit gl.in c. ſi quid. 14.q.5.quod inuentus in loco ſacro vel religioſo ſit inuentoris. ſed erit ſecundum diſtinctionem prædictã : vt expreſſe patet in dicto §.theſauros.

De curia ſiue curte. Cap.46.

1 *Planicies terræ quid dicatur ,*
2 *Domum ſi quiſpiam habeat cum tribus vel quatuor cluſis,& in earum medio vna curia, ſiue curtis exiſtat: in qua forte eſt vnus puteus, et in quolibet dictorum cluſorum eſt vnũ oſtiũ , et ipſe vendat, ſeu leget vnum ex dictis cluſis, ſiue curiam , an legatarius, ſiue emptor dicto oſtio vti poſſit, ex quo ad dictam curiam venitur.*
3 *Domum inter feudatariam & domum domini ſi vna curia ſit , ſeu plateola , quomodo diuidatur .*
4 *Aqua cadens in curte mea naturaliter , & de per ſe,ſi ad curiam tuam diſcurrat,an tibi in curte tua aliquid facere licitum ſit, vt aquæ diſcurſus impediatur, & in curte tua remaneat .*

1 CVRIA †dicitur planicies terræ,& de iſta
hic loquimur: aliis modis aſſumitur curia:
2 vt not.Archi.11.q.j.ſi quis clericus.†Si quis ha
bet domum cum tribus vel quatuor cluſis,& in
medio earũ ſit vna curia ſiue curtis,in qua for-
te eſt vnus puteus, & in quolibet dictorum clu
ſorum eſt vnum oſtium , & vẽdidit ſiue legauit
vnum ex dictis cluſis,ſiue curiam,an legatarius
ſiue emptor poſſit vti dicto oſtio, ex quo veni-
tur ad dictam curiã.& ſic an poſſit exire per di-
ctum oſtium ad curiã prędictã cauſa veniẽdi ex
dicta curia,puta in viã publicã, vel cauſa hauriẽ
di aquã ex puteo , qui eſt in d.curia, vel alia de
cauſa?Et dico breuiter, ꝙ nõ: quia in emptione
vel legato via vel iter non venit, niſi fuerit ex-
preſſum.l.in vendendo.de contrahen empt. &
idẽ ſi eſſent plures fratres vel conſanguinei qui
diuiderent vnam domum , quæ haberet plures
partes:& in medio earum eſſet curia,quæ vni in
diuiſione contingeret,aliis pars dictæ domus cũ
curia, vel alię duæ partes ſine curia , hi qui ha-
buerunt partem domus ſine curia non potue-
runt per partes ſuas venire in d.curiã aliqua de
cauſa:& ideo cogi potuerunt,vt claudant oſtia
ſiue portas quę ſunt in dictis cluſis verſus d.cu
riã.& pro prædictis omnibus vide text.& quod
ibi no.Bal.& Flo.in l.ſi fundum.§.quæcunque.
de ſer.vrb præ. quod no. quia quotidianum, &
bis habui de facto. Adde prædictis quæ dixi ſ̃.de
ſeruitute itineris ſeu aditus.& ſ̃.de pariete ſiue
muro.ver.ſed nunquid vicinus poterit in muro
ſuo facere oſtium . & ſupra de oſtio ſiue porta.
3 verſi.ſed dubium eſt ſi quis poteſt. †Quid ſi in
ter domum feudatariam & domum domini eſt
vna curia ſeu plateola?dic ꝙ per chordulã diui
di debet verſus domum domini, & illa dimidia
erit ſua:alia dimidia verſus domum vaſalli, erit
vaſalli:ſicut ſit inter duos proprietarios. vt no.
Bar.in l.quòd conclaue.de dam. infec.& dixi ſ̃.
de clauſtro ſiue porticu.in 3.q. & ita no.Bal.in
c.j.§.ſi quis.de manſo.in tit. de controuer.inue
ſtit.in vſi.feu. qui dicit hoc procedere , ſi pati
tur diuiſionẽ. Curia aliquando enim eſt ita mo
dica,ꝙ diuidi non poteſt.& tunc de ea idem eſt
dicendum,quod de veſtibulo.l.ſi vt certus.§.ſi.
commo.& l.arbor.§.de veſtibulo cõmuni diui.
de quo veſtibulo dixi ſ̃. de oſtio ſiue porta ĩ ſi.
4 † Sed quid ſi aqua cadẽs in curte mea naturali-
ter,& de per ſe,diſcurrit ad curiã tuã,an ſit tibi
licitum in curte tua aliq̃d facere,pp q̃d diſcur-
ſus aquæ impediatur,& remaneat in curte mea?
Et dicar quòd ſic. Argu.l.j.§.ſunt qui putant .
nequid in lo.pub.& ita Paul.de Caſt. in l.quo-
ties.la.j.de ſeruitute. & dixi vobis ſ̃.in 4.diui-
ſione ſeruitutis,verſi.& primo videamus.ibi.&
hoc

hoc sequitur.& adde tex.in l.2.§.si quis in suo.
& ibi Bartol.ne quid in loco publico. quod te-
ne menti.

De puteo, cisterna, & lauello. Cap. 47.

1 *Domum inter feudatarij & domum domini si unus puteus tantum existat, cuius aqua non sufficit utrique, quis preferatur.*
2 *Puteus communis si inter duos uicinos sit, an diuidi poßit, & quo iudicio.*
3 *Vicini ciuitatis uel loci an ad locum communẽ, ut puta furnum, contribuere teneantur.*
4 *Communitas seu uicinia si habeat unum puteũ, uel furnum, uel porticum communem, qui purgatione uel refectione egeat, & quidam ex uicinis collectæ expensam euitare uolens usui uel commodo illius renunciare uelit, an poßit.*
5 *Puteum si in domo mea aperiam, quo aperto uenæ tui putei præcisæ sint, an tenear.*
6 *Interdictum de fonte an illi competat, qui uti prohibetur puteo uiuam aquam non habente.*
7 *Puteum, uel cisternam, aut lauellum prope uicini fundum fodere an licitum sit, nullo spatio interposito.*
8 *Cisternam si quis aperuerit, uel foderit, & eam non cooperuerit, cecideritq; bos, uel asinus in eam, an talis teneatur.*
9 *Cisternas habens si cisternas legauerit, an debeatur aqua in ea regione, in qua aqua uenalis est, ut est in regione Africæ, & Aegypti.*
10 *Cisternas habentem an seruitus uel obligatio personalis sequatur.*

1 INTER † domum feudatarii, & domum
dominij est vnus puteus tantum, cuius aqua
non sufficit vtriq;, quis præferatur? Et videtur
ꝙ dominus, tanquã habens maiorem partẽ: ha-
bet enim domum alterã pleno iure, & in altera
feudataria nudam proprietatẽ: arg.l.sancimus.
circa prin.C.de do.& ita dicit no. Bal.in c.1.§.
si quis de manso.uer.quæro quid si inter domi
2 nũ.de controuer.inuestit.in usi.feu.† Sed quid
si inter duos vicinos est puteus cõis, an possit
diuidi,& quo iudicio? Dic quòd potest, iudicio
cõi diui.si solum eius sit cõe ipsorũ uel uiciniæ
ipsorum adiudicetur. vt est tex. in l.4.§ cõi di-
ui.& ibi Flor. qui dicit, secus esset, si ipsi habe-
rent solũ ius hauriendi aquã: quia forte solũ in
3 quo est puteus, sit publicũ, vel aliorum. † Sed
quęro nunquid vicini ciuitatis, uel loci, tenean
tur contribuere ad locum cõem, vt furnum? Et
videtur ꝙ sic, per text.cum gl.in l.1 ad l.Rhod.
de iac.& ibi hoc tenuit Vbert.de Bobio,& Alb.
de Ros.& pro hoc l.ad reparationẽ.C.de aquæ-
duc.lib.11. & l.ad portus.C de ope.pu.& l.in-
structionem.C.de sac.san.& istud est verissimũ,
vt patebit ex is quæ statim dicam in seq.q.
4 † Sed pone, quædam communitas seu uicinia
habet unum puteum, uel furnum, uel porticũ
communem, qui eget refectione, uel purgatio-
ne: quidam ex vicinis volens euitare collectio-
nem siue expensam collectę, dicit ꝙ uult renun
ciare usui uel commodo illius rei, quæritur an
possit. Ista q.formatur per Spec.in tit.de censi.
§.1 ver.item pone.quædam uicinia, ubi plene,
& idem quasi de uerbo ad verbum scribit Alb.
de Ro.in suo trac.statutorum, in 1. parte, c.35.
& ponitur etiam per Flo.in l.cum fructuarius.
de vsufruc.& uide quod ponit Dy.in l.impera-
tor.§.cẽtum.de leg.2.& Ia.de Are. in l.prætor.
§.hoc edicto.de dam.infec. In qua q.uidetur. ꝙ
renunciare non possit,& expensam euitare, per
d.l ad refectionem.& l.ad porticum. Item quia
lex videtur imponere onus incumbens domui
non personę.arg.l.fi. quæ incipit ędiles. de via
pub. Item pro hoc, quia vasallus non potest se
eximere seruitio domini, est renunciandum feu
dum.ut habetur per glo.ordin.in c.1.§.simili-
ter.in tit.de cap.qui cur.vendidit.& per gl.Ia-
co.de Bel.Nic.de Nea.& Doct.in c.1. de uasal-
lo qui cõ. consti. locat fundum. aliàs in vsibus
feu.& per glo.& Doct.in c.quæ in eccle.extrà,
de constit.& per Spec.in ti.de feu.§.quoniam.
versi.28.& per Bald.in c.1.§. clausulis.in tit.de
prohibi.feu.ali.& per Dy.& per Bar. in l.is cũ
quo.de aqua plu.arc.& per Flo.in l.si absente.
& in l.cum fructu.& ibi omnino uide de usufr.
In cõtrarium videtur illa regula uulgaris, quæ
dicit, ꝙ pars potest renunciare iure iuri suo.l.si
quis in conscribendo.C.de pac.cum simi. Item
pro hoc l.pretor ait.§.fi.& quod ibi not.de dã.
infec. Item l.si forte.§.2.si serui.vend. & d.l.cũ
fructuarij. Item quia frã aliquid est de collegio,
põt renũciare,& ab eo recedere.l.1.in fi. de coll.
illici. Item pro hoc totus tit.ff.pro dereli. & l.
2.§.vicennales.ne quid in loco publico. Sed
ꝓ decisione breuiter sic distingue: Aut puteus
uel furnus indiget reparatione ratione tp̃is
præteriti aut futuri. Primo casu tenetur indi-
stincte contribuere, nec potest renũciare in dã-
num viciniæ.& est ratio, quia iam utilitatẽ ac-
cepit ex usu, sicut alii uicini. unde sicut sentit
cõmodum, ita sentire debet incõmodum: ut l.
secundũ naturã.de reg.iur.& c.qui sentit onus.
eo.ti.in 6. Secundo casu qñ ratione futuri tp̃is,
& tunc aut uult stare in vicinitate seu uicinia:
& isto casu licet nolit uti puteo uel furno. quia
forte habet unum in domo, tñ poterit cogi ad
reficiendum seu contribuendum: quia istud est
onus impositum domui,& non personæ.arg.d.
l.ædiles.de uia publica. itẽ quia puteus uel fur
nus sunt communes uniuersitatis, non ut singu
lorum: in rebus uniuersitatis non attenditur uo
luntas unius, sed maioris partis. l. ꝙ maior.ad
mu.cum simi. Aut non uult amplius stare in ui
cinia uel in cõitate: & sic uult renunciare nedũ
vsui putei uel furni, sed etiam uiciniæ uel com
munitatis. & tunc teneo, quòd non sit obliga-
tus ratione futuri temporis: licet Alber. Flor.
videantur uelle, quòd indistinctè teneantur
con-

contribuere . & moueor per ea quæ dixi suprà
pro parte negatiua. & adde quòd de puteo,la-
cu , & piscina reficiendis & purgandis interdi-
ctum competit.tex.est in l.1.ver. pe.ff de fon-
te Et quid sit reficere & purgare,vide text.in l.
5 1.§.reficere.§.purgandi.de riuis. † Quid si in
domo mea puteum aperio,quo aperto venę pu
tei tui præcisæ sunt,an teneat ? Et dic quòd nō.
tex.est in l.fluminum.§.pe.ver.idem videmus.
& ibi vide etiam. §. fin. cum duabus ll.sequen.
& quod ibi not.de damno infecto.& l.1.§.deni-
que.de aqua pluuia arcend.& Paul.de Castr.in
6 l.si tibi.in fin.C.de seruit. † Sed nunquid in-
terdictum de fonte competat illi qui uti prohi-
betur puteo viuam aquam non habente? Et di
cas non text.est in l.1.§. hoc interdicto.de fon
te.& ibi omnino vide Batt. qui per illum text.
dicit not. quòd statutum prohibens mulieres
portare perlas, intelligitur de veris & naturali
bus,non autem de fictis & compositis . Et ego
dixi de hoc versi.fin.l.mulieris. in princ.in 10.
& vlti.quæst. vbi posui aliqua de ornatu mulie
rum. Adde prædicta,quòd vendita domo non so
lum venit puteus, qui est in ea, sed etiā putea-
lia, id est, quibus puteus cooperitur , & funes,
quibus trahitur aqua, & quædam alia veniunt,
de quibus omnibus vide in text. l. Iulianus. §.
fina.cum l.sequen.de action.empt.& veni: etiā
rota & situla,ut l.qui fundum.§.fina. de cōtra-
hen. emptio. & omnia quæ dicta sunt suprà de
puteo,habent locum in cisterna,& lauello. Et
sciendum est , quòd cisterna non habet aquam
perpetuam nec uiuam.text.est in l.1.§.hoc in-
terdict.ff.de fonte. Et istud patet manifestè Ve
netijs , vbi sunt cisternę quæ sæpissime deducū
tur ad siccitatem. Lauellum autem intelligo lo
cum in quo colligitur aqua pro pannis lauan-
7 dis vel animalibus potandis . † Sed an sit lici
tum fodere puteum vel cisternam aut lauellū ,
prope fundum vicini nullo spatio interposito?
Et videtur quòd debeat dimitti tantum spa-
tium,quantum est profunditas foueæ.per l.fin.
fini regund. Ego teneo contrarium : quia illæ
non sunt propriè foueæ, sed habent alia nomi-
na specialia.ut dixi suprà,de penu. in fi.vbi vi-
8 de. † Si quis autem aperuerit cisternam , vel
foderit,& nō cooperuerit eam, cecideritq; bos
vel asinus in eam : dic quòd dominus cisternæ
tenetur reddere precium iumentorum . quod
autem mortuū est,ipsius domini cisternæ erit :
vt in c.2.extrà de iniuriis & damno dato. & est
casus notab qui limitat materiam positam in l.
si Stichus . de verborum obligat. uidelicet ut
quod ex re mea superest,meum est, & mihi red
di debet.l.solum.§.meum.de rei uendi. intelli-
ge,nisi ex culpa alterius pateat . ut ibi ita not.
Ludo.de Ro.in dicta l.Stichus.in fin. qui tamē
intelligit quando cisterna fieret in publico. ar-
gum.l.foueas.ad l.Aquilia. secus in priuato, ut
not.gloss.in dicto c.2. de iniuriis & damno da-
9 to. † Vltimo, unus habet cisternas,legauit ci-
sternas,an debeatur aqua in ea regione, in qua
aqua venalis est,ut est ī regione Africæ, & Ae-
gypti:& dicit text.in l.Mela.§.fi.de ciba. lega.
& not.Bart.in l.1.eod.tit.& sicut est Bononię,
Ferrariæ & Venetiis.& dicas quòd sic, siue ha-
beat cisternas,siue non:ut est casus in dicta l.1.
10 † Sed quando habet cisternas, an tunc erit ser-
uitus uel obligatio personalis? vide omnino
text.gloss.& Barto.in dicta l.Mela.§.fin.& dixi
plene suprà in princip. post diffinitionem ser-
uitutis realis,in illa quæst.quomodo cognosca-
tur an sint seruitutes reales uel personales.

De cloaca. Cap. 48.

1 *Cloaca quid proprie sit, & quid eius appellatione ueniat.*

2 *Statutum si dictauerit , quòd si quis offenderit aliquem in domo, puniatur in tātum:an offendens in ostio,statuti pœna teneatur.*

3 *Domo in sua priuata quis non potest exercere artem, per quam malus odor, seu fœtor vicinis fiat .*

4 *Cloacam inter ædes meas & tuas , te etiam inuito, & contradicente, an de nouo mihi facere liceat , & si denuncias nouum opus , tuam denunciationem contemnere possim.*

5 *Cloacæ vsum si aliquis habeat ui,clam,uel precario, & uelit cloacam reficere, uel purgare, an contra impedientes sibi interdictum cloacæ prohibitorium competat.*

6 *Cloacam facere in muro communi,inuito altero socio,an uni socio facere liceat.*

7 *Cloacam facere in fuudo uel domo sua an facere licitum sit,& ex ea aquam in uiam publicam mittere.*

8 *Aquæductum loco cloacæ usque ad uiam publicam an facere liceat.*

9 *Vsumfructum in fundo uel cloaca publica si quispiam habeat , & refectione , uel reparatione indigeat , an istud onus ad ipsum spectet .*

10 *Ius agendi seu prohibendi aliquid an solum ædilibus,uel habentibus curiam ciuitatis, uel alijs competere habeat .*

11 *Priuato uel forensi,an competat ius agendi, uel prohibendi aliquid in actione populari.*

12 *Actio quęnam sit quæ pro cloacis competat.*

13 *Interdictum prohibitorium & restitutorium ad hoc ut competant,quæ necessaria sint.*

14 *Libellus & positiones in actionibus popularibus quomodo formari debeant.*

1 CLOACA † est locus concauus,per quē
colluuies quędam fluit:vt dicit text.in l.1.
§.cloaca autem.ff.de cloacis. qui subdit, quòd
cloacæ appellatione, & tubus & fistula continē
tur.& tubus dicitur foramen cloacæ,ubi purga
tur colluuies aquę: fistula uero est aliud genus
instrumenti ad idem,secundum glo.ibi. ex quo
no.secūdum Bar.ibi,quòd appellationem cloa-
2 cę continetur etiam ostium cloacæ . † Quod
facit ad q. ex statutis, dicentibus , quòd si quis
osten-

offenderit aliquem in domo, puniatur in tantũ
vt offendẽs in oſtio teneatur pœna ſtatuti: quia
appellatione domus, continetur oſtium , & alia
quæ eidem sunt affixa,etiam ſi protenderentur
extra domum.l.ſi aquæductus.de contrah.emp.
& l j.§.fi.cum l.seq.de act.& dixi aliquid in tit.
præcedenti.intelligo tamen de oſtio intra clau-
ſuram exiſtente:quia tunc non diceretur factũ
in domo.l.j.§.flumine.de flumin. de quo dic ut
per Bar.in d.l.j.de cloacis. & in l.cætera.§.hoc
senatus.de legat.j.& per Bal.in d.l.data opera.
C.qui accuſ.non poſſ. & vide quæ plenius dixi
supra de clauſtro in iij. quæſtio. Item cloaca
quædam eſt priuata , quædam eſt publica.l.j.§.
hoc autem.de cloacis.item sciendum eſt, quòd
prętor introduxit duo interdicta. Vnũ de cloa-
cis purgandis & reficiendis:& iſtud eſt prohibi
torium,quia nemo debet prohibere reficere &
purgare cloacam.l.j.§.j.de cloacis . Aliud eſt re
ſtitutorium,quia nemo debet aliquid in cloacis
mittere,propter quod deterior fiat:ut d.l.j.§.fi.
& eſt ratio,quia hæc interdicta pertinent ad sa-
lubritatem & tutelam ciuitatis . nam & cœlum
peſtilens & ruinas immunditiæ cloacarum mi-
nantur. Item ſi non reficiuntur.text. eſt not.in
d.l.j.§.j de cloacis.& ibi vide glo.j.& adde glo.
not.in l.penul.§.penul.in ver. quem cœli quod
vi aut clam. quæ dicit , quòd aer corrumpitur
apponendo ſtercus , vel cloacam aperiendo : &
vide alium text.not.& ſingul. in l.ij.§.idem ait
ſi in public.cum glo. ne quid in loc. public.per
3 quem tex.cum gl.aliàs iudicaui . † Quod quis
non poteſt in domo ſua priuata exercere artem
per quam malus odor seu fœtor fiat vicinis : &
per prędicta teneo,quòd non ſit licitum priua-
to aperire,de die cloacam, vel neceſſarium, aut
ſimilia propter fœtorem, sed de nocte tantum-
modo,niſi subſit neceſſitas, & non aliàs : quod
4 eſt not. † Quæro primo circa iſtam materiam
cloacarum, an liceat mihi cloacam de nouo fa-
cere inter ædes meas,& tuas , te inuito ,& con-
tradicente:& ſi denuncias nouum opus,poſſum
tuam denunciationem contẽnere . Videtur ꝙ
non,per ea quæ dixi suprà,de penu.in 2. quæſt.
& per totum titu.de no.oper.nunc.tamen con-
trarium teneas per l.j.§. ſi quis mihi purganti.
& l.fin. de cloacis.dummodo ſi in viam publi-
cam *a* velis cloacam facere,facias permittente
illo cui viarum publicarum cura committitur.
ut d.l.fin.& ibi glo.& ita tenet Rofre. in suis li-
bellis,in tit.ſi uis cloacam tuam purgare . in fi.
& vide tex.in d.l.j.in fin.& in §. deinde ait prę-
tor.cum sequen.& uide omnino l.de pupillo §.
ſi quis riuos.cum sequen.de no.oper. nunc.ubi
5 de hoc quomodo declaratur . † Quęro secun-
do,aliquis habet uſum cloacę,ui,clam, uel pre-
cario.uult cloacam reficere vel purgare,an con
tra impedientes ſibi competat interdictũ cloa-
cę prohibitorium.dic quòd ſic.l.j.§. hoc inter-
dictum.el j.de cloacis.& ratio ponitur ibi.& d.
6 §.ſi quis riuos. † Quęro tertio , an ſit licitum
uni socio facere cloacam in muro communi,
inuito altero soc.de hoc dic vt dicã infra de bal
7 neo seu ſtufa , & de neceſſario , &c . † Quæro
quarto , an ſit licitum facere cloacam in fundo
vel domo sua , & ex ea immittere aquam in uiã
publicam.& dicas quòd ſic,niſi ex illa aqua uia
efficeretur minus habilis . ut eſt tex.in l.ij.§ ſi
quis cloacam.ne quid in loco publi. & uia dici-
tur fieri nimis habilis ſiue deterior, ſi uſus eius
ad comeandum corrumpatur,hoc eſt, ad eundũ
uel agendum:aut cum plana fuerit, cliuoſa fiat,
vel ex molli aſpera,aut anguſtior ex latiore,aut
paluſtris ex ſicca:ut eſt tex.in d.l.ij.§.deteriorẽ
8 autem.& vide in ſequen.quęſt. † Quęro quin-
to,nunquid liceat facere aquęduc. loco cloacę
vſque ad viam publicam ? Et dic quòd ſic.ut in
quęſtio.pręcedenti : & ita obſeruatur etiam de
facto. Sed aduerte quia poſt ductum prędictum
non eſt licitum mittere ad uiam publicam ali-
quid fœtidum,uel turpe,ut ſtercus,ſiue lauetur
latrina,ut eſt text.in l.ędiles. in fi. de uia publi.
al.eſt in titu.de loco publico fruendo . pro hoc
glo.in l.pen.quod ui aut clam.& ideo non eſſet
licitum lauare in domo uteres,in quibus fuiſſet
vinum fœtidum,uel alia uaſa fœtida , ſi aqua il-
la veniret in uiam publicam:quod no.quia mul
ti contra faciunt & male. Nam ędiles currules,
vel qui propoſiti sunt uiis publicis,hoc permit
tere non deberent.ut dicit d.l. ædiles. in fin. &
9 vide quod dicam in 7.quęſtio. † Quęro sexto,
aliquis habet uſumfructum in fundo uel cloaca
publica,indiget refectione, vel reparatione, an
iſtud onus spectet ad ipſum . Et dicas quòd ſic,
& non ad proprietarium . ut l.ſi pendente.§.ſi
10 quid cloacarii.& ibi Flo.de vſu. † Quęro ſepti
mo,an ius agendi seu prohibendi competat so-
lum ędilibus uel habentibus curam ciuita-
tis uel aliis . Et dic quòd illis , quorum inter-
eſt,competit ius,puta quia sunt de eadem con-
trata.& iſtud eſt clarum : ut probatur in l.ij.§.
11 pen.ne quid in loco publi. † Sed quid ſi nihil
aut parum intereſt priuati:puta quia eſt de alia
contrata ? Et dicas idem , quia actio popularis
eſt.ut eſt glo.ualde not.in d.§.pen.quæ non eſt
alibi,secundum Angel . in l. in prouinciali.§.j.
de nou.oper.nunci. & communiter tenetur , vt
dicit Ioan.de Ana.in cap. qualiter & quando.el
ij.in xij.col.de accuſat.de quo vide per Docto.
in d.§.fin.ubi probatur hęc deciſio . Sed quid ſi
eſſet forenſis *b* , & idem ſi nomine publico
agat,de quo dic ut plene per Barto.& Docto.in
12 d.§.fin. † Quęro octauo , quæ actio competat
pro iſtis cloacis.Dic duo interdicta,unũ prohi-
bitorium,aliud reſtitutorium, ut probatur in l.
j.in prin.de cloa.& dixi supra, circa principiũ .
Et idem Ioã.in arbore sua actionum fecit duos
13 articulos, de his duobus interdictis. † Quęro
nono,quæ ſint neceſſaria , ut competãt iſta duo
interdicta. Dic tria principaliter . Primũ quòd
ſit cloca.sed quæ ſit cloca,vide supra, in princ.
Secundum, quòd aliquis prohibeat te volẽtem
purgare cloacam factã,uel reficere , vel aliquid
eſt immiſſum , in quo uſus cloacæ impediatur ,
quòd remoueatur,ut d.l.j.in prin. Tertiũ,quòd
ille qui uult reficere uel purgare cloacã,caueat

a Viam publi. An liceat ędificare in uia publica, & ſi ẽ ædificatum,an ędificans debeat ædificium remouere,uide Cor. iij.uolu.conſil. 282. Et qũo intelligatur uerbũ , iuxta uias publicas , uide Alexã.iij. uolu. conſil. lxxiij.in j.co.§.fi.& quaſi per totũ cõſ.

b Forenſis. An dicatur forẽſis,qui habet domum conductã in ciuitate,licet firmiter non habitet,uide Cor. j.uol.cõſ. ccix. & iiij. uol.cõſi. cxciiij.& conſi. lxxij.& in ij.uolu.conſi. xciiij. & conſi cxliiij: & iij.uol.conſ. cxlvij.inci.pro deciſione.

vicino de damno infect.l.j.§ j.& §. si quis purganti.de cloacis.& ita tenet Rofre.in titu.si vis
14 cloacam tuam purgare,&c. † Quæro decimo, & vltimo,quomodo & qualiter debeant positiones,& qualiter debeat formari libellus a, vide in dicto suo libello,vbi plene.Cætera dic,vt per tex.& gl.in d.l.j.& 2.de cloacis.

a Libellus. Vtrum & quomodo in libellis procedat cõclusio generalis,uide Alex.1.vol consi.cxxj. in v. col.§.non obst. illud.& ꝙ in libell. uerba impropri entur, ad finem,vt sustententur : habes consi.cxxj. in ij col. §. pro hoc etiam,& de importantia illius clausulæ q̃ consueuit apponi in libellis,petens super præmissis sibi iustitiam ministrari, vide consil. cxxj.in ij.colũ. §.alio fundamẽto.& in v.colũ. §.non ob.illud. & quasi per totum consi. vbi ponit de virtute clausulæ, nõ astringens &c. & an libellũ obscurum productum à domino possit procurator sine speciali mandato declarare,habes vol. v.consi.lxxviij. circa fi. iij.col. in §. præterea, in fi. §.

De fistula. Cap. 49.

1 *Fistulæ quid proprie sint.*
2 *Castellum quid proprie dicatur.*
3 *Licentiam habens a principe vel superiore auertendi aquam ex publico,debet eam ducere per castellum,vel per fistulas,ne matrices fistulæ corrumpantur: & contrafaciens concessionis beneficium perdit,& etiam in corpore ponitur.*
4 *Socio an liceat facere in parietem communem fistulam,vel canale aliquod,per quod aqua pluuia arceatur,siue recipiatur.*
5 *Domorum in venditione an etiã seruitutes veniant.*

1 FISTVLAE † sunt vasa plumbea,vel fictilia,aut lignea,per quæ ex castello,vel ex cœ
lo aqua ducitur:vt l.si fistulę. & l.fictilia.de ser.
vrb.præ.& l.fistulas.si ser.vẽd. & l.fundi. §.pe.
& fi.eo.ti.& dixi aliquid s̃.de cloacis.in prin.&
vocantur quandoq; matrices : vt l.eos. C.de a-
quæduct.lib.11.& regulariter apud nos dicũtur
canalia,& possunt consistere ex quacunq; mate
2 ria. † Et dicitur castellum receptaculum,quod
aquam recipit. l.j.§. hoc interdictũ necessario
de aqua quoti.& æsti. & dicitur propter locum
circundatum ad modum castelli,vbi congrega-
tur & vnde ducitur aqua.vt dicit gl.in d.l.fun-
3 di.§.ab eo.& in d.l.eos.†Et no. quòd habens li
centiam a principe vel superiore auertẽdi aquã
ex publico, debet eam ducere per castellũ. per
fistulas,ne matrices fistulæ corrumpantur:& cõ
trafacies perdit beneficium concessionis,& pu-
nitur etiã in corpore . casus est in d.l.eos. quod
4 no. † Nunquid autem licea socio facere in pa-
rietem commune fistulam vel aliquod canale,
per quod aqua pluuia arceatur,siue recipiatur?
Dic quòd non l.fistulas.si seru.ven.Et ita tenet
Ang.& Doc.in l.inter quos. in 4.co. in princ.in
ver.simile in pariete.de dam.inf. Et idem tenet
Ioan.Pe.de Papia in vltimo libro,in antepe.gl.
ex hoc not.quòd etiam in pariete cõmuni,non
licet etiam facere aquarolum vel siculũ,secun-
dum Bar.qui etiam ita no. per l.fistulas. per il-
lum tex.de ser.vrb.præ.immo plus non licet ha
bere aquarolum in pariete proprio, si per eum
aqua missa inundaret in parietem vicini:vt d.l.
fistulas.& ibi hoc tenet Barto & adde omnino
quæ dicam infra de balneo & necessario & cela
rio,& ĩ specie de aquarolo seu canali, & ea quæ
5 dicuntur hic,& plurimum conueniunt . † Sed
an prædicta veniant in venditione domorum?
Dic quòd sic. tex. est in d.l. fundi.§. Labeo.&
in l.venditor hominis § fi.de act.emp.& l.fistu
las.in prin.de contrahen.empt.

De furno. Cap. 50.

1 *Furnum si iuxta communem parietem habeas, & damnum parieti dat, vel verisimiliter dare potest,an tecum agi possit.*
2 *Furnum seu molendinum in aliqua villa vel vicinia si quispiam habuerit,& habeat,& omnes de dicto loco iam longissimo tempore,etiam eius,cuius in contrarium memoriam non existat,semper venerunt ad dictum furnum, seu molendinum pro pane coquendo, seu macinando: & alius furnum noniter construere velit an ne construat prohibere possit.*
3 *Promiserit si mihi quispiam coquere panes in furno suo pro tota mea familia,an hæc seruitus, vel obligatio personalis esse dicatur.*
4 *Promiserit si aliquis mihi & Titio,quòd possim coquere in furno suo omni hebdomada decem staria frumenti, & Titius decessit, vtrum Titij portio mihi accrescat.*
5 *Pactum si fecerim cum furnario, vt coqueret panẽ pro me & familia mea singulis annis, vel perpetuo:& quòd sibi darẽ omni anno 10 lib.sed tunc habebam duos filios tantũ,& postea mihi plures alij filij nati sunt, & sic fami. mea aucta est: an mihi panẽ pro eodẽ pretio coquere teneatur.*
6 *Seruitus si luminibus imposita sit,tam de præsentibus,quàm de futuris simpliciter intelligitur.*
7 *Inspicitur multoties quod euenire potest.*
8 *Contrariorum eadem est disciplina.*
9 *Conduxerit si quispiam vnum molendinum cũ quatuor rotis, & conuenit præstare modios 10. pro qualibet rota: & postea conductor ibi aliam rotam construxerit, an pro illa noua rota aliquid soluere teneatur.*
10 *Paterfamil. cum abbate & conuentu eiusdem monasterij si pactus fuerit, quòd molendinum dicti monasterij sibi & familiæ suæ pro certa pensione molere deberet, sine læsione dicti monasterij pacti initi tempore: & postea filiorum quilibet habet ita magnam familiam sicut habebat pater famil.celebrati contractus tempore. & quilibet ipsorum vult molere ad molendinum, sicut eorũ pater faciebat,quid iuris.*
11 *Verba in dubio secundum præsens tempus intelliguntur:sicut contractus in dubio intelligitur rebus sic stantibus.*
12 *Verba contractus intelliguntur secundum quod apparet contractus tempore.*
13 *Hæredum ex persona conditionis obligatio mutari non debet.*
14 *Expensa vbi crescit & labor, præcium seu salariũ crescere debet.*
15 *Famulus si conuenit stare cum tribus solaribus pro certo precio quolibet mense,& vnus scholaris moritur,vel recedit solarium minui debet.*
16 *Conuentio ad incogitata non extenditur.*
17 *Infinita seuitanda est.*
18 *Cõcessũ si fuerit alicui,ꝙ in aliquo nemore ꝑ se et familia sua ligna ĩcidere dẽret,et multis relictis familijs recedat,an & quantũ incidere possit.*

Prędium

19 Prædiū ſi quiſpiam alicui monaſterio dederit, ut perpetuo ad ſuum molendinum ſibi & filiis ſuis granum molere deberet, & poſtea filii ſuperexcreuerint, quid iuris.

20 Monaſteriū ſi promiſit mihi & familiæ meæ molere frumentū, non tenetur hæredibus molere in maiori quantitate, quàm mihi teneretur.

21 Promiſerit ſi ruſticus quidam cuilibet canonico pro anniuerſario 10. dare, et promiſsionis tempore non erāt niſi 10. canonici, deinde 20. exiſtāt, an omnibus teneatur.

22 Perpetuo ſeu in perpetuū quis ſe obligare poteſt.

23 Furnum in muro cōi, inuito ſocio, uel iuxta vicini murum, eo inuito, an facere liceat.

1 SI furnū † iuxta communē parietē habens,
& damnū dat parieti, vel veriſimiliter dare
pōt, an tecum agi poſſit? Dic ſi danū dedit pa-
rieti: puta quia paries exuſtus ſit, agi pōt actio
ne in factum l. Aquiliæ. vt eſt tex. in l. ſi ſeruus
ſeruum § ſi furnū. ad l. Aquil. & ibi Doc. & l.
fluminū. § ſi furni. & ibi plene de hoc no. ff. de
dam. infec. Sed ſi nō dānū dederit, an poſſit pe-
ti cautio de dam. infec. Et videtur quòd ſic: per
d. §. ſi furnū. In contrariū videtur, per d. §. pri-
dic. glo. ibi ſolu it pluribus modis. Sed tu breui
ter concludas, aut timetur damnū ex vitio fur-
ni tantū, aut ex vitio ſeu culpa furnarij tantū:
aut ex vitio furni & furnarij Primo caſu, quan
do timetur dānū ex vitio furni tantū, pōt peti
cautio. & ita loquitur d. §. ſi furnū. Et eſt ratio,
quia tūc iſtud vitū cadit in actionē in factū vti
lē l. Aquil. quę nō excludit iſtā cautionē. vt ibi
& ita tenet Bar. Doc. in d. §. pe. & Flo. in d. § ſi
furnū. Secundo caſu, qñ timetē dānum ex vitio
furnarij tātū. & tūc ſubdiſtingue, Aut damnum
timetur ex facto furnarij: aut ex nō facto. puta.
negligentia vel omiſſione: ſi ex facto, puta quia
imponit in furno maximū ignē, & tūc nō com
petit cautio dāni infecti: & ita loquitur d. § pe.
ſi furni. & eſt ratio, quia quando principaliter
datur danū a furnario, culpa ſua cōpetit contra
ipſum actio l. Aquil. directa ex tertio capite. vt
d. l. ſi ſeruus ſeruū. §. 3. āt capite. & iſta actio ē
directa ordinarie, ꝙ facit ceſſare cautionē dāni
infecti, q̄ ē extraordinaria. iux. no. ꝑ Bar. in l. in
prouinciali §. j. de no. ope. nū. & ita tenet Bar.
in d. §. prætera. Si vero timetur danum ex non
facto, puta ex negligentia vel omiſſione furna
rij: & tunc poteſt peti cautio: quia non compe
tit actio l. Aquil. caſus eſt no. in l. ſi cuius. §. de
nique de uſufru. & ita tenet Ang. in d. §. prętere-
rea. Tertio caſu principali, quando timetur dā
num ex culpa furni, & furnarij ſimul, & tūc dic
idem quod in primo caſu, ſcilicet quòd poſſit
peti cautio ſecundum Bar. & Doct. in d. §. prę-
terea. & circa prædicta vide omnino Ang. in d.
2 §. præterea. & Flo. in d. §. ſi furnū. † Secunda q.
eſt, quidam habuit, & habet furnum ſeu mo-
lendinum in aliqua villa, vel vicinia: & omnes
de dicto loco iā longiſſimo tempore etiā eius
initij, cuius nō exiſtat memoria in cōtrarium,
ſemꝑ venerūt ad dictū furnū, ſeu molēdinū, ꝓ
pane coquēdo ſeu macinādo, alius vult furnū
ſeu molendinum nouiter cnſtruere, an poſſit
prohibere ne conſtruat. Et videtur, quod ſic,
quia non debet immutari antiqua conſuetudo
in pręiudicium alterius. l. manifeſte. C. de ſeru.
Item pro hoc l. ſi quiſquam. de diuer. & tepo.
præ. Sed contrarium eſt verius, quia in ſuo lici
tum eſt ædificare, etiam ſi noceat alieno. l flu-
minū. § ſi. cum duobus ſequen. de dam. infec.
& l. ſi in meo. de aqua plu. ar. & l. ſi. & ibi Ang.
de vſu cap. & pro hoc allego. tex. in c. ſignificā
te. in prin de appell. & ibi hoc not. in terminis
Inno. & Ant. de Bu. & communiter Do. prædi-
cta intellige vera, niſi ſeruitus vel obligatio per
ſonalis eſſet impoſita, iuxta no. in d. l. ſi. de uſu
ca. & ita not. Doc. & in d. c. ſignificante. vel uiſi
eſſet præſcriptum, quę pręſcriptio non currit,
niſi à tempore quo alius voluiſſet ędificare fur
num vel molendinum: & propter prohibitionē
ſibi factam deſtitiſſet. vt no. per gl. & Doct. in
l. qui luminibus. de ſer. vrb præd. & in l. j. C. de
ſerui. & de iſta q. vide per glo. & Doct. in d. l. ſi
manifeſte. & per gl. in l. ſi quis ex argētariis. §.
ſi initiū tabularū. ff. de eden. & per Bart. plene
in l. quominus in j. q. ff. de flumin. & in l. j. §. ſi
cut autē. de aqua plu. ar. & per Flo. in l. impera
tores. de ſer. vr. pręd. & originaliter iſta fuit q.
Pilei, 36. quæ incip. quidā ſalinarius. & de iſta
materia, & qūo formari libellus & poſitione,
fieri debeant, vide in mteria libellorū compoſi
ta a domino Pe. Ia. anno 1347. in libello ſuper
furno. & eſt 20. rub. & ex illa ſumma, vt pluri-
mū, ſumpta eſt practica Io Petri de Papia, qua
nūc vtūtur procuratores, licet de dicta ſumma
3 mentionem nō faciat. † Tertia quæ eſt: aliquis
promiſit mihi coquere panes in furno ſuo pro
tota fami. mea: an iſta ſit ſeruitus, vel obliga-
tio perſonalis. vide Bal. in l. ſi plures, in quarto
contrario. C. de cōdi. inſer. & ego dixi ſupra cir
ca ſi. primæ diuitionis ſeruitutū, ver. tertio quę
ro ſi aliquis promiſit. & ſuprà in q. qūo cogno
4 ſcatur ſeruitus realis. Dic vt ibi dixi. † Quarta
q. eſt, quis promiſit mihi & Titio ꝙ poſſim co-
quere in furno ſuo omni hebdomada decē ſta-
ria frumenti: Titius deceſſit, vtrū portio Titij
mihi accreſcat. Bal. in l. vnica §. cū aūt. de cadu.
tol. format eādē q. & dicit, conſidera, Nā ſi con
iuncti ſumur re & verbis, venio per ius nō de-
creſcendi: quod etiam in contractibus locum
habet. Contrariū dicit eſſe verum, quia cū Ti-
tius ſemel fecerit partē, receſſum eſt a iure nō
decreſcēdi, & oportet uenire per ius accreſcen
di: ut ſubtiliter no Bar. de le. 3. l. re cōiuncti in
arti. de ſer. ſed ius accreſcendi nō habet locū in
contractibus lucratiuis: vt no. dixit Bal. ſubtili
5 cō ſiderationi. † Quinta q. eſt pulchra. feci pa-
ctū cū furnario, vt coqueret panē pro me & fa
milia mea ſingulis annis, vel ꝑpetuo: & ꝙ ſibi
darē omni anno x. libras. tunc habedā duos fi-
lios tantū, & poſtea mihi nati ſunt plures alij fi
lij: & iſta familia mea eſt aucta: an teneat mihi
coquere pro eodē precio. Iſtā q format Ia. Bu.
ī l. ſi. C. de ſac. ſan ecc. Alb. de Ro. pōit ſimilē de

molendino.in aut.hoc ius porrectum. ver.vnã
aliam pulchram.q.eod.ti.& in l.non modus.C.
de ser.& Imo.in cle.literas.11.col.ver.ꝙ si ꝓ-
mittens coquere.de rescripti. In qua q primo
dicendũ videtur,quòd teneatur: quia promisit
coquere pro familia mea,& ista nunc est fami-
lia mea,licet sit aucta:vt l.peculiũ.in prin.ff.de
pec.vbi videtur hoc probari. pro hoc etiam l.
proponebatur.de iud.pro hoc videtur tex.iun-
cta glo. in l.pe.de fun.instru.quę vult no.quòd
omne vniuersale recipiat augmentũ & diminu-
tionẽ:vt ibi. & l.gre.de leg.j.& in d.l.peculiũ.
& no.in d.l.j de leg.j.Sed fam. est vniuer.quia
est collectiuũ sine aliquo signo particulari vel
geuerali,vt no.gl.in l.j.ff.de edẽ.& Bar.& Do.
ĩ l.scire debere.in prĩ.de ver.obl.Tertio ad idẽ
videtur tex.in l.2.in prin.ff.quorum le. & in l.
6 fi.§.j.in prin.de lib.leg. † Quarto videtur pro
bari & in l.si seruitus.in prin.de ser.vr.prę. vbi
dicitur,quòd seruitus imposita luminibus,sim-
pliciter intelligitur tam de præsentibus,quã de
7 futuris. † Quinto,quia sępe inspicitur,quod e-
uenire potest.vt no.gl.in l.inter stipulationem
§.sacrã.de verb.ob. Sexto probari potest ratio
ne:nã si vnus filius moreretur, remaneret eadẽ
familia.d.l.proponebatur.de iud.& vellet fur-
narius seruare sibi promissionẽ:ita & ecõtra, si
8 est aucta, debet mihi seruare, † vt contrariorũ
eadẽ sit disciplina.l j.de his qui sunt sui uel alie
ni iuris.cũ si. & quia ad quem spectat augmen-
tum ,diminutio spectare debet : ut est text. &
ibi Do.in l.si ex toto.de le.j.nam regula est,qui
põt sentire incõmodũ.l. secũdũ naturã.de reg.
iur. & qui ino vno grauari põt, in alio releuari
debet.l eũ qui.in prin.de iurei.Septimo,ꝓ hoc
facit tex.in c.quia circa.de priuile.& quod no.
Cy.secundũ Pe.in l.placet. in vlti.q.de sac.san.
ecc.& quod no.plene Ang.& Fl.in l.si seruitus
de ser.vr.præ.Octauo facit pro hoc l.hoc iur.§.
aqua.de aqua quot.& æsti.Nono pro hoc addu
co,quod no. Alb.de.Ro in similitu.in l Rutilia
9 Polla.de cõtrahẽ.emp.vbi dicit. † Quòd si ali-
quis conduxit vnum molendinũ cum quatuor
rotis,& conuenit præstari modios 10.pro qua-
libet rota,& postea conductor ibi aliã rotã con
struxit, ꝙ non teneatur pro illa noua rota ali-
quid soluere,sic non debet crescere fructus. Et
dicit quòd ita fuit determinatum:prout refert
Vgol.de Fonta.allegat ad hoc l. non modũ.C.
de ser.& vide omnino eundẽ Alb.in d.l. Rutilia
10 Polla.vbi adducit alias similes q. † Decimo ad
duco aliã decisionem Alb.in aut.hoc ius porre
ctũ,de sacrosan.in x.col.ver.vnam aliã q.subii-
cio.vbi dicit,quòd si paterfa.cũ abbate & con-
uentu eiusdẽ monasterij pactus fuit, ꝙ molẽdi
nũ dicti monasterij sibi & familiæ suæ pro cer-
ta pensione molere deberet,nec in hoc fuit læ-
sum & deceptũ monasteriũ tẽpore pacti initi:
post ea quilibet filiorũ habet ita magnã fami-
liã,sicut habebat paterfa. tẽpore celebrati con
tractus,quilibet ipsorum vult molere ad molẽ
dinũ,sicut faciebat eorũ pater : & determinat,
ꝙ de stricto iure possit:& allegat d.l.si seruitus.

a Familia. Quòd familia alicuius dicatur eius familia post mortẽ suam, vide Alexan.2.uo cons. 20.in. j.co.§. bñ faciũt. Quid veniat appellatiõe familię, vi de Corneũ. 3. uo.consi.229.

In contrarium vult,ꝙ immo non teneatur fur
narius coquere pro eodem pretio , aucta fami-
lia:per text.in l. non modum. cum his quæ ibi
11 not.per gl.& Cy & Doc.C.de ser. † Secundo
pro l.si ita.de au.& ar.leg.vbi dicitur.verba in
dubio intelliguntur, secũdum tempus pręsens :
& pro hoc l.si cum meus proprius.cum ibi no.
si seru.ven.& cle.literas.cum ibi not. de rescri
pt.Item pro hoc, quia verba contractus in du-
bio intelliguntur rebus sic stãtibus l.quòd ser-
12 uitus.de cond.ob cau. † Tertio per l. Rutilia
Polla. de contrahen. emp. vbi dicitur,quòd in
dubio verba contractus intelliguntur secundũ
quòd apparet tempore contractus :& postea il-
lum text.inducit Alb.de Ro. ad plures q. & ad
idem est tex.in l.j.eod.titu.& ibi Alb.de Ro.in
fin. adducit illum text. ad decisionem huius q.
in terminis.remittit tamen se ad dicta per eum
in d.autẽ.hoc ius porrectum.Quarto facit tex.
in l.j.§.item quæritur.de aqua quoti.& æsti. &
13 in l.n.§.fi.in fi.de lib.leg. † Quinto,hoc vide-
tur probari optima ratione:quia ex persona hę
redum non debet condit. obl. mutari.l.2. §.ex
his.de verbor.ob.& ibi uide Alba.de Ro.Et ar.
istud procederet,quãdo esset aucta familia post
14 mortem patrisfam. † Sexto, quia vbi crescit
expensa & labor , debet crescere præcium seu
salarium:quia tam labor,quàm pecunia diuisio
nem recipiunt:vt est text.in l.amico. in princ.
de au.le. & ibi ponunt Docto. per illum text.
15 † quòd si famulus conuenit stare cum tribus
scholaribus pro certo precio in mense, & vnus
scholaris moritur,vel recedit, debet diminui sa
larium: si alter superuenit , debet augeri,sicut
augetur & diminuitur labor.ita hic dicitur, ꝙ
si augeatur vel diminuatur familia,debet auge
ri & diminui precium . Septimo , pro hoc ad-
duco tex.in c.quanto.extra de cens.& ibi poni
16 tur ista q per Io.An. † Octauo, quia regula-
riter conuentio non extenditur ad incogitata,
l.cum Aquil.& l.qui cum tutoribus.de transac.
se furnarius non cogitauit,quòd deberet fami-
17 lia crescere,ergo &c. † Nono , quia infinitas
est euitanda.l.fin.C.de sac.san.eccl. Nam si fur
narius teneretur pro familia aucta,teneretur e-
tiam si in infinitum augeretur.quod non vide-
tur esse dicendum,vt ibi. & per hanc potissime
rationem pro hac parte determinat ibi Ia.But.
dicens quòd non obstat , quòd promiserit co-
quere mihi & familiæ meæ,quia intelligitur de
familia, quam tempore conuentionis habebã .
18 † Decimo & vltimo facit l.cui fundus. in fi.
de condi.& demonst.quem tex.inducit ibi Dy.
& Alba.ad.j.q.domini Azo.quòd si concessum
est quòd in aliquo nemore possit ligna incide-
re pro se & familia a sua : & decedat relictis
multis familiis,quòd vnusquisque filiorum nõ
poterit incidere quantũ expediat sibi & fami-
liæ suæ , sed omnes simul incidere tantum de-
bent,quantum poterat pater,& non plus.idem
19 inducit ibi Alb.ad aliam quæstionem.† Si ali-
quis dederit prædium alicui monasterio,vt per
petuo deberet molere sibi & filiis suis granum
ad

ad moledinũ ſuum:poſtea liberi ſuperexcrene-
20 rũt. † Itẽ adduco etiam deciſionẽ Pilei,quã fa
cit in q.ſua 48.quæ incipit, quidam paterfa.in
quatenet, ꝙ ſi monaſteriũ promiſit mihi & fa-
miliæ meæ molere frumentum,nõ tenetur hæ-
redibus molere frumentum,non tenetur here-
dibus molere in maiori quantitate, quã mihi
teneretur propter infinitatem euitandam:quo
niam non eſt veriſimile monaſterium ſe voluiſ
ſe obligare ad talem infiniratem. & idẽ tenuit
Bar.Brixieſis,in quęſtionibus ſuis.q.51.quæ in
21 cipit,quidã paterfa.† Et ad idẽ allego etiã quæ
no.Cy.ſecundum Pet. in l.non modus. in fi.C.
de ſer.vbi per illũ tex.quòd ſi quidam ruſticus
promiſit cuilibet canonico dare x.pro anniuer
ſario: & tempore promiſſionis nõ erant niſi x.
canonici,deinde ſunt 30.nunquid teneatur om
nibus.Et dicit quòd non,quia non poteſt tunc
cogitari,quot ibi canonici eſſent.& idem dicit
Io.& Imo.in cle.literas.in 18.col. de reſcript.
Ego autem in iſta q.ita cõcluderem, diſtinguẽ
do & concordando iſta iura:aut promiſſio fur-
narij facta ſub nomine vniuerſali,aut ſub nomi
ne particulari,aut generali,aut indefinito.Pri-
mo caſu, quando promiſſio eſt facta ſub nomi-
ne vniuerſali, vt familiæ meæ, vt dixi ſupra in
j.arti.primæ partis,& vt formaui in q. princi-
pali. & tunc teneo primam partem veriorem,
videlicet quòd teneatur etiam pro ſamilia au-
cta, per iura ſupra prima parte allegata. & po-
tiſſime quia nomina vniuerſalia recipiunt aug
mentum & diminutionem.l.peculium.in prin.
de le.2.cum aliis alle.§.j.& 2.ar. primę partis.
Et hoc etiam tenet Cy.in d.l.non modus.C.de
ſer.& in l.placet.in fi.de ſac.ſan.eccl.& Pet.de
Anch.in c.quanto.extrã de cẽſ.& hoc intellige
quando filij habitant cum patre.ſecus ſi ſeorsũ
habitent:quia illa dicitur familia quæ ſimul ha
bitat.per l.tria onera.de excuſ.tu. licet quo ad
alias,ſit de familia.l.fin.C.de ver.ſig.ſed Pe.de
Ancha.& Io.de Ana.in d.c.quanto.Nec obſtãt
argumenta *a* in contrarium adducta,quia po-
teſt reſponderi,ſicut poteſt diminui familia,ita
poteſt augeri, & econtra. vnde propter iſtud
dubium euentum non poteſt dici eſſe aliqua lę
ſio, ſi nõ fuit inſpecto tempore contractus. ar.
l.ſi pater puellę.& quòd ibi no.per Cy.& Do.
C.de inoffi.teſt.Secuudo caſu,quando promiſ-
ſio eſt facta ſub nomine particulari, puta mihi
& duobus filiis meis.& tunc non habet dubiũ,
quia non egreditur perſonas nominatas:quia li
mitata diſpoſitio limitatum producit effectũ.l.
in agris.de acqui.re.do.& ita poteſt loqui l.nõ
modus.C.de ſer.ſecundum Cy.ibi.Tertio caſu,
quando eſt facta promiſſio ſub nomine genera
li,puta mihi, & omnibus liberis meis . & tunc
ſubdiſtingue: aut promiſſio eſt facta ad certum
tempus limitatũ,aut in perpetuum,aut ſimpli-
citer. Si ad certum tempus,puta ad x.an.pro-
miſit coquere mihi & omnibus liberis meis.Et
tunc intelligo pro omnibus liberis,qui pro tẽ-
pore reperiuntur : vnde ſiue creſcant , ſiue de
creſcant, furnarius tenebitur ſemper pro eodẽ
precio,cũ potuerint partes cogitare hoc eueni
re poſſe.vt no.in l.inter ſtipu.§.ſacrã.de verb.
ob maxime,quia verba ſunt generalia,quę ge
neraliter debent intelligi.l.j.§.& generalia.de
le.præſtã.& 18.di.ſi Roman.cum ſi Si vero ꝓ-
miſſio eſt facta in perpetuum,& idem eadem ra
tione. Nec ob.ratio infinitatis euitandæ:quia
22 verba infinita repugnant. † Poteſt enim quis
ſe obligare in perpetuum.l.j.§. ſi in perpetuũ.
ſi ager vec.vel emph.Et præpicta intelligo ve-
ra,quando fit augmentum vel diminutio libe-
rorum per natiuitatem vel mortẽ eorum:ſecus
ſi creſceret familia ex aliquo caſu accidenti,pu
ta ego ſum creatus miles , vel ſuperuenit mihi
hæreditas opulenta, propter quam ego incepi
tenere tres uel quatuor famulos,vel totidẽ pe
diſſequas, iuxta l. ſed ſi leg.§. ſi quis reſua. de
peti.hær.& quod not.gl. in aut. vt iudices ſine
quoquo ſuf.§.cogitatio.in ver.largioris.col.j.
quia de iſto non potuit furnarius veriſimiliter
cogitare: ergo non tenętur. l. cum Aquil. & l.
qui cum tutorib.de tranſ. Et ſic non inſpicitur
hoc caſu,quod euenire poteſt:quia quãdo præ
ſens ſtatus non indicat contingentiam de futu
ro,non inſpicitur quod euenire poteſt:vt d.§.
ſacrã.& ibi hoc no. Bar. ſed ſi promiſſio eſt fa-
cta ſimpliciter,nõ expreſſo aliquo tempore,pu
ta promiſit furnarius coquere mihi & liberis
meis panes pro x libris in anno:& tunc credo,
quòd licet creſcat familia vel decreſcat in vno
anno, non propterea debet creſcere vel decre-
ſcere præcium,per prædicta:ſed poſt annum nõ
cogitur furnarius coquere pro eodem precio,
ſi creuit familia: nec ego teneor idem precium
ſoluere,ſi decreuit:immo etiam ſi nõ eſſet mu-
tata familia: quia dicta promiſſio nõ durat,niſi
ſingulis annis. & in fine cuiuslibet anni quiſq;
noſtrum põt contractum diſſoluere.facit quod
not.in l.item quæritur.§.qui impleto. loca.

Quarte caſu principali,quãdo promiſſio eſt
facta ſub nomine indefinito:puta promittit fur
narius mihi,& filiis meis: & tunc credo, quòd
cenſeatur tacite actum de filiis qui reperiũtur
tempore contractus *b*, quia de futuris in du-
bio non videtur actum,ſecundum propriam ſi-
gnificationem verborum.vt probatur in l.ſer-
uitus.ibi,humanius eſt.de ſer.vrb.pręd.& not.
per Bart.in l.ſi pluribus. de leg.2.& ſic intelli-
gitur rebus ſic ſtantibus. & probatur etiã hoc
in l.non modus.C.de ſerui. intelligendo quòd
ibi fuerunt verba indefinita.& pro hoc eſt tex.
in l.ſi ita.& in l.medico.in princ.de aur.& arg.
leg.& ad hoc etiam allego. quod not Cy in l.
placet.in fin.C.de ſacr.ſanc.& quia iſta q.eſt ſa
tis difficilis, prædictam materiam & deciſionẽ
ſubiicio correctioni cuiuslibet melius ſentien-
tis:& dicam etiam in l.prouincia.§.familiæ.de
23 ver.ſig. † Sexta q.an liceat facere fornum in
muro communi, inuito ſocio , vel iuxta murum
vicini eo inuito.De hoc dic,vt dicam in ſeq.ti
de fornace & fornello,in princ. Vltimo de iſta
materia furni vide per Albe.de Ro. in ſuo ope
re ſtatutorum,in prima parte,q.135.& per An

a Argument.
Argumentum a
contrario ſenſu
quando habet
locum, vide A-
le.2.uo.con.17
Et vtrum in cõ
tractibus habe-
at locum arg. a
contrario ſenſu
in 4.uo.co.v.&
Corneũ.j. uol.
conſil.168.in ſe
cundo uo conſ.
24.& 43.& 110
& 119.in.3.uo.
con.31. & in 4.
uol.conſi. 266.
& 308.

b Contract.
Contractus de
clarat ex q an-
t ate pecun :
vide Corneum
primo uo.cõſil.
116 & in 2 uo.
conſi.40 & 75.
& 180. & in 3.
uo.conſi.190.
& 201. & in 4.
uo. con. 255.

ge.in l.inter quos. in prin. de dã.infec.& vide
quæ dixi ſuprà de puteo,in pluribus q.& maxi
me in ver.ſed quæro nunquid.& vide quæ dicã
infra de balneo ſiue ſtupha,& camino,& cella-
rio.

De fornace. Cap. 51.

1 *Fornacem an quis in muro vel fundo communi con ſtruere poßit.*
2 *Fornacem an quis in muro proprio iuxta vicini mu rum conſtruere poßit.*
3 *Fornace ſi ignis periculum exiſtat,ne uicini paries flamma corruat,quid iuris.*
4 *Fumus ſi aſcendat de fornace ad uicini domum, an propter hoc contra fornacis dominũ agi poterit.*
5 *Fornacis propter ignem ſi uilla uel domus exuſta fuerit,an contra fornacis dominum agi poßit,et qua actione.*

1 QVAERITVR † primo an quis poſſit
in muro uel fundo cõmuni fornacem con
ſtruere:& dicas regulariter, quòd non. quia in
re cõi melior eſt conditio prohibentis.l. Sabi-
nuſ.communi diui.niſi fundus ille eſſet deputa
tus ad fornacem.l.arboribus.de uſufr.& l. ædi
les.communi di. & l.cum duobus.§.item Me-
la.pro ſoc.& not.gl.& Doct. in d.l. Sabinus.&
habetur in l.pariete.de ſer.vrb præ.fallit etiam
in aliis caſibus no.in d.l.Sabinus.& in reg.in re
communi.li.6.& vide quod dicam infra de cel
lario. & quod dixi ſupra de pariete ſiue muro.
2 & de ſeruitute tigni immitt.in.4.q. † Quæri-
tur ſecundo, quis vult conſtruere fornacem in
muro proprio iuxta murum vicini. Et dubium
facit l.fi.fi.reg.quæ vult,vt ſi quis domos ædifi
cat,pedes duos debet relinquere,ſupra murum
vnum tantum pedẽ.ego teneo quòd potius mu
ro quàm domui hoc æquiparetur:& ſic ſuffici-
at relinquere vnum pedem : per d.l.fin. & hoc
voluit gl.in l.quidam Hiberus.in ver.pariete.
de ſer.vr.præ.quæ dicit,quòd infra duos pedes
vel vnum,per d.l.ſi.& eſt ratio,quia fornax nõ
eſt locus,niſi eſſet coniuncta domui ad habitan
dum,ſicut reperitur in multis fornacibus.ar.l.
plerique.de in ius uo.iuncta l.prędiis.§.balne-
as.de leg.3 & l.eo iure.§.ſtabula. in qui.ca.pi.
3 ta.cõtrahatur.† Quæritur tertio,quid ſi in for-
nace eſt periculum ignis,ne flamma paries vi-
cini corruat.dico.quòd non poteſt conſtrui ita
penes fundum vicini, quòd eius paries poſſit
damnum pati ex flamma vel igne : vt eſt caſus
in d.l.quidam Hiberus.& hoc tenet ibi Ange.
in vlt.col.prin.per illũ text.de quo vide etiam
quod dicam in ſeq.titu.circa prin. & quæ dicta
ſunt de fundo proprio vicini,idem dicendũ eſt
de communi:quia iuxta ipſum non poteſt quis
fornacem conſtruere : ſicut non poteſt prope
fundum alienum vicini:vt eſt tex.in d.l.quidã
Hiberus. vbi paries cõmunis & alienus in hoc
æquiparantur.& adde quæ dixi ſuprà de furno
4 in j.q. † Quæritur quarto,quid ſi fumus aſcen-
dit de fornace ad domũ vicini, an propter hoc
poterit agere contra dominum fornacis? dicas
quod non regulariter,per l.ſi cui.§.Ariſt.ſi ſer
ui.ven.de quo vide quæ dicam infra. de furno.
5 † Quæro quinto,quid ſi propter ignem for-
nacis villa vel domus exuſta eſt, an contra do-
minũ fornacis agi poſſit,& qua actione.vide te
xt.in l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi fornicarrius.& qd'
ibi no.per gl.& Doct.ad l.Aqui.& quæ dixi ſu
pra.de furno,in j.q.Et quæ dicta ſunt de forna
ce, habent locum etiam in fornello,qui fit cau
ſa cineris coquẽdi , uel alia de cauſa ſupradict.

De balneo ſiue ſtuph. Cap. 52.

1 *Balneum uel ſtupham facere etiam inuito ſocio in communi licitum eſt,dum tamen ex hoc commu nis paries non lædatur,alias ſecus.*
2 *Balneum conſtruere in pariete proprio iuxta uicini parietem an licitum ſit.*
3 *Balueum qualiter de iure conſtrui poßit.*
4 *Balneum ſeu ſtupham an uſufructuarius poßit in fundo uſufr.conſtruere.*
5 *Balneũ vel ſtupham ad uſum publicum an inquili nus vel uſufructuarius deputare poßit.*
6 *Balneator ſeu ſtuphar.an de receptis teneatur ſicut nautæ, caupones, ſtabularij.*
7 *Balneorum & thermarũ calefactiones an munera perſonalia eſſe dicantur.*

1 IN muro cõi † licitũ eſt balneũ vel ſtuphã
facere ẽt inuito ſocio,dum tñ ex hoc paries
cõis nõ lędatur:alias.ſecus: vt probatur in l.fi-
ſtulas.in prin.& §.j.de ſer.vr.præ.& in l.q dam
Hiberus.§.fi.& tenet hoc Io.Pe.de Pap.in ſuo
vlt.li.in abtepe.gl.uer.& ſi paries.& ideo ſi ex
flãma balnei exuratur paries cõmunis,hoc fa-
cere nõ licet.ar.l.fiſtula.ſi ſeru.ven.& in l.ſi ſer
uus ſeruũ.§. ſi fornacarius.ad l.Aquil.& in eo
pariete nõ poſſunt iniungi tabulæ vel uaſa vi-
trea,per quæ in al:ũ flãma tollat, & paries cõ-
buratur:vt d.l.quidã Hiberus.verſi.de tabu.vt
no.Ang.in l.inter quos.in pri.in pe.col de dã.
2 infec.† Sed quæro, nunquid in pariete proprio
iuxta parietem vicini ſit licitum balneum con
ſtruere.& dic ꝙ ad duos pedes ipſũ facere nõ
licet,per quod paries vicini cõburatur. & hoc
tenet Ang.in d.l.quidã Hiberus.in prin.in vlt.
q.ego ãt nõ credo, quòd duo pedes ſin menſu
ra proprie, per quos quid diſtare debeat : licet
tex.cũ gl. ſm tuam expoſitionẽ hoc ſentiat in
d.l.quidam Hiberus, ſed teneo , quòd tantum
quis debeat diſtare , ꝙ non noceat ei a uicino
fundo.& ita loquitur d.l.quidã Hiberus.quam
ſic intelligo.& ita etiã dixi in præcedenti ti. in
3 3.q.† Qualiter autem balneum de iure cõſtrue
re poſſit,vide text.cum ibi no.per gl.& Do. in
4 l.j.C.de ædifi. priua. † Nunquid uſufru.poſſit
balneũ ſeu ſtuphã cõſtruere in fundo uſufru.&
dicas quòd non,vt eſt tex.in l. ęquiſſimum.§.
item ſi dominus.& ibi Flo.de vſuf.& ſic ibi vi-
detur

detur casus , quòd scholaris in domo conducta
non possit facere stupliam inuito uel inscio do-
mino. licet ibi loquatur de vsufr. quia eadem est
ratio. Nam si vsufr. qui habet plus iuris quàm
inquilinus vel conductor non potest, multomi-
nus poterit conductor vel inquilinus . Prædicta
intelligo vera in partibus, in quibus balnea siue
stuphæ priuatæ non habentur communiter in
vsu , vt est hic Paduæ: sed in locis in quibus esse
consueuerunt, vt in Alemania, secus. ar. l. fi. in fi.
& vsu quotidiano super hoc versatur. C. de fide
iuss. & ibi hoc no. per Doc. & no. Bar. in l. errore.
C. de test. qui dicit per d. l. fin. ꝙ consuetũ tacite
inesse videtur. quia ea quæ sunt in vsu quotidia
no pro expressis habẽtur. pro hoc l. quòd si no-
lit. §. qui assidua. de ædi. edi. & quod ibi late scri
5 psi. † Sed an inquilinus vel vsufr. possit stupha
uel balneum ad vsum publicũ deputare? Dic ꝙ
non, secundũ Flor. in d. §. si dominus. per illum
6 tex. † Sed potest dubitari an balneator seu stu
pharius teneatur de receptis, sicut nautæ, cau-
pones, stabularij : dic quòd sic : ut notat Guil.
de Cu. in. l. j. §. item. ff. nau. cau. balneator in pu
bl. balneo si quid proijciatur, potest agere actio
ne iniuriarum. tex. est in l. ij. §. si quis in mari.
nequid in lo. pu. religiosi intrare possunt bal-
neum tempore necessitatis. xxiiij. q. j. oẽs qui.
& ibi no. in glo. ac etiam tempore necessitatis
die dominico balneum cõceditur. de cõse. dist.
iij. præuenit. ut not. gl. in d. c. omnes qui. An au
tem senatusc. quod prohibet legari uel uendi ea
quę sunt coniuncta ædibus, ut l. senatus. de con
trahẽ. ẽp. & l. cætera. §. hic senatus. el ij. de leg.
j. habeat locum in balneis &c. dic quòd sic tex.
est in d. l. cætera. §. hoc senatus. el. ij. in princi.
Itẽ nunquid appellatione domus contineantur
balnea : uide l. ꝓdijs. §. balnea de le. iij. & quod
ibi no. facit quod dixi in eo. ti. præced. in ij. q.
† Item adde, quòd calefactiones thermarum &
balneorũ dicuntur esse munera personalia : ut
est tex. in l. j in princ. de mun. & ho. quem tex.
intellige de balneis pub. sicut erant thermæ do
mini Diocle. imperatoris , quantum ædificium
miræ magnitudinis adhuc Romę extat. Vltimo
balneo uide omnia quæ dixi supra de ser. proij-
ciẽdi, in ij. q. & uide l. sicuti. §. fi. si ser. uen. & l.
qui insulam. §. j. ff. loca. & in l. qui bal. in prin.
qui po. in pri. ha. & inst. de li. §. multis in fi.

De fumo. Cap. LIII.

1 *Aedificia inferiora habens si ignem faciat, per foramen, uel per fenestras fumum in superiora ædificia immittat, an possit.*

2 *Apes alienas si quispiam fumo facto fugauerit, uel necauerit, qua actione teneatur .*

1 HABENS ędificia † inferiora ignem facit,
& per foramen uel per fenestras fumũ in
superiore ædificio mittit, an possit . & uidetur
quòd non per tex. no. in l. sicuti. §. Ari. si ser. uẽ.
In contrarium uidetur tex, in §. fin. in ea. l. Ego
nunc distinguendo ita breuiter concludo : Aut
est seruitus constituta , & nulli dubium est : ut
not. per gl. in d. §. Arist. Aut seruitus nõ est im
posita, & tunc aut uult immittere seruitutis iu-
re, & non potest : ut est casus in d. §. Aristo. se-
cundum intellectum gl. aut uult immittere iu
re suo: & tunc aut facit animo iniuriandi, & nõ
potest. imò si tunc mittit, tenetur actione iniu-
riarum. l. pe. de iniu. & ibi Ang. & no. gl. in d. §.
Arist. & dixi supra de ser. proijciendi, in ij. & v.
q. in dubio tamen non præsumitur animus in-
iuriandi uel nocendi. gl. est no. in l. fluminũ. §.
fi. de dã. infe. aut non facit animo iniuriandi,
sed immittit iure suo : & tunc aut facit ignem
solitum & consuetum pro usu suo & familiæ. &
potest. ut est casus, qui ita debet intelligi in d. l.
j §. sicuti. in princip. Aut facit ignẽ insolitum,
puta nimis grauem : & tunc non potest: ut d. §.
fina. ibi, fumum non grauem. à cõtrario sensu.
& ita potest intelligi §. Aristotel. & ita tenet
ibi Bartol. Flor. & Paulnm de Castr. & ita dixi
supra de ser. proijciendi, in. ij q. quod bene no.
quia uidi sæpenumero habitantes inferius im-
mittere fumũ per foramẽ aut per fenestras de
ædificia superiora, aut habẽtes furnos & fornel
los, & ex his mittere fumum in domos uicinas,
quia cõtra eos agi nõ põt, nec prohibere, si fa-
ciunt ignẽ solitum, secus si insolitum , puta cõ-
burendo paleas uel stramẽ, ut quãdoq; fit. & ad
2 de quæ dixi suprà de fornace , in iiij. q. † Si
quis aũt fumo facto apes alienas fugauerit, uel
ẽt necauerit, quia mortis cãm præbuisse uide-
tur magis, quã occidere, in factũ actiõe tenebit:
ut est tex. in l. si quis fumo. ad l. Aquil.

De scalis. Cap. LIIII.

1 *Scalas muro communi apponere licitum est uni ex socijs, si nullum damnam parieti fiat.*

2 *Scala lapideæ an iuxta murum communẽ per unũ ex socijs apponi possint.*

3 *Scalas non solum si quispiam uelit appropinquare, sed etiam tigna uel lapides immittere, an possit.*

4 *Limitata dispositio limitatum producit effectum.*

5 *Scalæ in muro alieno an & quõ apponi possint .*

6 *Scalas in solo publico iuxta domum suam si quispiam ædificare uoluerit, an possit .*

7 *Scalas in muro supra solum uicini uel publicum, an quis facere possit.*

8 *Scalę an domus appellatione ueniant .*

9 *Scalis admotis si quis muros ciuitatis ascenderit, quomudo puniatur .*

10 *Scalas apponere muro alterius causa ingrediendi eius domum, quę pœna sit.*

1 SCALAS † muro communi apponere lici
tum est uni ex socijs, si nullum damnum pa
rieti fit text. est cum gl. in l. fistul. §. fina. de ser-
ui. ur. & hoc modo debet intelligi gl. in l. quidã
Hiberus. in versic. seruitutis. ibi, secus autem in

ſcalis.eod. tit. quæ facit diffentiam inter tubulos & ſcalas : quia per tubulos committitur dãnum parieti communi ex flamma ignis, ſed per ſcalas appoſitas non ſolet fieri communiter damnum parieti.& iſta fuit intentio gloſſ. licet ibi Angel.eam re probet. ſed ſi per ſcalas fieret læſio,tunc apponi non poſſunt muro communi inuito.per d.l.quidam Hiberus. & d.l.fiſtulam. in princ. Angel tenet hoc in l.quidam Hiberus. in fin.& l.inter quos.in prin. de damn.infect.in iiij.colum.verſic. ſimiliter ſcalas lapideas iuxta murum communem,&c.& Flor.in l.Sabinus.in fin.communi diuidun. Et dicuntur scalæ non afferre damnum ſeu læſionem in muro communi, quando non impediunt ipſius parietis refectionem, vel quando ſublato pariete communes scalæ per ſe ſtare poſſunt. aliàs secus. vt d. l.fiſtulas.§ iuxta.vbi hoc not. Bartol.& Docto. vel quando aliud impedimentum seu damnum fieret ipſi muro communi, puta quia oſtium fieri debebat,uel feneſtra,uel aliud ædificiũ, quod per dictas scalas impediretur vel incommodaretur.argumen d l.quidam Hiberus.& d.l fiſtulam.in princip.& l fiſtulas. ſi serui. vendit.& l. ſi communes ædes.communi diuidun.& per id quod not.gloſſ.in l.Sabinus.eod.titul.Et ex his ſequitur, quòd scalæ ligneæ poſſunt regulariter apponi per vnum ex sociis iuxta murum communem,quia faciliter remoueri poſſunt:ut dicit text.in dicta.l.fiſtulam § final. & ſic communiter damnum communi muro inferre non poſſunt. ſi tamen damnũ inferrent,apponi non
2 poſſunt,ut dixi. † Sed quid de scalis lapideis, an apponi poſſunt iuxta murum communẽ per vnum ex sociis? Et videtur quòd non. quia faciliter remoueri non poſſunt.per dictum §.fin. cõtrarium dic, scilicet quòd poni poſſunt: quia sublato pariete per se ſtare poſſunt : ut dicta l. fiſtulas.§.iuxta.& ibi Bart.ſi modo muro communi nullum damnum fiat. & ita tenet Angel. in dicta.l.inter quos.in iiij colum. In hoc tamẽ eſt differentia: quia facilius poſſunt nocere ſcalæ lapideæ quam ligneæ. sed cæteris paribus nulla eſt differentia : quia ubi nullum fit damnum per eas,fieri poſſunt, aliter non. & ita vidi obſeruari.& in summa not pulchram regulam pro sociis habentibus inter se communem,puta in muro uel domo communi, ſi quæritur vtrum vnus eorum poterit aliquid appropinquare vel apponere in muro communi. nam debet attendi an illud quod appropinquatur vel apponitur, poſſit per se sublato muro vel domo subſiſtere:quia tunc poteſt apponi, aliàs secus. item an impediat refectionem communis parietis uel domus, & non poteſt, ſi non impeditur poteſt. ut probatur in d. §.iuxta. item an afferat aliquod damnum vel non, ut patet ex prædictis,quæ procedunt,ut dixi, non tantum in scalis, sed etiam in quacunque alia re vel ædificio, quod eſt valde not. quia per hoc multæ quæſti. decidi poſſunt. quibus adde quę dicam infra
3 proxi.quęſtio.& infra de solario. † Quid autẽ dicendum,ſi quis vult non solum scalas appropinquare,sed etiam mittere, puta earum tigna vel lapides,an poſſit? Et videtur, quòd debeat diſtingui, ut de appropinquatione dictum eſt. In contrarium videtur,videlicet quod indiſtinctè poſſit:per text.cum gloſſ.in l.ſi communes ædes.in verſicul. mittere. communi diuid.item quia in re communi licitum eſt vni socius aliquid facere, quando alteris socii nihil intereſt. l.quidam Hiberus.§.parietem.de seruitu.vrba. prædior.& not.gloſſ.ij in princip.in l.Sabinus. communi diuidun. Ego autem teneo,quòd regulariter non poſſit. quia in communi non poteſt inuito socio aliquid facere. & melior eſt conditio prohibentis. d.l. Sabinus. niſi murus communis eſſet ad hoc deſtinatus. ut ibi not. gloſſ. facit ad hoc quod dixi in titul. præced.de fornace.in j.quæſtione.nec obſt.text. cum glo. in dicta l.ſi communes ędes. quia debet intelligi, quando ædes erant ad hoc deſtinatę, vt ibi fierent scalæ. & ita etiam intelligit ibi Flor. Nec obſtat,quod dixi, quando non intereſt socii, poteſt alter socius in muro communi immittere.quia non poteſt intereſſe ſi tigna vel lapides non immittantur, vt de se patet. In hoc tamen poſſet ſic diſtingui, aut murus eſt communis quo ad omnia:quia ſic actum fuit & conuentum inter socios, & non habet dubium, quòd etiam pro scalis in eo poſſunt immitti tigna & lapides & ſimilia. aut eſt actum, quòd murus ſit communis tantummodo ad vnum vſum, puta pro diuidendo viridarium. & tunc
4 etiam clarũ quòd nihil poteſt immittere.† quia limitata diſpoſitio limitatum producit effectũ. l.in agris. de acquirend.rer. domin.& pro hoc vide omnino quæ dixi ſupra,de pariete ſiue muro,in penult.quæſtio.verſicul. occurrit mihi. Siue nihil eſt actum expreſſe inter socios quod conſtet: & tunc aut murus apparet communis ex eo,quia in eo sunt appoſita tigna uel trabes: vel lapides : & tunc in dubio reputabitur communis saltem,quantum ad hoc:& ideo quilibet ex sociis poteſt ſcalas immittere aut tigna vel lapides pro scalis ſuſtinendis. & ita poteſt intelligi tex.cum glo.in l ſi communes ędes.in ver. immittere.communi diuidun.Et hoc intelligo, quando murus eſt sufficiens & idoneus ad suſtinendum talia onera:aliàs ſecus:ut l. in parietis. de damn.infect.& l.cuius ædificium. de ſeruitu. vrbano.prædior.& dixi ſupra de ſerui.tigni immitten.in iiij.quæſtio. aut murus apparet communis ex alio, puta quia ſunt feneſtellæ vel anuli ab utraque parte, vel ſimi.de quibus vidi ſupra de pariete ſeu muro.verſi ij.principaliter eſt videndum.& tunc in dubio credo quòd non poſſit. quia regulariter in communi re melior eſt conditio prohibentis.d.l.Sabinus. Nam negari non poteſt, quòd per dictam immiſſionem tignorum uel lapidum quibus ſcalæ ſuſtenteantur,non fiat aliqua læſio muro communi, ſi tamen fiat talis miſſio, per quam nullo modo poteſt intereſſe alterius ſocii: puta quia modica eſſet miſſio facta, nec pondus magnum ſuſtineret murus, propter talem miſſionem,

tunc

tunc fortasse posset. vt d.l.quidam Hiberus.§.
parietem.& gl.2.in d.l.Sabinus. & ita aliàs vidi
iudicari. Hoc tamẽ an interesset uel non vicini,
relinquendum est arb.iudi. qui inspecta qualita
te muri & loci & missionis iudicare debet. ar.l.
j.§.fi de iu.delibe.& c.de causis.de off.deleg.&
prædictis adde quæ dixi s̃.de serui tigni immit.
in 4.& 5.q.de pariete siue miro. ver.3.principa
5 liter est videndum.cum seq. † Vidimus de mu-
ro communi, an possit scalę iuxta eum apponi
vel immitti : nunc dicamus de muro alieno : in
quo sic breuiter est concludendum : Aut quis
vult:ponere scalas ligneas vel lapideas immittẽ
do tigna vel lapides in muro alieno,& non pò-
test, inuito aut non consentiente domino : imo
dominus muri potest propria autoritatem illud
quod immissum est in muro suo tollere vel de-
struere.l.quemad.§ si protectum.ad l.Aqui & l.
qui vitẽ.§.si ad ianuam. quod vi aut clã.de quo
dic vt dixi supra.de ser.tigni immit.in 6.& 7.q.
Aut quis vult ponere scalas prope murum alie-
num,nihil in muro immittendo: & tũc aut vult
tangere murum ita, vt requiescat in eo, & non
potest per dicta iura, & per l. fistulam. §. iuxta.
de ser.vrb.prę. Aut vult tangere etiam non re-
quiescendo: & idem eadem ratione. facit l.vul-
garis. in prin.de fur.dũ dicit, qui autẽ hominis
tangi,totum hominẽ tetigisse videtur. Aut quis
vult ædificare scalas propter murum alienũ, ip-
sum non tangendo;& tũc subdistingue:aut sunt
scalæ ligneæ. aut lapideę. si sunt lapideę vel de
muro,& tunc aut habent fundamentum de ter-
ra, ita quòd murus dici possit: & credo quòd
non possit, nisi stent remotę per vnum pedem.
per l.fi.fini.regun. & ita intelligo Bald.& Flor.
in d.l.fistulã.§.fi. qui dicunt, ꝙ idem ius est de
scalis,quod est de muro.aut non habent funda-
mentum intra,ita ꝙ proprie murus dici non po
test: & tunc ędificare poterunt prope fundũ a-
lienum, dũmodo ipsum non tangat:quia tũc nõ
habet locum l.fi.fini.regun. si vero sunt scalæ li
gneę,teneo ꝙ indistincte ædificare possit prope
fundum alienũ dummodo ipsum nõ tangat,nec
in eo aliqd immittatur, etiam si scalę sint affixę
sup tignis affixis in solo ædificãtis prope fundũ
alienũ circa vnũ pedem.ar.l.Titius.fi.regun.qđ
no.quia est quotidianũ. Et prædicta procedunt,
quando quis ędificat in suo scalas prope fundũ
6 alienum. † Sed quid si aliquis vult ædificare sca
las in solo publico iuxta domum suam, an pos-
sit? Videtur quòd non:quia regulariter prohibi
tum est priuatio,in solo publico autoritate pro
pria ædificare.l.2.& per totũ. ne quid in lo.pu.
cum sim. In contrarium videtur, quando quis
haberet porticum in solo publico, vel stillici-
dium supra solum publicum : quia quatenus se
protendit stillicidium vel porticus, videtur ꝙ
sub eo possit ædificare scalas,& similia.ar.l.fin.
in fi.de seruitu.vrbano prædio. & ita in multis
locis reperiuntur. In hoc puto,quòd loci con-
suetudo seruanda sit.l.an in totum. & quod ibi
no.per gl.& Docto.C.de ędifi.pri. Sed vbi non
apparet de consuetudine, teneo quòd fieri non
possit:quia locus publicus sub stillicidio vel por
ticu remanet publicus: vt dixi supra de ostio si-
ue porta.ver.alia est q.similis. † Posset etiam
7 dubitari, an quis possit facere scalas in muro su
pra solum vicini vel publicum. Et dicas regu-
lariter,quòd non.per l.fin. in fin. de serui. fallit
quando fieret sub stillicidio suo, quatenus pro-
tendit stillicidium.l.fin.§.fi. de serui.vrban præ
dio. Item fallit,quando seruitus esset imposita:
quod vide supra de ser.proii.in 2.3.4.& 5.quę-
stio. & de pariete siue muro in 6. & 7.quęst.in-
fra in seq.tit.in prin.& quod dicam infrà de ne-
8 cessario. † Quæro an appellatione domus ve-
niant scalæ. Dic aut scalæ sunt extra domum,
seu extra ostium domus,& tunc non continen-
tur appellatione domus.& ideo maleficiũ quod
fit in scalis exterioribus extra ostium domus,
dicitur non esse factum in domo: secus si essent
interiores.& ita not.Bar. & Flo.in l.fistulas.§.
fi.de ser.vrb.præ. Et propter ea sequitur aliud,
quòd quis potest capi pro debito in scalis exte-
rioribus: nec habet locum l. plerique. de in ius
no.& adde prædictis l.creditor.§.fi.cum ibi no.
de act.emp.& quod no. Bal.in l.Gallus. §.fi.ad
fin.de lib.& post.& quod plene dixi s̃. de clau-
stro seu conclaui, & porticu, in 2.q. † Quæri-
9 tur etiam,quid si scalis amotis quis muro ascen
derit ciuitatis a? Dic quòd capite puniri debet.
l.fi.de re.di.& ibi per Docto.Item si quis ascen
derit castrum quod habet murum vel valla li.
gnea. secus, si fossas tantum loco murorum: vt
est casus sing.in l. desertorum.§ necnon. de re
mili.secundum Lud.Ro. in quodam suo singu-
10 lari. † Vltimo quæro, quæ sit pœna apponen-
di scalas muro alterius causa ingrediendi eius
domus. vide Bald. omnino in l.fin.de re.diu.&
quæ ipso no.in l.si quis non dicam rapere.de e-
pis.& cle.& vide tex.in §.ope.insti.de obli.quæ
ex quasi deli.na.& gl.23.q.3.illud sane.

a Ciuitatis. Ciuitas muris circundata an possit alienare murũ,vel super ascendere, dide Cor.3.vol. consi.76.incip.præsens.

De ferratis. Cap. 55.

1 *Fenestris suis si quispiam fecerit apponere ferratas protendentes extra murum suum supra vicini solum an poterit.*

2 *Fenestras suas ferratas si quispiam versus solũ vel domum vicini habeat,quę sic per 30.vel 40 annos steterunt:ꝗ ipsemet eas tollere velit,vicinus autem contradicat, quid iuris.*

3 *Fenestras si quis versus domum,vel etiam fundum vicini habeat, per quas in domum vicini ire potest,an cogi possit, vt fenestras ferratas ponat, vt sibi dicta facultas intrandi tollatur.*

1 QVIS † fecit fenestris suis ferratas appo-
nere protendentes extra murum suum su
pra solum vicini:quęritur an poterit. Et dicas
regulariter,quòd non,per l.fi.in fi.ff.de ser.& l.
si iterum.§. pen. quod vi aut clam. quia solum
vicini debet esse liberum vsq; ad cœlum: vt ibi.
sed hoc falli.quando esset seruitus imposita,vel
quando fieret sub stillicidio suo,quatenus stil-
licidium se protendit.per l.fi.§.fi.de ser.vr.prę.
cum ibi no.facit quod dixi s̃.de scalis. ver.pos-
set etiam dub.& quod dicam j̃.de specularibus.

Item fallit quando fieret s̄. solum pu. quia ita
seruatur de consuetudine.per l.an in totum. C.
2 de ædif.pri. † Quid si aliquis habet fenestras
suas ferratas versus solum, vel domum vicini,
quæ sic steterunt per 30. vel 40. an. ipse vult tol
lere eas, vicinus contradicit, dicens quòd nō po
test de iure quia sibi est quæsitum ius per dictū
tempus.arg.l.omnes. & l.sicut. de præscrip. 3.
an. Itē quia interest sua, ne vicinus vel alius pos
sit per dictas fenestras venire in domum suam,
quæritur quid iuris. In hac q. puto sic dici pos-
se. aut est ser.constituta, vt retineantur ferratæ,
& non potest eas auferre. aut non est constitu-
ta, & tunc aut alias voluit auferre, & fuit impe-
ditus per vicinum, & propter impedimentum,
& per contradictionem destitit auferre, & ela
psum est tempus sufficiens ad præscribendū istā
seruitutem. & idem, per l.hæc autem iura. cum
ibi no. & gl. & Doc. de ser. vr. aut non est transa
ctum illud tempus, & tunc non sit præscripta
seruitus, tamen propter illam destitutionem &
contradictionē contradicens est constitutus in
quasi possessione illius iuris remanēdi ferratæ.
tex. est cum gl. not. in l.qui luminibus.ff.de ser.
vr.præ. & l.j.C.de ser. & ibi not. per Docto. aut
nunquam fuit contradictum: & tūc aut ille vult
tollere ferratam in despectum vicini, vel vt no-
ceat vicino principaliter, puta vt possit per il-
las fenestras visitare domum vicini propter fi-
liam suam vel pedissequam, vel alia causa si. &
non potest. arg.l.j.§. denique. de aq.plu. & in
l.in fundo.de rei ven. & in l.opus.cum gl.de o-
pe.pu. & pro hoc vide quod no. Cy. & Doc. in l.
altius. C.de serui. In dubio tamen non præsumi
tur animo nocendi.glo. est valde no. in l.flumi-
num.§.fi.in gl.pe.iu fi.de dam.infe. aut vult tol
lere ferratas pro aliqua commoditate domus
suæ. & potest, licet noceat vicino. vt probatur
in d.l.fluminum.§.fi.cum l se.quæ incip. Procu
3 lus. † Sed quid econtra? quidam habet fene-
stras versus domum vel fundū vicini, per quas
potest ire in domum vicini, an possit cogi vt po
nat fenestras ferratas: ut tollatur sibi dicta facul
tas intrandi? Dic breuiter quòd non. quia nemo
cogitur in suo laborare, nisi sit imposita serui.
vt habetur in l.j.in fi.cum l.seq.de aqua plu.ar.
& quia in re sua quilibet est moderator & arbi
ter. l.in re mandata. C man. Eo autem casu quo
tenetur habere fenestras ferratas in suo, si repe
riantur fractæ uel ætate consumptę, an ipse te-
neatur iterum reficere & sumptibus suis? Te
neo quòd sic. per l. & si forte.§.etiam ver. nam
in omnib. si ser. ven. cōiūcta l.eū debere. de ser.
vr.præ. ad qđ adde quod dixi s̄.de ser.oneris fe-
rēdi.ver.hui9 aūt ser. & s̄.de stillicidio nō auer
tēdo.ver. circa istā seruitutē. imo ēt plus dico,
ꝙ ēt si destructæ vel extractæ essent in totū fer
ratę de fenestris, sicut fit quandoq; per stipēdia
rios tpe guerræ. & etiā quia domus vel murus,
in quo sunt ferratę, corruerit, an si reficiātur fe
nestræ, teneātur refici ferratæ & dico ꝙ sic. pro
quo vide quod dixi s̄.de ser.stillicidij auertēdi.
in 8. quæstio. Vltimo adde prædictis, quę dixi
supra de stillicidio siue tecto. in prima quæst.
& supra de penu.

De solario, Cap. 56.

1 *Solarium si quispiam ædificare velit ad hoc vt su-
stineatur, in quo loco ipsum affigere debeat.*
2 *Murus quō cognoscatur an sit communis, vel non, et
an sit communis pro diuiso, vel indiuiso.*
3 *Solarium, quod est infixum muro communi vel alie
no iure seruitutis, an pauimēto vel lateribus coo-
periri possit.*
4 *Solarium vnum vel plura si vna domus habeat, &
pars inferior sit vnius, pars vero superior alte-
rius, sicuti Venetijs contingit, si ille, qui partem
superiorem habet, non habeat aditum veniendi
ad ipsam, nisi per scalas vel partem inferiorem,
nunquid per illam venire poterit.*
5 *Solarium superius domus alicuius si quispiam ha-
beat in quo quotidie habitātes currant, vel eius
pueri saltent, vel pulsent, ita quòd existentibus
in parte inferiori impedimento sint, quid iuris.*

1 SI quis † vult ædificare solarium, in quo lo-
co debet ipsum affigere vt sustineatur? dic
ꝙ aut muri vndiq; sunt sui. & in eis pōt tigna
ponere. & istud non habet dubiū. aut muri sunt
cōmunes vicino, & tūc aut pro diuiso aut pro
indiuiso. Primo casu pōt, quatenus durat pars
sua eadē ratione & nō vltra, nisi esset seruitus
imposita, per ea quę stātim dicā. Si ꝓ indiuiso,
tūc pōt imponere, quatenus durat murus, si mu
rus est ad hoc destinatus. ad hoc vide qđ dixi s̄.
2 de scalis.ver.quid aūt dicendū. † Qūo autē co-
gnoscatur an murus sit cōmunis vel non: & an
sit cōis pro diuiso vel indiuiso: vide quę dixi s̄.
de pariete siue muro.in j. & 2.q. aut murus est
alienus, & regulariter nō pōt: quia in re aliena
nō est licitū aliquid immitere circa seruitutē,
nisi dño volente. vt l.quēad.§. si protectū ad l.
Aquil. de quo vide quæ s̄. dicta sunt de scalis,
ver. videamus nunc de muro com. Sed ꝓpe mu
rū alienū super trabib. vel lignis positis vel re-
quiescentib. in solo suo inferiori, bene pōt ædi-
ficare solarium nec est opus dimittere spatium
aliquod ēt vnius pedis: quia nō habet hoc casu
locum l.fi. fini.reg. & ita vidi sæpe obseruari in
solario & stillicidio: quia possunt prope murū
vicini ædificare, dummodo ipsum non tangant,
neq; super eo requiescant, sed supra trabib. exi
stentibus in suo. quod no. quia quotidianū est.
3 † Sed quęritur, an quis possit solarium, quod est
infixum muro communi vel alieno iure serui-
tutis, pauimento vel lateribus cooperire. dic re
gulariter ꝙ sic. Fallit si propter talē coopertu
lam nimium grauaretur murus, in quo requie-
scit solarium, nam tunc nō pōt. ar. l.cuius ædifi-
cium. de ser. vr. præ. Nā in tali solario non po-
test dominus imponere magnum pondus: puta
frumēti, vel blandi, qñ murus cōmode sustinere
non posset, quod est notandum cōtra. multos q.
4 habent granaria. † Sed pone, ꝙ vna domus ha
bet vnū solariū vel plura: pars inferior ē vnius:
pars

pars superior est alterius: sicut Venetiis in multis domibus contingit: ille qui habet partem superiorem, non habet aditum ueniēdi ad ipsam, nisi per scalas uel partem inferiorē, an per illā poterit uenire? Dic ꝙ non; nisi sit imposita seruitus: sed debet facere scalas aliunde: ut probatur in l. uia constitui. §. quodcunque. de ser. ru. præ. & ibi hoc no. Bal. Flo. Paul. de Castr. & ego plenius dixi supra de serui. itineris siue aditus. uer. not. vnū alium casum pulchrum. vbi omnino videas. 5 † Quid aūt si habens solarium superius, in quo quotidie currant, uel eius pueri saltent, vel pulsent, ita ꝙ sint impedimento existēti in parte inferiori. Dic aut hoc fit in despectū & dānum vicini, & nō pōt, per ea quę dixi s. in ti. pręcedenti. in 2. q. vide ibi. Aut hoc nō fit in despectū seu damnum, sed pro usu suo seu familiæ suæ: & tunc pōt, per l. fluminum. § fin. cū se. de dam. infe. & pro hoc vide optimum tex. in l. sicuti. §. Arist. si ser. uen. ubi etiā habetur, ꝙ si proiiceretur aqua in solario causa scopandi, uel propter calorem, & aliquid de aqua caderet inferius, propter hoc non tenetur. circa quod uide omnino quæ dixi suprà de ser. proii. in 2. q.

Vltimo adde pro complemēto materiæ quæ dicam infra de mœniano.

De tigno iniuncto. Cap. 57.

1 *Aedes duæ eadem contignatione contextæ si pluribus legentur, quisque legatarius habebit quatenus pars sua sibi legata duret: nec unus contra alium agere poterit, ut tigna non existant, sicuti testamenti, uel mortis tempore erant.*

2 *Tignum unum, uel una tigni contignatio si unam domum tegat, & postea inter plures diuidatur, illud tignum sociorum cuilibet proprium est, quatenus tigni longitudo uersus partem suam se extendit.*

3 *Tigna immissa debent immissa remanere, tempore quo domus pluribus uel inter uiuos uel in ultima uoluntate assignatur, sicut prius ante assignationem uel diuisionem extiterant.*

4 *Domos duas unica contignatione contextas si quispiam habeat, & unam uendat, aliam autem sibi reseruet, an emptor, uenditore inuito, tigna aut cæmenta retinere poterit, quæ in domo uendita requiescunt.*

5 *Molendinum in flumine publico si facere uelim, an in ripam uiæ publicæ tigna immittere potero.*

1 SI duæ † ędes eadem contignatione contextę pluribus legentur, quisq; legatarius habebit quatenus pars sua sibi legata durat, nec unus pōt agere contra alium, ut tigna non sint vti tpe testamenti uel mortis erant. l. binas ę-
2 des. de ser. vrb. præ. † Ex quo notandum est, ꝙ si vnum tignum uel una cōtignatio tigni tegit vnam domum, & postea diuiditur inter plures, quòd illum tignum est proprium cuilibet sociorum quatenus longitudo tigni se extendit versus partē suam: ut d. l. binas ædes. & ibi hoc
3 no. Doct. † Item not. aliud ex prædictis, quòd tigna immissa debent remanere immissa tempore quo domus assignatur pluribus, uel inter uiuos, uel in ultima uoluntate, sicut erant prius ante assignationem uel diuisionē. quibus adde
4 quæ dixi supra de claustro, in 3. q. † Sed quid si habens duas domos unica contignatione cōtextas, unam vendit, aliam sibi reseruat, an emptor poterit inuito uenditore retinere tigna aut cæmenta, quę requiescunt in domo uendita? Dic quòd non, nisi forte contractus aliter se habeat: ut l. quod conclaue. de dam. infe. Vnde sis cautus tu emptor, ut facias in instrumento emptionis apponi, ut tigna uel cæmenta remaneant, prout nunc sunt, pro seruitute oneris ferendi. ita dicit Ang. in d. l. binas ædes. de ser. vrban. præd. & in d. l. quod conclaue. secus est, quādo domus legaretur alteri: quia semper intelligitur legari cum seruitute oneris ferendi, prout erat tempore testamenti, per d. l. binas ędes. & ita est in hoc differentia inter cōtractus & ultimas voluntates, secundum Bart. Ang. & Do. in d. l. quod conclaue. An autem & quando sit licitum tigna immittere in communi muro, vide omnino Ang. & Do. in l. inter quos. in prī. in pe. col. in fi. de dam. infe. & plenius per eundem in l. quidam Hiberus. in fi. de ser. vrb. præ. & vide quæ plene dixi suprà de ser. tig. immitt. in 4. q. & adde omnino quæ dixi supra de pariete siue muro, in pen. q. ver. occurrit mihi circa
5 præ. † Sed quid si uolo facere molendinum in flumine pub. an possim tigna immittere in ripam uię pub. Dicas quòd non, nisi uolente eo qui habet prope uiam fundum. ar. l. maritus. de acq. re. do & pro hoc gl. inst. de re. di. §. riparū. & ita tenet Barto. in d. l. maritus. & in l. quominus. in 7. q. de fluminibus. ubi plenius per eum in rub. eo. ti. Cætera circa istam materiam uide supra de ser. tig. immit. & supra de claustro seu conclaui & porticu. & supra de pariete siue muro. & not. in to. ti. de tig. iniun. & uide omnino quæ dicam in seq. rubrica in prin.

De onere ferendo. Cap. 58.

1 *Tigni immittendi inter seruitutem & oneris ferendi quæ differentia sit.*

2 *Verba, promitto ferre, uel sustinere onera domus tuę, quid importent.*

3 *Seruitus oneris ferendi ad factum competit.*

4 *Seruitus oneris ferendi an personalis actio esse dicatur.*

5 *Murus vicini si seruitutem oneris ferendi debeat, si domus corruat, uel refectione indigeat: & ipse vicinus non uult reficere, sed eī cedere, & mihi relinquere, an possit.*

6 *Murum oneris ferendi casu quo uicinus reficere teneatur, qualiter ista refectio fieri debeat.*

7 Murum

7 *Murum communem ſi duo habeant,qui onera ædium communia ſuſtineant, & eorum alter ipſum deponere uelit, & melius fundare, ac grauiora pondera ſuperimponere,an altero ſocio inuito facere poſſit.*
8 *Molendinum communem ſi duo habeant, & vnus molas meliores imponere uelit, an etiam alter ad expenſas teneatur.*

1 QVAE ſic † differentia inter ſeruitutem
tigni immittendi,& oneris ferendi,dubi-
tari poſſet. Et dic quòd eſt in ſignificatione ver
borum ſeu ordine: vt probatur in l.eum debe-
re colum.de ſer.vr.prę.iuncta l.ſicuti.in prin.ſi
2 ser.uē.quod ſic declaro. † Hæc verba,promitto
ferre vel ſuſtinere onera domus tuæ: hoc im-
portant,vt dominus ædium ſeruiētium ſeu ipſæ
ædes aliquid faciant. habet enim ſe in iſta ora-
tione domus ſeruiens per modum agentis:quia
iſta debet ſuſtinere onera: & agit hunc actū ſu-
ſtinendi onera:ſed in his verbis,quòd liceat ti-
bi īmittere tigna, nihil importat, quòd debeat
facere dominus seruiens,sed conceditur facul-
tas domino ædium dominantium: ut probatur
in d.l.eum debere.coniuncta d.l.ſicuti.in prin.
ſecundum Barr.qui ita no.in d.l ſicuti. in prin.
& adde quæ ſcripſi ſupra. de seruitute oneris
ferendi.uer.ſed quęro,quis mihi debet ſeruitu
tem. plenius declaraui quomodo cognoſcatur
seruitus oneris ferendi,& seruitus tigni immit
tendi,& quomodo vna cognoſcitur ab alia.
3 † Et ex his no.quòd licet aliæ seruitutes regu-
lariter non competant ad factum,sed ad patien
tem tantum:vt l.quoties.la prima.§.1.de seru.
tamen aliud eſt in iſta seruitute oneris ferendi,
quia competit etiam ad factum.l. & ſi forte. §.
etiam ſi seru.uend. de quo dic vt dixi suprà de
4 ser.one.ferē.uer. huius autem ſeruitutis. † Ex
quo not.aliud,quòd licet eo caſu quo alicui in-
cumbit onus ferendi, non dicatur ſeruitus, sed
potius obligatio perſonalis.l. ſeruituti.§.opus.
& ibi not.& in l.pecoris.de serui.vrba. præd.&
habetur in l.fi.§.ſi.ff.de con.emp.tamē hoc fal-
lit in seruitute one.ferendi.vt d.§.etiam. & ibi
hoc not Flor. De hac seruitute oneris ferendi,
non uidetur fieri mentio,niſi in prædio vrba l.
eum debere columna.ff.de ſeru.vrb secundum
Flor.in d.§.etiam. Sed tu dic, quòd poteſt eſſe
in prædio ruſtico:vt dixi supra de serui. oneris
5 ferendi.in princi.dic vt ibi. † Circa iſtam ſer-
uitutem oneris ferendi, pone murus vicini de-
bet ſeruitutem oneris ferendi & suſtinendi o-
nera domus:ſi corruit, vel refectione indiget,
vicinus tenetur onera reficere,non ego.vt d.§.
etiam.& dixi ſuprà de seru.oneris ferendi.uer.
sed nunquid ille.Quid ſi uicinus non vult refi-
cere, sed ei cedere, & mihi relinquere, an poſ-
ſit? Et dicas quòd ſic.quia iſta eſt obligatio in
rem,non in perſonam.text.eſt no.in l.& ſi for-
te.§.Labeo.ſi ſeru.vendi.quod facit ad not.per
Bart. & Doct. in l.is cum quo.de aqua plur.ar.
& per Flo.in d.§.etiam.& per gloſſ. in c.quę in
6 eccleſiarum.extra de conſtit. † Quęro etiam,
caſu quo vicinus tenetur reficere murum one-
ris ferendi, qualiter debeat fieri iſta refectio?
vide text.& quod ibi no.in d.l.& ſi forte.§.mo
dus.& adde quòd parietem proprium quis me-
liorem, quàm in ſeruitute impoſitum eſt,facere
re licet, non deteriorem: quia tunc tenetur a-
ctione confeſſoria,vel prohiberi poteſt. de no.
ope.nun.per d.l.& ſi forte.§ fi. cum ſeq.vbi e-
tiam ponitur quis ſit euētus harum actionum.
7 † Item quęro, duo habēt murum communem,
qui ſuſtinet onera communia,puta ædium ſua-
rum.alter eorum vult eum deponere,& melius
fundare, vel alio modo ipſum fortiorem face-
re,forte vt poſſit ibi arcum ſuum uoltę lapideę
fundare,vel forte grauiora pondera ſuperimpo
nere quàm conſueuit,quæ ſecundum ſui primā
formam ſupponi tunc non poſſent:quęritur an
poſſit inuito altero ſocio. & dicas quòd non.
text.eſt,& ibi hoc not. Docto.in l.parietem. de
ſeruitut.vrban.prędio.niſi paries eſſet ad iſtum
vſum deſtinatus,uel niſi hoc eſſet actum,uel ni-
ſi indigeat tali refectione. & his modis poteſt
intelligi l.ſi communes ædes.communi.di. Et
ibi hoc no.& habetur per Bart.in l.communis.
& in l.damni.§.cum pariete.de dam.inf. & per
Cy.& Doct.in l.ſi ut proponas.C.de ędi.priua.
8 † Et per d.l.parietem.ſecundum Bald.& Doct.
ibi fuit determinata iſta q. quòd ſi vnus ex ha-
bentib. communem molendinum uult impone
re molas meliores, & alter ſociorum non uult
teneri ad illas expenſas: quòd non teneatur,
quia melior eſt conditio prohibētis.l. Sabinus.
communi diui.nec obſtat l.cum duobus.§.idē
reſpondit, socius qui ceſſantis. pro socio. per
quam quidam dicebant contrarium: quia ibi
res erat aliter peritura, non facta iſta expenſa:
hic secus.& eodem modo debet reſponderi ad
l.ſi ut proponis.C.de ædifi.priua. An autem a-
ctio quæ competit pro illa ſeruitute oneris fe-
rendi,ſi ædes plurium dominorum ſint,compe
tat inſolidum? Dicas quòd ſic.vt d.l.& ſi for-
te.§ plurium.ubi vide. Item in hac actione ue-
niunt fructus,id eſt, cōmodum, quod haberet,
ſi onera ædium eius vicinus ſuſtineret:ut text.
eſt in d.l.& ſi forte.§. pen. Cætera circa iſtam
materiam uide ſupra de ſerui.oneris ferendi.

De refectione. Cap. 59.

1 *Reficere quid propriè ſit.*
2 *Rem propriam an quis reficere teneatur.*
3 *Cōuerſantibus per uiam publicam,ubi eſt domus ruinoſa,per quod remedium ſuccurratur.*
4 *Domus diruta ſi deformitatem in ciuitate pariat, quod remedium contra dominum intentandum eſt.*
5 *Domus uel res quando aliena fuerit, an & quomodo,& per quem refici debeat.*
6 *Idoneitas intelligitur, quando in extremo non peccat: quoniam nullum extremum laudabile eſt.*
7 *Actio quæ competat ſocio reficere uolenti*

in

in casu permisso contra alium sociũ prohibentẽ.

8 Sociorum vnus si suo sumptu ædificium commune iure societatis seu communionis reficiat ad vsum ad quem paratum, seu destinatum erat, verbi causa domum ruinosam, aut molendinum in flumine, aut parietem communem, an contra illum, qui recusauit, agere poterit.

9 Dominium partis alicuius rei, quæ refectione indiget, an in reficientem ipso iure transeat, vel requiratur sententia, & nunquid transeat etiam possessio.

10 Socius alicuius rei, qui rem refecit, an suo vel communi nomine rem refecisse dicatur.

11 Parietem communem si vnus ex socijs reficere velit, alter vero timeat, ne ex ea refectione sibi dãnum immineat, qualiter sibi succurratur.

12 Parietis refectio oneris ferendi seruitutem debentis ad quem spectat.

13 Promiserit si quidam nobilis comitatensi cuidam reficere pontem: qui pons tunc paruus erat, & postea in tantum aqua creuit, quòd pontem crescere necesse fuit, qualiter iste nobilis teneatur.

14 Paries alienus si per medium pedem in alterius domum inclinauerit, an contra eum agi possit, vt ipsum erigat & reficiat.

15 Rem vsufructuariam reficiendi onus, ad quem spectat.

16 Rei vsuariæ refectio ad quem spectat.

17 fundus si locatus est, vel etiam domus, refectionis impensa ad quem spectat.

18 Emphyteota, liuellarius, seu feudatarius, an fundũ, vel quid aliud reficere teneatur: vbi etiam quid de re dotali nu. 19.

20 Fructus vel redditus alicuius fundi vel domus si legetur, refectio ipsa ad quem spectabit.

21 Ecclesia, & clerici an teneantur ad reparationem murorum, seu refectionem fortiliciorum ciuitatis, & pontium, & viarum, & portarum, & aquæductuum.

22 Ecclesiam parochialem an laici parochiani teneantur reficere, an vero clerici.

23 Ecclesiæ ex ædificatione si ius patronatus acquiratur, an etiam ex refectione, vel reparatione quæratur.

24 Tutor an pupilli ædificia collapsa, & deformata reficere poterit.

25 Refectio rei seruitutem debentis ad quem spectat.

26 Opus nouum an nunciari possit ędificiũ vel cloacam reficienti.

27 Domus refectio an pia causa dicatur.

QVIA in materia seruitutum pluries occurrit de refectione, & maxime in seruitute oneris ferendi, ideo de eo aliqua vtilia videa
1 mus. † Et primo, quid sit reficere. Dic, reficere
est rem ad pristinum reducere: hoc est, ne quis
dilatet aut producat aut exaggeret: vt est text.
2 in l. 3 §. reficere? de iti. actuq; pri. † Secundo,
nunquid aliquis cõpellatur rem propriã reficere? dic aut quæritur de domo seu re sua, aut aliena, aut de cõmuni. Primo casu aut domus est destructa prorsus vsq; ad aream: & tunc non cõpellitur eam reficere. quia de nouo quis non compellitur ad reædificandum: ut l. singularium. C. de ędi. pri. & ibi hoc no. gl. & in l. ad curatoris. de dam. infe. ista enim videtur esse noua cõstructio, non refectio. l. j. §. si quis ędificium. de no. ope. nun. & l. inter stip. §. sacram. de ver. ob. Fallit in curialibus: vt d. l. singularium. Fallit secundo, quando per statutum vel conuentionem id esset cautum. Fallit tertio, quando esset imposita seruitus oneris ferendi in domo destructa, quia tunc cogeretur eam reædificare dominus suis sumptibus ad hoc vt possit onera sustinere l. eum debere columnam. de ser. vr. præ. Aut domus non est in totum destructa: quia non est diruta vsq; ad aream: & tũc siue sit vnius, siue plurium, debet refici. Et potest dominus cogi per curatorem seu administratorem *a* reipub. vt reficiat. & inquantum non sit potens, sumptu publico refici debet. tex. est no. in d. l. ad curatoris. & ibi per gl. & Doc. & habetur in l. si præses. ff.
3 de offi. præsi. † Ex quo no. quòd licet conuersantibus per viam publicam, vbi est domus ruinosa, ventum habens, non succurratur per remedium cautionis dam infec. quia nõ timetur damnum in rem, sed in personas: vt l. qui binas. & l. qui damni. de dam. infe. in fi. tamen subuenitur alio remedio: quia possunt iudicis officium implorare, vt aut rem in totum deponant, aut reficiant, vt transeuntibus damnum dari non possit & ita sentit gl. in d. l. ad curatoris. & ibi hoc no. Ang. & ita alias, dum essem iudex procuratoris communis Veronæ, coegi quendam ad reficiendum domum suam ruinosam, quæ transeuntib.
4 minabatur ruinam. † Itẽ ex hoc no. aliud, quòd quando domus est diruta, & deformitas perducitur in ciuitatem, si dominus ad refectionem est potens, potest compelli vt reficiat. & hoc spectat ad officium curatoris. & inquantum ille nõ sit potens, dictus curator sumptu publico illam reficiat seu reficere poterit. & nisi intra tempus a iudice assignatum reficiatur, cum vsuris eam respu. detrahere poterit pro iure dicti sumptus, & usurarum. vt est tex. valde not. in d. l. ad curatoris § domum. & ibi hoc no. Ang. & Docto. de dam. infec. Potest etiam dominus, si non habet vnde reficiat, cogi ad vendendum alteri, qui sit potens ad reficiẽdum & si eam iusto pretio uendere non posset, non cogitur ad vendendum, sed licite poterit a repu. petere tantum, quantum sufficiat ad reparationem domus, dictum est singulare aureum Spec. in ti. de satisda. §. hoc quoque. qui allegat in ar. l. lege. in princ. ad Syl. & l. 2. & fi. C. de ser. qui pro præ. lib accep. quod dictum Spec. sequitur Lud. Ro. 336. no. quod inci. no. quòd in pluribus locis tibi faciet honorem.
5 † Secundo casu principali, quãdo res vel domus est aliena in totum, an cogatur reficere. Et regulariter dicas, quòd non. Fallit quando de hoc esset facta promissio. Fallit secundo, in casu no. l. si cuti. si serui. ven. in princ. de quo dixi supra, de ser. one. feren. ver. quomodo autem paries vel colum. Tertio casu principali, quãdo domus seu res est cõis plurium dominorum. & tunc subdistingue.

a Administ. Vtrum administrator teneat de mala administratione satisfacere? responde secundũ In. in c. ex præsentiũ. de pigno. quòd sic. & ille cuius est administrator habet actionẽ neg. gest. cõtra eum qui male administrauit. ff. de nego. gest. l. 3. §. vlti. 12. q. 2. si qua de rebus. & c. si quis qualibet conditione. Vnde aduerte, ꝙ tenetur administrator secundũ gl. in l. cũ ostendimus. ff. de fideiuss. tu. & dolo. vt ibi, & lata culpa. & l. curatoris. C. de nego. ge. & etiam leui. vt l. quicquid. C. arb. tu. Per quantũ tẽpus intelligat administratio, si non fuit limitatũ, vide Cor. 2. vol. cons. 3. & in 3. vol. consi. 196. & vide ꝑ Alex. j. vol. consil. 22. in 2. col. ver. attento.

ſtingue. Aut nullus uult ædificare aut reficere.
& nullus compellitur,niſi quando timetur dam
num tranſeuntibus , vel quando inducit defor-
mitatem ciuitati.quia ſicut unus dominus cogi
poteſt,ita & plures:per d.l.ad curatoris.de dãn.
infect.& ſupra dixi in j.caſu prin . Aut uterque
vult reficere:& tunc aut concordant in refectio
ne , & non eſt dubium:aut diſcordant in modo
reficiendi:& tunc aut vult unus reficere in ma-
iori quantitate quàm prius eſſet , alter in eodẽ
ſtatu.& iſte ultimus præfertur.iſtud eſt proprie
reficere.l.iij.§.reficere.de iti.actuq; priu.& pro
hoc vide quæ dixi ſupra ti.proxi.ver.& per prę
dictam l.parietem . Aut quilibet vult reficere
iuxta priorem formam, diuerſis tamen modis ,
& tũc præfertur ille qui vult reficere magis ido
nee.l.in reficiendo.& ibi hoc no. Dy.Bar.& Do
ctor.de dam.infe.& Ang. in d.l.quidam Hib.in
6 prin.in iij.col uer.reſtat uidere.de ser.vr.præd.
† vbi dicit,quòd idoneitas debet intelli,quan-
do non peccat in extremo : quia nullum extre-
mum eſt laudabile,ſecundum Philoſ. & proba-
tur in d.l.in reficiendo.cum gloſ. Aut unus tan-
tum uult reficere,alter uero non: & tunc aut il-
le qui vult reficere, vult reducere in meliorem
ſtatum rem quàm prius eſſet:ſed non eſt neceſ-
ſarium , puta quia eſt molendinum habens bi-
nas molas, & vult imponere meliores , & alter
non cogitur.l.parietem.de seru.vrb præd.& ibi
hoc no. Doct.& tunc procedit illa regula,quòd
in re communi melior eſt conditio prohibẽtis.
l. Sabinus.communi.diuid. & dixi in præce.tit.
ante fin. Aut uult unus tantum reædificare rem
communem reducendo ad priſtinam formam :
& tunc aut vult in rẽ communis reædificare iu-
re ſeruitutis,& non poteſt.d.l.parietẽ. aut vult
ædificare iure communionis.& tunc aut vult fa
cere id ad quod erat parata res ſeu deſtinata: &
poteſt inuito ſocio.l. cum duobus.§.idem re-
ſpondendum.& §. idem Mela. pro ſocio.& l.in
tantum.§.in commune.de re.di. & l.ſi commu-
nes ædes.& ibi no.communi diui. aut res nõ eſt
ad hoc deſtinata.& tunc aut eſt hoc actũ: & po-
teſt,aut non eſt actum, & tunc aut non intereſt
alterius ſocii prohibere,& põt eo inuito refice-
re.l.ſi fiſtulã.§.pe.& fi.de ser.ur.præ. & l.quidã
Hib.§.fi.eo.ti Aut intereſt alterius ſocii, & tũc
eſt melior cõditio prohibentis . & ita loquĩ d.l.
Sabinus.cõi di.& d.l.parietẽ. & ita tenet Cy.in
d.l.ſi ut proponis.C.de ædif. pri. & pro hoc ha-
7 bes expeditũ pfecte iſtũ artic. † Tertio quęro ,
quæ actio cõpetat ſocio reficere uolenti in caſu
permiſſo, cõtra aliũ ſociũ prohibentẽ . Dic aut
res eſt cõis inter plures hæredes , & agi poterit
iudicio fa.erci.l.j.& per totũ.ff.fa.erc.aut inter
hæredes,& tunc nõ iure ſocietatis, & cõpetit iu
diciũ cõi diui.vel uti poſ.l.ſi quis cões ædes.cõi
di.aut eſt cõmunis iure ſocietatis ad hoc princi
paliter ordinatæ,& tunc põt agi pro ſo.text.eſt
cũ gl.in § inter quos.inſti.de obli. quæ ex qua.
contra.& no. Ange.in d.l. quidã Hib.in prin.ij.
8 col. † Quarto quæritur,nunquid ſi vnus ſocio-
rũ ſuo ſumptu reficit ædificiũ cõmune iure ſo-
cietatis ſeu cõmunionis ad vſum ad quẽ paratũ
ſeu deſtinatum erat , puta domũ ruinoſam, aut
molendinũ in flumine,aut parietẽ communem,
an poterit agere contra illũ qui recuſauit . Dic
aut ſuo nomine,aut nomine commnni,aut dubi
tatur quo nomine.primo caſu nihil recuperat.l.
ſi is C.de ædi.pri.ſecundo caſu,quãdo reficit no
nomine communi,& res eſt cõmunis iure ſocie
tatis & ſocius fuit requiſitus, & cõtumax impo
nendo expenſam . & tunc habet tria remedia.
Primum quòd reficiens uſq; ad quatuor mẽſes
ſumptus repetere poteſt cum uſuris cẽteſimis :
Secundum quòd elapſis dictis quatuor menſib.
reficiens conſequitur rem refectam iure domi-
nii. Tertium quòd ſi non vult reficere iure do-
minii, poteſt repetere omnes ſumptus & inter-
eſſe.caſus ẽ no. in §. idẽ rñdit socius qui ceſsãt.
ff. ꝓ ſoc.& in d.l.ſi ut ꝓponis.C.de ædi.pri.& ẽ
ſimile ꝙ ꝑꝑ ſocietatẽ & contumaciã non audet
volens credere rei.alias eſſet ſecus.l.cũ uſumfr.
de uſuf.ſecundũ Ang.in d.l.quidã Hibe.in prin.
ad quod adde,quæ dixi in ti.præce.uer.circo iſtã
seruit. Et not.ꝙ ꝑꝑ ſecundũ remediũ,quod eſt
ſingulare,uidelicet qñ res cõis indiget refectio-
ne,puta domus vel molendinũ, & unus ſociorũ
ab altero requiſitus nõ expoſuit ſumptus ꝓ par
te sua,ſi alter ſoci9 reficit in totũ de ſuo,& poſt
refectionẽ requirit ſociũ, ꝙ reſtituat ſibi ſũpt9
pro sua parte,qđ ſi ſtat ꝑ quatuor menſes à die
refectionis factæ ꝑ aliũ ſociũ,& non reſtituat ꝓ
parte sua,dñiũ totius trãſit pro refectione.text.
eſt elegãs in d.l.ſi ut proponis. & in d.§.idẽ.rñ-
dit,ſocius qui ceſſant.quod perpetuo tene mẽti.
9 † Et nunquid dñium tranſeat ipſo iure,vel req
ratur ſñia,nunquid tranſeat ẽt poſſeſſio, vide ꝑ
gl.& Doct.in d.§.idẽ.reſpõ . Aut cõtumax non
fuit cõtumax in reficiendo: & tunc ſolũ agit ad
ſumptus.& l.ſocius.§.ſi tectũ.ff.pro ſo.& ita te
net Ang.in d.l.quidã Hib.in prin.aut res ẽ cõis,
non tñ iure ſocietatis , ſicut contingit in duob.
cõiter rẽ ementibus, aut duobus legatariis, vel
hæredibus eiuſdẽ rei, vel alio mõ in coniunctio
ne incidẽtibus: & unus iſtorũ reficit rem cõem
ſuo ſumptu proprio: & tũc aut alter socius fuit
contumax . & habẽt locũ duo prima remedia.ſ.
repetitio ſumptuum cum uſuris,& adiudicatio
dominii contra contumacẽ, qui noluit in ſum-
ptu conferre . Sed tertium non habebit locum,
ſcilicet ut poſſit agere præciſe , ut refundantur
ſumptus cum omni intereſſe.tex. eſt in d.l.ſi ut
proponis . aut alter socuis non fuit contumax :
quia non fuit requiſitus. & hoc caſu conueniri
non põt, niſi tantummodo pro reſtitutione fru
ctuum.d.l. ſi ut proponis.& not.in d.§.idẽ reſp.
10 & Ange.in l.quidã Hibe. † Tertio caſu princi-
pali,quando dubitatur quo nomine socius refe
cerit,an ſuo,an communi. Dic,quòd in dubio vi
detur refeciſſe nomine communi.l. merito.ff.
pro ſocio,quia hoc eſt ſibi licitũ , contrariũ eſt
illicitũ.l.ſi is.C.de ædi.pri. Itẽ quia faciens no-
mine proprio,intelligitur donare ſumptus:do-
natio uero in dubio nõ præſumitur.l. cũ de in-
debito.de probatio.ita tenet Angel. in d.l.qui-
dam

11 dam Hiberus.in prin.in 3.col. † Quarto quę-
ritur,quid ſi vnus ex ſociis uult reficere parie-
tē cōem, alter uero timet ne ſibi damnū immi-
neat ex ea refectione,qualiter ſibi ſuccurratur.
uide plene per Bar.& Doct. in l.dāni infecti.§.
cū parietē.de dā.infe.& pleniſſime Ang.in l.in
ter quos.& in l.in pariete.co.ti.& ꝑ Ioā. Pe.de
12 Papia in vlt.li.in gl. antepe. † Quinto quærit,
ad quē ſpectat refectio parietis debētis ſeruitu-
tē oneris ferēdi.dic ad eū, qui debet ſeruitutē.
& non ſolū de pariete exiſtente tpe ſeruitutis,
ſed ēt de ſurrogato.l.eum debere col.de ſer.ur.
prę. & uide quæ dixi s̃. de ſeruitute oneris fe-
13 ten.vide l.ſicuti.in prin.ſi ſer.uen.† Sexto q̄ri
tur quidā nobilis promiſit cuidā comitatē ſi re
ficere pontē:tunc pōs erat paruus . poſtea cre-
uit aqua, ꝙ oportet creſcere pōtē, qualiter iſte
nobilis teneat. Iſtam q.diſputauit Frāc. Accur.
Bal.eā ſic decidit in l.non modus.C.de ser.aut
augmentatū eſt onus refectionis intrinſece cir-
ca eandē latitudinē pontis:ut quia aqua perfo-
diens hoc facit,ut neceſſaria ſit maior impenſa
ſolito:& tunc pertinet ad nobilē,quia eſt aug-
mentatio intrinſeca : aut eſt augmentatio ex-
trinſeca in maiori latitudine pontis:& tunc ea-
tenus ad nobilem non pertinet . quia tempus
contractus inſpicitur.d.l.non modus.& l 3.& l.
Rutilia Polla.de cōtra.emp.& l.dā.§. ſi is qui.
de dā.infe.& l.hoc iure.§.ſi aqua.de aqua quo.
& æſti.& de riuis.l.1.§.pen.de uer. obl.l.quic-
quid aſtringēdę.ꝑ quas leges Frā.Accur.deter-
minauit , per illam promiſſionē nobilē non te-
14 nēri. †Septimo quæritur, ſi paries alienus per
mediū pedē,inclinauerit in domum alterius,an
poſſit cōtra eū agi , ut ipſum erigat & reficiat.
dic ꝙ ſic tex.eſt no.in l.ſi cū meus. in fi.& in l.
ſi qūo in pri.ſi ser.uē.& ita tenet Io.Pe.de Pa-
pia in ſuo vl.li.in gl.antepe.ad fi. quod no.pro
turri quæ Bononiæ pendet ſupra turrim Aſcel-
15 lorū. † Octauo queritur,ad quē ſpectat onus
reficiendi rē uſufructuariam . dic aut quæritur
de cura, & ſolicitudine refectionis. & iſta ſim-
pliciter pertinet ad uſufructuarium. l. 1. in fin.
uſufr.quemad.caue.& l. inter fructuariū.de dā.
inf.& l.1.§.fi.de no.op.nū.not.Bar.quem oīno
uide in l.cotem ferro.§.qui maximos.in pe.co.
in ſi de Publiciana.Aut queritur de impenſa:&
tunc aut eſt magna , & pertinet ad proprieta-
riū. aut eſt parua, & ſpectat ad uſufructuariū.l.
hactenus. & ibi no.de uſufr.& l.eū,ad quem.&
ibi per glo & Doc.C.de uſufr.& l. damni infe.
& ibi no.per l.& illa eſt communis opi. An au-
tem ſit facienda differentia , an vſufructuarius
habeat uſumfructum ex cauſa lucratiua,uel o-
neroſa?& Flo.in l.hactenus. uidet dicere,quòd
ſit facienda differentia uidelicet quòd habens
ex cauſa oneroſa,non teneatur etiam ad modi-
cam.per d.l.ſi quis dominium. & l.ſi quis fun-
dum. ff.lo.de qua dic ut infrà dicam , in 13. q.
Et quando eſſet tanta impenſa, ut æquiualeret
receptioni fructuum,non teneatur uſufructua-
rius,quia ego reputo eam magnam impenſam.
ar.l. qui concubinam.§.qui hortos. de le.3.&
per ea quę not.Bar.in l.his uerbis.§.idem teſta
16 tor.eod.tit.† Nono quæritur,ad quem ſpectat
refectio rei uſuarię.dic ut ꝑ tex.no.& quod ibi
not.in l.ſi domus.de uſu.& hab. ubi ſit alia di-
17 ſtinctio,quàm in uſufructuario.† Decimo quæ-
ritur,ſi locatus eſt fundus uel domus,ad quem
ſpectat refectionis impenſa?dic ad dominum lo
cantem, non autem ad conductorem.l.ſi mer-
ces.§.uis maior.ff.lo.& l.ex conducto. in prin.
eo.tit.& uide tex.cum gl.in d.l.ſi merces.§.cō
ductor.& l.in ſum.& ibi per Pet.Cy. & Docto.
C.de pign.& ideo ſi ſtatutum dicit,quòd quili-
bet ante domum teneatur ſcobare , ſcholares
uel alii domum conducentes non tenebuntur,
quia non poſſident.l.ſolet.ff.lo. & ſi ſoluerent,
poſſunt imputare locatori pro penſione,uel re
petere actione ex eo cōtractu.& ſi nō ſolueret,
poſſent occupare domum,l.ædiles.ff.de uia pu.
ſecundum Pet.Cy.& Docto.in d.l.in ſumma &
idem tenet Roſ.in libello.de off.iu.ne quid fiat
in uia pub.in fi.& idem tenet Alb.de Ro.ſecun
dum Odofr.in ſuo opere ſtatutorum, in prima
parte quæſtione 135.& Flo.in l.ſi pendente.§.
ſi quid cloacarii.& vide Pau.de Caſtr.in d.l.ex
conducto in prin.ff.lo.& Bal.in l.ob cauſam.de
ac.& ob.& intellige prædicta quando cōducto-
res cogi poſſunt ad refectionem uel purgatio-
nem uiæ expenſis tamen penſionis. ut d.l.ædi-
les. item intellige etiam ſi quis gratis habitet,
ſi purgatio eſt talis, quòd pertineat ad utilita-
tem momentaneam,ſecus ſi ad perpetuam.l.4.
§.1.de impen.ſecundum Bart. qui ita not.in l.
ædiles. item adde,quòd uiam deſtructam quis
reparare ſeū reficere tenetur, quatenus proten
ditur latitudo ſuæ domus, ſecundum Ang.in l.
18 ſi per illum tex.C.de ędi.pri.† Vndecimo quæ-
ritur,quid in emphyteota ſeu liuellario ſeu feu
datario? Dic cū iſti poſſideant,& habeant uti-
le dominium.l.1.§.qui in perpetuum.ff.ſi age.
uec.uel emphy.peta.& c.1.§.rei autem.in ti.de
inueſtit.de re.alie.fac.impenſa refectionis ſpe-
ctat ad eos, non autem ad dominum:ut probat
in l.2.C.de iu.emphy. & ibi hoc no.per Alb.de
Ro.& per eundem in ſuo opere ſtatutorū in 1.
parte.q.136. & ideo in inſtrumētis inueſtituræ
ſolet cōiter dici : ꝙ dominus dat ad melioran-
dum &c. & idem eſt dicendum in ſuperficiario
eadem ratione,per l.ſuperficiario. cū ſe.de rei.
19 uendi.† Qui aūt in re dotali? Dic ut in to.ti.de
de impē.& maxime in l.3.§.1. & in l.quod dici
tur.eo.ti.& in l.diuortio.§.impēdia.cum ſe.ſo.
20 † Duodecimo quæritur, quid ſi legant fructus
uel redditus alicuius fundi uel domus, ad quē
ſpectabit refectio? In hoc debet conſiderari.
Aut intelligitur legatus uſusfructus proprie.&
tunc dic ut dixi ſuprà in 9.q. Aut non cenſetur
legatus uſusfruc.& tunc ſpectat refectio ad hæ-
redem.iſtud probatur in l.fundi Trebatiani. de
vſufr.leg.qūo autem cognoſcatur,an intelligit
tunc legatus uſufr.uel non,vide gl.or.in l.ſi qs
ita.& quod ibi no. per Doc.ff.de vſufr.& in l ꝑ
ſeruū §.1.de uſu & habi.& in l.idem q;. vſufru.
21 quēad.ca. † Decimotertio quæritur,an eccle-
ſia

ſia & clerici teneantur ad reparationem muro-
rum ſeu refectionem fortiliciorum ciuitatis, &
pontium, & uiarum, & portarũ, & aquęductus,
& ſimilia. Et dicas quòd ſic, ut l. ad portus. C.
de ope. pub. & ita tenet Azo in ſum. C. de ope.
pub. in pri. & Bald. in tit. de pac. Cõ. in 7. col. de
quo vide per gl. quę aliter dicit. & ibi per Bar.
& omnes Doct. in l. ad instructionem. C. de ſac.
ſan. & per Bal. in l. qui pendentis. de vſufruc. in
apoſtillis. & per Archi. 16. q. 1. iuxta. & per An-
to. de But. & Doc. in c. non minus de immu. ec
cl. & per Io. Pe. de Papia in 1. libello, in glo. in
uer. iure dominii uel quaſi. in vlt. col. qui etiam
22 tenet quòd ſic. † Decimoquarto queritur, an
eccleſiam parrochialem teneantur reficere lai-
ci parrochiani, an vero clerici, ut 10. q. 1. diſcer
nimus. & no. glo. 12. q. 11. quatuor. & ibi per Ar
chi. & vide omnino glo. 16. q. 1. ſi monachus. &
per Innoc. & omnes Doc. & glo. in c. de his. de
ecc. ædifi. & per Alb. de Ro. in l. ad instructionẽ.
23 de ſac. ſan. eccl. † Decimoquinto queritur, ex
ædificatione eccleſiæ acquiritur ius patrona-
tus: ut in c. nobis. de iure patro. nunquid ex re-
fectione uel reparatione etiam quæratur? vide
per hoc glo. or. in d. c. quoniam. & ibi per om-
nes Doct & per aliam glo. magnam de conſec.
24 di. 1. de fabrica. † Decimoſexto quæritur, an
tutor poſſit ædificia pupilli collapſa deformata
reficere? Et dic, quòd ſic, ut probatur in l. lex
quæ tutores. C. de admi. tu. & ibi hoc no. Saly.
25 † Decimoſeptimo queritur, ad quem ſpectet re
fectio rei debentis ſeruitutem? dic ut habetur
in l. loci corpus. § ſi quis mihi. ſi ſeru. uen. & in
l. & ſi forte. §. etiam. eo. tit. & in l. refectionis. ff.
communia prædi. & in l. inter. ſi ſer. uen. in l. 1.
in fi. de aqua pluuia arcend. & uide quæ dixi su
prà. de ſeruitute oneris ferendi. uer. ſed nũquid
ille. & quod suprà dixi in prin. huius libri in 9.
26 q. princ. † Decimooctauo queritur, an poſſit
nunciari nouum opus reficienti ędificium uel
cloacam? dic regulariter quòd non. l. 1. §. ſi quis
ædificium. & l. de pupillo. §. ſi quis riuos. de no.
27 ope. nun. † Decimonono & ultimo quæritur,
an refectio domus dicatur pia cauſa? dicas ut
eſt caſus ſingularis, in l. ſi quis pro redemptio-
ne. §. fi. de don. ex quo no. quòd fideicomm. ſeu
executores teſtamentorum pro relictis ad pias
cauſas poſſunt diſpenſare pro refectione alicu-
ius domus combuſtæ uel ruinoſę: quòd intelli-
ge quando dominus domus eſſet pauper: ſecus
ſi eſſet diues. per not. in l. illud. de ſacro ſanct.
eccleſ.

De ponticello. Cap. 60.

1 *Ponticellos ſeu põtes ſuper domibus priuatorum appenſos, & pendentes ſuper uiam uel ſolum publicum, an de iure communi quis tenere poßit.*

2 *Stillicidij per ædificationem ſuper ſolum publicũ, illius ſoli dominus aliquis non efficitur.*

3 *Ponticellum ædificare ſuper ſolum publicum ex conceßione facta à principe, uel ſenatu, aut ex gubernatione ciuitatis, uel ex cõſuetudine, uel ex forma ſtatuti ſi licitum ſit, & quis in dictis caſibus uelit ædificare pontes ita latos & longos, quòd inferatur damnum, uel incommodum et impedimentum uicinis, ſeu trãſeũtibus cum plauſtris, et animalib. oneratis, qui commode pertranſire non poſſunt, an huiuſmodi ponticellos ædificare poſſit.*

4 *Generalis conceſſio ſemper intelligitur, q. ſine damno & alterius incommodo fiat.*

5 *Aedificandi licentia in loco publico ſine incommodo et damno alterius conceſſa intelligitur, niſi expreſſe dicatur, etiam cum alterius damno & incommodo.*

6 *Incommodum maximum, uel magnum, uel paruum iudicis arbitrio dicitur.*

7 *Conſuetudo uel ſtatutum ſi dictauerit, q. ponticelli ſuper uiam publicam fieri poſſint, et duo ſunt, unus ex una parte ſtratæ, & alius ex alia, an eorum quilibet cum ponticellis ad ſtratæ medietatem ſe extendere poterit.*

8 *Promiſerim ſi tibi dare uiam ad fundum tuum per fundum meum, an ſupra uiam pontem ſacere potero.*

9 *Ponticell ſuper ſolum commune p r unum ex ſocys an ædificari poſſint.*

10 *Domum unum ſi ab utraque parte uiæ habeam; & pontem ſupra ſolum publicum, uel etiam ſupra priuatum, uel cõem in caſu permiſſo an ſi unam domum de domibus meis uendã, uidear pontem uendere, qui in alia domo requieſcit.*

1 CONSVEVERVNT † in multis ciuitatibus & locis ponticelli ſeu potens appendi ſuper domibus priuatorum pendentes ſuper viam publicam uel ſolum publicum, nunquid de iure quis eos tenere poſſit, uel de nouo fabricare? & dicendum eſt, quòd non regulariter. ut in l. 2. §. tractatum. & ibi glo. ne quid in loco pub. & in l. fin. ne quid in flum. pu. in prin. & ibi Flo. de ser. & in l. qui ſellam. §. in ruſticis. & ibi hoc no. etiam Flo. de ſeruitut. vrbanorum prędiorum niſi conſuetudo eſſet in contrarium: ut l. an in totum. de ædific. priua. uel niſi hoc eſſet cõceſſum à principe, uel ſenatu uel adminiſtratore ciuitatis, poteſtatem habente. l. 2. §. merito. & §. ſi quis a principe. ne quid in loco pub. & in eadem l. in prin & ibi per glo. & in l. prohibere. §. plane. & ibi per Bar. quod ui aut clã. uel niſi eſſet permiſſum a ſtatuto. ut d. §. plane. ibi, ſi uero lex municipalis. uel niſi eſſet præſcriptum, ſcilicet per tantum tempus quòd nõ extet memoria in contrarium: quia tale tempus habet uim conceſſionis & priuilegii: ut in c. ſuper quibusdam. § præterea. de uerb. ſig. in fi. & in c. 1. in fi. de præſcrip. in 6. uel niſi eſſent facti patiente uicino, & nemine contradicente, nec prętore prohibente: quia tunc non deberent demoliri, ne vrbs deformetẽ ruinis. l. 2. §. ſi quis nemine prohibente. ne quid in loco pub. & l. fi.

co.

eod.titu. & no.per glo.in l. mœniana.C. de æ-
difi prin.uel nisi essent ponticelli sub stillicidio
domus quatenus stillicidia inter se protendun
tur,eo tamen casu,quo solũ,qđ est sub stillic-
dio,sit eius,cuius est stillicidiũ siue domus.qđ
quando sit,uide quæ plene dixi supra de serui.
stillicidii auertendi , in ix.q. & adde prædictis
quæ dixi supra de ser.protegendi,in iiij.q.& su
pra de stillicidio siue tecto Circa tamen prædi
cta aliter cõsiderando potest ita distingui : quã
doq; ponticellus transcẽdit uiã,quia forte unus
habet duas domos . in medio earum est uia pu
blica.an sit licitum eũ habere pontem,per quẽ
itur de una domo ad aliã : uel ẽt ut quandoque
uidi,per talem pontem nõ possit iri de domo ĩ
aliam tamẽ transcẽdit totã uiã, & requiescit in
alia domo ultra uiã & solũ publicũ. & his casi.
nõ licet habere : ut est tex.in d.l.ij.§.tractatũ.
& ibi gl.& Bar. ne quid in lo. pub. & est text.
apertus in l.fi.eo.ti no. Bart.in l.quomiuus.in
xiij.q.de flum.& in l.si duo.§.Labeo.per illum
tex.uti poss.& Bal.in l.lapilli.in v.col.uersi.di-
cto de occupa.de re.diui.& no.dominus Do.de
Sancto Ge.in c.cũ ex eo.de exces.præl.lib.vj.&
dixi supra de seruitute protegendi,in iiij.q.ni-
si consuetudo,uel statutum,uel princeps,aut se
natus,aut præscriptio hoc permitteret,per ea quę
supra dicta sunt. Quandoq; ponticellus nõ trã-
scendit totam uiam,sed pendet super uia uel so
lo communi : quandoq; nullum est desuper stil
licidium : & idem eadem ratione,quia est super
communi . Quandoque est stillicidiũ desuper ,
& tunc aut ponticellus se extendit ultra stillici
dium:& idẽ eadẽ ratione. Aut ponticellus se nõ
extendit ultra stillicidiũ,sed in tãtũ uel minus,
& tunc uidetur ꝙ possit licite fieri & teneri.ꝑ
l.fi.§ fi.de ser.ur.præ.intelligendo.ꝙ lex illa lo
cum habeat,etiam qñ solum,quod est sub stilli-
2 cidio, sit publicum. † In dubio tamen ego te
neo contrarium,uidelicet quòd per ædificatio-
nem stillicidij super solum publicum ædificãs
non efficiatur dominus illius soli, vt dixi supra,
de seru.stillicidii auertendi . Sed horticellus,&
similia ex quib. non timetur dãnum transeunti
bus,bene possunt apponi, etiam supra solum pu
blicũ,de quo dic,vt dixi supra de ser.protegen.
maxime in v.q. & prædicta procedunt, nisi per
statutum esset aliter permissum vel de consue-
tudine aliter seruaretur.per d.l.an in totũ.C.de
ædifi.priua. vel nisi hoc esset permissum à prin.
vel à superiore,aut præscriptum , vt supra dixi.
Quandoq; ponticellus ædificatur non super so-
lo vel via communi,sed super solo alieno priua
to,vel communi cum vno priuato:& tũc distin-
gue in omnibus & per omnia , vt supra dictum
est,quando ædificatur in solo publico , excepto
quia si habet stillicidium,quatenus se protẽdit ,
potest ponticellum fabricare,per ea quæ haben
tur in l.fi.§ fi.de seru.vrba.prædio.de quo vide
plene quę dixi supra de ser.stillicidii auertendi,
in ix.quæst.& supra de ser.prote.in ij.quæst.vi.
3 quæ dicam infra de necessario & camino. † Cir
ca prædicta dubitari potest , quid si est licitum
ædificare ponticellum supra solum publicũ ex
concessione facta à principe, vel senatu, aut ex
gubernatione ciuitatis,vel ex consuetudine,uel
ex forma statuti:& quis vult ædificare dictis ca-
sibus ponticellos ita latos & longos , quòd in-
ferunt damnum vel incommodum & impedi-
mentum vicinis transeuntibus cum plaustris &
animalibus oneratis , qui non possunt commo-
de pertransire,vel etiam aliter, an possit huius-
modi ponticellos ædificare . Puto quòd sit ita
distinguendum : Aut ex forma statuti vel con-
cessionis , aut consuetudinis non est data certa
forma ponticellos faciendi : & tunc sine dubio
non potest:quia huiusmodi concessiones in du-
bio intelliguntur sine damno & incommodo
alicuius.vt est text.ad hoc not.in l.ij.§.merito.
& §.si quis à principe. ne quid in loco publico.
& ibi gloss.allegat ad hoc multa iura. & proba-
tur in cap.quamuis . in fin. & ibi not. per gloss.
Archid.& Doctor.de rescript. in vi.& in cap.de
his.& ibi etiam gloss.extra de priuil.cum simil.
& hoc casu tales ponticelli & similia ædificia
quæ obstant usui publico,debẽt deponi : ut est
tex.in d.l.ij.§.si quis nemine prohibente . Aut
est data certa forma ædificandi , & tunc subdi-
stinguo:Aut illa forma est generalis,puta quòd
quilibet possit ponticellos facere per totam ci
uitatem tam de lignis , quàm de lapidibus pro
libito uoluntatis : & tunc dicas idem quod in
4 præcedenti : † quia in generali concessione
intelligitur semper , quòd sine damno & incõ-
modo alterius fiat : ut est glo.no.in d.§. si quis
à principe.in gl.in princip.dum dicit,neque sic
conceditur, scilicet generali concessione , &c.
& allegat ad hoc iura. Aut illa forma concessio
nis & licentiæ est simplex : quia dum simplici-
ter dicitur,quòd possint ponticelli fabricari su
per solum publicum,& idem dicẽdum est: quia
si in generali concessione a intelligitur sine
incommodo & damno alicuius , multo fortius
in simplici.pro hoc est tex.in d.§.si quis à pri.
in prin.dum dicit,si quis à principe simpliciter
impetrauerit ut in publico loco ædificet. & ibi
glo.in princ.dum dicit,in generali concessione
uel simplici . Aut ista forma concessionis uel
licentiæ est specialis,puta quòd potest fabrica-
re ponticellos in tali contrata uel in tali domo.
& idem eadem ratione, quia in dubio dicẽdum
est,quòd concedens intellexerit sine iniuria &
incommodo alicuius : quia quotiescunque ali-
quid fieri permittitur, ita permitti oportet, ut
sine iniuria cuiusquam fiat : ut est text. not.in
di.§.merito. Aut forte singularis , puta quòd
quis possit fabricare ponticellos supra solum
publicum tantæ altitudinis & longitudinis &
latitudinis : tunc secundum formam illam pos-
sunt fieri . pro hoc est tex.cum glo.no.in l.j.C.
de ædifi.prin.quæ ponit exemplum,quando est
statutum certis modis ędificandi , sicut est Flo
rentiæ. & etiam glos. singularis in l qui lumi-
nibus de seruit.urbano.præd.in princ.puto ta-
men quòd hoc casu intelligatur talis concessio
singularis sine incommodo alterius, per prædi-

a **Genera. cõ.** Generalis clausula continet omnia , nisi contraria mens appareat.ff.de pecu. l . qui penu leg.C. de inoff. test.l. quando . in gl. Nõ enim videtur quis generaliter concedere: quod specialiter non est concessurus. C. quæ res pig.ob. po.l.j.in glo.itẽ in generali locutione persona loquens intelligitur excepta. c. petitio. in gl. de iureiur. cum concor.ibi positis. vnde si promisi tibi dare aliquid cõtra omnem hominem, non teneor dare contra me.& generalis cõcessio non cõpræhendit ea quę quis specialiter non concesʃisset.vide Cor.ij. vol.consil.235. incipi.de pluribus.& in j.cõsi. cvj.incip.circa,

ćta iura : & per hanc rationem, quia in dubio
concesſio quantuncunque ſpecialis & ſingu-
laris, ſemper intelligitur ſine damno & incom-
modo alterius, niſi in concesſione dicatur ex-
preſſe, etiam ſi hoc faciat damnum uel incom
modum alteri : ut eſt tex. qui hoc ibi uult, in l.
ij §. ſi quis à principe. ibi, niſi hoc impetraue-
rit. & iſto modo debet limitari dićta glo. uide-
licet in l.j.de ædi.prin.& in dićta l. quiluminibus.
5 bus. † Et ſicut not. quòd in omnibus prædi-
ćtis caſibus intelligitur concesſio vel licentia
ædificandi in loco publico, uel ſupra ſolum pu
blicum ſine damno & incommodo alterius, niſi
expreſſe dicatur, etiam cum damno & incom-
modo alterius. Et prædićta concesſio, ſcili-
cet quòd posſit ædificari incommodo & dam-
no alterius, ualet : ut eſt te.in d.§.ſi quis à prin
cipe. ſed intelligitur de damno ſiue incommo-
do paruo : ut ibi no. aut de maximo ſiue ma-
gno.arg.l.quoties.de pręc.impe.off.& l ſi quis
ſepulchrum. in princi.de religioſis.& ita debet
intelligi l. ſeruitus.§.j. de ſeruitut. & ita tenet
ibi glo. & in dićto §. ſi quis à principe. in uer.
impetrauerit.in ij. ſolutione. quam puto uerã.
facit ad hoc quod not. Bart.in l. quominus. in
xj.quęſt.de flum. niſi in concesſione fuerit di-
ćtum, etiam cum maximo damno, uel incõmo-
do alterius : iuxta not.in d.l.quoties. † Quo-
6 modo autem dicatur maximum, uel magnum,
uel paruum incommodum, uel damnum? dic
arbitrio iudicis argu.gl.no. in §.precio.in uer.
diffinierit.inſtitu. de contrahen.emp. facit l.j.
§ j.de iur.deli.& c.de cauſis. de offi.leg. Item
quæro quis dicatur damnum pati? Dic quan-
do quis commodum amittit, quod ex publico
conſequebatur tale, quale ſit. & ideo ſi cui pro-
ſpećtus, aut ſi cui aditus ſit deterior ſiue angu-
ſtior, dicitur damnum pati : & agere poteſt : ut
eſt text.in d.l.ij.§.merito.in uer. damnum. Et
intelligo ſiue iſtud damnum concernat publi-
cam utilitatem, ſiue priuatam : quoniam loca
publica priuatorum uſibus deſeruiunt, iure ſci-
licet ciuitatis, non quaſi propria cuiuſque. ut
d.l.ij.§.j.quæ omnia ſingulariter tene mẽti, nõ
ſolum pro ponticellis, ſed etiam pro quibuſdã
7 alijs ædificijs factis in loco publico. † Quid
autem ſi ſtante ſtatuto, uel conſuetudine, ꝙ
ponticelli posſint fieri ſuper uiam publicam, &
duo ſunt, unus ex vna parte ſtratæ, alius ex alia
an poterit quilibet eorum ſe extendere ad me-
dietatem ſtratæ cum ponticellis? dic quòd ſic,
& non ultrà : ſicut dicitur in alueo & in aqua
communi, & inſula : ut inſtitut.de rer.diui.§.
inſulam. & ita tenet Baldum in lege lapilli. in
vltima colum.de re.diui. Et ex hoc not. quòd
ubicunque eſt permiſſum ſupra ſolum publi-
cum ædificare ponticellos, non eſt licitum ædi-
ficare, niſi uſque ad medietatem ſoli publici in
medio exiſtentis. & idem, ſi posſit ædificari
8 ſuprà ſolum commune, quod eſt not. † Item
quid ſi promiſi tibi dare uiam ad fundum tuũ
meum, an ſupra uiam posſim facere pontem?
dic quòd ſic. uel etiam ponticellum, ſi tibi non
nocet, & mihi prodeſt lege hoc iure § finali
de aqua quotid. & æſtim.quia ſolum ẽ meum,
& non tuum. & ſupra meum ædifico, & tibi nõ
officio. Ambulabis ergo ſubtus pontem uel
ponticellum meum, & ſatis eſt tibi, quia non
in plus teneor. ita dicit Bald. & bene, in dićt.le
ge lapilli. in penultima quæſtio.qui dicit, quòd
9 ita de facto uidit Florentiæ. † Dićtum eſt ſu-
pra nunquid ponticelli posſint ædificari ſupra
ſolum publicum uel priuatum : ſed nunquid
posſint ædificari ſupra ſolum commune per v-
num ex ſocijs? Et dicas quòd non. ut dićt. le-
ge ſi duo.§.Labeo. & ibi hoc notat Bartol. uti
10 poſſ. † Sed quid ſi habeo ab utraque parte
uiæ unam domum & pontem ſupra ſolum pu-
blicum, uel etiam ſupra priuatum uel commu-
ne in caſu permiſſo : an ſi uendo unam domum
de domibus meis, uidear uendere pontem qui
requieſcit in alia domo? uide lege quod con-
claue. de damn.infećt. & quod ibi not. Bartol.
& Doćt.& quod notat Bald. in d.l.lapilli.in ul-
ti.colum. Vltimo adde prædićtis quæ dixi ſupra
de ſer.protegendi.in vj.q. & quæ dicam in ſeq.
tit.de mœnianis.

De mœnianis. Cap. LXI.

1 *Mœniana dicuntur ſolaria, ſeu ponticelli, qui in muro ſunt, & ita proiecti, ſeu immisſi prouehũtur, vt nunquam requieſcant, ſicut ſubgrunda.*
2 *Mœniana ab immisſis in quo differant.*
3 *Mœniana ſi quis in muro ſuo ædificare velit verſus domum vicini priuatam, vel ædificium publicũ verſus, quantum ſpatium dimittere debeat.*
4 *Mœnianæ legi an ſtandum ſit, vbi aliqua conſuetudo non fuerit.*
5 *Mœniano, ſeu ſub ſolario, aut ponticello pannos, ſeu linteamina, aut alia, an extendere liceat, quæ vicinis lumen tollatur.*
6 *Actio qualis cõpetat contra protendentes pannos in aliorum præiudicium.*

1 MOENIANA dicuntur † ſolaria, ſeu
ponticelli qui ſunt in muro : & ita proie-
ćti ſeu emisſi prouehuntur, ut nũquam requie-
ſcant, ſicut ſunt ſubgrunda. ut eſt tex.in l.ma-
lum.§.j.de uerbor.ſignifica.& l.ij.§. cum qui-
dam.& ibi gl.ne quid in lo. pub.& in l.mœnia.
& ibi gl.ij.in princ.C.de ædific. priua. & dicun
tur mœniana à mœnibus : ut not.gloſſ. in dićt.
2 §.cum quidam. † Differunt autem mœniana
ab immisſis : quia mœniana, ut dixi, ita pro-
uehuntur, ut non requieſcant in alia parte im
miſſa : quæ ita ſunt, ut in loco alieno requie-
ſcant, ueluti tigna, trabes, quæ mittuntur, ut
eſt tex.in d l.malum.§.j.& no.glo.in l. ſeruitu
tes quæ in ſuperficie.§.j. & ibi etiam per Albe.
3 de Ro.de ſeruit.urban.præ. † Pro declaratio
ne huius materiæ quæro de quibuſdam : primo
quis vult ædificare mœniana in muro ſuo uer-
ſus domum vicini priuatã, uel uerſus ædifi. pu.
quantum

quãtũ ſpatiũ debeat dimittere. Dic aut ędificat
uerſus ædificiũ priuatũ:& x. pedes debet dimit
tere liberi aeris. aut verſus ædificiũ publicũ, &
tunc debet dimittere interuallum 15. pedum.
vt eſt tex. in d.l. mœniana.& ibi hoc tenet gloſ.
& in l. imperatores. de ſer. urb. præd.& facit ad
hoc tex. cum glo. in verſi. 15. de pedibus. in l. j.
C. de aquæduc. li. 11.& plus vult illa l. mœnia-
na, quod ſi quis vult ædificare ædem uel domũ
verſus ſolum publicum, debet dimittere ſpatiũ
x. pedum. vt patet ibi, quem intercapedinis mo
dum ædificatoris, &c.& ſi cõtra fiat, illud quod
ædificatum eſt, debet detruncari: & fabrica do
no fiſco aſſignanda eſt. quæ l. eſt intelligenda,
quando tale ędificium fieret vicino neſciente
vel contradicente, ſecus eo ſciente & patiente,
quia tunc deſtruere non compelleretur. argu. l.
prius. de mor. inferen. l. qui bona. §. ſi quis iuſ.
de dam infec.& ita tenet gl. 2. in d.l. mœniana.
facit ad hoc l. Sabinus. communi diui. Item l.
mœniana. eſt intelligenda ſecundum Ang. ibi,
quando ex obiectu alicuius ædificij laboratur,
ſecus ſi a latere. quia tunc illud interuallum nõ
requiritur, & ideo dicit, quòd videmus habita-
tores domorum habere ędes communes a late
re. Sed dicit gl. pe. in ver. 15. quòd illa l. non ſer
uatur. & verum dicit, quòd non obſeruatur, in
quantum loquitur de mœniano vel alio ędifi-
cio facto iuxta aliud priuatũ. ſed ſeruatur diſpo
ſitio l. fi. fini reg. licet gl. dixerit in d.l. mœnia.
quòd illa l. loquitur quando ædificatur iuxta
agrum vel ſepem, quam ego non teneo. vt dixi
ſupra, de pariete ſiue muro, circa princi. Sed in
quantum loquitur d.l. mœniana. quando ędifi-
cat iuxta ædificium publicum, puta muros ci-
uitatis, vel horrea publica, tunc debet dimitti
ſpatium 15. pedum: vt. eſt etiam tex. in l. ſi cui.
& ibi gl. 3. C. de ædifi. pri & dicit Ang. quòd ita
obſeruatur, quia iuxta muros ciuitatis vel ca-
ſtri non permittitur ædificari, niſi tanta latitu-
dine intermiſſa, ad hoc vt nihil mali vel ſiniſtri
excogitari poſſit, vt propter periculũ incendij
& ruinæ, aut proditionis: quia habẽs ędificium
ſuum iuxta muros, ex parte ſui poſſet clã murũ
ſuum perforare, & ingreſſum dare hoſtibus. &
ita dicit ſe pluries uidiſſe & audiuiſſe. ſubdit ta
men, quòd in quibuſdam locis hoc non ſerua-
tur. tu dic ſicut eſt in ciuitate Neap. ſed hoc in
ciuitate Paduæ bene ſeruatur. ſtandum eſt ita-
que in hoc conſue. vt in l. j.& in l. an in totum.
4 C. de ædi. pri. † Vbi autem non ſit aliqua con-
ſuetudo. an ſit ſtandũ illi l. mœn. uidetur quòd
non. quia ſicut quęſtio gl. dicit, ita ſeruatur de
cõſuetudine: quia habetur pro lege, vt habetur
in auten. hoc loco. C. ſi ſecundo nup. mu.& per
Bart. in l. Titia cum teſtamento. § fi. de le. 2. ita
videtur ſeruari econtra, quando gl. dicit, quòd
non ſeruatur de conſuetudine.& maxime quia
videtur, ꝙ lex tollatur per conſuetudinẽ, vt te-
net gl. inſtit. in prin. proœmij. in §. igitur. uerſi.
de conſuetudine. & in l. de quibus. de legi. &
gl. in c. ſi terra. extra de pri.& vide ad hoc glo.
optimam. 15. q. fi. c. cum multa. in ver. cum du-
bio. in fi. ego autem teneo in hoc contrarium,
quia lex per conſuetudinem non tollitur. l. fin.
in prin.& ibi no. Cy. C. de iure do. impe. ſed per
contrariam conſuetudinem bene tollitur: &
ideo ego in hoc ſic concluderem: Aut quæri-
mus de edificio quod fit iuxta ædificia publica,
vbi non ſit aliqua conſuetudo certa:& tunc pu
to eſſe ſtandum d.l. ſicui. C. de ædi. pri. ex quo
varie, vt dixi, obſeruatur de conſuetudine. Aut
quęrimus de ædi. pri. quod fit iuxta ædificium
priuatum:& tunc non eſt ſtandum d.l. mœnia-
na. ſiue ædificium fiat ex obiectu alterius, ſiue
ex latere, quia nullo caſu hoc ſeruatur:& ideo
ſtandum eſt deciſioni l. fina. fini. regun. de quo
dic, vt dixi ſupra, de pariete ſiue muro. Conclu
do ergo ex prędictis, ſi quæritur quantum de-
beat diſtare mœnianum, ſeu aliud ędificium ab
alio ædificio priuato vel publico. Aut conſtat
ex ſtatuto vel conſuetudine ſuper hoc diſpo-
nente, & illis ſtandum eſt: vt l. j.& l. an in totũ.
C. de ædi. pri.& no. per gl. in rub. in fi. C. quę ſit
lon. conſuet. quæ loquitur de porticibus. Aut
non conſtat de conſuetudine vel ſtatuto: &
tunc quæritur, quando ędificatur iuxta ædifici
um publicum, & ſtandum eſt deciſioni dicta l.
mœniana.& l. is cui. C. de ędi. priua. aut de ædi
ficio quod fit iuxta aliud ędificium priuatum:
5 & tunc ſeruatur l. fi. fini. reg. † Secundo princi-
paliter quæritur, an quis poſſit ſub mœniano ſi
ue ſolario aut ponticello extendere pannos ſeu
hteamina, aut alia per quæ auferatur lumen vi
cinis. In hoc ſic diſtingue: aut vult ponere in
ſuo tantum, ita quòd ſe non protendit extrà, vt
puta, quia vult extendere in altum, vt faciunt
illi qui habẽt ponticellum ſupra tectum, vt eſt
venetiis, & maxime propter emptores.& ſicut
communiter inuenitur in ciuitate Neapo. &
poteſt, quia quatenus durat ſolum ſuum, poteſt
edificare, & ponere, & facere regulariter quic-
quid vult uſque ad cœlum. l. fina. in princip. de
ſeruit.& l. ſi vitem. in §. pe. quod ui aut clam.&
probatur in l. j. §. pe.& ibi gloſſ. eodem titu. e-
tiam ſi ex hoc tolleretur lumẽ vicino, niſi hoc
faceret in deſpectum vicini, vel ad eius ęmula
tionem: vt l. opus. cum gloſſ. de oper. pub. in du
bio non præſumitur malus animus, vt eſt gloſ.
notab. in l. fluminum. §. fina. de dam. infec. cir-
ca quod vide quæ dicam in ſequen. titu. ver. 2.
fallit ſi vellet. Aut quis vult ponere ſupra ſuo,
& extendere vltra ſuum: ſicut quando quis ſu-
per vno ligno extendit linteamina, vel ſimilia
quæ protenduntur extra mœnianum, vel ſola-
rium, vel feneſtram: & tunc aut vult extende-
re ſupra ſolum vicini:& non poteſt. per d.l. fin.
in princ. de ſerui. cum aliis ſimil. ſupra alle. aut
vult extendere ſupra ſolum publicum: & tunc
aut non fit damnum aliquod vicinis vel tran-
ſeuntibus:& tunc poteſt, quia ita ſeruatur, vt
ibi de conſuetudine. Aut fit damnum uicino,
puta quia aufertur ſibi lumen. exemplum, quis
vult extendere pannos a la t. re mœniani ſeu
ponticelli verſus feneſtram vicini ex obie-
cto, ita quòd eius lumen obſcuret, vel in-

greſſum ſolis auferat. vel quis vult extendere pannos per directum vltra mœnianum vel feneram, ab alio latere eſt feneſtra vicini, quæ per hoc obſcuraretur. vel ſi quis habet ſolariũ ſuperius,& pars inferior eſt alterius, & ſuperior vult extendere pannos ſuper ponticello ab extra ſuper longitudine, qui panni pendentes deſcendunt extra ponticellum, ita quòd aufer rent lumen, vel ſolem feneſtris partis inferioris.& iſtis caſibus non poteſt,vt eſt tex. qui in omnibus iſtis caſibus poteſt exemplificari, in
6 l.2.§ cum quidam.ne quid in lo.pu. † Tertio principaliter quęritur quę actio competat con tra protendentes huiuſmodi pannos.Dic vtile interdictum,ne quid in loco pub. immittas.vt eſt text. in d.§.cum quidam. & ideo competit vtile & directum,quia in ſuo,non in publico fa cit,licet in publico protendatur, vt not.ibi gl in ver.vtile. Vltimo circa iſtam materiam adde quę dixi in tit.pręcedenti.& ſupra de pariete ſiue muro,poſt principium. & de ſeruitu.tigni immitendi.in 6.quæſtione.

De feneſtra. Cap. 62.

1 *Feneſtram in ſuo an quis facere poßit, etiam ſi per eam in uicini fundum inſpiceret.*

2 *Regula,quòd quis in ſuo inuito uicino murum face re poßit,quas fallentias patiatur.*

3 *Feneſtram in muro communi, ignorante uel inuito ſocio, an quis facere poßit.*

4 *Feneſtram in muro communi eleuato pro ſua vtilitate tantum, an quiſpiam facere poßit.*

5 *Domũ ſi quiſpiam uicinus eleuare uelit iuxta mu rum ſocÿ eleuatum,& ponere culmen æqualiter cũ culmine domus vicini,vel etiam ſupra, obſcu rando feneſtras uicini,ipſo inuito,an poßit.*

6 *Feneſtram in alieno, domino inuito,an quis facere poßit.*

7 *Feneſtram de ligno,quod dicitur balconus, an face re licitum ſit, & ipſam aperire in publico ſupra ſolum vicini.*

8 *Promiſerim ſi vicino ſub certa pœna nõ facere fene ſtrã in muro domus meæ,& poſtea illã domum uendam,an emptor feneſtram facere poterit.*

9 *Domus dominus an poßit obſcurare lumina domus locatæ alteri, vel in quo alius de domo locata uſumfructum habeat.*

10 *Feneſtras uitreas,ligneas, & papyreas, quę uulgo ſperæ dicuntur, an quis domui ſuæ apponere poßit.*

11 *Feneſtras uitreas,ligneas,& papyreas an quis imponere cogatur,et in feneſtris ſui parietis tenere.*

12 *Feneſtrarũ uitrea,uel vela ſi fracta eſſent, adeo ꝙ in alterius domo videri poßit,an debens ſeruitu tem ſuis ſumptibus reficere teneatur.*

13 *Feneſtrarum & balconorum materia ubi nam ſit remisſiue.*

1 VIDEAMVS † primo, an quis in ſuo poſſit feneſtram facere.etiam ſi per eam inſpiceret in fundum uicini.Et dicendum eſt,quòd ſic regulariter,vt probatur in l. altius.in prin. C.de ſer.& aqua.& ibi hoc no. Bald.& Docto. Et eſt ratio,quia in re ſua quis poteſt ædificare dummodo non mittat in alienum, etiam ſi noceat uicino.l.fluminum.§ fina cum duabus ſequent.de dam.infec.in re enim ſua quilibet eſt moderator & arbiter.l.in re mandata.C. man. Et intellige etiam, ſi quis haberet murum iuxta fundum uicini factum iam c.annis,& in eo nunquam fuerunt feneſtrę, quia poteſt dominus feneſtram facere.argu. gloſſ.in l.qui luminibus.de ſeruit.vrban. prædior. quia licet murus ille ſteterit longiſſimo tempore ſine feneſtris,non propter hoc tollitur domino facultas ipſas faciendi, niſi quando uoluiſſet facere, & per vicinum fuiſſet impeditur, & propter hoc deſtitiſſet, per l.hęc autem iura.cum ibi no de
2 ſeru.vrba.præd. † Sed iſta regula, quòd quis poſſit in ſuo murum facere inuito vicino,fallit in quibuſdam caſibus.Primo,quando eſſet impoſita ſeruitus, vt in tali muro non poſſet fieri feneſtra. Nam poſſunt ibi conſtituere ſeruitutem, vt non poſſim in meo facere feneſtram, per quam in domo tua proſpicere poſſim, vt eſt caſus in d.l.altius. ſecundum unam lect. in verb.pariete.C.de ſeruitu. & ibi not. Bald. qui dicit ſe hoc vidiſſe de facto in ciuitate Peruſij, in domibus quæ nunc ſunt comitis, alias domini Iulij.& idem tenet Pau de Caſt.in l.quoties de ſerui.tit.generali.vbi dicit, quòd talis conuentio ualet,ſi tua intereſt propter honeſtatẽ, quoniam non poſſes uti domo tua libere, cum homines nolint in omnibus videri.& iſte caſus poterit contingere quotidie inter fratres diuidentes inter ſe domos,pro hoc etiam facit l.vẽditor.in princip. communia prædi. & quod ibi not.Bart.per illum text qui dicit, quòd ſi ego vendo tibi aliquam domum cum pacto, quòd non poſſis exercere talem artem, valet iſta cõuentio,vt obligeris tu & hæredes tui, licet iſta non ſit ſeruitus,cum non ſit prædium damnas, de quo dic,ut dixi ſupra,de ſeru.proiiciendi,in 3 q. Secundo fallit, ſi vellem in meo facere vnam feneſtram in loco,in quo eſſe non conſue uit, quando facere hoc ad æmulationem uel in deſpectum vicini:puta quia vellem videre omnia ſecreta ſua:per l.opus.cum ibi no.de oper. pu.& ita tenet Pet.Cy.& Pau.de Caſt.in d.l.al tius.In dubio tamen non eſt præſumendum,ꝙ faciat ad æmulationem vel deſpectum, vt eſt glo.no.in l.fluminum.§.fina.de dam.infec.niſi quando per eam poſſent videri ſecreta vicini, & nullam ex hoc faciens feneſtram perciperet vtilitatem,quia tunc crederem, quòd hoc facere in deſpectum:& ita ſentit Paul. de Caſtr.in dicta l.altius Puto tamen,quòd hoc ſit remittẽdum arbitrio iudicis,qui conſiderabit qualitatem vicinorum,ſi ſint amici vel non: & maxime qualitatem facientis feneſtram:& ſi veriſimiliter feciſſet eam, etiam ſi eſſent amici,arg. l.j.§.j.de iure delib. & ca. de cauſis.de offi. de leg.& l.3.§.j.de teſti.cum ſimi. & ſi faciens feneſtram,eſt ſolitus facere in deſpectum vicini,

tunc contra eum est præsumendum.argu.l.non
omnis.§ à barbaris.de re milita. Quibus adde
omnino quo dixi supra de solo sine area, ut in
v. fal.uer.sed dubium est. Tertio fallit, quando
quis habet parietem iuxta domum uel hortum
cuiusdam puellæ, uel religiosarum, uel mo-
nialium, ut possit uidere illam puellam, aut
moniales aut religiosas: quia si hoc faciat ad
inhonestatem uel æmulationem, hoc non po-
test.argu.d.l. opus.de oper. pub. & l.in fundo.
de rei uend.ubi dicitur, quòd malicijs hominũ
obuiandum est. & ita tenet Cyn. secundũ Pet.
quem sequitur Bald.& communiter Doct.in d.
l.altius.C.de ser.quod bene no. contra uicinos
ædificantes ad despectum alterius uicini: quia
si hoc faciunt, ut noceant, non possunt etiam
in suo: secus si faciunt principaliter ad suam
vtilitatem, licet noceant: quia tunc potest: ut
no in d.l fluminum.§.fina. de damno infect &
3 hoc vult etiam Pau.de Cast.in d.l.altius. † Nũc
dicamus an quis possit facere fenestram in mu
ro communi ignorante uel inuito socio. Et di-
cas regulariter, quòd non: vt probatur in l.qui
dam Hiberus. de seru.urb. præd & ibi hoc no.
Ang.& Doct. & idem not. Ang in l. inter quos
in iiij col. uer. ex his infertur quòd in pariete.
de dam.infect.dicens, quòd ratio est, quia per
eam, puta fenestram, mutatur facies, puta pa-
rietis,& debilitatur paries, p' & consequens no
cet socio.& idem in effectu tenet Bal. in d l.al-
tius.in ii.no.C.de seruitu.& Paul. de Cast.in l.
quoties.de seruit.& in l. pariete. in sing.de ser-
uitu.vrb.præd.& in l.pe. quæ incipit eos.eo.ti.
Dixit tamen no.Paul. de Cast.in d.l.eos. quòd
socius potest in re communi facere fenestram
vel aliquid aliud, quod alterat rẽ, nisi aliquod
afferat nocumentum per d.l.quidam Hiberus.
& l.fin.in princ.de serui.vrba. pręd. Quod non
credo esse uerum indistincte, quia uix potest
esse quin afferat damnum uicino, si alterat pa-
rietem, vt dixi supra secundum Angel. unde ist
hoc puto sic esse distinguendum: Aut murus est
communis, quo ad omnia, quia sic actũ fuit in-
ter eos: & potest. ut inter eos est communis,
quo ad certum usum tantum: puta pro diuiden
do hortum communem: & tunc non poterit
facere fenestram in muro unius ex socijs. per
ea quæ dixi suprà de pariete siue muro, in pen.
q.ver.occurrit mihi. Aut est communis simpli-
citer: & tunc aut faciendo fenestram facit dã-
num muro communi,& nõ potest.d.l. quidam
Hiberus.in prin. aut non facit damnum muro,
sed potest respicere in domum uicini de præ-
senti vel futuro, si in area uicini postea ædifica
retur domus: & non potest, eadem ratione: ut
per regulam l.Sabinus. communi di. Aut nul-
lo modo facit damnum, nec facere potest, quia
murus est fortissimus & sic propter fenestram
alterari non potest, nec etiam propter dictam
fenestram potest fieri in terra seu fundo uicini
nec de præsenti nec in futurũ: ita ut socij nul-
lo modo intersit nec interesse potest: & tunc
æquum est dicere ut possit ar.d.l.quidã Hib.§.
si & l..fistu.§.pe.& arg.gl.in l.Sab.in prin præ
al.l.aut sumus in dubio, si nocet uel nocere põt.
& tunc standum est regulæ d.l.Sab.quę dicit, ꝙ
in re cõi melior est conditio prohibẽtis. Et præ
dictis adde quę plene dixi supra, de scalis.uersi.
quid aũt dicendum. & quæ dicã infrà de cami-
4 no,& de necessario, & de solario. † Sed circa
prædicta uidi dubitari, quia unus ex socijs põt
murum cõmunẽ altius tollere.ut supra dixi de
pariete siue muro. ver. tertio principaliter est
videndum,&c.an ille qui altius tollit murũ cõ-
munẽ possit in muro eleuato fenestrã facere &
pro sua tantũ vtilitate? Et ista quęstio depen-
det à prædijs. nã murus cõis altius eleuatus p
vnũ tantum ex socijs, efficitur cõis, ut est casus
in l.hoc quod.dicto § si ex tribus. secundũ unã
lect.gl.de ser.vr.prę.& tenet Bar.Ang.& Fl. in
d.l.quidam Hibe.& dixi plene suprà de pariete
siue muro.versi. tertio principaliter est uiden-
dũ. Ergo in casib.in quibus in muro cõi potest
fieri fenestra per vnum ex socijs tantũ, in illis
casibus poterit murũ eleuans in eo fenestrã fa-
cere,& non alius, vt patet ex prædictis, quia sę
pe contingit, ꝙ vnus vicinus eleuat murum cõ
munẽ,& facit fenestram versus vicinum à late-
re supra culmen ipsius uicini. Communiter ta-
men uidi obseruari contrarium in facto, quia
indistinctæ dictę fenestræ fiunt,& maxime in ci
uita. Vero.vbi infinitis domibus eleuatis hæ fe
nestræ reperiuntur: & ita fuit aliàs iudicatum,
& vbi esset consuetudo, in hoc illi standum es-
set, ut dictum est l.de mœnianis. & prædicta in-
tellige in muro communi pro diuiso: secus si
esset pro diuiso communis: quia tunc quilibet
posset partem suam eleuare, & in parte sua fe-
nestrã facere, sicut quis potest in muro ꝓprio
ædificare regulariter: vt est dictũ suprà in prin
ci.& hoc quando grossities muri pateretur: vt
no.Bar.in l.damni.§.cum pariete.de dam.inse.
5 & dixi suprà de pariete siue muro. † Sed po-
sito pro cõstanti, ꝙ dictæ fenestræ in muro al-
tius eleuato fieri possint per unum tantũ de so
cijs, siue de iure, siue de consuetudine: ut quia
tanto tempore ibi fuerit à parte, ꝙ in dicta sit
præscriptio a, quòd ibi stare possint, an si al-
ter vicinus socius vult eleuare domum suam iu
xta dictũ murũ prius eleuatũ, & ponere culmẽ
domus suæ ęqualiter cũ culmine domus uicini,
vel etiã supra, an possit obscurando dictas fene
stras vicini ipso inuito? & videtur quòd sic.l.
cum eo.de ser.& l.eos.eo.tit. & per l.altius.C.
eo.tit.licet illa l.altius.loquatur in ædificãte in
suo tantũ: tñ d.l.cũ eo.& d.l.eos loquuntur ge-
neraliter in quocũq; ædificante siue in muro ꝓ
prio, siue in cõi.l.j.§.& generaliter.de le. pstã.
cũ si.maxime cũ uideat ẽẽ eadẽ rõ: qa qd' cõe
est, pro eo iure qd' ad me spectat, meũ est.l.pu-
pillus.§.fi.de ver.sig.& audio ꝙ ita de facto ser
uatur Veronæ. In cõtrariũ uidet, ꝙ nõ possit:
nã cũ ille murus primo eleuatus ĩ quo sunt fe-
nestræ, sit cõis: videt ꝙ alter socius nõ possit ę-
dificare domũ suã, quę est à latere claudẽdo vel
obscurãdo dictas fenestras: quia regula est, ꝙ

bus,vt teneantur domino ad interesse: vt l.2.&
ibi hoc no.Bar. C.de murilegulis.libr.10. Item
tenentur crimiue stellionatus.l.3.§. si quis ser-
uos.de crimi.stellio.& no.Bar.in d.l.2.ad fi.qui
dicit idem in tinctoribus pannorum, & simil.
14 † Item nunquid pictura cedat tabulæ vel char
tę,an econtra? vide tex.insti.de rerum diui.§.si
quis aliena tabula. & l.in rem.§. sed id quod in
charta.de rei ven.& quod no. in dictis iuribus.
15 † Vltimo nota,quòd multi infideles repreheu-
dunt imagines Sanctorum dicẽtes,quòd sumus
idololatriæ:& propterea Imperator Leo,qui fe
cit 50.dies festos. C.de ferijs. & l.si quenquam.
de epis.& cler.ex suggestione qnorundam hære
ticorum habuit contẽtionem cum ecclesia Ro-
mana: quia fecit remoueri omnes picturas de
ecclesijs tanquam idololatriam continentes:sed
Papa qui tunc erat,congregauit concilium Ro
mę,& ipsum Leonem existentem in Constanti-
nopoli excommunicauit:qui Leo lepra percus-
sus postea mortuus est: vt scribit Pau. de Cast.
16 in l.fin.C.de ferijs. † Et tu dicas defendendo
Christianos, quòd imagines adorare non debe-
mus, videlicet colores earum, seu lapides:sed
eis debemus reuerentiam propter Deum & Sã
ctos, qui per eas repræsentantur. Vnde scribit
Grego. Papa Sereno episcopo Massiliensi, qui
imagines Sanctorum fregerat,quòd sub excusa
tione adorari debuissent.& habetur de consec.
dist.3.prælatum. in hæc verba: Et quidem ima-
gines adorari vetuisse omnino laudamus: fre-
gisse vero reprehendimus. Aliud est enim pictu
ram adorare. Aliud per picturam, historiã quòd

a Imagines. Vtrũ adoratio requirat locum determinatum? R. quòd non principaliter, quasi sit de necessitate eius, sed bene requiritur secũdum condecentiam, sicut & alia, signa corporalia: secundum illud Luc.19. Dom⁹ mea domus orationis vocabitur.& ad Ioan. 4.venit hora in qua veri adoratores adorabũt ipsum. qui est principalis act⁹ adorationis, vt dictum est. Locus tamẽ requiritur non propter eũ qui adorat,sed propter adorantes.

b Decimas. Decimæ quando dari debẽt? R. vt dicitur in c. cũ homines. de deci. ꝙ statĩ fructibus collectis.,& hoc quo ad prędiales, quo ad personales, debent solui in fine anni: sed tu dic,secundum cõsuetudinẽ pręscriptã sunt soluendæ: & si perierunt, peribunt illi, qui est in mora: alias nõ: sed cui debentur.

sit adoranda*, addiscere. Nam quod legentibus
scriptura,hoc idiotis præstat pictura cernentib.
quia in ipsa ignorantes, vident quod sequi de-
bent:in ipsa legũt, videlicet qui literas nesciũt,
vnde & pręcipue legentibus pro lectione pictu
ra est. Item ex sexta synodo scribitur, Venerabi
les imagines Christiani non Deos appellant,ne
que seruiunt eis vt dijs, neque spem salutis in
eis ponunt, neque in eis spectant futurum iudi-
cium: sed ad memoriam & recordationem pri-
mitiorum venerantur eas,& adorant:sed nõ ser
uiũt eis cultu diuino,nec alicui creaturæ: vt est
text.de cõse.dist.3 & ibi omnino vide quod no.
pro fide nostra, vt scias qualiter imagines Dei
a & Sanctorum sint adorandę. Et de materia pi-
cturatum vide etiam per Bar.in suo tract. de in.
signijs & armis.

De horreo. Cap. 72.

1 *Horreum in solario c mmuni si quis habeat, an ipsum frumento, vel alijs mercibus implere possit.*
2 *Horreum rebus onustum si multum ponderet, ita quòd solarium sustinere nequeat, quid iuris.*
3 *Horreum fromeutarium nouum ex tabulis ligneis mobile factum si quispiam in alterius solo posuerit, an ipsi solo cedat.*
4 *Decimas nunquid rustici in horrea ad ecclesias deferre debeant.*

1 SI quis † habeat horreum in solario cõmu-
ni,an possit ipsum implere frumento, vel a-
lijs mercibus? Et dicas quòd sic: quia dicitur
vti re communi ad vsum destinatum.l. si com-
munes ædes.communi diui. & not.in d.l. Sabi-
nus.eo.ti.facit l.arboribus.§.si nauis.de vsufru.
2 † Sed quid si nimium ponderat, ita quòd sola-
rium non possit sustinere? Dic quòd non potest
cogi ad sustinendum columnas, quæ sustineant
solarium:ar.l.sicut.in prin.si ser.vend.Et si non
sustinuerit,vel etiam sustituerit,& solarium nõ
possit sustinere, vel cum paries communis debi
litaretur:tunc posset cogi ad subleuandum pon
dus:per l cuius ædificium.de ser.vr.præ. volen-
tes etiam ędificare iuxta horrea publica, debẽt
dimittere spatium 20. pedum liberi aeri: vt l.
mœniana.C de ædi.pri.& no.gl.in l.si cui.eo.ti.
3 de quo dic, vt dixi s̃.de mœnianis. † Sed quid
si aliquis horreum frumentarium nouum ex ta
bulis ligneis mobile factum in solo alterius po-
suerit,an solo cedat? Dic quòd non: & sic non
officitur domino prædij: vt est text. in l.cuius
horreum.de acqui.rer.dom.& vide l.granaria.
in prin.de act.emp. secus si essent tabulæ terrę
affixę.l.si supra tuum.de acq.re.do.& d.l. grana
4 ria.& no.gl.in d.l.cuius Titius horreum. † Vlti
mo nunquid rustici debeant in horrea deferre
decimas *b* ad ecclesias? Dic ꝙ sic:ita vt a cleri-
cis vel eorũ nuncijs nõ sint colligẽdæ in agris:
per text. 16.q.j.reuertimini.& ibi hoc no.gl.in
ver.in horrea.vide not.per Spe.in titu.de deci-
mis.uer. vltimo quær.& de horreo. vide plene
l.cum in plures,§.locator. horrei.ff.loca. & in

l.dominus

l.dominus horreorum.in prin. & in l.cum domini horreorum.eo.tit.

De armatura. Cap. 73.

1 *Armatura machina dicitur illa, ſuper qua operarij ad ædificandum ſtant.*
2 *Armaturam vicinus ędificans an ſupra uicini ſolum ad murum ponere poßit, vt laborantes ualeant ſuper illa armatura ad laborandum ſtare.*
3 *Armaturam in fundo uicini an ponere licitum ſit.*
4 *Armaturam ſi quis in ſuo muro habeat, & eam in vicini muro ponere velit, ita quòd in ea requieſcat, quid iuris.*
5 *Armatura regulariter in ſolo alterius poni nequit.*
6 *Armatura ſi male ligata fuerit, uel in ea perticæ uel funes poſitæ fuerint, quę vetuſtæ erãt, propter quod vnus de armatura cecidit, an magiſter de armatura teneatur.*

1 ARMATVRA † machina dicitur illa, ſuper
qua operarii ſtant ad ædificandum. l. ſi ut
certo.§.interdum.ff. commoda. de ea ita vide
2 dubitari. † Nunquid vicinus ædificans domum
poſſit armaturam ponere ad murum supra solum vicini, vt laborãtes valeant ſuper illa armatura ſtare ad laborandũ? Et videtur ꝙ non.ar.l.
quẽad.§.1.ad l. Aqu.& l.1.§.ædificare. de mor.
infer. Sed eſt arg.contrà in l. refectionis. cõia
prædio.& iſtud puto uerius, quando aliter commode fieri non poteſt. Nam ſi eſt licitum mihi
murum meum altius tollere, l.altius.C.de ser.
intelligitur ꝙ poſſum ea facere per quę poſſim ipſum altius tollere uel reficere, etiam apponendo ad ea loca quæ nõ seruiant: ut eſt tex.
in l.refectionis.in princi.facit ad hoc l.ſi iter.ſi
3 ſer.ven.& l.veteres.de iti. actuq; priua. † Sed
nunquid ſit licitum ponere armaturam in fundo uicini? Videtur eſſe text.ad literam, quòd
non.in d.l.1.§.ædificare.uer.cæterum.de mor.
infe.pro hoc, quia non licet in alienum immittere.l.ſicuti.§.Ariſto.ſi ſer.ven.l. quemad.§.1.
ad l.Aqui. puto ꝙ ſi aliter nõ poſſit quis domũ
ſuã reficere, niſi ponat armaturam in fundo vicini, tunc poſſit: per d.l.refectionis. & d.l.veteres.sed ſi aliter poſſit, ſecus eſſet. Ita intelligit
d.§.ędificare. & alia iura superius ad hoc alle-
4 gata: quod eſt notan.quia quotidianũ. † Quid
aũt, ſi quis habeat armaturam in ſuo muro, &
eã uellet ponere in muro vicini, ita ꝙ in eo requieſcat? Dic ꝙ nõ poteſt: ut eſt tex.in l.ſi duo.
5 §.ſi vicinus.uti poſſide. † Et ex his omnibus cõ
clude, quòd armaturam quis non poteſt in
ſolo uicini, neque in pariete uicini, neque
ſupra solum alterius regulariter apponere,
6 niſi aliter in ſuo ędificare non poteſt. † Sed
pone ꝙ armatura fuit male ligata, uel in ea fuerunt poſitę perticæ uel funes, quę erant uetuſtę, propter quod unus ex armatura cecidit: an
magiſter de armatura teneat? Dic quòd ſic: ut
eſt tex.& ibi gl.no.in d l.ſi ut certo.§.interdũ.
ff. commo. & prędictis adde quę dixi ſupra de
ſeru.tigni immittendi, in 5.q.circa mediũ. uer.
& ideo ſi tibi conceſſi, &c.

De ſtabulo. Cap. 74.

1 *Stabulum dicitur locus qui tantum equos recipit: & quid de communi vſu loquendi.*
2 *Stabulum domus an vſufructuarius locare poſſit pro ſtabulo ad recipiendum, iumenta.*
3 *Domus locator an nedum ipſam domum, ſed etiam ſtabulum reficere teneatur.*

1 STABVLVM † dicit̃ ille locus, qui tm̃ equos
recipit, ſecundum gl.in l.palã.in prin.de ritu nu.quæ ponit, quid ſit taberna, caupona, ſtabulum. Nã aut dicitur proprie ſtabulũ locus, in
quo recipiuntur alia aĩalia: ut l.ex conducto. in
prin.aut ſtabulũ, ubi greges eius ſtare oportet.
ff.loc. De cõi tñ uſu loquendi etiam dicitur ſtabulum, in quo nondũ equi, ſed alia aĩalia, ut boues, & pecudes, ſtare cõſueuerunt.facit.l.eo iure.§.ſtabula.ff.in qui cau.pign.ta.cõtrah.& ſic
ſtabulum eſt prædiũ urbanũ uel ruſticum. vide
tex.in d.§.ſtabula.& quę dixi ſuprà in 4.diuiſi.
2 ſeruitutum.ver. ſed quid de ſtabulo. † An autẽ
vſufructuarius poſſit ſtabulũ domus locare ꝓ
ſtabulo ad recipiendũ iumenta? Dic ꝙ non l.ſi
cuius.aliàs, æquiſſimus.de vſuf.per quẽ text.dicit Flor. ꝙ inquilini non poſſunt domum conductam reducere ad ſtabulũ, vel ad uſum care-
3 ctarum, id eſt, plauſtrorum. † Sed nunquid locator domus teneatur nedum ipſam domum reficere, sed ẽt ſtabulũ? Dicas ꝙ ſic regulariter: ut
eſt tex.in l.ex conducto.in princ.ff.loca.& vide
ẽt in l.ſi merces.§.conductor.eo.tit.& quod in
eis no. De lętamine aũt quod procedit de ſtabulo, uide quę dicã infrà de ſterquilinio. Vltimo
adde ea, quę habentur in toto tit.ff.nau.caupo.
ſtab.& in tit.furti aduerſus nautas.

De ingreſſu ſeu introitu. Cap. 75.

1 *Solum ingreſſus ſiue introitus quod dicatur.*
2 *Solum quod relinquitur pro introitu, cuius eſſe debeat.*
3 *Expenſa aliqua quando facta eſt in dubio, à quo facta intelligatur.*
4 *Iurisdictio in dubio cuique ciuitati, vſque ad medium flumen competit.*
5 *Ingreſſus alicuius loci publicus cuius eſſe præſumatur.*
6 *Viæ uicinales quæ dicantur.*
7 *Vię vicinali an quis ſine principis licentia ædificare poſſit.*

1 SAEPE † contingit inter duas domos à latere uel poſteriori earũ parte ſolũ relinqui
unius

vnius pedis uel duorum vt plurimum : iuxta l.
fin.ff fini.regun. quòd solum ingressus siue in-
troitus dicitur. circa quod dubitari vidi, cuius
sit solum. de quo dicendum est , Aut per illud
solum habetur aditus & exitus usque ad loca
publica: & tunc aut illud solum est relictum ex
collatione priuatorum : & tunc dicitur uia pu-
blica , & etiam vicinalis , si uicinis tantum se-
ruit.& non licet eam cuique occupare vel clau
dere.l.2.§.viam publicam.& §.vicinalis. ne q̄d
in loco . Aut illud solum est ex collatione vici-
norum fundorum relictum. iuxta d.l. fi.fini.re-
gun.& dicitur tunc uia priuata, sicut locus re-
2 rum priuatarum.d.§.vicinalis. † Sed est dubiū
cuius eorum esse debeat . dic quòd si constat ,
quis reliquerit illud solum,eius esse dicitur : si
vero non constat , quis illud solum reliquerit,
puto quòd sit considerandum quis ipsum possi
deat : quia in dubio præsumam illum vicinum
solum illud dereliquisse,qui possidet.ar.l.meri
to.pro socio.& pro hoc etiam allego quod no.
3 Bar.in l.cum seruus.de uerb.oblig.† vbi dicit,
quando aliqua expensa facta est in dubio, intel
ligitur esse facta ab illo possessore *a*. & etiam
dixi suprà de pariete siue muro, ver. nunquid
autem in dubio.Sed si nullus possideat, tunc si
supra dictum solum vicini haberet stillicidium,
dicendum est ,quòd tunc saltem quatenus pro-
tendit stillicidium unius,eatenus sit eius solum
inferius.ar.l.fi.& quod ibi not.C. de ser.urban.
præd.Si autem nullus possidet, nec stillicidium
habeat:tunc est inspiciendum,si sunt lapides in
domo,seu muro ipsorum vicinorum protendē-
tes se supra solum prædictum , sicut poni per
nonnullos consueuerunt causa ostendēdi, qua-
tenus durabit lapis infixus in vna domo , eate-
nus iudicabimus ipsius esse solum inferius. fa-
cit ad hoc l.non solum.§.sed ut probari.de no.
oper.nun. Si vero nihil de his constat , tunc in
dubio iudicatum est , quòd si utriusque pro di-
midia:quia omnia quæ sunt in confinio , in du-
bio sunt eorum, qui ab vtraque parte possidēt:
ar.l.arbor. communi diui. & l.2.§.præterea.de
aqua plu.arcen.& l.adeo.§.fi.cum l.seq.quę in-
cipit,pro negociatione.de acqui.re.do. sicut di
cimus de insula,& alueo,qui sunt ī medio duo-
rum fundorum.ut l.adeo ex insula.& §. quid si
in toto.eo.ti.sicut dicimus in fossa, quæ est po
sita in medio duorum fundorum, quæ est com
munis eorum:ut d.l.2.§.præterea.& ibi per gl.
& Bar.in suo trac.Tyberiadis.in prima parte,in
prin.in uer.flumen. ubi ponit etiam idē de fos-
satis.& sicut dicitur etiam de flumine existente
4 inter duo territoria . † Nam in dubio iurisdi-
ctio competit cuique ciuitati vsque ad mediū
flumen.ut no.Bar.in d.trac. Tyberiadis.ver.itē
videndum est vtrum iurisdictio.& Bald.in c.ex
literis.pen.col.ad fin.de proba. Et ideo si dicti
vicini non concordant in vsu,& possessione,di-
ctum ingressum possunt per chordulam diuide
re,ita q̄ versus domum unius sit sua dimidia,&
versus domum alterius similiter sit alterā dimi
dia:iuxta not.per Bar.& Docto.in l quod con-
claue.de dam.infec.& per Bal. in c.1 § si quis
de manso.in 5.col.vers.quid si quædam plateo-
la est in medio.in ti.de contro.inuesti. in vsib.
feu.& dixi suprà de curia siue curte. & hoc in-
tellige ,quādo patitur commodam diuisionem.
Si enim esset ita paruus ingressus , siue introi-
tus,quòd commode diuidi non possit : tunc di-
cendum est,quod dicitur de vestibulo,ut rema
neat communis.l.arbor.§.vestibulo. communi
di.& no.Bald.in d.§.si quis.de manso. Et prædi
ctis adde quæ dixi suprà de pariete siue muro .
ver. sed vidi dubitari. cum tribus sequentibus.
Prædicta autē intellige de ingressu siue introi-
5 tu priuato. † De publico autem dubium non
esset,quando non est priuatorum. Et intellige
esse publicum, etiam si seruit tantum uicinis:&
dici domum vicinorum tantum,uel ad flumen
publicum , dummodo non sit factum ex colla-
tione fundorum priuatorum. l.2.§. vicinales.
ne quid in loco pub.quod bene no. quia multi
putant, quòd huiusmodi ingressus qui non ha-
bent exitum in viam publicam uel ad flumen
publicum, sed ducunt solum ad domos priuato
rum,quæ uiæ uicinales appellautur,sint priua-
torum vicinorum,vt possint per eos claudi.q̄d
6 non est verum,per dictum §.vicinales. † Item
etiam vicinales viæ dicuntur , quia principali-
ter deseruiunt vicinis , publicæ tamen sunt:ut
d.l.2 § uiarum.ne quid in loco pub.& ita aliàs
iudicaui, & aperire feci Veronę unam uiam vi-
cinalem clausam per vicinos,quæ habebat adi-
7 tum ad flumen publi. † Et de ista uia vicina-
li dic,quòd in ea quis non potest ædificare sine
licentia principis uel ciuitatis. l.2. in princi.ne
quid in loco publico.& si daretur licētia,intel-
ligeretur sine damno alterius : ut dixi suprà de
solo siue area in 6 fallentia. & adde quæ dicam
infrà seq.lib.in titu.de seruitute uię.

a Ab illo po. An possessor p̄sumat dñs, vide Cor.1.vol.consil.23.& 113 & 30. Et quis perdat possessionē ex negligētia, vide in 2. uolu. consil.56.& semel possidens hodie pręsumit̄ possidere. vide in 3.uol.consil. 91. & 280. & 313.& in 4.uolumi.consil.87. Et quo actu p̄sumat̄ possessio, uide Alexā. 1.uo. consi.43. & in 5. uo.con. 99.& cōsi. 183. in 1.col.in ver. nec oo.in fi.co.

De horto. Cap. 76.

1 *Prædium vrbanum vel rusticum quando dicatur.*
2 *Hortus an domus appellatione contineatur.*
3 *Hortum an dare videatur qui domum dat.*
4 *Hortus an veniat , si alicui contenta in domo legata fuerint .*
5 *Hortus cui cedat , si duo fratres domos diuiserint,in quarum medio hortus fuerit .*
6 *Domus habitationem si quispiam uni legauerit , cui etiam hortus contineatur , ad quem per eam aditus habeatur, an legatarius ipsi haeredi aditum præstare teneatur .*
7 *Hortum ad pratum quis reducere potest .*
8 *Domum habens iuxta uicini hortum ex illa domo,in illum hortum quidquam ponere non potest.*
9 *Horto suo quilibet ad libitum ædificare potest , dimisso tamen legitimo spatio.*
10 *Decimæ an solui debeant de his , quæ in hortis nascuntur.*

Hortus

1 HORTVS † quando dicatur prædiũ vr-
banum,vel ruſticum: vide tex.in l. vrbana
prædia.de verb.ſig & l.iiij §. pe.ibi, & in vrbe
hortorũ latitudo.& ibi Flo.ſi.regun.& quod di
xi ſ̃.in iiij.diuiſiõe ſeruitutis.ver.quid de hor-
2 to. † Et an hortus cõtineatur appellatiõe do-
mus? Dic , ſi eſt emptus vnico pretio cum do-
mo, vel non eſt paratus,vel deputatus ad vſum
domus,venit appellatione domus :aliàs regu-
lariter ſecus.ẽt ſi per domum ad eum habeatur
aditus.l.fi.in princ.& ibi hoc no.Bal.Ang.Flo.
& Doct.de ſer.vr.præ.& probatur in l.prędijs.
§.pe.& ibi per Bar.& Nic.de Neapo.de leg.iij.
facit l.teſtatrix.in prin ſi ſeru.ven.& vide glo.
3 iij.xij.q.iiij.religioſam. quæ ponit. † An ille
qui dat domum,videatur dare hortum. & vide
c.Ray.in prin & ibi Ioan.An.& cano.extrà, de
4 teſta.vide Bal.in cõſi.ſuo quod incipit.† Quid
ſi quis legauit contenta in domo? Et dicĩt hor
tus paratus ad vſum domus,vbicunque hortus
eſt,cã delectationis.d.l.prædijs.§.pe.vel eſt pe-
diſequus domus,ſecundum Bald.in dicto conſi.
5 † Sed quid ſi duo fratres diuiſerunt domos, in
medio eſt hortus? dic quòd ille hortus cedit il
li domino,pro quo teſtator vtebatur illo hor-
to: ſed ſi hoc non apparet,cedit illi domui,per
quam habebat intrinſecum aditum ad illũ hor-
tum.d.l.prædiijs §.qui domũ.de lega.iij.Si hęc
non apparent , cedit vtrique domui, ſecundum
Nicolaum de Neapo.qui ita not.in d.§.qui do-
mum.Et ſubdit quòd ſi conſuetudo regni diſpo
nit,quòd primogenitus habeat domum,intelli-
6 gitur etiam quòd habeat hortum: † Si quis le-
gat vni habitationem domus, cui continetur ẽt
hortus, ad quem per eam aditus habebatur, an
legatarius teneatur præſtare aditum hæredi per
dictam domum? Dic quòd ſic: vt eſt tex.in l.fi.
in prin.de ſeruitu.vrban prædior.& ibi not per
Doctor.Non poteſt quis domum diruere cauſa
hortum faciendi.C.de ædifici.priu.l. an in torũ
& probatur in l.ſenatus.in prin.de contrahend.
empt.& in l.cætera.§.j.& §.hoc ſenatus. de l .
.& in l.ſi quis per hanc.C.de ædifi. priua.quod
no.contra multos,qui diruunt domos, & faciũt
7 viridaria. † Sed bene poteſt quis hortũ ad pra-
tum reducere.l.apud Trebatium.§. ſi vicinus .
de aqua plu.arcen.niſi eſſet vſufructuarius:quia
non poſſet viridarium,in quo habet uſumfruc.
ad alium modum conuertere.l.ſi cui.§.ſed ſi æ-
dium.de vſufruct. Poſſet conſtituere ſeruitutẽ,
ne faciam in muro meo feneſtram,per quã poſ-
ſum te proſpicere in horto tuo:ut l.altius.C.de
ſeruitu.& ibi hoc not.Bal. & dixi l.de feneſtra.
8 † Item habens domum iuxta hortum vicini ,
non poteſt ex illa domo quicquam ponere in
illum hortum:vt l.j.& ibi hoc no.Ang. de ſeru.
vrbano.prædio.& dixi ſuprà de ſer.proiiciendi.
& ſuprà de aquæ proiectu. † Et ideo ſi habeo
9 palatium iuxta hortum tuum : licet habeam in
pariete meo verſus hortum tuum multas fene-
ſtras,& per mille annos tenuerim:tamen in hor
to tuo poteris ædificare di niſi legitimo ſpa-
tio : iuxta l.fin.fini.regun. & obſcurare lumina
mea in toto,vel in parte.l.qui luminibus.de ſer.
vrba.prædio.& ibi hoc not.Angel.& not.in l.j.
C.de ſeruit.& dixi ſuprà de ſolo ſiue area circa
10 princi. † Nunquid de hortis,id eſt, de his quæ
naſcuntur in hortis decimæ ſolui debeant? vide
tex.in c.ex parte.el j.de decimis.& quod ibi no.
& adde, ꝙ ille qui eſt in hortis ſiue in continen
tibus ædificii,dicitur eſſe præſens:ut eſt text.cũ
glo.in verbo,præſens.inſti.de ſatiſdat.§.ſi vero
aliquis.& habetur in l.præſens.cũ ſeq. de proc.
Appellans tamen non tenetur quærere iudicẽ à
quo.ut l.j.§.adeundi.quando appel. ſit.idem in
hortis inſtructis. uide l.legatum ſub cõditione.
§.j.de an.leg.l.quæſitum.§.j.de fun. inſtruct.&
de hortis uide text.in l. ſi ita quis.§.Seia cauit.
de verb.obl.& l.qui concubinam.§.qui hortos.
de le.iij.& in c.Ray.in prin. extrà de teſt. Et ad
de quæ dixi ſ̃.de ſer.proteg.in v.q. ſuprà de ca-
mino,ante ver.de quarto principali.

De columbario.
Cap. 77.

1 *Columbas capiens de alieno columbario , etiam in ſuo furtum committit.*
2 *Fundi vſumfructum,in quo columbariũ ſit, ſi quiſpiam habeat , quomodo & quando columbarum commodo vti poſſit.*
3 *Proprietates columbarum,quib prædicatores æquiparantur,quęnam ſint, remiſſiue.*

1 EST † probibitum capere columbas de alie-
no columbario,etiam in ſuo:& capientes di
cuntur committere furtum,& accuſari poſſunt
de furto:vt probatur in l.Pomp.§.j. & ibi Flor.
famil.erci.facit.§.gallinarum.inſtit. de re.diui.
hoc tamen caſu , quando quis capit columbas
alienas in ſuo, poteſt pœnitere . & non tenebi-
tur,eas relaxando:vt not.Bart.in l.ea mente.de
furt.niſi poſuiſſet cyminum:vel aliud in ſua cau
ſa ducendi columbas alienas:quia tunc puto, ꝙ
non habeat locum pœnitentia.arg.l.quicunq; .
in fi.de ſerui.fugi.quod no. Communiter tamẽ
ſunt ſtatuta terrarum , quæ prouidẽt circa hoc .
Si aliqui ſunt hæredes vnius qui habebat colum
barium,competit etiam eis iudicium fami.erci.
pro diuidendis columbis:vt eſt text.in d.l.Põp.
2 §.j. † Si quis habet vſumfructũ fundi , in quo
ſit columbarium , quomodo & quando vti poſ-
ſit commodo columbarum, collige ex tex.l.vſu
fructuarium.§.ſi in variis.& ibi hoc not. Flo.de
vſufr. Columbarum ſicut Pauonum fera natu-
ra eſt:inſtitu.de rer.diui.§.pauonum.ubi vide.
3 † Et de ſeptem proprietatib.colũbæ, uide per
Archid.xxxvj.diſtin.qui eccleſ.& prædicatores
æquiparantur columbis & agnis : vt not. idem
Archid.quæſt.v.non omnis. el ſecundo.

De ſterquilin:o. Cap. 78.

1 *Sterquilinū in domo habens, ſi faciat ipſum proijcere iuxta murū communē, vel alienum, an poſſit.*
2 *Stercoris aceruum ſi quis in fundo, aut agro meo poſuerit, an actione ui aut clam, contra eum agere potero.*
3 *Vrinam fœtidam aut ſtercus ſi quiſpiam in ſolo publico vel priuato proijcere voluerit, propter quod malus odor & fœtor vicinis exhalet, an poſſit.*
4 *Sterquilinium an ueniat uendito, vel legato fundo.*

1 QVIS † habet ſterquilinium in domo, facit proiicere lætamen iuxta murum cōmu
nem, vel alienum, an poſſit? Dic aut tangit mu-
rum communem, vel alienum, & non poteſt: vt
l. ſi quando. §. fi. ſi ſer. vend. Aut non tangit, ſed
eſt iuxtà: & tunc ſi aſſiduum humorē facit vſq;
ad murum prædictum, non poteſt. l. fiſtulam. in
prin. de ſer. vr. præ. ſecus ſi aliquando, & non aſſi
due ibi: & ita intelligo gl in d. l. ſi quando. ut di
xi ſuprá de neceſſario ver. de quarta parte. & ui
de quæ dixi ſuprà de ſeclario, de aquarolo, ſiue
cauali. & vide Flo. in l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fu-
2 mum. ad l. Aquil. † Si quis poſuerit aceruum
ſtercoris in fundo meo aut agro, an poſſim age-
re contra eum, quod vi aut clam? vide l. ſi alius.
§. ſi quis aceruū. quod vi aut clam. Item ſi quis
ſtercus per fundum meum protulerit, cum idip
ſum facere vetuiſſem: ſi nil dāni mihi fecit, nec
ſpeciem fundi mei mutauerit, non tenebitur,
quod vi aut clam. ut l. ſi iter. §. ſtercus. quod ui
3 aut clam. † Quidam vult proiicere ſtercus aut
vrinam fœtidam in ſolo publico, vel etiam pri-
uato, propter quod malus odor & fœtor ſit vi-
cinis, an poſſit? dic quòd non. l. ædiles. in fin. ff.
de via publ. & eſt tex. cum glo. in l. ij. §. idem ait
ſi odore. ne quid in loco pu. & in l. pen. §. penu.
quod vi aut clā. & adde quæ dixi ſuprà. de cloa-
cis. ver. & prædicta teneo. in q. v. & ſupra de ne-
4 ceſſario. in fin. † Nunquid vendito vel legato
fundo ſterquilinium veniat? dic quòd ſic. ſit ta-
men diſtinctio: aut ſtercorandi agri cauſa para-
tum eſt, & ad emptorem, & legatarium perti-
net: aut vendendi cauſa, & ad venditorem vel
ad hæredem ſpectat, niſi aliud actum ſit: & hoc
ſiue ſterquilinium in ſtabulo ſit, ſiue extra ſta-
bulum in aceruo: vt tex. in l. fundi. §. j. de actio
emptio.

De macerie. Cap. 79.

1 *Maceriem iuxta regionem vel fundum alterius ſi quis ędificare voluerit, nullo ſpatio medio relicto, poteſt, dummodo terminum ſuum non excedat.*
2 *Murus ſeu paries proprie cum calce dicitur.*
3 *Regula, quæ dicit, quòd ædificatum cedit ſolo, an in muro ſine calce ædificato locum habeat.*
4 *Lapides vel quid aliud in curia vel domo mea ſi poſueris, an ea abſque alia denunciatione propria autoritate tollere, & eijcere valeam.*
5 *Lapides & tigna in fundo meo de voluntate mea, me precario concedente ſi poſueris, an ea autoritate propria, ſi inde ea non exportas, remouere poſſim.*
6 *Conceſſerim ſi tibi ſimpliciter, vt aliquid in meo apponeres, an videar ad meum beneplacitum conceſſiſſe, an vero animo donandi, & in meo ſeruitutem conſtituendi.*
7 *Viatorem ſi quiſpiam inuitauerit, & poſtea eum pœnituerit, an contra ipſum agi poterit.*

1 SI QVIS † vult macerië ædificare iuxta
regionem, vel fundum *a* alterius, poteſt nul
lo ſpatio in medio relicto, dummodo terminum
ſuum non excedat. l. fin. in princip. fini. regun. &
maceries dicitur paries, ſiue murus de lapidi-
bus, ſine cæmento. l. quæ pertinet. §. paries de
ver. ſig. & ibi gl. in l. ſi precario. com. præd. & l.
ædes. ſacra. §. j. de contrah. emp. & gloſ. ſentit in
d. l. fi. ver. murus. quæ dicit, cū calce. & proprie
iuxta vulgare, dicitur murus ſiccus. † Murus
vero ſiue paries proprie dicitur cū calce: vt no.
in d. iuribus. & dixi ſuprà de pariete ſiue muro,
in prin. & ideo ſi quis vult murū facere dæ lapi-
dib. ſine cæmento, ſiue calce, poteſt in confini-
bus agri ſui, ſicut ſepem ædificare. d. l. fin. ſed ſi
murum cum calce, debet pedem relinquere.
3 † Sed nunquid illa regula, quæ dicit quòd ædi
ficatum cædit ſolo. l. adeo. §. cum in ſuo. de acq.
re. dom. habeat locum in muro ædificato, etiam
ſine calce? Et videtur quòd non, quia de facili
remoueri poteſt ar. l. ſi Titius horreum. de acq.
rer. do. Contrarium eſt verius. per d. l. ſi preca-
rio. commu. prædio. & ibi hoc not. Flor. & Paul.
de Caſt. in fi. & idem no. Paul. de Ca. in l. ij. ff. de
rei vend. quod not. Item vendito fundo an vi-
deatur vendita maceries, id eſt, murus ſine cæ-
mento. qui eſt in eo? Et dicas quòd ſic: per d. l.
ſi præcario. ubi hoc not. Flor. ſi quis obligatus
eſt non prohibere me ædificare ſub pœna *b*, ſi
in via detinet portantem lapides, vel calcē, vel
ſimilia, pro illo ædificio incurrit pœnam. l. j. in
prin. & ibi hoc not. Flor. de mor. infer. pro hoc
§. ædificare ea. l. j. & l. veteres. de iti. actuq; pri-
ua. ſi is qui lapides ex fundo emit, tollere eos
non vult, ex vendito cogi poterit, ut tollat eos.
l. ſi is qui lapides. de act. emp. & ſi eos non aufer
ret, facta ſibi denunciatione, vt tollantur, domi-
nus fundi eiicere poteſt, per l. j. §. licet autem.
4 de pericu. & commo. rei ven. † Quid ſi poſui-
ſti lapides, vel aliquid in curia, vel domo mea
ſine mea voluntate? dic quòd propria autorita-
te ſine alia denunciatione poſſum tollere, & eii-
cere. l. ſi precario. & ibi gl. commu. præ. l. quem
admodum. §. j. & ad l. Aquil. l. ſi inter. §. qui ad
5 ianuam. quod vi aut clā. † Sed quid ſi poſuiſti
lapides & tigna tua in fundo meo de voluntate
mea,

a Fundum. Appellatiōe fūdi, quid contineat, vide Cor. iiij. vol. conſil. ccxxxv. inci. viſa. & conſi. 236. inci. diligenter. & conſil. xxiij. inci. videtur. & an locus differat à fundo, d. conſi. xxiij.

b Sub pœna. Vtrum ſufficiat ad obſeruantiā legis ſoluere pęnam ſolū, quando ꝓhibet sub pœna? Reſpon. quod ſic in foro cōtentioſo, facit glo. in c. dilecti. de arbo. & in aut. de iudicibus. §. quia vero. vbi patet, ꝙ pœna ſoluta, quæ erat in cōpromiſſo, nō poteſt peti, ut ſtetur ſententiæ, niſi addatur, vt ſoluta pœna ſtetur arbitrio. ff. de tranſac. l. pe. & C. eo. l. cum proponas.

mea,me precario concedente , iuxta l.precarii.
an poſſum ea remouere propria autoritate,ſitu
ea inde nõ exportas?Teneo ꝙ prius debeã te re
quirere,& inde remoueri facies:aliàs ego prius
mouendo teneor tibi ad intereſſe.arg.d l j.§.ſi-
cet autem.& ita tenet Paul. de Caſtr.in dict.l.ſi
6 precario. † Quid autem ſi ſimpliciter conceſſi,
vt aliquid apponeres in meo : an videar conceſ-
ſiſſe precario:id eſt, ad meum beneplacitum:an
vero animo donandi & conſtituendi ſeruitutẽ
in meo?& gl.in d.l.ſi precario.in verſ.precario.
videtur tenere,ꝙ animo donandi,& ſeruitutem
conſtituendi:ſed aduerte quòd illa gl. loquitur,
qñ ego concesſi tibi , vt aliquid faceres in tuo ,
in quo habeo ſeruitutem. nam tunc odio ſer-
uitutis & fauore libertatis recaperandæ uide-
or concedere animo ſeruitutis remittendæ.nos
uero lequimur, quando in meo. quo caſu dicit
Ange.in d.l.ſi precario.ſe putare, quòd potius
precario , quàm animo donandi, per l. cum de
indebito.de proba. Nec obſtat, quòd quando
ceſſat alia cau ſa, præſumitur animo donandi.l.
ſi cum aurum.de ſolu.l.campanus.de ope.li.l.2
§.circa.de doli exce.Quia illud eſt verum ſecũ
dum eum, quando quis promittit aliquid dare
vel facere alteri,vel dat,aut facit. hic autẽ pro
mittit in ſuo fieri,quia ſi pręſumeretur animus
& uoluntas donandi, præſumeretur in partem
odioſam,quia videretur ſeruitus conſtituta.di-
cit Pau.de Ca.in d l.ſi precario.Tamen ſibi vi-
detur in hoc eſſe diſtinguendum,aut promiſi ti
bi facere tale quid , quod de ſui natura non eſt
perpetuũ: ſed tẽporale,aut promiſi id tibi face
re,quod de ſui natura non eſt ad tempus,ſed vt
perpetuo ſit . Primo caſu,quando id conceſſi,
quod de ſui natura non eſt perpetuum , ſed
temporale , puta quòd ibi poſſis congrega-
re arenam , vel calcem , aut tigna , vel lapi-
des occupantes locum , & tunc procedat dictũ
Ang.& ſic poſſum te compellere ad remouen-
dum,quantum mihi placuerit argu.l.j.de pre-
cario,quia ſufficit , ſi cui vel in paucis labor a-
micis ſuccurramus.l.tutori.C.de negati. geſt.
Quod ego limito duob.modis.Primo niſi eſſet
facta cõceſſio ob aliquam cauſam,puta quia
dixi,patiaris quòd ego ponam lapides vel are-
nam vel tigna in domo,quia in mea,quam ædi
ficare uolo,ſtare non poſſunt.nam tunc nõ poſ
ſem cogi ad remouendum, niſi ſecũdum quòd
ædificauero domum.argu.l.in commo.§.ſicut.
commo . Secundo fallit,quando ego concedẽs
precario,uellem ſine cauſa remouere cum dam
no illius,cui conceſſerã,quia tunc obſtaret ex-
ceptio doli.quia precarium eſt beneficium , &
beneficio iuuari,non decipi nos oportet. vt di-
cit tex.in d.§.fina.& hoc tenet eleganter Abb.
Sicu.in c.fin.extra de precario:pro quo allegat
id quod no.Io. An.in proœmio decretal.vbi di
7 cit. † Quòd ſi quis inuitauit viatorem, & de-
uiauit,& poſtea eum pœnituerit,poteſt agi cõ
tra eum.facit quod habetur in l.ſi pœnam , de
uerborum obl.& in l.pen.C.commo.quod no.
pro limitationem tituli,de precario . Secun-
do caſu principali , quando concedo tibi tale
quid , quod de ſui natura non ſit ad tempus ,
ſed perpetuo ſit : puta parietem in meo face-
re , vel immittere tignum factum in forami-
ne,quo tectum ſuſtentatur: & tunc intelligitur
conceſſio facta animo donandi,& conſtituendi
ſeruitutem,alias ſequeretur damnum alterius
partis,cui ſit conceſſio , ſi poſt ſumptus factos
cogi poſſit deſtruere. & ſic conceſſio intelligi-
tur facta ſecundum ſubiectam materiam.l.uno
in princip.ff. loca quod perpetuo tene menti.
Et adde quæ dixi ſupra de ſeruitute tigni ini-
mittendi,& de tigno iniuncto,& de aquæ pro-
iectu .

De fouea. Cap. 80.

1 *Foueam qui in ſuo facere uelit, iuxta tamen fundũ alterius, quid obſeruare debeat .*
2 *Foſſam urſorum,luporum,aut ceruorum capiendorum cauſa in uia publica,aut in itinerib. publicis, aut in ſylua publica ſi quiſpiam fecerit , & bos,uel aliud animal in eam ceciderit, qua actione contra facientem agere potero .*
3 *Foſſe an ſub ſolo publico fieri poſſint.*

1 QVI † vult foueam in ſuo iuxta fundum
alterius facere,quantum profundum eſt,
aut tantum derelinquat.l.ſi.fini.regum.quę ha
betur duobus modis in litera. Vno modo cum
illa diſiunctiua,Aut : & ita communiter habe-
tur.& eſt ſenſus, quòd debet fodiens tantũ ſpa
tium reliquere a fouea vſque ad fundum vici-
ni,quantum eſt profundum,id eſt,profunditas
ipſius foueę, aut tantumdem , id eſt,quantum
extenditur fouea in latitudine ſuper eius ſum
mitate,& hoc ſentit ibi glo. ſuper verſicu.tan-
tundem, cum ibi diſiunctiua referatur ad fodiẽ
tem,ſi maior eſſet profunditas,quam latitudo.
uel econtra,erit in electione fodientis , vel re-
linquere ſpatium profunditatis,vel latitudinis
argu.l.plerunque.in fin.de iure do.cum ſi.Alio
modo habetur litera in d. l.fin. ſine illa diſiun-
ctiua,Aut :& ſolum dicitur, Quantum profun-
dum eſt , tantum derelinquat. & tunc eſt ſen-
ſus, quòd fodiens debet indiſtincte relinquere
tantum ſpatium , quantum eſt profunditas fo-
ueæ.& intelligo illum tex.de fouea,ſiue fiat iu
xta vicinum fundum vrbanum, puta parietem
vicini,quia licet illa l.ſi.ſit poſita in ti.fini.reg.
tamen locum habet in prædio vrbano , vt dixi
ſupra de pariete ſiue muro,circa princ.& pro-
batur per gl.in l.fluminum.§.præterea.in ver.
furnarij.ibi.fallit hoc,vbi fodis iuxta parietem
meũ magis quã poſſet. quod non licet. & no-
luit dicere per d.l.ſi.fini.reg.ſiue fouea fiat iu-
xta parietem ruſticũ.Itẽ intelligas foueã pro-
prie,quando habet iſtud nomẽ ſpeciale foueæ,

Conceſſio. Conceſſum intelligitur de iure communi, ꝙ non eſt prohibitum.arg.30.q.4 qui ſpiritualem 16.q.j. ſunt nõnulli.5.diſt.ad eius.ff.ex quib. cau.ma.l.necnõ §. quod eis.ff. de proc.l.mutus. §.j.ff.de teſti.l.j.ff.de trãsla.prelat. inter corporalia.ff. de colle.illi.l.j. ſoluit glo.in d. c.inter corporalia.quòd prima iura loquitur in cõſtitutionibus affirmatiuis,& non prohibitis. Exẽplũ cõceditur,ꝙ cõtrahatur matrimoniũ,ergo ſẽper & cuilibet . Exẽplũ in prohibitis,homicidium prohibetur,ergo ſemper,niſi vbi inuenitur conceſſum .

vt l.j.§.fossa.ne quid in flumi.pub.vel quando ficcandorum agrorum causa facta est.l.in summa.§.j.de aqua plu.arcen. vel quando est facta pro animalibus potandis, vel pannis lauandis, vel anseribus,vel anatibus in ea retinendis.Secus si fouea esset,quæ transiret in aliud nomen speciale,sicut est puteus,quia possum,tunc debet relinquere.d.l.fina.fini.regun.& dixi supra de puteo. Idē si esset fouea,quę dicitur penus, vt dixi supra de pe.in fine.intantū,quòd si vellet facere fossatam communi diuidundo agrū suum in fundo vicino, non teneretur derelinquere illud spatium,imo de consuetudine seruatur,vt fiat in confinio fodientis,aut etiam in confinis vtriusq;.l.2.§.pręterea. & ibi gl.de aqua plu.ar.& tūc in dubio esset cōis. vt no.ibi gl.& dixi s.de īgressu.& dicā plenius in seq.li. de fossatis. Licitum est etiam in suo fodere & auertere aquæ uenam, quæ decurrebat ad fundum vicini,si hoc fiat, vt sibi proficiat, & non principaliter vt uicino noceat.l. fluminum.§. si.cum duabus ll.seq.de dam.infec.& l.j.§ denique.de aqua plu.arg. & probatur in l.quoties. la.j.in prin.ibi,aliter atque.de ser.& no.Pau.de Cast.in l.si tibi.per illum text.C.de ser. & dixi
2 supra de puteo,versic.quid si in domo mea. †Si quis fossam fecerit ursorum, vel luporum,aut ceruorum capiendorum causa in uia publica, aut in itineribus publicis, aut in sylua publica, & bos in eas inciderit:agere potero interdicto, quòd in publico factum est.l.si alius.§.pe.quod ui aut clam.& etiam possum agere l.Aquil.nisi mihi prius denunciauerit, vel nisi sciuerim.l. qui foueas.ad l.Aqui.& no.gloss.in d.§ pe.vel nisi esset facta fouea in locis, vbi fieri solet.d.l. qui foueas.& idem dicas in foueis quæ fiūt causa collocandi frumenta, prout fit in Marchia.
3 † Sed an illę possunt fieri sub solo publico? Et teneo quòd non de iure. quia in solo publico non est licitum priuato aliquid immittere sine principis licētia vel superioris.l.2.in prin. ne quid in loco publico. & maxime si est uia publica seu iter publicum.l.ædiles.§.cura autē est.de uia publica.alias ē, de loco publico fruēdo.& per illas foueas efficiatur deterior uia.& uia dicitur deterior fieri si per illas foueas impediretur usus eius ad commeandum. hoc est, eundum uel agendum. aut cum uia plana fuerit,cliuosa fiat,uel ex molli aspera,aut angustior ex latiori,aut palustris ex sicca. l.2.§. deterior.ne quid in loco publico. In hoc tamen puto,quòd sit conseruanda consuetudo loci, per l.j.& l.an in totum.C.de ędi.priuat. per glo.in rub.C.quæ sit lon.consue.quæ loquitur de porticibus.vbi vero non sit cōsuetudo,serua quod dixi.Cętera circa istam materiā vide in sequenti libro in tit.de fossatis,in sequenti titu.versi. nec obstat quod dixi.

De arboribus. Cap. 81.

1 *Oliuam uel ficum in suo plantans quid obseruare debeat.*
2 *Arborem si quis in suo plantauerit iuxta alterius regionem,legitimo dimisso spatio,& postea radices in tātum excreuerint,quòd domus meæ fundamento ruinæ periculum afferatur, an contra eum,qui plantauerit,uel qui plantatam habeat, agere potero.*
3 *Arbor si radices miserit in fundum meum, seu in murum domus meæ,an eas propria autoritate incidere valeam,vel cum autoritate iudicis.*
4 *Arbor tua si supra domum meā uel fundum meū pendeat, an illud totum, quod ex arbore super meo pēdet, autoritate propria abscindere possim.*
5 *Arbore tua supra domum meam pendente quod remedium competat.*
6 *Dictio In, aliquando pro De, ponitur.*
7 *Interdictum de arboribus cędendis tam directum quàm utile tribus in casibus competit.*
8 *Arbor ex fundo tuo in uiam publicam si ita caderet,vt itineri impedimento esse,eamquem pro derelicto habeas,quid iuris.*
9 *Arbor si in fundum uicinum radices porrexerit, an uicino eas incidere liceat.*
10 *Arbor cuius esse uideatur,radicibus in vicini fundo arboraliter illatis.*
11 *Arbores alienas si quispiam in suo plantauerit,uel suas in alieno, cuius erunt.*
12 *Arbores alienas incidens, Aquilia,& arbo. furtim cæsarum tenetur.*
13 *Arboribus appellatione quid ueniat.*
14 *Arbore mea si fructus in fundum tuum cadant, an mihi colligere licitum sit.*
15 *Fundum si uendiderim,& acceperim arborem,& ea ceciderit,& demum eius radices pullos emiserint,an eos uendicare possim.*
16 *Vsufructuarius arbores etiam infructuosas excidere non potest, quæ deambulationes opacas,& amœnas reddunt.*

1 OLIVAM † & ficum in suo plantans, a fundo vicini per nouem pedes distet,alias autem arbores seu tigna,per quinque pedes,vt l.fini.regun.& ratio potest esse propter radices & ramos & frondes.Sed si aquę ductum discurrit per locum priuatum,debet ab vtraque parte esse spatium 25.pedum,in quo nullæ sunt arbores,& si quæ nasceretur debent excidi.l.j.Et ibi hoc no.Bar.C.de aquæduct.lib.11.& est ratio secundum Bart.ibi.in fin. quia est præsumptio,quòd arbor radices mittat, & extēdat per 25.pedes. Si vero aquę ductus transitum faceret per loca publica,debet esse latitudo 10.pedum munda ab omnib. arboribus.l. omnes.in prin.eod.tit.de aquædu.l.10.& no.Bar.in d.l.j.
2 † Sed quid si quis plantauit arborē in suo iuxta regionem alterius dimisso legitimo spatio

secun-

ſecundum d.l.ſi fini.reg.& poſtea ita excre ue-
runt radices, quòd fundamentũ vicinæ domus
ruinam ſeu periculum afferat,an poſſit agi con
tra eum, qui plantauit, vel qui plantatam a-
bet?Et videtur quòd non.per l.Gracchus.de a-
dul.quia dicitur,quòd initium expectãdum, vt
no.plene per gl.& Doct.in c.dudum.ad audiẽ-
tiam.dxtra de ele.contrarium tamen eſt uerius
per l.j.C.de interdic.& ibi hoc not.gl.ſi.in fin.
& eſt ratio: quia licet in ſuo ſit licitum facere
quodlibet.l.pecul.de dam.infec.tamen illud ve
rum,dummodo nihil immittat in alienum.l.ſi-
cuti.§.Ariſt.ſi ſer.uen.& ita tenẽt Do. in d.l.j.
3 † Dubium tamen eſt,an hoc caſu quo radices
miſit arbor in fundum meum,ſeu in murũ do-
mus meæ,an eas poſſim propria autoritate in-
cidere:an vero cum autoritate iudicis.Et vide
tur quòd propria autoritate poſſim.l.quemad.
§.ſi protectum.ad l.Aquil.& l.ſi uitem.§.quid
ad ianuam.quod ui aut clam. Nec videtur ob-
ſtare d.l.j.de interdic. quia ſecũdum aliquos in
ducit neceſſitatem de aditione iudicis.l.3.C.de
pig. Alij dicunt, & iſtud eſt uerius,ſecundum
Pe.Cy & Doc.in d.l j.quòd nõ poſſim propria
autoritate incidere, ſed cum autoritate iudicis:
vt d.l.j.& ſi plures.§.ſi arbor.ar. fur.cæſ. Nec
obeſt,quod dixi, quando quid eſt immiſſum in
meum, poſſum propria autoritate tollere: quia
in hoc eſt diſtinguendum: Aut aliquid immittit
in ſuo quis & à ſe poſſeſſo,tamen contra ius ni-
hil debitum:& tunc eſt neceſſe recurrere ad in-
terdictum,quod vi aut clam,& de no.oper.nun.
vt,l.ſi uitem.§.qui ad ianuam. quod ui aut clã.
& l.de pupi.§.meminiſſe.de nou.oper. nuncia.
Aut quis vult in rem meam immittere: & tunc
aut illud immiſſum non tangit rem meam, ſed
pendet ſuprà: & tunc illud propria autoritate
non poſſum remouere.d.l.quemadmodum.§.ſi
protectum.ad l.Aquil. Aut tangit rem meam:&
tunc aut illud immiſſum eſt artificiale,quod cõ
uenit operi manu facto: quia foueam facit per
quam incurrit aqua per murum: & tunc pro-
pria autoritate mea poſsũ tollere: ut d.§.ſi pro-
tectum. Aut miſſio non eſt artificialis,ſed natu
ralis, vt quando vicinus meus plantat in ſuo,&
poſtea radices naturaliter intrant in meum: &
tunc propria autoritate euellere & incidere nõ
poſſum.d.l.plures.§.ſi arbor.arb. fur. cæſ. & d.
l.j.C.de interdict.& ibi hoc not. Cyn. Bartol.&
Doctor. Et prædicta procedunt in radicibus.
4 † Sed quid in frondibus & ramis? pone arbor
tua pendet ſupra domum meam vel fundum
meum: an poſſim totum, quod ex arbore ſu-
per meo pendet,propria autoritate abſcindere?
Et videtur quòd ſic,per l.j.§.j.de arbo. cæden.
& hoc tenuit glo.ibi per l.pignoris. C.de pign.
act.& l.liberum. C. quando lic. vnicuique ſine
iudi.vin.In contrarium gloſ. allegat in d.§.j.l.
iiij.C.de pign.ſcilicet quòd cum iudi. autorita-
te hoc fieri debet: & pro hoc d.§.ſi protectum.
Ac etiam quia ſi ingredior in tuum, contra tuã
voluntatem, tibi teneor actione iniuriarum.in
fin.de iniur. In hoc conclude ſecundum Barto.
in dicta.l.j de arbor. cæden. quod eſt practica,
quando arbor tua pendet in ædes meas. primo
debeo tibi denunciare, vt eam adimas, ſecundũ
verba edicti.de arb.cæd.ar.d.l.j.in princ.& in §.
ait prætor. Et conſimile eſt,quòd de hac denun
ciatione fiat inſtrumentum: ſi tu negligis adi-
mere,& ego autoritate mea vado,& ſuccido,cũ
neminem prohibentem inueniam,nec aliàs fue
rim prohibitus,licite facio. Nam non commit-
to vim,cum non fuerim prohibitus. Item non
facio clàm,cum ius mihi permittat. d.l.j.§.j.de
arbor.cæden. non debeo credere vel ſuſpicari,
quòd contra iuſtitiam mihi reſiſtas & contro-
uerſiam facias. Sed ſi cum venerim ad inciden-
dum reſiſtens,tunc non poſſum mea autoritate
tollere, ſed debeo recurrere ad interdictum de
arbo.cæden.& eſt caſus in d.§.j. Eſt enim pro-
hibitum,ne mihi domino ędium tu dominus ar
5 boris vim facias. † Circa prędicta quæritur,
quod remedium competat. Diſtingue tres ca-
ſus. Aut arbor tua pendet ſupra domum meam,
& tunc agi poteſt ex primo capite.de arbor.cæ.
vt arbor tollatur in totum, & ſuccidi debeat à
ſtipite.l.j.§.j.de arborib.cæden. Aut arbor tua
pendet ſupra agrum meum: & tunc ex ſecundo
capite eiuſdem edicti non agitur, vt tollatur in
totum, ſed vt coerceatur & incidatur xv. pedi-
bus à terra.d.l.j.§ deinde ait prætor.& hoc no.
glo.in d.l.j.C.de interdic.& ibi per Cy.& Doc.
Et ratio differentiæ eſt inter iſtos duos caſus:
quia in prima,quando arbor ſupra domum alie
nam pendet,nocet domui ratione pluuiæ:ſed in
ſecundo caſu, quando eſt ſupra agrum non no-
cet agro,niſi ratione ſolis, qui intrat terram,ſe-
cundum Cyn.in d.l.j.Aut arbor non pendet ſu-
pra domum,vel agrum alienum,ſed radices mit
tit in alienam domũ: & iſte eſt tertius caſus,de
quo non loquitur edictum de arboribus cæden.
ſed prouiſio d.l.j.C.de interdic.quæ vult, quòd
licet deficiant verba edicti: tamen ex ęquitate
competit condictio ex illa l.j.quæ eſt actio in fa
ctum,vel vtile interdictum,ut not.per gl.in d.l.
j.& iſtud vltimum, quòd competat utile inter-
dictum de arbo.cæd.tenet ibi gl.& Cy.& Doct.
& Bar.in d.l.§.differentia.de arb. cæd. Sed quia
iſta opinio quòd competat utile interdictum,&
non directum de arbor.cæden. procedit ſine du
bio ſecundum opi.glo.quæ vult, quòd vbi ver-
ba deficiunt,& mens ſubeſt,tunc detur actio uti
lis:ut no.in d.l.curatoris.C.de nego.geſt.Sed ſe
cundum opi.Cy.& Bart.in d.l.curatoris:& in l.
j.quæſ.ij.C.vti poſ.quæ eſt,quòd vbi mens ſola
ſubeſt, licet verba deficiant, detur etiam dire-
cta: ſed quando deficiunt verba legis, & mens,
ſed ſubeſt ratio earum, tunc vtilis prædicta deci
ſio videtur habere aliqualem dubitationẽ: quia
ex quo ædictum de arbo.cæ. propriè ſumptum,
veniunt etiam radices arboris: quia illa dicitur
proprie arbor,quæ habet radices: ut ẽ caſus no.
in l. vitem.§.j.arbo.fur.cæ.ergo uidebatur adeſ
ſe mens prætoris in edicto.de arb. cæ.& ſic de-

beret dari directum interdictum, non vtile. Itē
quia dicitur in edicto,arbor impendet, &c. Nā
dum dicitur,impendet,videtur etiam significa-
re in loco,quia dictio In, significat in loco : vel
in persona,:& requirit tactum loci vel personę ,
vt est casus no. in l.j.§.in flumine.de flumi.& in
l.j § hoc interdictum.de no.op.nunc. & ibi per
Bar.Sed tu teneas opin. prædictam & Doct.qui
eam sequuntur in d.l.j.C. de interdic.nam licet
edictum de arb.cę.loqueretur de arbore non ta
men simpliciter loquitur : sed de arbore quæ in
alienas ædes impendet:nam verbum Arbor,iun

a Arbor. Adde Cor.3. uolu.consi.287 incip.dominus.

ctum cum verbo Impēdet , debet qualificari se-
cundum naturam verbi cui adiungitur.l. in de-
lictis.§.si extraneus.de nox.l.Lucius.& ibi Bar.
de test.mili.sed Verbum Impendeo non exten-
ditur ad radices quæ subirent fundamenta do-
mus:quia verbum Impendet , debet exponi, id
6 est,dependet,uel suprà pēdet. † Nam dictio In,
aliquando ponitur pro De,vt est text.cum glo.
in l.si cui tigna.de ædil.edic. probatur in l.quę-
ro.§.fi.ibi,in domo.eod.tit. & sic dictio In,non
requirit tactum loci . Item quòd verbū Arbor
non extendatur ad radices , quando cōiungitur
cum verbo quod aliud importat,est casus in l.j.
iuncto ver.si quis radicibus.ar.furt.cæ. & quòd
istud sit verum, quòd hoc casu non compræhē-
dantur radices arborum ex mente edicti , patet
in l.j.C.de interdi.ibi, dum dicit, ad exemplum
alicuius non est idem cum illo ex mente:sed est
per extensionem, quæ fit per eādem rationem.
concludo igitur ex prædictis,quòd hoc interdi-
ctum,de quo in d.l.j.scilicet quando radices cre
scunt sub fundamento domus vicini, debet esse
vtile & non directum:quia nec uerba,nec mens
edicti de arb.cæ.fuit de ipsis radicibus : sed solū
de arbore,quæ suprà pendet:& sic de frondibus
& ramis. sed quia si fuisset interrogatus prætor
quid de radicibus pp eandē uel maiorē rōnem
idē dixisset,arg.l.tale pactum. cū ibi no. per gl.
in l.fi.de pac.ideo ad exemplū interdicti de arb.
7 cæd.dabitur,& hoc utile.quod no. †Item datur
hoc interdictum de arboribus cæden.tam dire-
ctum,quàm utile,competens in tribus casibus ,
de quibus suprà dixi in ver.circa prędicta,quod
datur non solum domino ędium , sed etiam ei
qui usumfructum habet,quia ipsius interest ar-
borem ipsam non pendere l.j.§. non solum.de
arbor.cęden. Item datur hoc interdictum, si ar
bor cōmunibus ędibus impedet, & cuilibet do-
minorum insolidum,quia & seruitutum uendi-
cationem singuli habent.d.l.j.§.præterea.item
an pro opere facto in arbore possit agi , & qua
actione,vide l.si alius.§.notauimus quod ui aut
clam.& plene not. per Bart. in l.j.§.hoc autem
edictum.de no.oper. nunc.item si arbor ex vi-
cini fundo inclinata in tuum fundum sit , ex le-
ge x i i.tabula amouenda,ea ratione agere po-
tes, ius ei non esse ita arborem habere.l. fin.de
arbor.cæden.& competit actio in factum vel ne
gatoria,secundum glo.ibi,& Bart.Si aliquis ca-
uit mihi de dam.infec.& arbores ex suo agro ui
tempestatis confractę, & in meum agrum ceci-
derunt , eo quòd facto uitibus meis uel segeti-
bus nocerent,uel ędificia demoliuntur,stipula-
tio non committitur , secus si vetustate arborū
hoc accideret ,tex.est in l.fluminum.§. itē apud
8 Iulianum.de damno infecto. † Item quid si ar
bor ex fundo tuo in viam publicam sic caderet,
vt itineri sit impedimento , eamque pro dereli-
cto habeas? Dic quòd non teneris,sed si actor in
sua impensa arborem tollere paratus sit , recte
tecum agere poterit de via publica reficienda ,
sed si pro derelicto non habes,tecum agere po-
terit,ne quid in loco publico.& adde quod not.
Fede.de Senis in consi.cij. Dictum est suprà de
arboribus quæ intrant murum vicini vel eius
9 fundamentum. † Sed quid si arbor a porrexit
radices in vicinum fundum,an vicino liceat eas
incidere? Dic quòd non, sed agere poterit nega
toria,ei non esse ius, sicut nec tignum aut pro-
tectum habere,vt l.si plures.§.si arbor.arb.fur.
10 cęs. † Item quid si radicibus in fundo vicini
arbor alitur,cuius videtur esse arbor ? Dic eius
vicini in cuius fundo origo arboris est.d.l.si plu
res.in fi.quod intellige, quando alitur a solo vi
cini non tamē occupauit , ut quia per latitudi-
nem & longitudinē tangit,& quando poterat vi
uere ex radicibus quę erant in solo , vnde ducit
originem,aliàs secus . & ita intelligitur §.si Ti-
tius.instit.de rerum diuisio.& ibi no.per Ange.
in d.l.si plures.in fin.& vide omnino l.si vitem.
in princ.& quod ibi not. per Doct. quod ui aut
11 clam † Item si quis plantauit arbores alienas
in suo,vel suas in alieno,cuius erunt? Dic vt ha-
betur in d.§.si Titius. & in l. item Pompo.scri-
bit si frumentum.§.de arborum. de rei uend.&
12 in d.l.si vitem.in princ. † Item incidens arbo-
res alienas,tenetur Aquil.& arborum furt.cęs.l.
j.& pe.ff.arbo.furt.cęs. & hoc siue quis suis ma
nibus incidat,siue alii incidendum mandauerit.
ut l.si furtum.§.siue autem.eo.tit.& etiam si co
lonus arbores ceciderit , ex locato tenetur.l.si
colonus.eo tit. & si plures eandē arborem fur-
tim ceciderunt,cum singulis in solidum agi po-
terit,& si eadem arbor plurium fuerit,uniuersis
in simul una pœna pręstabit.l.si plures.in prin.
arborum furt.cęs. & competit ista actio emphy
teotę,non autē usufructuario.l.cędere.§.pe.eo.
titu. Et quę & quanta sit ista pœna, & aduersus
quem competat,& quibus, uide in l. furtū.§ fi.
13 cum seq.arb.fur. cęs. † Et quia facta est sępius
mentio de arbore,sciendum est quid veniat ap-
pellatione arboris . Dic ꝙ continentur etiā vi-
tes.l.ij.& iij.arbor.furt.cęs.l.j.§. arbores.de ar
bor.cęd . Item multa alia continentur appella-
tione arboris,de quibus uide in l. vitē per totā.
cum seq.arbo.fur.cęs. & uide omnino Barto.in
suo tract.de alueo.ubi ponit quid sit proprie ar
14 bor,& quid sit herba. † Jtem quid si ex arbore
mea fructus in tuum fundum cadant ? ꝙ vsque
ad tertium diem licitū est mihi colligendi,nec
uim facere potes.l.j. de glan. leg. & vide om-
15 nino quod ibi not. Bar. † Item si vendidi fun-
dum,

dum, & excepi arborem, & ea cecidit, & po-
ftea radices eius pullos emiferint, an eos pof-
fim uendicare? Ifta eft quęftio fabatina, de qua
vide per gloff. in l. obligationum fere. §. pe-
16 nul. de ac. & ob. † Vltimo adde, quòd ufufru-
ctuarius a non poteft excidere arbore etiam
infructuofas, quæ deambulationes opacas & a-
mœnas reddunt. l. ęquiffimum. de ufufru. & ad
de quæ dixi fupra, ne luminibus officiatur. in 4.
& v. quæft. & de ferui. protegendi. v. q.

De fepulchro. Cap. 82.

1 *Sepulchrum eft locus, ubi corpera, offaue hominis condita funt.*
2 *Locus religiofum unufquifque fua uoluntate facit dum mortuum infert.*
3 *Sepulchrum fi quifpiam effodere uoluerit, quãtum fpatij relinquere debeat.*
4 *Viam ad fepulchrum qui non habet precario, a uicino impetrare poteft, & fi concedere noluerit, qua actione cogi poterit.*
5 *Religiofi non habentes in loco fuo locum eis congruum, petere poffunt, quòd propter religionis fauorem loca eis condecentia affignentur.*
6 *Porticum aut ftillicidium fi quifpiam in fepulchrum immiferit, qua actione contra eum agi poffit.*
7 *Sepulchra antiquorum quæ erant, & quid recentioribus temporibus de cadaueribus fepeliendis cautum fuerit.*
8 *Sepulturæ loco quantum ad effectum non curatur, quoniam domini eft terra, & plenitudo eius.*
9 *Sepeliri apud quam ecclefiam vnufquifque debeat.*

1 SEPVLCHRVM † eft locus vbi cor-
pus offaue hominis condita funt. l. 2. §. fe-
pulchrum. de religio. & fump. fu. & varia nomi-
na fepulchri vide per gloff. in l. cuiufcunque. §.
idem ait. de inftit. & per Flor. in l. familiaria. cũ
2 fequen. in §. quis udhuc de relig. † Locum re-
ligiofum vnufquifque fua voluntate facit, dum
mortuum infert in locum fuum, vt inftitut. de
re. diui. §. religiofum. vel etiã vbi poftea quid
de loco communi vel alieno, vel in quo aliquis
habet ufumfruct. & ille locus dicitur religio-
fus, in quo eft caput hominis. l. cum diuerfis. de
religiofis. Et fi caput diuifum eft in plures
partes, & pofitum in diuerfis locis, ille locus
dicetur religiofus, in quo eft melior pars capi-
tis, & fi partes fint æquales, neuter erit religio-
fus. gloff. eft not. in dicto. §. religiofum. quam
not. pro ludentibus ad plauftellum, vel ad par
& impar. quando plauftellum fcinditur, & mi-
nimus fciffus reperitur, infpicitur vbi eft ma-
ior pars, & fi partes funt æquales, neuter ua-
3 let. † Si quis fepulchrum effodere voluerit,
quantum profunditas eft, tantum relinquat. l.
fin. in fi. fini. regund. quod expone ficut dictum
fupra de fouea, in princip. Seruitutis itineris
ad fepulchrum priuati ius manet: & ideo remit
ti domino fundi feruitus poteft, & acquiri e-
tiam poft religionem fepulchri hæc feruitus
põt. l. feruitutes. la grande. § feruitus itineris.
4 de feruitut. † Qui non habet uiam ad fepul-
chrum, poteft illam impetrare precario a uici-
no. & fi condecere noluerit, poterit cõpelli non
iure actionis, fed extra ordinem officio iudicis
id eft, officio iudicis vendere iufto precio iter
cogitur, per eum tamen locum, per quem vici-
nus minus lædatur. l. fi quis fepulchrũ. in prin-
cipio de relig. per quam l. dixit ibi Guil. quem
5 fequitur Flor. † quòd religiofi non haben-
tes in loco fuo locum eis conuenientem vel
fufficientem, poffunt petere, quòd loca eis con
decentia affignentur propter fauorem religio
nis, & hac ratione cogitur vicinus eis uendere
domum, quia fauore publicæ vtilitatis compel
litur quis vendere rem fuam. l. 2. in princip. de
his qui funt fui vel alieni iure. & idem tenet
Flor. in l. 3 § locus. de religio. Et idem tenet
Angel. in l. j. ad fi. foluto matrimo. qui dicit ita
de facto obtinuiffe Guil. de Cun. vt refert ipfe
Guil. in l. decernimus. de epifcop. & cler. & idẽ
tenet Bald. in dicta l. j. folu. mat. & idem tenet
Io. de Anania in c. apoftolice. in principio. ex-
tra de do. qui dicit, quòd hoc procedit non tan
tum in ecclefia ædificata, fed etiam ædificanda,
quia magis fauetur ecclefijs de nouo fundatis,
quàm iam conftitutis, & ratio effe poteft, quia
de nouo conftituenda religio magis uiget, fa-
cit quod habetur in cap. final. de refcript. in 6.
& in cle. fin. eodem titu. Ego plus dico, quòd
ifta procedunt non folum in ecclefijs ędifican-
dis, fed etiam pro clauftro & pro domibus de
nouo faciendis aut agendis neceffariis pro mo
nafterio uirorum, & monialium eadem ratio-
ne, & ita alias obtinui in ciuitate Veronę, quod
fingulariter & perpetuo tene menti: & idẽ di-
cas pro fcholis fabricandis, vt nota. Flor. in di-
cta l. fi quis. de fepulchr. in princip. & not. Do-
6 cto. in dicta l. j. fol. mat. † Si quis porticum
aut ftillicidium in fepulchrum. immiferit, etiã
fi ipfum non tangat, recte cum eo agi poteft,
quod vi aut clam in fepulchrũ factum fit quia
fepulchrum eft non folum is locus, qui recipit
humationem, fed omne etiam fupra id cœlum
ideo quòd nomine fepulchri agi poteft. l. fi ui-
7 tem. § penu. quòd ui aut clam. † Vltimo no.
quòd olim folebant corpora maiores noftri in
domibus propriis fepelire. fed propter cadaue
ris fœtorem ftatutum fuit, quòd extra ciuita-
tem fepelirentur, & pœna ftatuti contrafacien
tis fepulchra in ciuitate, & magiftratus patien-
tis hoc fieri, eft in l. 3. Diuus Adrianus. de fe-
pul. uiola. & l. mortuorum. de religiofis. per-
mittebant enim fepulchra vel in cœmiterio,
vel in alio loco ad hoc deputato, vel facrificato
vel in propriis prędiis, & quicunque locus per
illationẽ corporis mortui religiofus efficieba-
tur.

a Vfufruct. Et fi ufufructuarius rem deteriorauit, an hæres eius teneatur? Vide Corn. 2. uol. confi. 119 Et locare fundum, in quo habet vfumfructũ pertinet ad usufructuarium, nõ ad hæredem. dicto uolu. confil. 187. Et vtrũ usufructuarius omnium bonorum teneatur foluere legata, vide in 3 uolu. confil. 195. Et vsufructuarius poffit cedere vel uendere cõmoditatẽ usus-fructus? Respõ. Bart. in l. intereft C. de usu et habi. quòd fic, sed nõ ius usus fructus. Similiter ille cui legata eft in teftamento domus ad inhabitandũ poterit alteri locare, & finietur solum morte ipfius cui legata eft. l. habitatio. ff. de usu & habi. & inftit. eodem. §. fi.

tur. l. 2. in principio & §. prætor ait. de religione, verum quia per hoc damnificabatur dominus loci, fuit prouisum, per d. titul. de religione, vt l. 2 § j. & § is qui. eodem titu. nunc vero permittitur in ciuitatibus sepeliri, & aliis locis consecratis, secundum conditio-
8 nem personarum. † Quantum autem ad effectum, non curatur de loco sepulturæ, quia domini est terra, & plenitudo eius. 13. quæst. 5. vbicunque. facit c. sacrum. de sepul. & not.
9 Flor. in rubrica de religio. † Apud quam ecclesiam quis debeat sepeliri? Dic apud illam, quam elegerit, ut habetur 13 questio. 3. in summa. dummodo relinquat ecclesiæ parochiali partem. extra, de sepul. ca. de his. & ca. cum super. & habetur in ca. fi. eodem titu. libr. 6. & in cle. dudum. §. verum. de sepul. Sed in sepulturis parentum filij collocandi sunt: de quo dic vt haberur 13. quæstio. 2. ædium. & cap. placuit.

TRACTATVS

DE SERVITVTIBVS RVSTICORVM PRAEDIORVM

BARTHOLOMAEI CAEPOLLAE

I. V. DOCTORIS.



1 *Seruitutes rusticorum prædiorum quæ ſint.*

1 ERVITVTES †ruſticorum prædiorũ ſunt hæ: Iter, Actus, Via, Aquæductus, Aquę hauſtus, Pecoris ad aquam appulſus, Ius paſcẽdi, Calcis coquendæ, Arenæ fodiendæ, Licere altius tollere, & officere prædio vicini, Domum *a*, vel prætorium, vel protectum habere, Licere habere iter, vel boues ꝑ quos fundus colatur, & in vicino agro paſcantur, coactique habeantur. Itẽ vt pedamenta ad vineam ex vicini prædio ſumantur. Item vicino cuius lapidicinæ fundo tuo immineant, poſſe cędere. Ius ei eſſe terram in fundum iacere. Saxa poſita habere, & vt in tuum lapides peruoluantur, ibiq; poſiti habeantur, indeq; exportentur. Item tugurium mihi licere habere in tuo, &c. his ſimil. vt eſt tex. in l. 2. & 3. & l. veluti. in fi. ff. de ſerui. ruſtic. prædio. & inſtit. de ſeruit. in prin. & §. in ruſticorum præd. Nunc de ſingulis videamus. Et primo de itinere.

a Domum. Quomodo capiatur verbum domus, vide Alex. j. vol. conſ. 158. in vlti. col. in fi. Et domus ſumitur in iure varijs modis, vide Cor. j. volu. conſ. 55. & in 3. vol. conſil. 198. & in 4. vol. conſil. 41.

De ſeruitutibus itineris. Cap. I.

1 *Iter eſt ius hominis eundi, ambulandi, nec non iumentum agendi, vel vehiculum.*

2 *Ire ab Ambulare in quo differat.*

3 *Promittat quis vni iter, an ius & ſeruitutem ſibi promittere videatur, ſecus qui factũ promittit.*

4 *Itineris ſeruitutem qui habet, an poßit ire, nedum pedes ſed etiam eques.*

5 *Seruitutem itineris habens, ſi velit ducere iumentum, & plauſtrum oneratum iumento, vel alijs rebus, & etiam ipſe aſcendere, an ſuper ſeruientis fundum tranſire valeat.*

6 *Loco ſeruitutis itineris ſi dubitetur, arbiter, vel communis amicus, qui hoc dirimere debeat, aſſumi debet.*

7 *Seruitutem itineris habens, ſi locum elegerit, licet amplius variare non poßit, ille tamen qui ſeruitutem conceßit, bene poteſt, ſi abſque alterius incommodo fiat.*

8 *Iter vel alia ſeruitus ſi legetur ſine vlla loci determinatione, electio ad quem ſpectabit, an ſcilicet ad promittentem, ſeu eius hæredem, an illi, cui ſeruitus legata, vel promiſſa fuerit.*

9 *Iter ad prædium duorum commune ſi legetur, nec legatarij de itineris loco conſentiant, quid iuris.*

10 *Itineris latitudo quanta eſſe debeat.*

11 *Via cuius latitudinis eſſe debeat.*

12 *Iter aut actum per certum locum ſi quiſpiam alicui ceſſerit, an poßit vni vel pluribus per eundem locum, vel iter, vel actum cedere.*

13 *Aquæductum ſi alij conceſſero, an alteri iter per eundem locum dare vel cedare potero.*

14 *Itineris ſeruitus ſicut in certa fundi parte conſtitui poteſt, ita etiam pro certa temporis parte.*

15 *Fundi ſeruitutis & dominantis dominus qualiter ſeruientis fundo vti poßit: & ad quid dominus fundi ſeruientis teneatur.*

16 *Iter, actu viæ & aquæductus per fundum tuum ſi emerim, an ad vacuæ poſſeßionis traditionem tenearis.*

17 *Fundus venditus ſi ſeruitutem alteri debeat, an in hoc emptori venditor teneatur.*

18 *Fundi venditor qualiter teneatur. quando ſeruitutem non expreßit, quæ in fundo vendito debetur, vel fundi venditi conditionem, & eam emptor ignorauit.*

19 *Poſſeßionem qui tenetur vacuam tradere, an liberetur, ſi rem tradat, quæ alteri ſeruitutem prædialem debeat.*

20 *Iter ſi excipere deberem, puta quia ſic in contrahendo conueneram, & tamen fundum liberum per errorẽ tradidi. quomodo mihi ſuccurratur.*

21 *Fundus ſeruitutem itineris debens alluuione occupatus, quomodo in priſtinam ſeruitutem reſtitui debeat.*

22 *Fundum per alienum an quis ire ſeu tranſire valeat, & an dominus volentes ire vel tranſire per fundum ſuum prohibere poßit.*

23 *Fundum meum ingredi volentem propria manu & autoritate appellare poſſum.*

24 *Agrum per alienum ire fas eſt, ſi dominus nõ prohibeat: ius tamen non eſt, ſi dominus ipſe prohibeat.*

25 *Itineris, siue eundi in fundum meum, vt quis in quasi possessione sit, itaque eum quo minus eat, impedire non poßim, & si impediã, de interdic. actuq; priuato teneat, quot requirantur.*

26 *Seruitutem inter affirmatiuam & negatiuã quę differentia sit.*

27 *Iure aliquo suo quòd quispiam vsus fuerit, quomodo probatur.*

28 *Itinere per seipsum quòd aliquis vsus fuerit, an sufficiat, & an satis sit, quòd alius per se iuerit.*

29 *Itinere per vicini fundum si quispiam vsus fuerit, vsque ad illum locum, ad quem est ingressus, est in quasi possessione, & ei competit interdictum de itinere actuq; priua.*

30 *Viæ vs.m sciente & patiente aduersario an retinere necesse sit.*

31 *Itinere vel actu si quispiam vsus sit, sufficit, nec desideratur, q̃ seruitus cõstituta fuerit, vel dẽatur.*

32 *Itinere vel actu quòd quis vsus fuerit non vi, non clam nec precario, quomodo probatur, & cui hoc onus probandi incumbat.*

33 *Seruitutem habenti rusticam, iure magis consulitur, quàm habenti seruitutem vrbanam.*

34 *Fundum per alienum quòd quis iuerit saltem per 33 dies, & propter hoc in quasi possessione esse dicatur, quę vtilitas resultat.*

35 *Possessione iuris illud vulgare locum habet, vim vi licet repellere.*

36 *Seruitutibus corporalibus, quæ causam discontinuam habent, quispiam in quasi possessione esse dicitur, etiam si nullo modo sufficienti tempore vsus esset.*

37 *Dominus eũ, qui est in quasi possessione iuris eundi per fundũ suũ, quomodo expellere poterit.*

38 *Interdictum de itinere actuq; priua. reficien. quib. competat, & quæ, ac quot ipsum consequantur.*

39 *Interdictum de itinere actuq; refic. an aliud sit ab interdic. de itinere actuq; priua. & ita an duo interdicta sint, vel vnum tantũ duo capita habẽs.*

40 *Interdicto de itinere actuq; priua. reficien. quis seruitutem constitutam probare necesse habeat.*

41 *Intardicto de itinere actuq; priua. reficien. quare quispiam duo probare necesse habeat, scilicet, se vsum hoc anno fuisse, & seruitutem sibi constitutam esse.*

42 *Interdicto de itinere actuq;, &c. quare si me esse in quasi possessione viæ, itineris, vel actus probem, necesse probare habeam, quòd seruitus mihi inuito constituta sit, &c. quæ sequuntur.*

1 ITER est † ius hominis eundi ambulandi,
nec non iumentum agendi vel vehiculũ: vt
l. j. in prin. ff. de iti. actuq;. Et ius intelligitur eũ
di. i. q̃ solus ire possit: ambulandi, cũ alio. ita ex-
ponit gl. in d. §. j. & in d. l. j. in prin. versi. eundi.
Vel aliter intelligi põt, videlicet ius eũdi. s. pla
2 ne, ambulãdi. s. currẽdo, ſm gl. in ver. eũdi. † Ex
quo no. ſm Ang. & Pau. de Cas. in d. l. j. in prin.
differentiã inter Ire, & Ambulare. Nã Ire dicit
qui solus & plane vadit: Ambulare vero dicitur
cũ socio, ẽt currẽdo vel cantãdo. Sed qui habet
iter, habet vtrũq; si autẽ haberẽ alterũ, tñ puta.
Si conceditur *a* mihi q̃ possim ire per fundũ
tuũ, nõ possẽ ambulare cum socio vel currẽdo
ire. & sic verba instrumẽti sũt inspiciẽda, ſm di
3 ctũ Pau. in d. l. j. in prin. † Et ex hoc no. aliud q̃
ille q. promittit vni iter, videtur pmittere sibi
ius. & seruitutẽ, & p cõsequẽs q̃ possit ire & am
bulare. Sed qui promittit vni, q̃ possit ire, videt
promittere factũ *b*. & sic solũ ire, nõ ambulare:
vt no. Bar. in l. pe. ff. de ser. ru. pr. de quo ẽt vide
p eũdẽ in l. stipulatio. § si quis ita & ibi p Doc.
ff. de ver. ob. & p gl. & Doc. in l. 2. § j. & p text.
in §. itẽ si in facto. ĩ ea. l. 2. & ibi oĩno vide Pau.
ff. de ver. ob qđ est notabile, q̃ fiũt hmõi instru
mẽta. Qñq; tñ iter nõ est seruitus, vt si fructua-
rio det a dño alteri⁹ pdii: vt l. 2. §. 2 ff. si ser. ver.
Qñq; ẽt iter grosso mõ dicitur quælibet via, p
quã itur: vt voluit gl. inst. de ser. in prin. in vers
iumẽtũ. in fi & Azo. in sum. C. de ser. §. est autẽ
iter. Et iõ iter qñque dicit via, sed improprie: vt
est tex. cũ glo. fi. in l. quæ ad iuris ptinet. in fi. ff.
4 de ver. sig. † Sed quæritur, nunquid ille, qui hẽt
seruitutẽ itineris possit ire, nedũ pedes, sed etiã
eques. Dic q̃ sic, vt l. qui sella. in prin. & l. inter
actũ. ff. de ser. ru. pr. & no. gl. in l. j. in prin. eo. tit.
in ver. eũdi. in fi. & Azo in sum. eo ti. in §. est ãt.
in fin. imo põt se deportari facere in lectica vel
theda aut curru: vt est tex. cũ gl. in d. l. qui sella.
in prin. Qđ intelligo siue ducatur p vnũ equũ
vel iumẽtum, siue p duos equos, ſm do. Pa. ibi,
vel ẽt plures eadẽ rõne. qđ no. maxime p nobi
lib. qui sæpissime se ducere faciũt p thedas aut
currus cũ quadrigis: quia si habẽt in fundo alte
rius seruitutẽ itineris, possunt trãsire per dictũ
fundũ cũ suo curru vel rheda. Et intellige præ-
dicta, qñ habẽs seruitutẽ itineris ascẽdit equum
vel currũ. Secus fuisset, si duceret equum vel iu
mẽtũ aut currũ ante se vel post se, quia non pos
set, vt l. j. in fi. ff. de ser. rust. prę. & no. gl. in l. qui
5 sella. in prin † Sed quid si habẽs seruitutẽ itine-
ris, vult ducere iumẽtũ & plaustrũ oneratũ fru-
mẽto vel aliis reb. & ẽt ipse ascẽdere, an trãsire
possit per fundũ seruientis? Si cõsideramus per
sonam quæ est eques, vel super curru, & potest,
per d. l. qui sella. in prin. & l. iter Si consisidera.
mus, quòd equus vel currus est oneratus alijs
rebus, videtur quòd non possit, per dicta iura.
Ego credo quòd sit considerandum, quòd prin-
cipaliter agitur. si enim principaliter intendit
ducere equum vel currum oneratum, vt faciũt
milites qui onerãt equos suos herbis vel fœno
aut frumento, & ascendũt super sercinã, vel si-
cut faciunt molendinarij: & tunc licet videatur
esse eques, tñ quia principaliter hoc nõ agit, sed
tantũ vult sercinã ducere, & potest. arg. l. si quis
nec causam. cum ibi no. ff. si cer. pe. si vero prin-
cipaliter intendit ire eques, vel in curru: tũc ẽt
super equo vel curru portet alias res, sicut fit sę
pissime pro illis qui vadunt ad villam, qñ portãt
super equo carneriũ vel sacculũ, vel familia: vel
ciues q. mittũt vxores suas vel familiã sup rhe-
da vel curru, & faciũt ẽt onerare thedã vel cur-
rũ lecto vel aliis supellectilib. & alijs reb. sibi
necessariis ĩ villa: tũc attẽto q̃ principaliter per
sonae

a Cõceditur.
Quando aliquid alicui conceditur, licet ad aliquẽ vsum, an cẽseatur concessa ppriet as, vide Cor. 4. volu. consi 295. & cõsil. 83. Vtrũ concedens concedat necessaria omnia quæ sequũtur ex illo? Respond. quòd sic. 8. dis. quo iure. & de offi. dele. cũ super. de dolo & contu. cum dilectus.

b Factum.
Vtrum plus sit facto consentire quam verbo: Respond. quòd sic. glo. est in c. in causis. de elect. vide glo. in c. dilecti filij. el 2. de ap. vbi pl⁹ factis loquimur factum vbi promittitur venit quod interest in obligationẽ. ff. si quis in ius voca. non ier. l. eũ qui.

ſona defertur, teneo ꝙ ire potius dicatur, quã
agere. & ſi habet ſeruitutem itineris in fundo
alterius, non poterit prohiberi tranſire cum di
cto curru vel vehiculo cum perſona & rebus.
pro quo facit l pe.ff.ad exhi. & iſtud allegatur
ad conceſſionẽ tranſitus factam armigeris, ut
intelligatur ciuili mõ, hoc eſt, vt tranſeant per
partem minus damnoſam. & iſto caſu debet eli
gi locus, per quẽ habens ſeruitutẽ itineris ire
debeat. vt d.l.ſi cui. & l.certo generi.§ ſi totus
ff.de ſer.ru.præ. & debet eligere locum minus
domino fundi ſeruitutis nociuum: vt d.l.ſi cui.
6 † De quo ſi dubitetur, debet aſſumi arbiter,
vel cõis amicus, qui habeat hoc dirimere. vt d.
§ ſi totus. ibi, arbiter dãdus eſt. & in §. ſi locus.
ĩ fi. in ea.l. vt no.do.Pau ĩ d.§ ſi totus. & poſt-
quam facta erit electio de vno loco, non pote-
rit amplius variari: vt d.l ſi cui ĩmo cęteræ par
tes liberæ remanebunt vt §. ſi totus. & ita te-
net gl. in d.l.ſi cui. & l.nã ſatis.§. cæterũ atque
ff.quemad.ſer.ami. & vide quæ dicta ſunt circa
prædicta in præcedenti lib.ix. q. prin. in princi.
7 † vbi dixi, quod licet habens ſeruitutem ſi eli
git locum itineris, non poſſit amplius variare,
tamen ille, qui conceſſit ſeruitutem, bene po-
teſt variare, quando variat ſine incommodo al
terius: ut l.ij.§.pe.ff.đ ſump.fu. & ita habet gl.
fi. in d.l.ſi cui.ff.de ſeru. quæ eſt no. & eas ſequi
tur ibi Bar. & Doc. Quarto & vltimo caſu prin
cipali, quando eſt commiſſa vel conſtituta ſer-
uitus per certam & determinatam parte fun-
di, & tunc non habet dubiũ, ꝙ per illã tm̃ par-
tẽ debet ire, & nõ per aliã: qm̃ aliæ partes fun-
di ab ipſo principio ſunt liberę, & nõ cadet hęc
electio. Per locũ.n. deſignatũ bene poſſum ire,
ſecundum quod mihi placet, & põt mihi conſti
tui ſeruitus ad certã partem fundi pro diuiſo:
vt l.ad certã.ff.de ſer. & l.qui per certum.ff.cõ
munia præd. licet non ad incertam pro indiui-
ſo: vt l.ij. & l.ꝓ parte.ff.de ſer. & adde l. certo
generi.§.latitudo.ff.de ſer.ruſt.præd. Puto ta-
men ꝙ liceat concedẽti ſeruitutem, mutare lo-
cum dummõ faciat ſine incommodo illius, cui
ſeruitus eſt promiſſa: ita ꝙ non minus commo
de per aliũ locũ deſignatum ſeruitus conſtitua
tur. arg.l.ij.§.pe.ff.de religi. & ſump.fu. q̃ hoc
8 probat in gl. in d.l.ſi cui.ff de ſeru. † Quęro
ẽt, quid ſi legatur aut permittitur iter vel alia
ſeruitus ſine illa determinatione loci, ad quem
ſpectabit electio? an ad promittendum ſeu eius
hæredem, an verò illi, cui eſt ſeruitus promiſſa
vel legata? Et videtur quòd electio ſit promit
tentis vel hæredis, ꝑ l.ſi via.ff. de ſer.ruſti.præ.
In cõtrariũ uidetur d.l.ſi cui. Sed dic circa iſtã
qõnẽ, ut plene dixi in præcedenti li.ix.q. prin-
ci. in uer. ſed dubiũ eſt. & adde quę dicã in uer.
9 item quom. in fi. † Sed quid ſi legatur iter ad
prædiũ cõe duorũ, nec legatarij de loco itiner.
conſentiant? Dic ꝙ ſeruitus nõ acquiritur nec
deperditur. ut l.itiner.ff.de ſer.urb.præd. & ſic
diſcordia inter collegatarios eiuſdẽ ſeruitutis
impediuit acquiſitionẽ ipſius qđ intellige ſe-
cundũ gl. & Ang. ibi donec diſcordia durat. Nã
cõpelli põt per iudicem ad cõcordiã, per l.fi. in
fi. in prin. C. communia de le. & l.huiõi.§.fina.
10 ff.de leg.j. † Itẽ quæro, quantũ debet eſſe la
titudo itineris? Conclude ſic breuiter: Aut à
prin. eſt expreſſa certa & determinata latitudo
à partibus, & illi ſtandum eſt. ut l.certo generi.
§.latitudo, in prin.ff.de ſer.ruſt.pre. Aut à prin
ci. nil determinatum eſt expreſſe per partes: &
tũc ſi partes poſtea concordant, quanta debeat
eẽ latitudo, & per quem locũ fundi. & iſtud eſt
ſeruandum: & quã primũ determinatũ eſt, ſer
uitus eſt in eo loco, id eſt, ea latitudine conſi-
ſtit: cæteræ partes fundi liberę ſunt. d.l. certo
generi.§.ſi totus. uer. at ſi iter. Sed ſi partes nõ
conueniunt: & tunc aut locus per quẽ ſit eun-
dum, non adiecta latitudine nominatus eſt: &
tunc per eum locũ qualibet parte ire poterit:
ut d.§.ſi totus in prin. donec conueniat aliter:
& ſi nõ conuenit, arbiter, id eſt, cõis amicus dã
dus eſt, qui hoc determinet: ut d.l.certo gene-
ri.§ ſi totus. in fi. & §.latitudo in prin. Aut eſt
nominata latitudo, ſed non locus: & tunc qua-
libet parte fundi ire poterit ſeruata latitudine
in pacto cõprehenſa. ut d.§.ſi totus. Aut locus
per quem iri debeat, nõ exprimitur à partibus:
nec etiam latitudo adiecta eſt: & tunc per totũ
fundum: ſed arbiter, id eſt, communis amicus
dandus eſt, qui ex officio ſuo determinet & lo-
cũ per quẽ iri debeat, & latitudinẽ: ut proba-
tur in d.l. certo generi.§ ſi totus & §.latitudo.
cum.§.ſeq. Et ea quæ dicta ſunt de loco & lati-
tudine itineris, habent locum etiã in ſeruitute
actus: ut probatur in d.§ ſi totus. & § latitudo.
11 † Quid autẽ in uia, cuius latitudinis eſſe de-
beat? habeatur ĩ l.uię latitudo. & d.l.certo ge-
neri.§.fi. & l.uia conſtitui. in prin.ff. de eſr.ru.
12 præ. dicam infrà de ſeru.uiæ. † Quæro circa
prædicta, quid ſi quis per certum locũ iter aut
actũ alicui cedat: an poſſit poſtea alij uel plu-
ribus per eũdem locũ uel iter uel actũ cedere?
Dic ꝙ ſic. l. qui per certum.ff.communia præ.
& poteſt cedi pluribus uel ſimul uel ſeparatim
ut.l.Lucio. uerſic. reſpondi.ff.de aqua quo. &
æſti. ſicut põt etiam concedi pluribus ius aquæ
ducendæ. ut d.l.Lucio. & l.ij.§ fi.ff.de ſer.ruſt.
præd. & no. per glo. in l.aquam.C.de ſeruit. de
quo in iure aquæductus. Et hoc intellige, quã-
do primo cui ceſſit, nõ nocet: aliàs ſecus, cum
cauſa prioris conceſſionis ſit potior, quia non
põt à poſter. ĩpediri: ut l.ij.§.fi. & l.ꝑ locũ eo.
ti. & no. gl. in d.l.j. qui ꝑ certũ.ff cõia ꝓdi. & d.
13 ſl.aquã. † Sed qđ ſi aquęductũ alij cõceſſero, an
alteri iter per eundem locum dare uel cedere
potero? Dic quod non. ut d.l.per locum & eſt
ratio, quia per iter ſecundo loco conceſſum im
diretur ius aquæducendæ aliàs non. puta quia
uno tempore unus habet ius aquæducendæ,
alius alio tempore habet ius itineris. Et ſi per
non impeditur ſeruitus aquæ primo conceſſa,
tũc bñ ualeret ar.l.in cõcedẽdo.ff.de aqua plu.
arcen. & l. hoc iure.§.is q & l.Luc. & l.fi.ff. de
14 aqua quo. & ęſti & no. gl. in d.l. ꝑ locũ. † Ex
quo no. ꝙ ſicut in certa parte fundi põt ſerui-
tus

tus itineris conſtitui,ita etiam pro certa parte
temporis : puta ꝙ de die tantum ire poſſit : vt
l.iter.ff.communia præ.de quo vide quod dixi
in ſuperiori lib.in ti.de ſer.itineris ſiue aditus.
in princ.facit l. ſic conſtituta. & l.ſi communẽ
§.ſi ff.quemadmodum ſerui.amit. & l.modum
15 §.fi.& l.via.§.j.ff.de ſeru. † Quæro vlterius,
qualiter dominus fundi ſeruientis & dominan
tis poſſit vti fundo ſeruientis,& ad quid tenea-
tur dominus fundi ſeruiẽtis.Et pro declaratio
ne pone,vbi debetur ſeruitus per aditum, quo
niſi opere facto iri non põt, an liceat fodiendo
& obſtruendo iter facere.Dicas, ꝙ ſic vt l.iter
ff.de ſer. & non eſt aditus de plano , puta quia
fundus ſeruiens eſt altior, poteſt ille cui debe-
tur ſeruitus itineris , vel gradus vel cliuos in
fundo ſeruientis facere, & de fundo ſeruientis
demoliri,quantum neceſſe eſt,itineris cauſa:ut
eſt tex.no. in l.ſeruitutes quæ in ſuperficie.§.
ſi domo.ff.de ſeru.vrba præd. quæ licet loqua-
tur de ſerui.vrba.tamen idem eſt in ruſticis pa
ri ratione:de quo vide omnino quæ dixi in prę
ceden.lib. in prin.in ix.q.prin.ver. item licitũ
eſt ei cui ſeruitus debetur.Item põt ille cui de
betur ſeruitus,deprimere & eleuare locũ ſerui
tutis, vt cõmode ſeruitute vti posſit, ſi hoc eſt
ſibi neceſſarium , niſi aliàs actum ſit expreſſe :
vt l.refectionis.ff.communia præd.vel niſi hoc
fiat cum magno incommodo domini fundi ſer
uientis : & ita poteſt intelligi l.j §.fin.ff.de ri-
uis.& l.iij.§.pe.ff.de itin.actuq; prin.& ita di-
xi in d.ix.q.prin. in fi.

Item locum ſeruientis ſternere, & arborem
impendentẽ, id eſt, valde pendentem incidere
licet, quando iter inhabile reddererur:vt l.loci
corpus.§.ſi quis mihi.ff.ſi ſeruitus vẽd & ſter-
nere aut reficere impediatur, poteſt agere con
feſſoria,vt ibi.Salicem autẽ ſternere non licet,
niſi cõuenerit:vt dicitur in d.§. ſi quis mihi.in
fin. Item põt reficere locum ſeruientis accedẽ
do etiam ad loca quæ non ſeruiunt : vt d l.refe
ctionis.& d.§.ſi quis mihi.vt dixi in d.ix.q.vbi
omnino vide. Item pontem quo ire uel age-
re poſſit,extruere poteſt,ſed nõ arcum,hoc eſt
pontem lapideum : immo nec dominus fundi
ſeruientis ſupra iter alienum,id eſt,ſupra eum
locum,in quo alij iter debetur,arcum ducendi
aquam tunc iure facere poteſt: vt l. ſuprà iter.
in prin.& ibi vide glo.Bart.& Doct.ff.de aqua
plur. & vide quod dixi ſuprà de ponte.in prin.
in præce.lib. Item prædicta poſſunt fieri non
ſolum per illum cui ſeruitus debetur , ſed etiã
per eius magiſtros, fabros, & operarios. qui ſi
prohiberentur dominus fundi ſeruientis prohi
beri videtur:vt d.l.refectionis.ff.cõmunia prę.
& dixi in d.ix.q.pri. vbi etiam poſui cuius ex-
penſis hoc fieri debeat. dominus autem fundi
ſeruientis non poteſt in eo loco, per quem mi
hi iter debetur,ædificare : & ſi ædificare velit ,
poſſum impedire per confeſſoriam,ne ædifice-
tur.ſed ſi iam ędificatum eſt,& probauero ſer-
uitutem itineris in eo loco mihi conceſſam,po
tero petere quicquid ædificatum eſt contra de

a Res legata. Quilibet in traditione ſuæ rei poteſt pactum apponere, dummodo ſit legib. approbatũ.l. in traditionib.ff. de pact de cõd. c.verũ. in gl.rẽ habere uidetur qui fruĩt ꝑcio eius.ff.de vſuf. l.quia qui pręcio.& uide Cor. ij.uol.cõ.84 & cõ.199.in ei.in pręſenti.

bitam ſeruitutem ſimiliter per confeſſoriã de-
ſtrui: vt eſt tex.quem omnino vide in l.ſi eo lo
co.ff.ſi ſer.uend.poſſum tamen ſi mihi ire age
re licet per fundum tuum,& eo vti frui,remit
tere,vti frui mihi non liceat,& tibi concedere
ius tibi eſſe ædificare.per talem conceſſionem
non intelligitur vt poſſis ędificare ita quòd im
pedias me ire agere per dictum fundum tuum:
vt l.ſi mihi eodem tempore.in prin.ff.de ſer.ru
ſti.præd.de quo vide quod plene dixi ſuprà de
ſer.ſtilli.auerten. in x.q.vbi plene hoc exami-
naui. Item locare ſeruitutem itineris vel alia
& eadem nemo poteſt.ſ. nec dominus prædij
dominantis, nec ſeruientis:ut eſt tex. cum gl.
in l.locare ſeruum fur.ff loc.ſecus eſt in ſerui-
uitutibus perſonalibus & vſufr. vt l.arboribus.
§.vſufructuarius.ff.de vſufru & ibi vide per gl.
quæ ponit rationem differentiæ.& declarat d.l.
16 locare. † Ad quid autẽ tenetur dominus fun
di ſeruientis ? puta ſi iter, actus viæ, aquædu-
ctus,per fundum tuum emero , an tenearis ad
traditionem vacuę poſſeſſionis ? Dic ꝙ non ,
ſed caueas per te non fieri quominus vtar : vt
l.vero § ſi iter.ff.de act.empt. Et eſt ratio ſecũ
dum glo.ibi,quia incorporalia traditionem nõ
recipiunt l.ſeruus.§.incorporales.ff.de acquir.
re.do.item ſi tibi iter vendidero,ita demum te
neor,ſi tuus eſt fundus,cui acquirere ſeruitutẽ
volueris,alioquin ſi propter hoc acquirere ſer
uitutem non potueris, quia dominus fundi vi-
cini non fueris,non teneor. Sed ſi fundum tibi
vendidero,& ei fundo iter acceſſurum dixero,
omnino tenebor itineris nomine:quia vtriuſq;
rei quaſi vnus venditor obligatus ſum : vt eſt
tex.in l.tenere.§.ſi iter.ff.de act.emp.& vendi-
tor pręſtare: quia eius ſeruitus itineris vel alia
ſeruitus realis non debetur,niſi aliter dictũ ſit:
vt l.in vendendo.§.j.ff.de contrahẽ.empt.& l.
pe.in fi.ff.de euict.etiam ſi eſſet dictum in ven-
ditiõe,vti optimus maximusq; eſt : vt l.qui po
tisſime.ff.de ver.ſig.& no.glo. in l.ſi venderes
ff.de contrah. empt. Item vendito fundo,ita
venditus videtur, ꝙ ei ſeruitus non poteſt im-
ni.& ſic in dubio res videtur vẽdi libera & nõ
cum aliqua ſeruitute.l.in tradendis.§.inter po
ſitis.ff.communia præd.& l.viam conſtitui.§.fi
na.de ſeru.ruſt.præd.Secus eſt in legato : quia
in dubio videtur res legata a ꝙ hæres posſit
tranſire per eam,ſicut conſtare poterat.l.teſta-
trix.in prin.ff.ſi ſeru.vend.& ita no.Pau.in l.ſi
viæ ex fundo.ff.quemadmod.ſeruitu.amitt. de
quo vide quod pleniſſime ſcripſi ſuprà de ſer-
uitu.itine.ſeu aditus in verſi.not. vnum alium
caſum pulcherrimum. cum verſicu. ſequen.

Item dicti fundi iter tranſit in emptorem ,
quod ei fundo debetur : etiam omnis alia ſer-
uitus realis,etiam ſi nihil in venditione ſit di-
ctum.ut.l.ſi aquęductus.ff.de contrahen.emp.
& no.glo.in l.in vendendo.§ j.ff.eo.ti. & pro-
batur in l.viam conſtitu §.quicunque.ff.de ſer
17 ui.ruſt.pręd. † Sed ſi fundus venditus debet
ſeruitutem alteri , an in hoc venditor tenea-
tur emptori ? Dic aut non fuit tacita ſer-

uitus

uitus,sed expressa in venditione,& nō tenetur:
arg.l.quæritur.§ si venditor.ff.de ædil. edic. &
l.pe.in prin.ibi,si tacitæ.à contrario sensu.ff.de
euic.& d.l.in vendendo.§ j.ibi,nec commemo
rauerit venditor.à contrario sensu.& no.in l.cū
vendens.eo.ti. Aut seruitus nō fuit venditione
a expressa,sed tacita · & tunc videtur ꝙ vendi-
tor nō teneatur, quia nō videtur vendidisse ser
uū liberum,sed qualis esset:vt d.l.cum vendēs.
& l.qui tabernas.ff.de cōtrah. emp. In contra-
riū videt,& istud est verius, s.quòd per empto-
rē agi possit cōtra venditorē, propter hoc : vt
d.l.pe.ff.de euict.& d.l.in vendendo.§.j.& l.Iu
lianus.in pri.ff.de ac.em.& est rō, quia vēdens
rē in dubio,si nihil dicatur, intelligitur vēdere
rē liberam,& libera præstari debet onere serui-
tutis : vt l.in venditione.ff.de act.em.& no.gl.
notabilis in d.l.cū vendēs.& est similis gl.in d.
l.si ex prędijs.C.de euic.no.Bal.in rub.C.de cō
trah.emp.vt suprà dixi.immo ēt debet præstari
propria,nō aūt libellaria,seu emphyteotica : vt
no.Bal.in l.mater.circa fi C.de rei ven. & ibi ēt
Ang.& Bal.in l.si testamentū.C.de lega. Fal.&
vide Zab.in c.quæ in ecclesiarū.in xij.q.extrà,
de cōsti.quod intellige,si emptor ignorauit ser
uitutē,secus si sciuisset: vt ex tex.in d.l.j.§.fin.
quem omnino vide circa hoc.ff.de act.emp.fa-
cit l.quęritur.§ fi.ff.de ædi.edic. † Sed dubiū
18 est,quomodo & qualiter teneatur vēditor, quā
do nō expressit seruitutem quæ debetur in fun
do vendito vel conditionē fundi venditi,& em-
ptor cā ignorauit.dic aut venditor sciuit fundū
tempore venditionis alteri seruitutē debere,&
eius conditionē, aut ignorauit. Primo casu qn̄
venditor sciuit rē vēditā esse subiectā alicui ser
uituti,puta itineris,vel in ea habebat tantū vti
le dominiū,quia erat emphyteota b vel vasal-
lus,& tunc si non certificauerit emptorē igno-
rantē,ei tenetur ad interesse:vt l.j.in prin.& §.
j.ff.de ac.emp.& ita tenet gl.in l.pe.ver. tacite
ff.de euic.secundo casu,quando venditor igno-
rauit seruitutē,vel qualitatem,rei venditę,quia
credebat in ea habere plenum ius: & tūc nō te-
netur emptori,ad interesse,sed quanto minoris
empturus fuisset si sciuisset vel rē non esse ple-
no iure venditoris , ut l.quoties.ff.de ædil.edi.
& in d.l j.& l.Iul.in prin.ff.de ac.em. & l.quod
ad ser.ff.de eui.& ita tenet ibi gl. in ver. tacite.
& gl.in d.l.quoties.& in l.cū vendens.ff.de cō-
trah.emp.quod tn̄ intellige, qn̄ ignorauit,& ni
hil promisit. secus si asseruisset eū optimū ma-
ximumq; esse : quia tūc ad interesse tenetur.in
l.Iul.§.quid tn̄.ff.de act.emp.& tenet gl.in d.l.
quoties. Et prædicta procedunt,qn̄ quis vende-
ret rē cum titulo oneroso, secus vbi esset termi
nus lucratiuus,puta donationis,vel legati , aut
fideicō quia tunc donatione vel legato rei sim
pliciter intelligitur solum transferre ius, quod
habet,& sic cum seruitute,si debetur, vel vtile
dominium, si nō habet plus iuris:vt l.si domus
§ fi.& l.seruo legato.§. si fund⁹.& l.si serui ele
ctione.§.fi.ff.de lega j.& l.Meuius §. fundo.&
ibi no.ff.de leg.ij.& l.ad res donatas.ff.de ædil.
edic.& c.pastoralis.extrà de don.cū si.quod est
uerum, qn̄ simpliciter legatur,vel donatur fun
dus: vt in dictis iurib.Secus si legetur vel done
tur uti optimus maximusq; est : quia tūc liber
à seruit.præstandus est:vt est tex.in d.l.seruo le
gato.§.si fundus.ff.de leg.j.ibi no.& in l.pe.ff.
de emp.& in l.cū uendentes.ff.de contrah.em.
19 & ita tenet Bar.in d.§.fundo. † Sed iuxta præ
dicta quęrit,an ille qui tenet possessionē vacuā
tradere,liberetur,si tradat rem quæ debet alte-
ri seruitutē prędialē. Et dicas quòd sic . vt pro
batur in d.l.Meuius.§.fundo.Nā ibi dicitur,ꝙ
hæres non liberatur,nisi tradiderit possessionē
vacuam rei legatę.tn̄ ibi dicitur, quòd si tradi-
derit fundum legatū alteri seruiētis.liberatur,
& ibi hoc no.Bar.vbi omnino vide,quod no.ꝓ
illis qui tenentur vacuā possessionē tradere, si-
cut est venditor:vt l.ij.& iij.ff.de act.emp.quia
ex hoc socio,quòd nō tenētur tradere fundum
liberū à seruitute.Sed si promisisset tradere va-
cuam,& liberā,non liberaretur,si traderet rem
alteri seruiētis,ut no.Pau.in d.l.Meuius.§.fun
20 do.de leg.ij.quod no. † Item circa prædicta
quæritur , quid si iter excipere deberem , puta
quia sic conuenerā tecū in contrahendo , fun-
dū liberū per errorē tradidi, quo mō mihi suc-
curritur? Dic incerti condictione, vt iter mihi
cōcedatur:vt est tex.in l.sed & si me putem .§.
cū iter.ff.de condi.inde.ibi uide de hoc plene ꝑ
21 gl.& Doct. † Item no.quòd fundus debet ser
uitutē itineris. & locus per quē iter aut actus ,
vel via debetur,impetu fluminis occupatus es-
set, & ita tēpus quod ad amittendam seruitutē
sufficit,alluuiōe restitutus est,in pristinum sta-
tum restituitur:vt l.si locus.in prin.ff.quēadm.
serui.amit.& intellige, quod restituitur , s.ipso
iure.ut no.ibi gl.per l.cū vsumfruct.& l.si ager
cuius.ff.quib.mod.vsusfruct.amit.& pōt intel-
ligi secundum Flo.ibi sine noua possessione.&
hoc est quod vult dicere illa l.si locus.in princ.
Sed si tēpus præterierit,antequā alluuione lo-
cus restituatur,& seruitus amittatur, renouare
cogendus est : vt est text.in d.l. si locus.in fine
prin.Et intelligit ibi gl.quòd cogendus sit,sci-
licet ille cui accreuit ille locus,qui debebat ser
uitutē.Itē gl.ibi intelligit,quòd cogēdus sit re
stitui in integrū ut l.Attilicinus. in fi.ff.de ser.
rust præd. & l.j.si quis propter.ff de iti. actuq;
pri.sed si locus debens seruitutē itineris est inū
datus aquis vel impetu fluminis , uel aliter de.
structus,ita quòd per illū locū nō habēs serui-
tutē itineris nō possit ire,an pro tp̄e quo impe
ditur ꝑꝑ inundatiōnē aquarū,uel aliter, possit
ire ꝑ aliā partē fundi,uel aliū fundum uicinum
Ego in hoc si dicerē: Aut iste cui debetur serui
tus,pōt ire per alium locum,aut non. Prio casu
autē imposita seruitus in uno fundo, qui est in
totum destructus,& tunc ꝑ alium fundum, cui
nulla est seruitus imposita,ire non pōt:q̄a quā-
tum ad hoc , liberū fundum hēt arg.l.loci cor-
pus.in l.cōpetit.ff.si seru.uend.Aut seruitus est
imposita in uno fundo,qui ꝓ parte est inunda
tus,uel aliter destructus:& tunc aut seruit⁹ est
imposita

a Venditione. Aduerte quòd si uendens intē dit uēdere unā rē, & emēs intēdit emere aliā in substātia nō ualet uenditio,ut uendens intendit unum agrum uēdere, & emēs alium emere.l.in uenditiēibus.ff. de contrah.empt.

b Emphyteo. Emphyteota, & uasallus ad tēpus constituti non tenētur cauere de restituēda. gl.ē fin. ff. de usuf.l.j. Sed contra uidetur casus.C. de leg.ij.Bald.

ſimpoſita ſimpliciter ſine determinatione loci :
& tunc intelligitur toti fundo eſſe ſeruitus im-
poſita:vt l. certo generi.§.ſi totus.ff.de ſeruit.
ruſt.prę.Et in hoc ſubdiſtingue: Aut fuit dictũ,
ꝙ poſſit ire per totũ fundum, mõ per unã par-
tem,mõ per aliã,vel ſimpliciter ꝑ totũ fundũ :
& in his duobus caſibus poterit ire per aliã par
tẽ fundi: quia licet ſemel elegerit ire per illam
partẽ, quæ eſt occupata aquis vel deſtructa , tñ
poterit intrare & eligere aliã,vt l.nam ſicut.ff.
quẽad.ſer.amit.& dixi s̃.in ver.quæro an habẽs
ſeruitutẽ.Aut nõ fuit aliquid dictũ expreſſe in
cõſtitutione ſeruitutis, ſed ſimpliciter fuit pro
miſſa ſeruitus in fundo: & tunc aut fuit deter-
minatus certus locus,per quẽ ire debet : & tũc
aut illa determinatio fuit facta demõſtratorie,
nõ cã limitandæ ſeruitutis in certo loco , puta
quia fuit dictũ.Volo ꝙ tu habeas ſeruitutẽ iti-
neris in toto fundo : ſed ꝑꝑ merã commodita-
tẽ,uolo quòd eas per talem partẽ : & tunc quia
durat ſeruitus in toto fundo illa parte deſigna-
ta,occupata,vel deſtructa,poterit ſine dubio i-
re per aliã. Aut illa determinatio loci fuit facta
cauſa limitandæ ſeruitutis ad illum certũ locũ :
& hoc caſu quia cæterę partes liberæ remanẽt:
vt l.certo generi.§.ſi totus.ff.de ſer.ruſt. præd.
uidetur quòd ſemel facta iſta electione & libe-
rato fundo à ſeruitute in alijs partibus , ꝙ per
alias ire non poſſit.per l.ſi cui.ff.de ſeru.& per
ea quę dixi s̃.in d.ver.quæro an hñs ſeruitutẽ.
Aut ſtamus in dubio,quia nõ facta ſunt illa de-
terminatio vel aſſignatio loci, cã liberãdi cæte
ras partes fundi à ſeruitute:per d.§.ſi tot⁹. Aut
nulla unquã determinatio facta fuit: & tũc aut
ille locus per quẽ cœpit ire , nõ erat ſolitus ad
eundũ,ſed habens ſeruitutẽ itineris illũ ſic con
ſtituit,iter dirigendo: & nõ põt amplius muta-
re voluntatẽ:quia cęterę liberæ remanẽt: vt d.
l.ſi cui.ibi, qui primam uiã direxiſſet.ff. de ſer.
Aut ille locus,per quẽ incipit ire, prius erat ſo
litus ad iter faciendũ, ita quòd nullum iter de
nouo cõſtituit.& hoc caſu credo,quòd per hoc
nõ videatur illum pro itinere elegiſſe, & cæte-
ras partes à ſeruitute liberaſſe . quia iſta nõ vi
detur eẽ electio,ſed ſimpliciter itineratio.& ita
limito dictã l.ſi cui.ut habeat locũ , qñ iter ſeu
ſemitã de nouo facit,aut à principio fuit impo
ſita ſeruit⁹ itineris,nõ ĩ toto fundo, ſed tm̃ cer
tæ & determinatæ parti,& tunc ſi illa pars de-
terminata eſt deſtructa,per aliã partẽ fundi ire
non poterit:quia oẽs alię partes fundi in prin-
cipio fuerunt liberæ à ſeruitute:ut d.l.certo ge
neri.§.latitudo.Secundo caſu principali,quan-
do ille cui debetur ſeruitus,nõ põt ire per aliũ
locũ,quã per illũ cui ſeruitus deberur, vel per
aliũ vicinũ:& tunc ſubdiſtingue . Aut eſt totus
deſtructus fundus,qui debet ſeruitutẽ, aut pro
parte.ſi totus,nõ eſt dubiũ,quòd ipſe non tene-
tur : ſed uicinus debet in vno fundo ſuo pręſta
re ſeruitutẽ.arg.l.ſi quis ſepulchrũ. in prin.ff.
de reli.& ſump.fun.ſecundũ do.Pau.& infrà in
l.ſi locus.§.fin.ff.quẽadmodũ ſeruitutes amit-
tantur.& dixi in li.¦præce.in x.& vltima, quæ-
ſtio.pri.in fi. & intelligo ſoluto ſibi precio per
illũ qui vult habere iter,ut ꝓbatur in d.l ſi q̃s
ſepulchrũ.in pri.ibi, iuſto precio iter ei ꝑſtare.
Itẽ intelligo,dũmodo iudex opportunitatẽ lo-
ci reſpiciat,ne uicin⁹ magnũ patiatur detrimẽ
tum:ut dicit ibi text.aut locus qui debet ſerui-
tutẽ itineris, eſt in parte deſtructus:& tunc aut
in alia parte remanet ſeruitus:quod qñ fit,s̃.di
xi.& iure ſeruitutis per illã aliã ire poterit.Aut
in alia parte nõ remanet ſeruitus, ſecundum ea
quæ dicta ſunt, & tunc per aliã partẽ fundi , in
qua non fiat detrimentũ dño fundi, poterit ire
ꝑſtito pri⁹ ei iuſto precio itineris,ſicut dixi de
vicino,per d.l.ſi quis ſepulchrum.in pri. Aut ſi
uia publica eſt deſtructa,an poſſit ire per fun-
dum uicini ? uide tex.cum gl. & ibi per Docto.
in d.l.ſi locus.§ fin.ff. quẽadmo.ſer.amit. & vi
de gl.j.d.c.oẽs ll.in ver.fas.in fi. & dixi in d.x.
q.prin.in fi.quæ omnia bñ nota,quia ſunt quo-
22 tidiana. † Quæro penultimo , an quis poſſit
ire ſeu tranſire fundum *a* alienum . & an dñs
poſſit prohibere uolentes ire, tranſire per fun
dũ ſuũ.& dic,quòd ire per agrũ alienũ fas eſt ,
ius non eſt. vt not.in d.c.oẽs ll.j.di. & no.gl.in
l.per agrũ.C.de ſeru.& no.Flo. in l.diuus.ff.de
ſerui.ruſt.præ.qui ſic exponit,fas ẽ,id eſt,equũ
eſt.cũ ſubeſt cã,innoxus eſt trãſitus. ut xxij.q.
iij.c.vlt.Itẽ de iure licitũ eſt comedere uuas in
agro alterius,ſed non exportare,& cõterere ſpi
cas : ſed non immittere falcẽ.de conſe.di.v.di-
ſcipulos.Sed licet ſit fas,& ſit æquũ de iure di-
uino, tñ nõ eſt ius.i. ius non dat ciuilẽ actionẽ
vbi.n.aliquid mihi prodeſt & tibi non nocet ,
æquũ eſt vt me nõ prohibeas, licet ius ibi defi-
ciat.ff.de aqua plu.arcen.l.in ſumma.§. idẽ va-
rijs.& ita notãter exponit gl.in d.c.oẽs ll.j.di.
Alio mõ põt ẽt exponi,ut dicã infrã in alio ar-
tic.& ſic ſtat regula , quòd non poteſt quis de
iure ire per agrũ alienũ,& per dominũ põt pro
hiberi : ut eſt caſus in le.diuus.prælleg.nec ẽt
cã in eo aucupãdi uel venãdi, vt ibi, & põt per
dominũ fundi,ſi præuiderit,prohiberi ne ingre
diatur:vt inſtit.de re.di.§.plane.& l.iij.§.plane
23 ff.de acqui.re.do. † Itẽ poſſum volentẽ ingre
di fundũ meũ uel per eũ trãſire propria manu,
& auctoritate repellere,& reſiſtere,vt l.quẽad-
mo.circa prin.ff.ad l.Aquil.& no.glo.in d.l.iij.
§.plane. & poſſum ẽt ſi me inuito ingrediatur
vel tranſeat,agere actione iniuriarũ l.iniur.§.ſi
quis me.ff.de iniur.& no.gl.in d.§.Fallit iſta re
gula in pluribus caſibus , qui monſtrantur per
gl.in d.§.plane.& inſti.de re.di.§.plane.& in l.
per agrũ.C.de ſerui.& per gl.magiſtrã.j.di.om
nes ll.in ver. eſt in fi.Et alij ẽt caſus habentur.
Primus caſus eſt. quãdo quis uellet ire per fun
dum alterius domino non prohibente ſiue ſci-
uerit,ſiue ignorauerit:quia tunc põt ire.ut l.di
uus ff.de ſer.ru.præ.ibi, non uolentibus domi-
nis.vbi probatur,quòd per alienum fundũ quis
poteſt tranſire,niſi à domino prohibeatur ſeu
contradicatur. & ita tenet Pe. & refert Cyn.in
24 d.l.per agrum. † Et ſic concordat ius diuinũ
cum iure noſtro, uidelicet quòd ire per agrum
alienum

> *a* Fundum. Petendo ſimpliciter, nunquid videatur petere ſeruitutem? gl. eſt no. quod ſic. in l. rei appellatione .ff. de ver. ſigni.

alienũ fas eſt, ſi dominus non prohibeat: ius nõ eſt, ſi dñs prohibeat. & ita etiam ſeruatur in pra ctica. Et intelligo quòd in dubio non uideatur velle prohibere, qnando eundo non fieret dño fundi aliquod damnum a: puta quia iret per ſemitã factã, & non eſſent ibi fruges. Secus ſi nõ poſſet ire ſine dãno, puta in faciendo de nouo ſemitã: quia tunc ẽt neſciẽs dñs videt̃ prohibere. ar. l. q vas. §. vetare. ff. de fur. vel qñ clauſiſſet fundũ muro, vel ſepe, aut alio mõ: quia per illã clauſurã videt̃ declarare animũ ſuũ, quòd non vult aliquem ingredi vel trãſire per illum fundum. facit ad hoc quod ſtatim dicã de domo. & ꝙ per agrũ alienum ire licet, donec dominus prohibeat: tenet etiam Cyn. in l. j. in 6. q. C. de ſer. & do. Pau. in d. l. per agrũ. eo. tit. & ibi per Doct. quod intellige, quando ſine damno domini fundi vellet ire & tranſire: quia cum ſit nullius præiudicii, competit cuilibet iſtud ius eundi, etiam per fundum alienum iure cuiuſdam facultatis, ſecundum do. Pau. in d. l. per agrum. & ratio poteſt eſſe, quia dominus præſumitur non diſſentire. ſecus ſi eſſet cum aliquo damno domini fundi. vt ſupra dixi. Item iutellige, quãdo ſumus in dubio de voluntate domini ſecus. ſi conſtaret vere vel præſumptiue, ꝙ dominus nollet, puta claudẽdo fundũ, vel aliter: vt ſupra dictum eſt. Item hoc intellige in fundo ruſtico, ſecus in domo. quia per domũ alienã non licet ingredi etiam domino ignorante, maxime per loca ubi poſſunt videri ſecreta domus. & contrafacientes tenetur actione iniuriarum. l. qui in domũ. ff. de iniur. quæ eſt in vlt. char. ti. & ita tenet do. Pau. & in d. l. per agrũ. & maxime hoc procedit de nocte. qm̃ de nocte non licet ire per alienas domos: vt eſt gl. no. in l. iter. ff. cõ. præ. & dixi s̃. de ſer. iti. ſeu adi. cir. prin. Secundo caſu principali fallit, qñ quis haberet ſeruitutẽ itineris vel actus aut viæ. d. l. p agrũ. C de ſer. Tertio fallit, ſi quis theſaurũ ſuũ vel offendere, vel pecuniã ibi abſcõditã vult recipere: vt ff. ad exi. l. theſaurus. in fin Quarto ſi glans mea. i. fructus mei ceciderint in agrũ tuum, & v lo eos colligere, vt l. vnica. ff. de glan. legen. quod intellige vſq; ad tres dies, vt ibi. Quinto, ſi volo quærere ſeruum meum fugitiuum: vt l. diuus. ff. de ſer. fu. & l. requirendi. & ibi no. C. eo. ti. & has tres vltimas fallẽtias ponit etiã gl. in l. 2. §. plane. ff. de acq. re. do. & in §. plane. inſti. de re. di. Sexto fallit in alio caſu, qui habetur cap. vlt. Septimo, quando via publica eſt deſtructa. l. ſi locus. §. fi. ff. quemad. serui. amit. & no. gl. in d. l. per agrũ. & has ſex ultimas fallentias ponit 1. di. omnes ll. in uerſi. fas. in fin ſed dicit Cyn. in d. l. per agrum quòd gloſſę ibi neſciunt quid dicãt. quia in dicta l. ſi locus. §. fin. de agro fit via publica, non in agro. & adde quod dixi in quæſt. præce. in fi. Octauo fallit, ſi vindemiam quam emi, volo tollere, quia poſſum ingredi propter hoc fundum venditoris in quo eſt vindemia: vt l. qui pẽdentem vindemiam. ff. de actio. emp. & no glo. in d. l. 2. §. plane. & inſti. de rer. diui. § plane. Et propter hoc dico, quòd idem eſt, ſi decima debet ſolui in fundis, quia poteſt decimarius ingredi cauſa decimandi & aſportandi decimam. per d. l. qui penden. vindemiam emit. Nono fallit, quando quis ſepulchrum habet: ſed iter ad ſepulchrũ non habet: quia poteſt ire per fundũ vicini dato iuſto pretio: vt l. ſi quis ſepulchrũ. in prin. ff. de reli. & sump. fu. & no. gl in d. l. per agrum. C. de ser. Et idem, quando eſſet eccleſia vel monaſterium, & non poſſet haberi iter uel aditus pet uiam publicam: uel per loca eccleſię uel monaſterii: quia tunc poterit per fundum uicini dato ſibi iuſto pretio, dummodo uicinus non patiatur magnum detrimentum, per d. l. ſi quis ſepultu. circa prin. & idem, qñ quis nõ haberet aliunde iter ad ſuum fundum priuatum: quia poteſt eodem modo ire per fundum uicini, p d. l. ſi quis ſepul. de quo dic vt dixi in prę ce q. prin. ante fi. Decimo fallit, quando quis iuiſſet per fundum alienum 30. diebus ſaltem in vno anno, quia tunc iterum non poterit, nec poſſet p dñm fundi prohiberi, quia ibi dicit̃ eſſe in quaſi poſſeſſione b itineris & ſi prohibeatur, poſſet conuenire dominũ interdicto de iti. actuq; pri. ut l. 1. in princi. coniuncto §. prætor ait. ff. de iti. actuq; pri. & ibi eſt gl. in uer. cõcluſit vſu. in prin. quæ dicit, ꝙ ad hæc duo requirũtur: certũ tempus, ſ. ꝙ iuerit per annum. & 30. ſaltem dies, quorum ſi unum defuerit, ceſſat illud interdictum: de quo dicam plenius in 2. q. quod tene menti, & non permittas vicinũ trãſire per fundum tuum 30. diebus in vno anno.

25 Vltimo principaliter quæro, quot requirantur, vt quis ſit in quaſi poſſeſſione itineris, ſiue eũdi in fundum meum, ita quòd eum impedire non poſſim quominus eat: & ſi impediã, tenear interdicto de itine. act. priua. Et dic quòd plura requiruntur. Primum quòd infra annum iuerit. Secundum, ꝙ fuerit ſaltẽ per 30. dies, ut ſtatim dicã in q. præce. in fi. Et ratio, quare nõ ſufficit ire semel, ſicut ſemel ſufficit semel aquam ducere per fundum alterius, ut d. l. 1. §. ꝙ autẽ. ff. de aqua quoti. & æſti. & quia ire per fundum alienum, poteſt fieri per modum cuiusdam familiaritatis vel amicitię. l. qui iure familiaritatis. ff. de acq. poſſ. & eſt licitum ire per fundum alienum, quod poteſt fieri per modum cuiusdã familiaritatis, ſicut dixi in q. pręce. & ideo per primum actum uſus non acquiritur quaſi poſſeſſio. Sed diuertere aquam per fundum vicini non eſt permiſſum, niſi ei, qui habet ius faciendi. ut l. aquam. C. de ſer. ideo per vicinum actũ acquirit̃ quaſi poſſeſſio huius iuris ducendi aquã quia iſtud non põt dici feciſſe iure familiaritatis uel amicitiæ. ut no. Bar. in l. 1. §. sed hoc interdicto. in pri. ff. de iti. actuq; pri. & no. in d. l. 1. C. de ser. & hoc in ſeruitute affirmatiua, secus in negatiua, quia in illa reperit̃ factũ hoĩs prohibentis, per no. in l. qui luminib. ff. de ſer. vrb. præ & no. do. Pau. in d. l. 1. & dixi s̃. in præ. lib. in 13. q. principali. in verſi. quantum requi-
26 ritur. † Sed aduerte ad iſtam differentiam inter ſeruitutem affirmatiuam & negatiuam, quantum ad hoc, ut requiratur factũ hoĩs prohibentis,

a Damnum. Damnum præſumitur in dubio datũ a proximioribus, & viciniorib. tex. eſt not. in l. j. in prin. ff. ad Syll. de fundo inſtructo le. ſi ita teſtamen. in fi. ff. loc. l. dominus horreorum. & non apparente malefactore tenentur ipſi. ff. de incen. rui. & naufrag. l. ne q d nau. vide Iaco. de Are. in aut. nulli iudi. §. q a vero.

b Poſſeſſio. Poſſeſſio uiolẽta non releuat poſſeſſorem ab onere probãdi. C. de prob. l. ſi uis. & ibi p Barto. & per Inno. in c. 2. extrà de ſer. nõ ordinandis.

hibentis, uel nō: quia tex. & Bar. in l. hæc autem iura. ff. de seruitut. vrbanorum prædiorum per alia verba loquuntur. dicunt enim, aut est seruitus vrbana: & requiritur factū hominis prohibentis. & ita intelligatur l. hęc autem iura. & gloss. in d. l. qui luminibus. & in l. 1. C. de serui. Aut est seruitus rustica. & tunc non requiritur aliquod factum hominis prohibentis, sed solū negligentia vel scientia cum patientia aduersarii. & hoc etiam videtur tenere do. Pan. in dicta l. prima. versi. circa secundam lect. quod no. quia multum in hoc errant credentes, & etiam in seruitutibus rusticis, ad hoc, ut quis constituatur in possessione, & si incipiat præscribere, requiratur factum hominis prohibentis. quod non est uerum, ut dixi. Et ista perpetuo tene menti secundum Bartol. in dicta l. prima. §. hoc interdicto. ff. de it. actuq; priu. in acquisitionem quasi possessionis aliorum iurium incorporalium. exemplum, si commune ciuitatis pateretur aliquem stare in consilio semel, sicut patit aliquando ciuitas Venetiarum intrare consiliū suum forensem nobilem. nam ex hoc non esset in quasi possessione illius iuris essendi in consilio, nisi ex frequētia actuum ad minus 30. vt dicto §. interdicto. quia istud potest fieri iure facultatis vel familiaritatis. Secus si ciuitas pateretur esse aliquem de prioribus, uel proponere in consilio tanquam consiliarium: nam tunc ex vnico actu illius iuris induceretur quasi possessio. per d. l. 1. §. quod autem. ff. de aqua quo. & æsti. & idem dicit Bart. in d. §. hoc interdicto. in certis iuribus, ut ex qualitate actuum requirat vnus actus vel plures: & pro prędictis uide glo. in c. cum ecclesia sutrina. uer. trium episcoporum. extrà de cau. pos. & prop. & ibi etiam per Innoc. & Doct. Tertio principaliter requiritur, & iuerit quis iure seruitutis credens uti iure suo, ut l. fin. ff. de iti. actuq; pri. & l. 1. §. Iulianus recte. eo. tit. & l. fi. ff. quemadmodum serui. amit. & no. gl. in l. 1. §. 2. in uer. usus sit. in prin. & ibi Bart. ff. de iti. actuq; pri. & uoluit Innocē. in c. bonę. el secundo. in prin. extrà de transla. prelat. & in d. c. cum ecclesia sutrina. in gloss. in uersi. 3. & ideo alio modo quàm quasi iure seruitutis, puta quia propter riuū qui creuit, aut quia uia publica est destructa, ita quòd ad suū fundum ire non poterat. & propterea per fundum uicini iuit, nullum ius sibi quæritur, ut l. 1. §. Iulianus recte. ff. de itiner. actuque priua. & not. Rof. in libellis suis ciuil. in titul. in fin. hoc modo per fundum alicuius, per 30. dies, &c. & idem, si quis iuisset per fundum non ui, aut clā, nec præcario, non tamen id iure suo faceret, sed si prohiberetur non facturus, non daretur ei hoc interdictum: nec propter hoc diceretur in quasi possessione seruitutis: ut l. fi. ff. de itin. actuq; pri. & idem si fuisset iure familiaritatis uel amicitię etiam per annum, & ultra, propter hoc non diceretur etiam in quasi possessione eundi: ut d. l. qui iure familiaritatis. ff. de acqu. pos. & ibi dicit Bart. quòd iste casus sæpe occurrit. Nam mater & filius stant simul, & filius uadit per fundum matris, postmodum eum diuidunt: dicit filius ego possedi talem fundum: nā in dubio intelligitur fuisse iure familiaritatis, ut non possideat. Idem dicit in fratre & sorore simul habitantibus, & habētibus patrimonium indiuisum, quia si frater solum uadit ad possessiones locandas, & fructus solus recollegit cōmuniter videtur facere causa familiaritatis, per d. l. si mulieri. ff. quib. mod. usu. amit. & idem in colono, licet nunquam uadat dominus. & ad prędicta uide quod not. Innoc. in cap. si diligen

27 ti. extrà de præscript. quod nota. † Sed circa prædicta insurgit dubium, quomodo probabitur, quòd crediderit uti iure suo. Secundum aliquos probabitur suo sacramento. pro qua opi. facit gloss. insti. de actio. §. aliæ. in gloss. magna. quæ allegatur, quòd in his quę consistunt in conscientia seu uoluntate alicuius, statur eius sacramento. Illa glo. not. loquitur de iuramento, sed gloss. bene hoc dicit in l. atqui natura. §. cum me absente. in glo. magna. in uer. uel melius. ff. de neg. gest. & est gl. in terminis nostris, in l. 2. in glo. fi. C. de ser. & aqua. & glo. in l. prima. §. 2. ff. de iti. actuq; pri. facit ca. pastoralis. extrà de excep. cum sim. sed Bart. in d. §. hoc nō tenet, dicens quod no. in d. §. aliæ. procedit q̃n prędicit titulus ex quo creditur sibi, si asserit se habere bonam fidem: secus si nullus titulus præcedat, sicut præsupponitur in casu nostro. Vnde secundum Bartol. debet aliter probari, quàm per sacramentum proprium: puta per testes, qui dicant se uidisse constitui seruitutem a tali qui putabatur dominus illius prædii, uel ꝙ fuit legata seruitus Titio, & iste uocabatur Titius. Hoc tamen non putat esse uerum Bartolus. quia secundum hoc sequeretur, quòd deberet probare titulum uerum, uel putandū, quod est contra l. si quis diuturno. ff. si ser. uen. & cōtra no. per Dyn. in capitulo secundo. de regul. iur. in 6. & ideo Barto. in d. l. 1. §. 2. dicit secundum Iac. de Aret. & Cyn. in l. prima. in 4. quæst. C. de ser. quòd sufficit probare se audiuisse hoc dici à quibusdam uicinis aut fide dignis, quòd sibi competebat ius eundi. Facit ad hoc glossa not. in l. Titio fundus. ff. de condit. & demonst. quæ dicit, quòd domino fide digno credendum est. Tamen Bartol. in d. §. secundo, concludit, ꝙ debet probari aliquid, propter quod ipse motus sit ad credendum sibi seruitutem competere, ut l. 1. §. sed & si iure. ff. de aqua quot. & æsti. Et ideo putat, quòd si erat fama per contractum licitum potest credere, argum. eius qđ not. in l. 3. C. de probat. & in l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de nego. gest. facit quod notat Bart. in l. fin. ff. de hære. insti. Idem dicit sub dubio forte si ibi erant signa viæ, uel itineris, vel aliqua uerisimilia, quę possunt animum adducere ad istam credulitatem, & istud procederet, quando signa uię vel itineris tenderent ad fundum illius qui iuit, & istud probaret satis fuisse in dubio de iure suo, & sic seruitutis, nisi ex qualitate personarum aliud præsumeretur, vt dixi suprà de fratre & sorore. Item potest

pro-

probari, quòd quis iuerit iure suo, & sic iure seruitutis ex actibus. Nam quidã sunt actus, quos ego non facerem, nisi quòd seruitus mihi competeret: ut præcidere sepem causa eundi. Vnde ex similibus actibus potest hoc compræhendi secundum Bar. in d.l.j.§.ij.& ff. de iti. actuq; priua. qui etiam allegat ad hoc no. per Inn. in c. bonæ. eo. li. extrà de postul. præl ubi omnino uide, quia hoc optime declarat, qualiter potest constare, quando quis iuit per fundum alterius, credens uti iur e suo. † Item an requiratur, quòd quis usus fuit itinere per seipsum: an uero sufficiat, quòd alius per se iuerit. Et dic, quòd sufficit, quòd colonus, aut hospes, aut amicus vel aliás alius iter ad fundum fecit, qui pro nobis seruitutẽ retinere possit: ut l.j.§. is cuius colonus: & l.iij.§. in hoc interdicto ff. de iti. actuq; priu.

† Et not. diligenter, quòd si quis usus fuerit
29 itinere per fundum vicini, quòd quoadusq; fuerit ingressus vsque ad illum locum in fundo, ad quem ingressus esset, diceretur esse in quasi possessione, & ei competit interdictum de iti. actuq; priu. casus est notabilis cum gl. & not. vltimo in ver. quoadusque. in l.j.§. si quis hoc interdicto. ff. de iti. actuq; priu. & est ratio, quia agitur de seruitute quærenda. Nam tunc per usum partis non acquirit ius in toto fundo, secus ubi ageretur de seruitute retinenda, qua constat eũ habere: quia per usum partis tota retinetur: ut l. si stillicidii §. fi. ff. quemadmo. seruit. amit. secundum glo. in d.§ si quis hoc interdicto. quã perpetuo tene menti. & per hoc dixit ibi Bar. multum notabiliter, quòd si quis ius colligendi pedagium vult dicere se præscripsisse: si probat ꝙ usus est colligere de talibus rebus, & in illis tantum dicetur acquisiuisse, de quibus apparet, ꝙ usus fuerit. Iaco. dicit de præscribenda iurisdictione non probata quasi possessione certi actus in illo tantum præscribat. Secus si haberet concessionem ab aliquo, qui habet ius tenendi. tunc si vtitur iurisdictione, actu retinetur in omnibus. & idem tenet Bar. in l. si publicanus § fi. ff. de publ. de quo vide plene in Spe. de iura. ca. in §.j. in prin. vltim. col. in ver. illud etiam not. quòd possesio. & per Inno. in c. dilecto. in fi. extrà de offi. archi. & per glo. fin. in clem. j. de for. comp. & per Bar. Ang. & Doct. in l.iij. in prin. ff. de aqu. poss. per Bal. in l. vna est via. ff. de ser. ru. præ. in apostillis. & plene per Flor. in l. seruitutes. la grande. in x col ff. de ser. & in l. si sit constituta. in fi. ff. quemad seru. amit. & in l. si seruitus. in fi. prin. & in l. fi. eo. titu. & per do. Paul. in l.j. in prin. ff. de iura. ca. & in l. restituta in prin ff. ad Treb. † Sed dubiũ est, an sit necesse usum,
30 uiæ retinere sciente & patiente aduersario. & videtur quòd sic. per l.ij. C. de seru. & aqua. Nam cum quasi possesio iurium incorporalium nihil aliud sit, quàm patientia aduersarii: ut l. quoties ff. de ser. ille qui ignorat, non potest peti: & sic ille qui utitur, non potest esse in quasi possessione illius iuris. istud tenet Innoc. in c. bonæ. el ij. de post. præla. Sed Bart. in l.j hoc interdicto. ver. vlterius quæro. ff. de iti. actuq; pri. dicit aliter, videlicet quòd quædam sunt seruitutes habentes causam continuã, pro quibus datur utile interdictũ, uti pos. tunc cũ illud interdictum datur priori, necesse est ꝙ probetur scientia aduersarii, cũ aliter non possit haberi illa quasi possesio. Quædã sunt seruitutes, habentes causam discontinuã, pro quibus datur interdictũ de iti. actuq; pri. & in istis non requiritur, ꝙ probetur scientia aduersarii: quia verba illius edicti non requirũt quem quasi possidere, vel quasi possedisse: sed requirunt simplicem usum facti. Dicit enim prætor, quo itinere usus es: nõ dicit, in cuius itineris quasi possesione es. vnde sufficit probare, quòd non ui, non clam, non precario. Dicit tamen, quòd quo ad præscribendã seruitutem, semper requiritur scientia aduersarii: cũ sine possesione præscriptio non procedat. ut in c. sine possesione. de reg. iur. lib. vi. & ita loqui
31 tur l.ij. C. de ser. † Ex quo not. quòd sufficit si aliquis sit usus itinere vel actu, nec desideratur ꝙ fuerit constituta seruitus vel debeatur: ut l.j. §.ij ff. de iti. actuq; pri. & not. Rof. in libello superius alle. Quarto principaliter requiritur, ut fuerit vsus quis non vi, non clam, nec precario: vt l.j. in prin. ff. de iti. actuq; pri. & l.iij.§. ait prętor. eo. ti. Et dicitur usus ui, qñ aduersario prohibente: Clam, qñ aduersario ignorante: Precario, quando aduersario concedente ad ipsum beneplacitũ, & non ultrà quæ omnia declara, ut plene habetur per gl. in l.j. C. uti pos. & ibi ꝑ Doct. & per no. in l.j.§. si tibi fundo. & §. fi. cum l. seq. vsq; ad §. hoc interdicto. ff. de itin. actuq; priua.
32 † Sed circa istud põt dubitari de duobus. Primo, qualiter hoc probatur. Secũdo, cui incũbat hoc onus probandi. De primo uidet̃ ꝙ poterat probari per testes: ut not. gl. in l.j.§.ij. in versi. vsus sit. in fi. ff. de iti. actuq; pri. & ibi per Bart. in fi. qui dicit, quòd hoc non esset verũ, qñ diceret̃, quia non iuerit: quia cũ ista sit mera negatiua, non coartata loco, vel tempore, nõ poterit probari. l. actor. cũ ibi not. C. de prob. in c. bonæ memorię Maguntin. de elec. Probabitur ergo affirmatiua per testes. Negatiua eo modo, quo dicetur infra. De secundo est maius dubiũ. Quidam n. dicũt, ꝙ hoc debet probari ab aduersario, qui dicit ui, clam, uel precario usum. Guil. tñ in d.§. ij. in ver. usus sit. in fi. determinat contrariũ, videlicet quòd imò debeat probari per eum qui dicit se usum esse itinere, & agit hoc interdicto de iti. actuq; pr. arg. d.l.j. in prin. & l. si quis diuturno. ff. si ser. ven. Sed Dy. hoc repræhendit, dicens quòd hoc probato usu xxx. dierũ, præsumitur quòd bona fide, non ui, non clam, vel precario iuerit: etiamsi non probet. Nam sicut in rebus incorporalibus si probetur tit. præsumitur bona fides, nisi probetur mala: ut l. nemo prædio. ff. de reg. iur. & l. si quis emptionis. titul de præscri. xxx. an. Itẽ in corporalibns debet præsumi bona fides solo usu probato, cum quo ad præscriptiones, ista duo sunt paria probare usũ in possessione sine tit. & in corporalibus probare tutulum & longã possesionem. Nam vtroq; casu idem iuris: ut l.ij. C. de serui. & aqua. & l. si

quis diuturno.ff.ſi ſer.ven . Iſta ſunt verba Dy.
vt refert Bar. in l.j.§.ſi hoc interdicto. ff.de iti.
act.pri.ſed Bar.in l.fi.dicit quòd Doc.repræhen
dunt Dy. Nã iſta nõ ſunt paria.quia de iure na-
turali eſt gentium quælibet res eſt libera: ut l.
altius.C.de ſerui.& ideo mala fide talis res eſt,
quaſi iure approbata, niſi probetur aliquid, ex
quo præſumatur bona fide.ſed in rebus corpo-
ralibus hoc non contingit. Nam ius commune
poſſidentis non reſiſtit:ut ipſe not. in l.prius.ff.
de no.op.nun.& glo.tangit in l.ſicuti.§.ſi quę-
ratur.ff.ſi ſer.vend.& ideo Bart. concludit in d.
§.hoc interdicto.ante fi.ꝙ non ſufficit probatio
ſolius uſus, ſed debet probare aliquid, propter
quod ille motus fuerit ad credendum ſibi debe
ri liberã ſeruitutem: vt l.j.§. ſed & ſi iure.& ibi
hoc no.Bar.ff.de aqua quot.& æſt.quo probato
alteri parti incumbit onus probandi, quòd ille
ſit vſus,vi,clam, vel precario : ut probatur in l.
iiij.in prin.ff.de iti.act.priu. pro quo vide quod
dixi ſuprà.in uer.tertio principaliter. qđ nota.
Quinto principaliter requiritur, quòd itine-
re uel actu vſus ſit ad prædium ruſticum:nõ au-
tem ad prædium urbanum. Quia hoc interdi-
ctum tuetur tãtum ruſticas ſeruitutes: ut l.j.§.
j.de iti.actuq; pri.& ita tenet Roſ. in d.ſuo lib.
circa prin.in illa q. ſed quæritur quare non pro
ſeruitute urbana, ſicut pro ruſtica, datur? dicit
33 Roſ in præaleg.titul. ſuo in ij.q. † quòd iura
magis conſuluit alicui habenti ruſticam ſeruitu
tem,quàm vrbanam:ſicut & aliàs eſt differentia
inter prædia ruſtica & vrbana: ut l. item quæri-
tur.§.qui impleto.ff.locat.ſed credo quòd iſta
non ſit bona ratio,ſed potius alia: quia frequen
tius contingit,quòd quis vadat per fundũ alie-
num ruſticum,quàm per vrbanum:imò raro cõ
tingit quòd quis vadat per fundum alienum ur
banum iure ſeruitutis.lex locuta eſt de ſeruitu-
te ruſtica.arg.l.nam ad ea.ff.de leg.j.glo.in d.l.
j.§.ſecundo.ff.de iti. actuq; pri. dicit quòd licet
ſeruituti vrbanæ non detur interdictum directũ
de iti.actuq; pri.tamen forte dabitur utile.& ſe
quitur ibi Bart. dicens quòd ſi ſeruitus vrbana
habet cauſam continuam,tunc habet locum uti
le interdictum,uti poſſ.l j.in princ.& ibi not.ff.
vti poſſ.& l.ſicuti.§.Ariſt. ſi ſer. vend.& l.quo-
ties.ff.de ſeruit.ſi vero habet cauſam diſconti-
nuam,tunc poteſt habere locum, utile interdi-
ctum,de iti.actuq; pri.& hoc teneas.pro hoc vi-
de Bar.in l.prima.circa princi.ff.vti poſſ. Sexto
principaliter requiritur, quòd ille qui iuit per
fundum alterius, habeat etiam fundum iuxta il
lum, & propter fundum ſuum iuerit per fundũ
alterius:quia nemo interdictum de iti. actuque
pri.habet,niſi & alius habeat prædium:& ipſe ẽ t
prædium habeat. quia ſeruitutem ratione præ-
dii alieni quis habere non poteſt. vt l.j.ff.cõmu
nia præ.& inſti.de ſer.§.in ruſticorum.ver.ideo
autem.& maxime cum hoc interdictum nõ te-
neatur niſi ad ruſticas ſeruitutes ut l.j.§.j.de
iti.actuq; priu.& hoc tenet Roſr.in d. ſuo libel.
ver. poſitiones actoris . Septimo principaliter
requiritur,quòd inter prædium qui patiatur,&

* Negator.
Si in iudicio de
ducatur quis ha
beat neceſſe ꝓ-
bare, vide gl.ff.
de ope.no.nun.
l.ſi prius. ff. de
iti.act.pri.l.j.§.
interdictũ Ray.
ſed qualiter in
negatoria pro-
bat de iure ſuo,
in rub.eo.ꝙ per
vicinos. qui ibi
prope ſtant, vt
dicit glo.in d.l.
j.§. hoc interdi
ctum Bal.
Denegatori.
Dic ut per Bar.
in ca.cum eccle
ſia ſutrina. de
cauſa poſ.& pro
prie. & per Dy.
inſtit. de acti.§.
æque.

fundum vicini,non ſit aliud prædium,per quod
iri non poſſit: quia tunc non competeret hoc in
terdictum.& ratio eſt ſecundum Roſ. in prædi-
cto libel.quia hoc interdictum cum eſt ad tuen-
das ruſticas ſeruitutes, vt dixi, medium prædiũ
quod nõ ſeruit,impedit ſeruitutem:ut l.qui ſel-
la.§.fi.ff.de ſer.ru.præ. & plene dixi ſuprà in li-
bel.præced.in vij.quæſ.prin. Octauo & vltimo
principaliter requiritur ad hoc,ut cõpetat iſtud
interdictum de iti.actuq; priu.quòd ille qui fuit
uſus hoc anno ſaltem xxx.diebus,ut dictum eſt
ſuprà,fuerit prohibitus:ut l.j.in princ.§.j.& ij.
ff.de iti.actuq; pri.& no. Roſ.in altero libel.ſuo
ſæpius alleg. Quæ autem requirantur ad præ-
ſcribendam ſeruitutem,vide quæ plene dixi ſu-
prà in lib.præc.in viij q.prin.ver.dictum eſt ſu-
prà quòd ſeruitus habens cauſam perpetuã,&c.
34 † Sed dubitari poſſet quæ utilitas reſultat ex
hoc,quòd quis iuerit per fundum alienum,mo-
do ſaltem xxx.dies. & propter hoc dicatur eſſe
in quaſi poſſeſſione. Et glo.in l.j.§.ij.in gl.ma-
gna.ff.de iti.actuq; pri.format iſtã q. dicit enim
primo,ꝙ quidã volunt, quòd poſſit in hoc:quia
præſumit competere ei ſeruitutem,ſiue negato
ria conueniatur,ſiue confeſſoria agat, quod po-
teſt:licet poſſideat:ut ff.ſi ſer. vẽ.l. & ſi forte.§.
ſciendum & pro eis.C.de proba.l.ſiue poſ.& C.
de epiſ.aud.l.nec credideris. & C. ſi aduerſ.cre.
l.j.& in autẽ.de teſt.§.ſi vero. & iſta fuit opin.
Placen.qui voluit, quòd quis in poſſeſſione,vel
quaſi præſumatur habere ius,niſi probetur cõ-
trarium.nam gl. reprobatur in l.cum res. C.de
proba.& ſic iſta opin.non eſt vera. Alii dicunt,
quòd iſta eſt ſecunda opin. quòd prodeſt, quo
ad hoc ut ſi impediatur, poſtea poſſit reſiſtere,
ſcilicet extra iudicium. & ſi redditur interdictũ
non in iure,ſed ipſo prædio,licet ei ſe defendere
ex ui interdicti,ac ſi in iudicio agatur confeſſo-
ria à ſe poſſidente, vel negatoria ab alio contra
ſe poſſidentem, vel non poſſidentem, neceſſe
habet de iure ſuo docere, ac ſi agat ex ſecundo
capite,quod eſt in l.iij.§.ait prætor.ff.de iti.act.
priua.poterit purgari, nec ipſe poteſt reſiſtere,
niſi probet ſibi ſeruitutem competere, vt ibi.
Iſta opin. inquantum dicit, quòd poteſt reſiſte
re,de facto dicit verum, ut dicam ſtatim in ſeq.
opin. Sed inquantum vult quòd non poſſit agi
in iudicio hoc interdicto, eſt contra d.l.j.de iti.
act.pri.& contra mentẽ illius ti. ſecundum Bar.
in d.l.j.§.ii.& ideo alii dicunt, & iſta eſt tertia
opinio,& vera, quòd probare uſum xxx. dierũ
in anno prodeſt, propter duo. Primo quia ille
qui eſt in quaſi poſſeſſione eundi, ſiue agat cõ-
feſſoria,ſiue conueniatur negatoria *, nõ opor
teret cauere de non impediendo. Sed aduerſa-
rius tenetur cauere de non impediendo uſque
ad finitum iudicium negatorium. Secus ſi poſ-
ſideret, & ageret, vel conueniret pro ſeruitu-
te : quia tunc cauet de non utendo vſque ad fi
iudicii.ut l penul.ff.de aqua quoti.& æſti. dicit
Bartol.in d.§.ij. quòd iſte eſt verus intellectus
d.l.penul.quæ etiam difficilis. Secundo prodeſt
in alio : quia ſi extra iudicium turbatur in v-
tendo,

tendo,non solum potest de facto resistere, sed
etiam in iudicio agitur hoc interdicto, vt pro-
nũtietur eum esse in quasi possessione,per hoc
tamẽ non præsumitur habere seruitutẽ,si cadat
a possessione,& agat confessoria.& istã opi.te-
net ibi gl.magna,in d.l.j §.2.ff.de iti. actuque
pri.quam sequitur ibi Bar.& communiter Do.
35 † Ex qua singulariter not.secundum Bar.ibi,
quòd etiã in quasi possessione iuris habet locũ
illud,qd' dicitur,vim ui repellere licet, & ideo
si vniuersitas vel capitulum coadunatur ad ali-
quid faciendum,& ibi esset aliquis,qui non es-
set de corpore illius capituli vel vniuersitatis,
& vellet omnimodo ibi esse,posset licite per v-
niuersitatem expelli : quia turbat vniuersitatẽ
vel capitulum in quasi possessione iuris in qua
36 est. † Secundo not.quòd in istis seruitutibus
corporalibus, qui habent causam discontinuã,
dicitur quis esse in qua si possessione, si nullo
modo usus esset tempore sufficiẽti:puta 30.die
bus,vt dixi in q præc.in fi.adeo quòd si turbas
me,possum contra te resistere de facto. Sed si
essent quędam iura, quæ non requirunt usum,
nisi interpolatum magno interuallo,tunc dicit
ibi Bart.quòd putat. sufficere me possedisse se
mel longo tempore retro.exemplum in l.si C.
de ser.& intelligitur nunc,quòd dicitur in hoc
interdicto,hoc anno,hoc est,uno tempore,quo
requiritur iste usus, vt isto quinquemnio, vel
decẽnio,vel simili in electione episcopi, vel ab
batis,si aliquis 30.ann.vel circa,eligit vnũ epi-
scopum certum,si modo deberet eligere,impe
diretur,sufficit enim docere,quòd fuit in quasi
possessione iuris eligendi, in proxima pręcedẽ
ti electione,quod est no.& de ista materia, quã
do quis dicatur esse in quasi possessione iuriũ
incorporalium,vide per Inn.& Doc.in c.j.ex-
tra de cau.pos.& pro. Sunt etiam aliæ vtilita-
tes,esse in quasi possessione iuris, quæ ponun-
tur in l.sicut.§.si quæratur.ff.si seru.uen.& ibi
no.& vide per Cyn. in l.2.in.4.q.C.de ser.& a-
37 qua.†. Et pro declaratione pędictorum quæ
ro, quomodo dominus poterit expellere eum
qui est in quasi pos. iuris euendi per fundum
suum.& glo.in l.j.§.2.in j.gl.magna,ante fi.ff.
de iti.actuque pri.dicit quòd oportet quòd a-
gat dominus negatoria,& probet illi seruitutẽ
non competere. alias non posset eum expelle-
re.Sed dicit Bart.quòd hoc non est uerum.Nõ
enim habet necesse probare dominus seruitu-
tem non competentem, sed sufficit probare se
dominum.& tunc utenti negabitur facultas v-
tendi seruitute.nisi probet eum sibi compete-
re ut ff.si usufru.pet.l.vti frui. & ibi notat. &
l.sicuti.§.si quæratur.ff.si serui.uend. & habe-
tur plene per Bar.in l.si prius.ff.de no.ope.nũ.
Sed tenendo opin.glo. quòd dominus haberet
necesse probare illi vtendi seruitutem non cõ-
petere,qualiter probabitur? Dicit gloss.singu-
lariter in d.l.j §.2.in gl magna.in fi quòd pro
babitur per testes, qui stabant ibi prope, qui
dicent quòd num fuit uisus ire, nec potuis-
set ire, quin uideretur. quæ glossam est, mul-
tum notabilis, quia docet probare negati-
uam a. & idem not.alia gloss similis in aut.de
hære & fal.§.si vero absum. in versi.& uidisse.
in fin colu.j.& vide de hoc do. Anto.de But.in
c.ex tenore.ante fin.j.col.extra de testi.& An-
ge.in.§.hinc nobis.in 4.col.in princi. in aut.de
hære.& falc. Vel põt probari dicta negatiua p
testes alio modo secundum gloss.in dicto §.2.si
quis dicit,se vidisse tali die uel mense,& proba
tur per testes,quòd sciuerit alibi fuisse illo tem
pore,vt l. optimam.C.de contrahend. & com-
mitten.stipula.facit quod not.in l.Facuutus §.
rei perdullionis.ff.de aquir.hære.& de ista pro
batione negatiua habetur in l.actor.C.de pro-
bat.& in cap.bonæ memoriæ.extrà,de elect.di
cit tamen Dyn.quem sequitur Bar.in d.l.j.§.2
ff.de iti.actuque prin.quòd ista videtur esse du
ra probatio. Quid.n.si portatur in caruca vel
curru corpus,ita quòd videri non potuit,vel si
iuit tẽpore quo illi testes erant in domo ad co-
medendum,vel,&c.Certe non video,dicit Dy.
qualiter ista probatio,de qua dixi, concludat.
Præterea ista probatio non concludit illi serui
tutem non competere,licet concludat illũ non
esse usum seruitute, nisi uellet probare, tanto
tempore non esse usum,quòd seruitutem per-
38 diderit. † Hactenus visum est de interdicto de
iti.act.pri. quod competit illi qui iuit per fun-
dum alienum annum & per 30.dies, si impedi-
tur vel prohibetur ire.Nunc uideamus de alio
interdicto,de itin.actuque prin.refi. quod com
petit illi qui habuit seruitutem itineri vel act
uel uiæ,& vult reficere,& impeditur ab aliquo
reficere locum illum,in quo iter uel actus, aut
via sibi debetur,ne quis impediat,vel prohibe
at te volentem reficere iter vel actum aut viã,
vt l.3.§.ait prætor.ff. de iti.act.pri.& adhoc,vt
istud interdictum competat,multa sunt necessa
ria.In primis enim requiritur,quòd aliquis sit
usus hoc anno:vt l.3.§.ait prætor. & §.ius au-
tem. ff. de iti actuque.pri. & intelligo,scilicet.
30.diebus,sicut dicitur in interdicto pręceden
ti.arg.l.j.§.2.eo.titu.& ita no.gloss.in d.l.3.in
ver.hoc aũt usi sunt.Ros. tamen in libellis suis
in titu.si habes seruitutem viæ,vel itineris,vel
actus,& vis reficere locum,&c. ver. sed quæri-
tur,an istud interdictum tenet contrarium,vi-
delicet quòd in primo interdicto necesse ha-
beo probare tantum viæ usum hoc anno ad mi
nus per 30.dies,vt superius dixi,sed isto inter-
dicto de iti.actuque pri.reficiendo, debet pro-
bare viæ usum hoc anno.Secundum requiritur
quòd quis sit usus,non vi,non clam,non preca
rio:vt d.§.ait prætor.quod declara, vt dixi su-
pra versi.4.principaliter requiritur. Tertium,
scilicet quòd sit usus iure seruitutis uel pro iu-
re suo, vt l.fin.ff.de iti. actuque pri.& ibi Bart.
hoc tenet, qui dicit, quòd etiam putat si quis
diceret habere ius eundi cohærens personæ,
non quòd esset prædialis seruitutis,haberet lo
cum hoc interdictum, vt l. j. §. illud. versicu.
præcedet.ibi etiam hoc no. Bar.ff.de aqua quo
ti.& æsti. Quartum, quòd probet sibi serui-

a Negatiua.
Negatiua quomodo sit probãda,vide Cor.j.
volu.consi.110.
Et probatio negatiuę videtur impossibilis,si non est coartata loco & tempore.in.2.uolu.consi.43.Et negatiua est probanda per eum qui se fundat in ea, vide in 4.uolu.consi.87.& vide Alex.2.uolu.consil.136.

tutem competere.ut d.l 3 §. hoc autem. & ibi
omnino uide gl.in ver.& ei seruitutem cōpete
re.& ibi etiam Bar. Et in hoc differt a præcedē
ti interdicto,in quo nō requiritur, quòd serui-
tus debeatur,vel cōstituta fuerit illi,qui vsus ē
itinere vel actu, vt dixi supra uersi.tertiū prin
cipaliter.quæ & dicam infra.Itē vero in hoc in
terdicto cum duob.seq.requiritur,quòd habe-
at usum illius itineris,vel actus, aut viæ tanto
tempore,cuius non extat memoria.vt l. appa-
ret.§. si quis seruitutem.ff. de iti. actuque pri.
Nam dum dicit ibi text.longæuę possessionis,
expone etiam longissimæ,& talis.cuius non ex
tat memoria,quia cum seruitus itineris, actus,
aut vię,non habet causam continuam,vt no.in
l.seruitus.ff.de serui.ideo tale tempus longissi-
mum necessarium est, vt illa seruitus acquira-
tur.vt ff.de aqua plu.arc.l.j.in fin. & l.2 & 3.&
not.per glosſ.& Docto.in d.l.seruitus. Et ideo
vult glo.in d.§.si quis seruitutem.& Ros.in d.
ti.si tu habes seruitutem viæ,&c.nisi allegare-
tur titulus.quia tūc sufficeret longū tempus x.
vel 20 ann.vt no.glo.mag.in fi.in d.l.seruitus.
& in d.§.si quis seruitutē.in versic.longęuæ.in
fin.de quo dic vt plene dixi in præce. li.in 8.q.
prin.Si aūt esset seruitus, quę haberet causam
cōtinuam, tunc quæreretur longo tempore,vt
l.si quis diuturno.ff.si serui.vend & not.in d.l.
seruitus.Quintum requiritur,quòd volens re-
ficere,debeat cauere nomine damni infecti,pro
pter opus quod vult facere in refectione, vt d.
l.3.§.qui hoc interdicto. Sextum,quòd reficiat
aliquis vsque ad modum consuetum impositæ
seruitutis,vt l.3.§.hoc autem.verbo.fieri.autē
pōt.ff.de iti.act.pri.Septimo,quòd impediatur
ille,qui vult reficere,ne reficiat vel apponat ea
puæ sunt necessaria ad reficiendum, vt l.vete-
res.eod.tit.Octauū,quòd si aliquid vult refice-
re,non ponat ea quæ sunt necessaria ad reficiē-
dum longiore itinere, vel si deteriorem causā
fundi faceret,tunc enim impune poterit prohi
beri,vt d.l.ueteres §.fi.quod no. secundū Bar.
ibi. contra nuncios communis, quibus debet
solui pro itinere tantum pro quolibet miliari,
quia si ipsi fecerunt uiam longiorem,sibi impu
tent cur fecerunt,vt ibi.& l.non tantum.§.an-
nus.ff.de exc.tu.& hoc uerum, nisi via breuior
non esset secura,vel sibi suspecta,& l.eos.§.fin.
& ibi gl.ff.de fal. & vide etiam de hoc per Bar.
in l.2.C.de cursu publico.li.12.& no.in l. impe
rator.ff.de ap. & vide quę plene dixi in l.3. in
prin.ff.de verb.sig.Nonū,& vltimū oportet, ꝙ
ille qui vuult reficere *a*, oportet ea quæ sunt
necessaria ad reficiendum,per eam partem agri
per quam sine maiori incommodo domini fun
di portari possunt, alioquin impune prohiberi
poteri,vt l.apparet.in princ.& §.j. & de prędi-
ctis vide per Ros. si tu habes seruitutē viæ vel
39 itineris,&c.in prin.†Sed quæro an istud inter-
dictū de iti.actuq; pri.reficien. sit aliud a pręce
dēti.s.de iti.act.pri.& sic an sint duo interdicta
vel vnum tantum interdictum, habēs duo capi
ta.Et videtur ꝙ duo sint interdicta. Nam ver-

a Reficere. Quid sit reficere,text.est melior,quam sit in iure.ff.de riuis. l.j.§.deinde ait prætor reficere Bai.

ba prætoris separatim ponuntur in primo & se
cundo interdicto. Item dicit l.vnde.§.hoc aūt.
ff.eo.quòd hoc interdictū distat a superiori.er-
go est aliud.Item quia in primo habeo necesse
probare, vię tantum usum hoc anno ad minus
per 30.dies,vt dixi in præcedenti q.princ.in fi.
In isto autem debeo probare viæ usum hoc an
no, & debitam mihi seruitutem. de quo dic vt
dixi supra versi.3.& 4.Item primum competit
pro possessione tantum retinenda istud interdi
ctū,secundū continet causam proprietatis quo
damus,vt l.j.§.quædam.de iti. actuque prin.&
Bar.in l.3.§ hoc autem.in prin.eod.tit.& ratio
est,quia sicut non sufficit in rei uend. probare
me possedisse,nisi ut probem dominiū.l.in rem
in princ.ff.de rei uen.ita in hoc interdicto non
sufficiat ꝓbare me possedisse, nisi ēt probē ser
uitutem constitutā mihi:ut d.§. hoc aūt. & ex
his no.differentiā inter hæc duo interdicta.alij
uero dicunt, quòd unum est interdictū tantum
habens duo capita, & hoc videtur tenere gl.in
d.§.hoc autem.in ver.& ei seruitutem compe-
tere,ante finē,ibi item not. ꝙ hoc secundū ca-
put.& hoc potest probari a simili.sicut & alias
lex Aquilia dicitur una habens duo capita,pri-
mū & tertiū,vt inst.ad l.Aqui.§.3.ff.ad l.Aqui.
l.2.Itē sicut lex Iulia dicitur una, habet tn̄ quī
que capita.ff.de li.& post.l.gallus.& sicut con-
ditio etiam dicitur unica,habēs duas partes,ut
ff.de condit.& de.l.ex scriptura. & hanc partē
tanquā ultimam uidetur sequi Ros.in prælle.
40 ti.uer.quæro an istud.†Item quæro in hoc in-
terdicto secūdo, si habet quis necesse probare
seruitutē sibi constitutā. dic ut dixi supra.uer.
quartū. quòd ꝓbet in quo differat cōfessoria.
Et quid prodest istud interdictum interpreta-
ri?Nam in confessoria similiter oportet ꝙ quis
probet seruitutem sibi constitutam,uel instru-
mento,uel pactionibus,aut stipulationibus,uel
longo tempore,uel longissimo,cuius non extat
memoria.ut habetur instit.de act.§.æque.& de
ser.§.fi.ff.si ser.uen.d.l.2.& l.si quis diuturno
habetur in l.seruitutis.ff.de serui Respondeo
hęc est differentia,quia hoc interdictum de iti.
actuque.pri.reficiendo competit tunc tantum,
quando quis uult reficere, qui dicit sibi debitā
seruitutem.Alias autem si quis prohibeat uo-
lentem alio modo uti seruitute, non habet lo-
cum hoc interdictum, sed confessoria tantum.
Nam si nolebas uti seruitute, & negabāt te uo
lentem uti,tu non habes interdictum hoc, sed
confessoriam tantum,ut dixi.& ita confessoria
est genus,quantum ad hoc interdictum de iti-
nere actuque reficiendo,quòd ubicunque com
petit interdictum,competit & confessoria. Et
ubicunque confessoria datur, interdictum non
competit,ut patet ex promissis.Interdictum au
tem species est,& ita interdictum locum habet
tantum in suo domicilio,scilicet quando alias
uult reficere. ut dictum est l. loci corpus. §.si
quis mihi.ff.si ser.uen.item est alia differentia.
quia qui proponit confessoriam,sufficit si pro-
bet seruitutē sibi constitutam esse,ut dixi. Sed

qui

qui proponit hoc interdictum, duo probare o-
portet, se vsum hoc anno, & seruitutem sibi con
stitutam. ut l. iij. §. hoc autem ff. de iti. actuque
pri. Vnde dicit Rof. in prealle. tit. si tu habes ser
uitutem uiæ &c. quod credit non esse vtile pro-
ponere interdictum de iti. actuq; pri. nisi quan-
do specialiter vellet reficere. quia tunc propo-
nere debet hoc interdictum. de quo tamen dic,
vt dicam in seq. q. in fi. Item est tertia differen-
tia, quia confessoria competit, siue aliquis pos-
sideat fundum, siue non. ut ff. si vsusfruct. pet. l.
vti frui. §. fi. Interdictum autem hoc non com-
petit nisi ei qui hoc anno vsus est, vt sæpe dixi-
mus. Aliæ etiam differentiæ colligi possunt ex
his quæ dixi suprà, quot requirantur ad hoc, vt
ista duo interdicta competant. † Vlterius quæ
41 ro, quare in hoc interdicto non necesse probare
ista duo, scilicet se vsum hoc anno fuisse, & ser-
uitutem sibi constitutam esse, vt dixi in præce-
denti q. nonne satis est si probet vnum tantum,
scilicet seruitutem sibi constitutam esse? quod
videtur per d. l. loci corpus §. si quis mihi. si ser
uit. ven. & per l. vnde. § hoc autem & ibi, finau-
tem. & ibi, ius esse sibi reficiendi. ff. de itin. actu.
pri. glo. mouet istam q. in d. §. hoc autem. & di-
cit si à primo incipias, scilicet à possessione vel
vsu, duo sunt necessaria, probare te vsum hoc an
no, & tibi competere seruitutem. Secus si ab al
tero incipias, scilicet à probatione proprietatis,
videlicet seruitutem constitutam esse. Nã tunc
illam probare tãtum sufficit: sicut alias dicitur,
nulla amittitur nisi corpus & animus interue-
niant, ut de acqui. pos. l. quem. quod est verum,
si à corpore incipies, secus si ab animo. quia tũc
sufficit solus animus, ut l. iij. §. in amittendo. eo.
titul. Item sicut & alibi lex dicit, docere debet
actor suum interesse in actione ad exhibendum
tempore litis contestatę, & non tempore sentẽ-
tię quod est verum, si à tempore litis contesta-
tæ incipias. secus si à tempore sententiæ, quia
tunc illud sufficit: ut ff. ad exhib. l. tigni. §. vlti.
Simile etiam habetur in l. potuit. C. de iur. deli.
& l. si libeat. C. de inoffi. do. & dicit Bart. in d. §.
hoc autem. quòd istam opi. videntur tenere om
nes Doc. tamen. secundum glo. ibi, huic opi. ob-
stat quod dicitur in d. §. hoc autem. ibi, cæterũ
si desit alterutrum deficit interdictum. Sed ex-
pone secundum glo. Alterutrum, pro altero: si-
cut & aliàs. ff. de leg. j. l. si ex toto. §. j. Vel aliter
potest dici. & ista est secunda opi. secundum gl.
in d. §. hoc autem. uidelicet si in confessoria pro
hibetur quis reficere, satis est si probetur serui-
tutem competere agenti confessoria, sed in hoc
interdicto duo probari debent, ut dictum est. &
istud placet Bartol. in d. §. hoc autem. & videtur
hoc tenere glo ibi, & Rof. in loco præalleg. qui
dicit, quòd nihil prodest in iudicio agere hoc
interdicto, sed tantum in confessoria, quæ mino
ri onere probandi grauatur. quod intellige de
isto secundo interdicto seu secundo capite. de
iti. act. refic. secus in primo. quia in illo non re-
quiritur quòd probetur, quòd sit seruitus con-
stituta, ut suprà dixi. Vnde tu sis cautus, vt si im
pediaris reficere iter aut actum vel viam, potius
intentes cõfessoriam, quàm interdictum de iti.
43 actuq; refic. † Vltimo quæro, quare in hoc in-
terdicto si probo me esse in quasi possessione
viæ, itineris, Vel actus, habeo necesse probare,
quòd sit mihi inuito seruitus constituta, & qua
re non sufficit sola quasi possessio, cum & hoc
aliàs in reb. corporali. sufficit. quia si probo me
possidere, non habeo necesse aliud probare. &
nisi actor probet quod intendit, possessio rema-
net apud me: ut l. fina. ff. de rei uend. & l. ij. C. de
probatio. cum sim. Item quia hoc est in liberali
causa, quæ est res fauorabilis. l. libertas. ff. de re-
gul. iur. & prætor fauet libertatibus. ut l. iij. ff de
alie. iud. mu. cau. fac. & §. j. inst. de don. tamen si
possideo aliquem seruũ, & ille dicat se liberũ,
non habet necesse probare se liberum, nec ego
habeo probare illum esse seruum. cum sufficiat
mihi sola possessio. C. de proba. l. & si possessio-
ne. & l. vis eius. cum fauorabilior sit causa perso
narum, quàm rerum: ut l. sancimus. C. de sa. san.
eccle. Respondeo secundum Rof. in dicto suo li
bello, si tu habes seruitutem uiæ &c. quæ nõ est
in promptu. Nam qui seruitutẽ sibi deberi cõ-
tendit, semper in alieno molitur, & in re aliena
intendit illã sibi deberi: alioquin si res esset pro
pria, seruitus peti non posset. l. uti frui. ff. si usus-
fruc. pet. Vnde ex quo certum est, quòd serui-
tutem mihi assero in alieno, necesse est, quòd de
beam probare, quòd mihi debeatur per stipula-
tionem, vel instrumentum, vel longo tempore,
aut longissimo, ut dixi in præcedenti li. in 7. q.
prin. nam quodlibet prædium præsumitur libe-
rum, nisi probetur seruitus imposita: vt l. altius.
C. de ser. & aqua. Aut in reb. corporalibus a suf-
ficit mihi sola possessio. Nam si possideo, non
habeo necesse aliquid probare, cum de intentio
ne actoris, non constet, vt d. l. fi. C. de rei ven. &
& l. qui accusare. C. de eden. Sed si constaret de
intẽtione actoris, tũc prior haberet necesse, pro
bare, qualiter illa esset sua. ff. de rei. uendi. l. offi-
ciũ. Sed qñ dico seruitutem me quasi possidere,
quia constat de intentione aduersarii. i. ꝙ præ-
dium est suum, necesse habeo probare seruitutẽ
mihi constitutam esse, vel alio modo mihi debi
tam: & hic est casus vbi quis possidens, suppri-
meret partem actoris. vt insti. de act. in §. æque.
Item ire per fundum alienum, cuilibet liberum
est prohibere, tamen ingredi volentem possum:
& si ingrediatur iniuriarum tenetur: postquam
tamen gressus est, illum prohibere non possum
prohibitione non interueniente: ut l. iniuriarũ.
§. fin. ff. de iniu. & insti. de re. di. § plane de quo
dic, ut dixi suprà in uer. quero pe. Nec ob. quod
dixi de seruo proclamante, quia ex hoc seruus
est in possessione seruitutis, & proclamat in li-
bertatem, dicit se liberum, & affirmatiuã propo
nit. vnde merito debet se probare liberum. In
seruitutibus autem contrà. Si enim possideo,
& dominus prædii seruientis intentet negato-
riam contra me, ego ei contradicam, ius esse mi
hi eundi agendi, quia affirmatiuam propono, il-
lam probare debeo. Idem est in seruo: cũ enim

a In rebus corporalibus. An in corporalibus requiratur animus & corpus, id est, volũtas & factũ: nã incorporalia facto possident. ff. de ser. vrb. præ. l. seruitutes q̃ ĩ superficie. in fi. principii, in acquirenda possessione. Ita no. In no. in c. literis. de rest. spol. unde omnia incorporalia iuris intellectũ habẽt, quia iura sunt. Sed quædã inhęrent reb. corporalibus, ut iurisdictio, quæ adhæret territorio: ut C. vbi & apud quos. l. fi.

ſeruus proclamat in libertatem, & ego nego ipſum eſſe liberum, quia ſimpliciter factum nego, non debeo probare, nec ſufficit mihi ſola poſſeſſio. Ille autem qui dicit ſe liberum, cum affirmatiuam ponit, tenetur ipſam probare, & habetur in l. ſcriptus. ff. de nou. oper. nunc. & in §. æque. inſtit. de act. Cætera circa iſtam materiam uide in ſuperiori li. in ti. de ſer. iti. ſeu aditus. & in ti. de aditu ſeu itinere. & quæ dicã in ſeq. titulo.

De ſeruitutibus actus. Cap. 2.

1 *Actus eſt ius agendi vel iumẽtum, vel vehiculum.*
2 *Actum qui habet, an iter quoque habere dicatur.*
3 *Actus & iter in quo differant, & conueniant.*
4 *Iter qui habet, inſtrumenta agrorum ducere nequit, ſed qui actum habet ſic.*
5 *Actus & via in quo differant.*
6 *Actus latitudo quanta eſſe debeat.*
7 *Seruitus actus ſi tam anguſto loco conceſſa fuerit, vt neque vehiculum, neque iumentum per locum perduci poßit, an actus, vel iter eſſe dicatur.*
8 *Actus ſeruitutem in fundo habens an per quamlibet eius partem ſeruitute actus uti poßit, & aliquando per vnam, aliquando per aliam.*
9 *Actus electio ad quem ſpectat, quando ſine vlla loci determinatione conſtituitur, an ſcilicet ad conſtituentem, & eius hæredem, an illi, cui actus ſeruitus conſtituta fuerit.*
10 *Actum per certum locum ſi quiſpiam alicui ceſſerit, an poßit poſtea plurib. per eundem locum actum cedere.*
11 *Actus vni ſi deberetur, vt vehiculis triũ generũ vteretur, & alio genere uſus fuerit, vel quid ſuperfluum egerit, an hoc ipſam ſeruitutem emiſerit.*
12 *Actus ſeruitutem ſi fundus debeat, & fluminis pons occupatus ſit, & poſtea alluuione reſtitutus, an ſeruitus amiſſa in priſtinum ſtatum reſtituatur.*
13 *Actus ſeruitutem locus debens ſi quis inundatus fuerit, an dominus fundi pati teneatur, quòd poßit ille, cui ſeruitus debetur, in alia parte fundi agere.*

1 De Secvnda † ſeruitute ruſtica, quæ actus dicitur, nunc eſt videndum. Actus eſt ius agendi vel iumentum vel vehiculum. l. j. §. actus. ff. de ſeruitut. ruſticor. prædior. §. actus. inſtitu. eod. & intellige agendi, ducendi ad manus, vel ante ſe, vel ſubtus ſe. & not. gl. in dictis iuribus. ita quòd qui iter habet, actum non habet, qui actum habet, & iter habet, eaq; uti poteſt ſine iumento, ut ibidem dicitur. † Sed cõtra hoc vltimum opponitur, & videtur, quòd imo ille, qui actũ habet, iter non habet, quia iter & actus ſunt diuerſæ & ſeparatæ ſeruitutes, vt patet ex earum diffinitione, ut l. loci corpus §. j. ff. ſi ſer. uen. & una põt eſſe ſine alia, vt ibi, nec vna ineſt in alia, vt l. j. ff. de adi. leg. & adeo ſunt diuerſæ iſtæ ſeruitutes, iter, & actus, vt ſi primo petii iter, & ſuccubui, nihilominus actum petere potero, ut l. ſi iure. §. ſi quis iter. ff. de excep. rei iu. & no. gloſſ. in d. §. j. Nec ẽt ille, qui habet actum, poteſt habere ſeruitutẽ itineris. quia tũc haberet duas ſeruitutes, & vna adempta, altera maneret. l. ſi ædes meæ. in prin. ff. de ſer. vr. præ. Quod tamen lex negat, quia adempto itinere, vbi debetur actus, nihil amittitur. ff. de adi. leg. l. j. ad hoc reſpondeo ſ̃m glo. in d. l. j. ꝙ iter vnũ eſt ſeruitus, aliud quod nõ eſt ſeruitus, ſed que-
2 dã cõmoditas, quæ ineſt in ſeruitute actus. † Si quæritur de iſto ſecundo itinere. ſ. quantum ad commoditatẽ, & non quantum ad ſeruitutẽ, & tunc qui actum habet, iter habet, ut no. glo. in l. j. §. actus. ff. de ſeru. ruſt. præ. & inſti. eo. §. actus. & in d. l. loci corpus. § j. ſi. ſer. ven. & in d. l. j. ff. de adi. le. & non poteſt ſecundum gl. ibi, iſta cõmoditas ſeparari ab actu. & poteſt eẽ ratio, quia iſta commoditas itineris dicitur eſſe pars integralis ad actum, quia ex commoditate itineris & agẽdi conſtituitur actus, ut l. ſi pupilli. §. qui actus. ff. de ope. no. ſecundum gl. in l. ſi nunc. §. ſi quis iterũ. ff. de exce. rei iu. & ita no. Bar. in l. qui uſumf. ad fi ff de ver. ob. dicit tamen no. gl. in d. l. loci corpus, ꝙ etiã quo ad commodũ, poteſt eſſe unum indubitanter ſine alio, vt quia ſic in conſtituenda ſeruitute ſit actum, uel ſolus tãtum iret, vel cũ ſocio, vel cum equo, vel vehiculo tantũ. Pro hoc tex. in l. modũ. in princi. ff. de ſer. Si vero loquimur de primo itinere, quod eſt ſeruitus, & iſtud non continetur ſub ſeruitute actus, imo tunc ſunt duæ diuerſæ ſeruitutes, & partes ſeparatæ. & ita loquuntur contraria.
3 † Vidimus diuiſionem ſeruitutis actus. nunc ſecundo loco declaremus, in quo differant, & conueniant actus & iter. Et breuiter in hoc differunt. Nam iter eſt, quò quis pedes vel eques commeare poteſt. Actus vero, vbi etiam armẽta trahere, & vehiculum ducere liceat, ut l. iter ff. de ſer. ruſt. præd. & expone armenta, vt ſunt boues, vt l. boues. in prin. de verb. ſign. & l. ſeruus legatus. §. armento. ff. de leg. 3. Sed alias habetur in litera armamenta. & glo. ibi exponit,
4 id eſt, inſtrumenta agrorum. † Vnde ex hoc no. quòd qui habet iter, non poteſt ducere inſtrumenta agrorum, ſed ſi habet actum ſic. & intelligo trahendo ipſa inſtrumenta per terram. alias non haberet dubium. imo dum loquitur ibi de actu, dicit & armenta, nihil operaretur contra l. ſi quando. de leg. j. cum ſim. Item eſt alia differẽtia, quia qui habet iter, non poteſt plauſtrum ſeu uehiculum ducere vel iumentum ante ſe uel poſt ſe. Sed ille qui habet actum, bene poteſt l. qui ſella. in princi. ff. de ſer. ruſt. & probatur in l. j. §. j. eodem titu. & inſtitu. eodem. §. j. & intellige de iumentis & armentis. imo ille qui habet actum, nedum poteſt ſecum ducere boues, ſed etiam equos & equas, aut mulos oneratos, ſecundum Dom. Paul. in d. l. iter actus. in fi. Conueniunt autẽ in hoc iter & actus, quia qui habet iter uel actum non poteſt trahere lapidem aut tignum per terram, nec in eis haſtã

rectam

rectam ferre licet, quia neque eundi neque agē
di gratia id facerent, & possent fructus lædi, vt
d.l.qui sella.in prin.& ideo licet possibile sit, ꝙ
frumenta non lædantur, inferre tamen hastā re
ctam non possunt, quia inspicitur quod euenire
potest, vt no.gl.Sesus est in illo, qui habet ser-
uitutē viæ, quia & trahendi lapidem aut tignū,
& rectam hastam ferendi ius habet, si modo fru
ctus non lædat, vt d.l.qui sella.§.j.Potest tamē
modus adiici in seruitute actus, puta quo gene-
re uehiculi agatur, vel non agatur, ueluti cum
equo dūtaxat, vel certum pondus uehatur, vel
certa res portetur: vt l.modum.ff.de serui & l.
5 si cui.in princ.ff.quemad.ser.amit. † Quę autē
sit differentia inter actum & viam, vide per gl.
inst.de ser.§.uia & in l.j.§.j.ff.de ser.ru.præ.&
6 dicetur in ti.sequenti circa princ. † Tertio vi-
deamus, quanta latitudo actus esse debeat.& di
cendum est, Aut latitudo non est demonstrata,
quia de ea nihil est dictum: & tunc arbitrio iu-
dicis statuenda est, vt l.certo generi.§.latitudo
actus non deguata, designatur per iudicem, nō
per l. quod secus est in uia. & l.viæ latitudo.eo
dē ti.de quo dicā in sequenti tit.cir.prin. Qui-
bus adde quæ dixi supra.tit.proxi.ver.itē quę-
ro quanta debet esset latitudo itineris.& versi.
7 præcedenti. † Sed quid si tam angusti loci de-
monstratione facta seruitus actus concessa est,
vt neque uehiculum, neque iumentum per il-
lum locū perducere possit: an erit actus vel iter
& uidetur quòd non sit iter: quia illud non fuit
concessum. Item nec actus, quia est cōtra natu
rā illius seruitutus, vt l.iter actus.ff. de ser.rust.
præ. Vnde dicitur illud, Quod potui, nolui, qd^r
uolui adimplere nequiui. vt l. multum inter-
est.C.si quis alte.vel si.& in c.cum super abba-
tia.extra de offi.de leg cū si.dic quòd debetur
iter; & nō actus vt est casus in l. si tam angusti.
ff.de ser.de quo dic vt ibi per Do. & plenius in
8 ti.de ser.viæ.& in ti.sequenti. † Quarto princi-
paliter quæro, an habēs seruitutē actus in fun-
do, possit agere, id est, vti seruitute actus, qui p
quamlibet eius partem, & aliquando per vnam
aliquando per aliam? dic vt habetur in l.si cer-
to generi.§.si totus.ff.de ser.rust.præ.& ut ple
ne dixi in ti.præcedenti.ver.quęro nūquid ha-
9 bēs seruitutem itineris. † Item ad quē spectet
electio actus, quando sine vlla loci determina-
tione constituitur, an ad constituentem & eius
hæredē, an illi cui seruitus actus est constituta?
Vide quæ dixi in præcedenti l.in 9.q prin.& in
ti præcedenti, ver.quęro etiam quid si legatū.
10 † Quęro quinto, quid si per certum locum
quis actum alicui cesserit, an possit postea uel
plurib.per eundem locum actū cedere? Dic re-
gulariter quòd sic: per l.qui per certum.ff.com
munia prę.& per l.2.§.j.ff.de ser.rust.præ. per
l.Lucio.ff. de aqua quoti. & æsti. quod declarà
vt dixi in tit.præcedenti, ver. quæro circa præ-
11 dicta. † Quæro sexto, circa amissionem seruitu
tis actus: vni actus debebatur, vt vehiculis triū
generum uteretur, & alio genere fuit vsus, vel
si amplius, quàm licuerit, uxerit, vel si latiore
actu usus sit, aut si plura iumenta egerit, quàm
licuerit, an per hoc seruitutem amiserit? Dicas
quòd non.& idem in similibus, in quibus.quis
plus facit, quàm ei licuit, non tamen propter
hoc ei plus conceditur, quàm pactum est in ser
uitute habere: vt l.si cui.in princip.ff.quemad-
12 mo.serut.amit. † Item si fundus debet seruitu-
tem actus, & pons fluminis occupatus est, &
post ea alluuione restitutus, an seruitus amissa
in pristinum statum restituatur? Vide l.locus.
in princip.ff.quemadmo.ser. uen. & quod latè
scripsi in titu.præced.versicu.item not.quòd si
13 fundus. † Item locus debens seruitutem a-
ctus, est aquis inondatus: an teneatur dominus
fundi pati, quòd possit ille cui seruitus debetur
agere in alia parte fundi? Vide quod plene scri-
psi in seruitute præcedenti.versicul.sed quid si
locus debens seruitutem. Cætera circa istam
materiam vide quę dixi in tit.pręcedenti.quia
multa contraria sunt inter iter & actum, vt ibi
patere potest.& vide etiam quæ dicentur in ti.
sequenti.vbi plura quę dicentur de uia, conue-
nient huic seruituti.

De seruitute uiæ. Cap. 3.

1 *Via est ius eundi, agendi, & ambulandi.*
2 *Via & actu an inter se differant.*
3 *Strata quid proprie sit.*
4 *Viæ latitudo quæ nam sit, quando uiæ seruitus promissa fuerit.*
5 *Pedis mensura quęnam sit.*
6 *Viæ uel stratæ latitudo, in quæ seruitus non debetur, quæ nam si.*
7 *Seruitus una uel plures quando dicatur; & quomodo cognoscatur.*
8 *Fundorum dominantium ad pluralitatem plures seruitutes resultant, etiam si unus tantum fundus pluribus seruiat.*
9 *Seruitus una uel plures si cognoscantur, quæ utilitas resultet.*
10 *Viæ caput, & finis, & medium, & latera quo in loco esse dicantur.*
11 *Aedificium iuxta plateam autoritate publica si destruatur, an platea amplietur, & utrum via iuxta illud ędificium destructum desinat esse, & incipiat esse platea, an uia remaneat, sicut erat primo.*
12 *Statutū si dictauerit.quòd in platea pœna duplicetur, vbi platea sit, & incipiat.*
13 *Via media quæ dicatur.*
24 *Viæ caput quantum spatium occupet, quantū pes, seu finis, & quantum medium.*
15 *Viæ mensuratio unde incipere debeat.*
16 *Via quotuplex esse dicatur.*
17 *Regalia quę proprie dicantur.*
18 *Viam esse publicam ad probandum quid requiratur.*
19 *Via publica an unicuique ire licitum sit, & ducere currum, uel plaustrum, aut lapides.*

20 *Ius eundi per uiam publicam an præscribi possit.*

21 *Via publica cuius sit.*

22 *Loca publica an uendi uel alienari possint, & per quem, & quomodo.*

23 *Ciuitas Paduæ non posset facere aliquod statutum, nec aliquid alienare sine Venetorum licentia, apud quos omnis administratio existit.*

24 *Via publica an priuato licitum sit aquam simpliciter ducere, vel per conductum ligneum, uel lapideum.*

25 *Ponticellos seu pontes facere an supra uiam publicam licitum sit.*

26 *Via publica an per priuatum aliquomodo occupari possit.*

27 *Via publica an claudi possit.*

28 *Domus uel fundus, qui undique sunt, si unius tantum essent, an ille solus viam publicam claudere posset.*

29 *Viam publicam si quispiam impediat, uel claudat, an contra claudentem, uel impedientem agi possit.*

30 *Via si aliquis clauserit, an propria autoritate clausuram frangere ualeam.*

31 *Via publica, quę est in una contrata, si claudatur, an alius de alia contrata, cuius parum aut nihil interest, agere possit, vt dicta clausura destruatur.*

32 *Via publica duarum cõmunitatum si sit, per quã eant currus communitatis utriusque, cui ex dominis territorij applicanda sit.*

33 *Statuto si caueatur, quòd uulnerans in uia publica magis puniatur, quàm si alibi vulneret, & aliquis percussit in uia priuata, per quam tamen iter publice fiebat, an puniatur, ac si in uia publica vulnerasset.*

34 *Statutum si sit, quòd si quis fundum uendcrit, cohærens seu confinis aut collateralis idem precium præsentare possit, & fundum uenditum ab emptore uendicare, si aliquis fundum uendat, & vicinus, qui habet alium fundum propinquum uia tamen publica interueniente, uigore dicti statuti precium præsentare velit, an possit.*

35 *Federicus Imperator condidit quandam legẽ Græcam, quæ ius prothomisios uocatur.*

36 *Via communis si ad castrorum fontes existat, ad cuius iurisdictionem prędia pertinere præsumã tur.*

37 *Fundum vel domum si quispiam legauerit, vel uendiderit, an concessum videatur, quòd ex fundo exterioris, vel uendentis uiam habere debeat, vel si duo fratres sint, aut socij, & unum fundum diuidant, an in dubio actum uideatur quòd vnus per alterius partem uiam habere debeat.*

38 *Via publica si aquis inundata, aut aliter destructa fuerit, an per vicini fundum iri possit.*

39 *Viam publicam si quispiam in vicini agrum reiecerit, an is, per cuius fundum uia publica facta sit, contra ipsum agere possit.*

40 *Viæ reiectæ actio quæ competit, & quæ etiam necessaria sunt ad hoc ut competere habeat.*

41 *Viæ reiectæ actio propter quid competere dicatur.*

42 *Via reiecta ut moueatur, si agatur, quid iuris.*

43 *Egerit si quispiam contra uicinum suum, qui uiã publicam in fundum suum reiecerit, & per uiæ reiectæ actionem interesse suum consecutus fuerit, an postea uiam claudere poterit.*

44 *Viam priuatam si quispiam per vicini sui fundum reiecerit, nunquid actione priuata agetur.*

45 *Vię reiectæ in actione quomodo libellus formari debeat*

46 *Viæ reiectæ in actione quomodo actor & reus positiones formare debeant.*

47 *Viam munire uel reficere an quilibet teneatur.*

48 *Clerici ad viarum reparationem an teneantur.*

49 *Gabella pro plaustris & curribus, quę pro uiæ refectione ad portam soluitur, si imponatur, an ecclesia teneatur.*

50 *Ciuitas uel villa si de nouo unam viam facere uelit, & onus rebus pro uię vel pontium expensa imponere voluerit, an etiam ipsis ecclesijs imponi possit.*

51 *Viæ ad refectionem an scholaris, uel qui domum conduxit teneatur.*

52 *Emphyteota seu liuellarius an uiam publicam ante domum emphyteoticam reficere teneatur.*

53 *Vsufructuarius an ad uiæ refectionem teneatur.*

54 *Maritus, qui fundum dotalem iuxta uiam publicam habet, quę refici debet, an ad ipsam refectionem teneatur.*

55 *Domo aliqua si quispiam gratis habitet, nunquid ad viæ refectionem teneatur.*

56 *Viam an quis reficere teneatur, si prius domui cedere voluerit, quam iuxta uiam habet.*

57 *Via publica si destructa non fuerit ex antiquitate uel casu, sed aliquis ipsam exarauit, seu aliter destruxit, an ipsi uicini teneantur.*

58 *Viam si quispiam destruxerit, & non habeat vnde soluat, an vicini ipsam reficere cogantur.*

59 *Viam publicam si quispiam reficere uoluerit, an possit & quomodo.*

60 *Statuta de refectione viæ loquentia an purgationem comprehendant, & quid purgare dicatur, & quomodo etiam libramentum capiatur.*

61 *Viam publicam qui purgare tenetur, quid facere debeat.*

62 *Viam publicam si quispiam reficere uoluerit, & ab alio impediatur, qua actione in impedientẽ agetur.*

63 *Interdictum de uia publica ad hoc, ut contra impedientem reficere competat, quæ necessaria sint.*

64 *Interdicto de uia publica quomodo libellus formari debeat.*

65 *Interdicto de uia publica quomodo actoris & rei positiones formari debeant.*

66 *Via in publica si quispiam aliquid ponat, vel ædificet vel immittat eo casu, quo non potest, quo iure contra ipsum agetur.*

67 *Inter-*

67 *Interdictum de via publica siue sit vnum, siue duo, quæ necessaria sint ad hoc vt ista interdicta dentur.*

68 *Via qualiter publica, vel priuata, aut vicinalis dicatur.*

69 *Libellus in interdicto quando quis ædificabit in viam publicã, vel aliquid immisit, aut ædificare vel immittere velit, quomodo formabitur.*

70 *Positiones actoris & rei in tali interdicto qua forma formari debeant.*

71 *Via publica ire, & agere, & plaustrum ducere, cũ regulariter cõcessum sit, si quis ab aliquo, qui prohibere non potest, impediat, quo remedio ei succurretur.*

72 *Libellus in interdicto vt liceat ire, agere, &c. quomodo formari debeat.*

73 *Positiones in interdicto, vt liceat, &c. quomodo formari debeant.*

74 *Pedagia qui colligunt ab his qui per viam publicã vadunt, an de iure possint prohiberi exigere, & colligere.*

75 *Via de publica in actione an procurator constitui possit.*

76 *Actione de via publica an fideiussor accedere possit.*

77 *Libellus quõ super uia priuata formari debeat, quãdo dicitur, quòd viæ seruitutis debetur.*

1 VIA † est tertia seruitus rustica: quæ sic dif
finitur. Via est ius eundi, agendi, & ambulã
di: ut l. j. §. via. ff. de ser. rust præ. & insti. de ser.
in duobus tituli pręcedeptibus. in princ. & iter
& actum via in se continet, vt dicitur in dictis
iuribus. Et licet sint tres seruitutes diuerse separatæ,
tamen uia cõtinet in se iter & actum cũ
commoditate. quod declara, vt dixi, de actu con
tinente in se iter, in tit. præcedenti, circa princ:
2 † Et ex hoc videtur inferri, ꝙ nihil plus inue-
niatur in via, quàm in actu, & sic nulla sit inter
istas seruitutes differentia. Tu tamen dicas con-
trarium, videlitet ꝙ imo sunt aliquæ differẽtiæ,
& ꝙ plus inuenitur in via quàm in actu. prima
differentia est, quia qui habet viã, potest trahe
re trabẽ, & lapides, & rectam ferre hastã, quæ nõ
permittitur haberi actũ, vt l. qui sella. §. j. & §.
qui viam. ff de ser. ru. prę. & vide quæ dixi in ti.
præcedenti. in 2. q. prin. ante fi. Secunda differẽ
tia est, si viæ latitudo non fuit designata ꝑ par-
tes, tunc tanquã incerta non est in actu: vt l. viæ
latitudo. & l. via constitui. in prin. & l. certo ge-
neri. § latitudo. ff. de ser. ru. præ. & voluit gl. in
3 l. j. §. via. eo. tit. & instit. eod. §. via. † Pro plena
declaratione autẽ huius materię, quia vidimus
quid sit via, quæro primo quid sit strata. & dic
ꝙ est via matonata lapidibus viuis vel coppis:
vt l. j. § viam. ff. de via pub. & iti. pu. fru. & ibi
hoc no. Bart. qui dicit, quòd in ciuitate Perusij
appellatur via regalis vel consularis. & sic diffe
rentia inter viam & stratam: vt probatur in l. ab
sit. C. de priui. viæ Augu. lib. 11. & ibi hoc etiam
not. Bartol. qui dicit istud esse vtile ad statutũ,
dicens quòd committens maleficium in struta
pœna dupli puniatur. Nam si accusator dicit
maleficium esse commissum ei in via, non con-
cludit pœnam debere duplicari. vt l. j. §. docere.
4 ff. vi bon. rap. quod not. † Quęro secundo, quæ
sit vię latitudo, quando seruitus viæ promissa
est? dic quòd aut constituens seruitutẽ designa-
uit eius latitudinem: & illa erit, & poterit cõsti-
tuere, quòd sit latior 8. pedibus, & angustior, dũ
modo eam latitudinem habeat, qua vehiculum
ire possit: alioquin iter erit, non via, vt l. via con
stitui. in prin. ff. de ser. rust. prę. & l. certo gene-
ri. § latitudo. ver. in via aliud. eo. tit. & l. si tam
angusti. C. de serui. & vide quę dixi in tit. præce
denti. sed quid si tam angusti, aut nulla latitudo
per constituentem seruitutem designata est? &
tunc per l. designatur, quoniam vię latitudo ex
12. Tab. in porrectum, id est, directum 8. pedes
habet in aufractum, id est vbi flexum est in an-
gelis: vt l. viæ latitudo. ff. de ser. rust. præd. & no.
5 gl. instit. eo. §. uia. † Per vero est mensura, se-
cundum Isidorum, quæ debet intelligi in dubio
spatio quinq; digiturum: vt est gl. no. in 17. q. 3.
sicut antiquitus. & no. Bal. in l. j. ff. si quis cau. &
ibi per Doc. & Albe. de Rosa. in l. 2. circa prin.
C. de his qui ad eccl. confu. & Saly. in l. j. in ante
pen. q. C. de interdi. & dixi in l. 3. in prin. ff. de in
terdic. vbi posui de multis generibus mensura-
rum & ponderum, & ibi dixi, ꝙ digitus est mini
ma pars agrestium mensurarum, & ꝙ vnica ha
6 bet tres digitos: dic vt ibi. † Quæro tertio,
quæ sit aut esse debeat latitudo viæ vel stratæ,
in qua seruitus non debetur? dic aut est via pri
uata vnius, quod potest esse, vt l. 2. §. uia pu. ff.
ne quid in loco pub. & ista erit per voluntatem
domini. quia in re sua quilibet est moderator &
arbiter. l in re mandata. C. man. aut est publicæ:
& tunc debet esse secundum cõsuetudinem vel
statuta loci, vt l. j. cum gl. & l. an in totum. C. de
ædifi. priua. & l. 2. in prin. cum gl. in ver. lege. ne
quid in lo. pu. facit gl. in l. qui luminibus. ff. de
ser. vrb præd. aut nulla apparet consuetudo, &
tunc aut dominns ciuitatis, vel populus, vel eã
agentes uolunt statuere latitudinem uiarũ, &
possunt: ut l. prohibere. §. plane. ff. quod ui aut
clam. alias in dubio standũ est determinationi
actoris. l. vie latitudo. ff. de ser. rust. prę. Et adde
prædictis, ꝙ licet pertineat ad decorem ciuita-
tis, ut uiæ & stratæ sint latiores & amplę: tamen
quandoq; deterius est, ut probatur in l. j: §. viã.
ibi, latiorẽ. ff. de uia pu. & iti. pu. ref. & ibi hoc
vult Bar. & subdit, ꝙ ipse vidit in ciuitate Cali,
cum ibi essent multæ viæ amplę, imposita fuit
necessitas omnibus circũhabitãtibus occupãdi
& restringendi eas. Ratio, quia quando transi-
tus erat in ciuitate propter nimiam latitudinẽ,
ciuitas reddebatur debilior ad defendendũ eã.
propterea dico quòd ciuitas Ianuæ reputatur
fortior ex eo quòd habet uias, & stratas valde
7 strictas. † Quæro quarto quando dicatur vna
seruitus uel plures, & quomodo cognoscatur.
hoc ordinarie examinatur plene in. l. nam satis.
§. j. in gl. mag. ff. queãd. ser. amit. Tu aut in hoc
sic distingue per tres casus principales, quan-
doq; debetur seruitus ab uno uni, quandoq; ab

uno

vno pluribus,quandoq; a plurib. vni.Primo ca
ſu , quando debētur ſeruitus ab vno fundo vni
alteri tantum fundo,tunc ſubdiſtingue, aut iſti
fundi remanent diuerſi indiuiſi,& nō habet du-
bium,ꝙ vnica ſeruitus actiue & paſſiue, vt pate
bit ex his quæ ibi dicetur. aut fundus debēs ſer
uitutē eſt diuiſus per dominū, & tunc ubi prius
erat vna tantū ſeruitus viæ,nunc erūt duæ.vt l.
viæ.ff.de ſer.& no.per gl.in d.l. nam ſatis.§.j.in
ver.debita.facit l.via conſtitui.§. quæcūque.ff.
de ſer.ru.præ.licet in cōtrariū faciat d.l. vna eſt
via.cuius intelligētiā dicam in tertio caſu prin-
cipali.Aut fundus ille, cui seruitus debetur,di-
uidit̃ in duas,puta regiones : vel quia dominus
vendit vna eius partem:& idē,quia illa quę erat
prius ab initio via tantū ſeruitutis,nunc ſpargi
tur in duas:ut l.via conſtitui.§ quæcunque.nec
poteſt quæri qui prius vnam,nūc autem plures
ſeruitutes debet,quia in alio releuatur. Nā an
te diuiſionē vel conditionē partis, etiā per vnā
partē ſeruitus retinebatur : vt d.l. nā ſatis. §.j.
in prin.& d.l.eſt vna via.qđ non eſt poſt diuiſio
nē vel venditionē partis fundi dominātis,ꝙ nō
vtēdo parte vna diuiſa vel alia vltimo tempore
illa amittitur nec per aliā partē qua uſus eſt,ſer
uitus retinetur.ex quo ſunt effectæ plures ſerui
tutes viæ: & per hoc allego gl. in d.l.nā ſatis.§.
j.in gl.ma.circa principium. ver.ſi autem diui-
ſerunt & fundum dominantem . Secundo caſu
pribcipali, quando debetur ſeruitus ab vno plu
ribus,tunc ſubdiſtingue.Aut hi plures diuiſerūt
oēm fundū, dn̄antē nō diuiſerūt.vna ē ſeruitus,
cū vni tm̄ ꝑdio,& ab vno tm̄debita ſit.vt dixi ſ.
in ſ.caſu,in prin. & licet fundus dn̄antis ſit plu
riū dn̄orū,tn̄ ex quo eſt indiuiſus,dicet vnus,&
nō plures:&magis cōſiderat̃ cōditio fundi,ꝗ v-
nicus eſt,ꝗ̃ pluralitas dn̄orū:ꝗa ſeruitus nō dēt̃
ꝑſonis dn̄orū,ſed ipſi fundo:ut ē text.ī l. 2.§.j.ſi
ſer.vē.& ī l.vnus ex ſocis.ff.de ſer.ru.pr.Si vero
diuiſerūt fundū dn̄antē, tūc illa ſeruitus, q̃ erat
prius vna ab initio,ſpargit̃ in duas:vt d.l.via cō
ſtitui.§.q̃cunq;.de ſer.ru.pr. & l.pe.ff.de ſer. &
ita gl.ma.circa prin.quæ ſubdit,ꝙ dominus prę
dij ſeruiētis nō poterit hoc conqueri:quia in a-
lio releuatur:iuxta l. cū qui.in prin.ff.de iurei.
nā ante diuiſionē etiā per vnū ſociū ſeruitus re
tinebatur,vt d.l.nā ſatis §.j.in prin. in ver.ami
ſeris.ſed poſt diuiſionē retinetur. ſed vnuſquiſ-
que ſibi vſurpat & deperdit . & hoc vult etiam
gl.in d.ver. amiſeris. & idē multo magi dicēdū
eſt,ꝙ debetur ſeruitus ab vno fundo plurib.ab
initio diuiſis tēpore cōſtitutæ ſeruitutis, vt l. ſi
ædes meæ.in prin.ff.de ſer.vr.præ.& idem quā-
do fundi dominantes erunt diuiſi & eiuſdē do-
mini,ea.rōne.Ex quo no.ꝙ ad pluralitatē fun-
dorū dn̄ātiū plures reſultāt ſeruitutes,ēt ſi vnꝰ
8 tm̄ fundus plurib ſeruiat.vt ibi &hoc ēt no.do.
Pau.in l.vna ē via.de ſer.ru.pr.Tertio caſu prin
cipa.qn̄ dēt ſeruitus a plurib. vni,tunc eē ſubdi
ſtingue:Aut plure dn̄i fundi ſeruiētis nō diuiſe
runt ſuū fundū ſeruientē,& erit vna tm̄ ſeruitꝰ:
vt dixi in c.præce. no.gl.ma.in d. l.nā ſatis.§.j.
Aut diuiſerūt:& tūc aut diuiſerūt ꝑ lōgitudinē,
aut ꝑ latitudinē,ſm gl.in d.l. nā ſatis. §.j.qn̄ to
tius longit.viæ vnuſquiſq; dn̄orū fundi ſeruiētis
partē hēat in prin.vſq; ad ſi.ita ꝙ veniat vſq; ad
fundū dn̄antis ꝑ latitudinē,tuuc dr̄ fieri diuiſio,
qn̄ vnus ſolus viā ſolidā hēt paſſiue,vſq; ad cer-
tū terminū æqualiter vel inęqualiter poſitū: &
alter ab eo vſq; ad fin. ita ꝙ per unum tantum
ex eis ſic dimiſit immediate perueniri ad fundū
dominantis.& iſtud teneas:licet gl.in d.l. nam
ſatis.§.j.ponat etiam aliam opinionem. quæ in
effectu eſt eadem, ſed non ita clara . Primo ca-
ſu,quando plures domini eiuſdem fundi ſeruiē-
tis diuiſerunt fundum ſeruientem per lōgitudi
nem:& tunc subdiſtingue:quia aut ſeruitus de-
bebatur ab illo fundo communi nunc diuiſo,&
certa & determinata parte illius fundi,aut inde
terminata,ita quòd per quamlibet partem fun-
di ire poſſit,& eam partem vertere: quia actum
ſit,vt poſſit ire,modo per vnā partem , modo ꝑ
aliā,ſi seruitus debebatur in certa & determina
ta parte fundi.Et tunc dic ſecundū gl.in d.l.nā
satis.§.j.Quod ſi tm̄ spatii eſt in cuiuſlibet præ
dio,qđ ſufficiebat ad viā,& erūt duæ ſeruitutes,
perinde ac ſi in duobus fundis cōſtitutæ eſſent
ab initio.Aut non eſt tm̄ spatii:& tunc vna tan-
tum seruitus remanebit,sed mihi videtur,quòd
hoc non ſit bene dictum, quando tantum ſpatii
relinquitur in cuiuſlibet prædio, quod ſufficiat
ad viā.nam tunc nō poſſunt eſſe duæ seruitutes
viæ,sed vna tm̄:quia ſi seruitus eſt conſtituta in
certa determinata parte fundi cōis duorū & plu
rium,& poſtea diuiditur ille fundus : ſi illa pars
in qua eſt cōſtituta seruitus,remanet in vna par
te fundi aſſignata vni eſt dominis, illa pars fun-
di sola debet ſeruitutem,& cæterę partes debēt
eſſe liberæ, cū per illas partes fundi ēt dum eēt
cōis,non poſſit ire,quia liberæ erant. vt eſt tex.
in l.certo generi.§.ſi totus.verſi. ac ſi iter.ff.de
ſer vr. præ . Aut ſeruitus debebatur muro cōi ,
ita vt per quālibet partē fundi viā haberet.& ut
ēt vertere poſſet,non facta diuiſione,eundo per
vnā partē,retinet seruitutem in oībus partibus:
cum facta ſit diuiſio,sunt duæ.Et perinde obſer
uatur,ac ſi in duobus fundis à prin.duæ seruitu
tes eſſent cōſtitutæ:ideoq; pōt altera amitti tē-
pore,altera vſurpari:nec lugeat rus,cui seruitus
debebatur,ꝙ facto duorū fundi seruientis con-
ditio ſua ſit facta deterior,cum prius,id eſt ante
diuiſionē,vna parte vtendo totius fundi retinet
seruitutē:quia hoc ei cōmodū deuenit, ut duas
nunc habeat vias,& earū commoditatē.ita dicit
gl.mag.in d.l.nā satis.§.j.in ſi. Pro hoc facit il-
le.§.j.circa prin.ibi,nec ſit illa iniuria:vt l.eum
qui in prin.ff.de iureiu. & quod dixi etiam in j.
& ij.caſu principali.Secundo caſu, quando plu-
res domini eiuſdem ſundi seruientis diuiſerunt
ipſum per latitudinā:& tunc remanet vna tantū
seruitus:ſicut ſi à principio conſtituta eſſet ser
uitus vni fundo per plures fundos cōtinuos,ita
vt vnus tantum eorum ſit contiguus,dominā ti,
& alii ſint adinuicem contigui:iuxta l.tria præ-
dia.ff.de seruit.ruſt.præ. Nam hoc caſu vna tm̄
eſſet seruitus , quæ debetur vni fundo,licet per
plures

plures fundos eo modo, vt dictnm eſt, debea-
tur. & iſte eſt caſus quē ita intelligo in l. vna
eſt via. eo. ti. & hoc itelligo ſiue ſeruitus ſit cō
ſtituta in his duobus caſibus proximis, in vna
certa parte ſiue indeterminata, ita ꝙ poſſit va
riari. Et ratio diuerſitatis quæritur: quādo ſit
diuiſio per latitudinem, eſt una tantum uia: &
qñ ſit per longitudinē, ſunt plures & quia quā
do per latitudinē ſit diuiſio in certa parte, quæ
proxima eēt fundo, cui ſeruitus debebatur, nō
poteſt eſſe ſeruitus, niſi eſſet ēt in ſequenti. nā
in ruſticis prædijs medium prædium impedit
ſeruitutem. l. qui ſella. §. fi. ff. de ſer. vr. prædio.
ideoq; vnum ius ſine altero eſſe nō poteſt, me
rito in vnum corpus & animam creantur. Vbi
vero per longitudinem facta eſt diuiſio, nullū
mediū prædium impedit ſeruitutem: & in vna
parte poteſt conſiſtere ſeruitus, etiam ſi nō ſit
in altera. ideo duo merito appellari poſſunt.
ſecundum gl. in d. l. nam ſatis §. j. poſt mediū.
ff. quemad. ſer. amit. Et per hoc habetur clare,
quomodo poſſit cognoſci an vna tātum ſit via
ſeu ſeruitus viæ, an vero duæ uel plures. quod
9 bene not. quia eſt multū vtile hoc ſcire. † Vti-
litas autē huius inueſtigationis eſt multiplex.
Prima, quia ſi eſt vnica tantum ſeruitus, poteſt
pro parte vtendo tota retineri, & non poteſt in
una tantum parte præſcribi. Sed ſi duæ ſunt, &
vna non utimur: illum perdimus, & non aliā:
& ſic vna tantum poteſt præſcribi ſine altera:
vt l. vna eſt uia. ff. de ſeru. ruſti. præ. & d. l. nam
ſatis. §. j. in prin. & ibi etiam no. per gl. aliquā-
do tamen fallit iſta regula, quòd per partē tota
ſeruitus retineatur: quia in quibuſdam iuribus
epiſcopalibus poteſt præſcribi ita, ꝙ non præ-
ſcribatur in alijs: vt in c. dilectis. in fi. extrà de
capel. mo. & uide gl. in ver. & hiſtoria. & quod
ibi no. in c. auditis. extrà de præſcriptio. Item
eſt vtile propter interpretationem: quia ſi ſunt
duæ uiæ, interruptio a facta in vna, non extē-
ditur ad aliam. item poteſt eſſe utile, ſi ex for-
ma ſtatuti deberet ſolui certa gabella qua qua-
libet ſeruitute uiæ acquiſita, quia ſi eſſent duæ
duplicaretur gabella. Item poteſt eſſe alia vti-
litas, quia ſi ſtatutum diſponit, ꝙ quicunq; ie-
rit per fundum alterius cum plauſtro uel cur-
ru debeat pro qualibet uice condemnari in x.
libris. Nam ſi quis iuerit cum plauſtro per plu
ra prædia continua per latitudinem primo ex
tranſuerſo dicetur tm̄ ſemel fuiſſe, & una tan-
tum pœna x. librarum debet cōdemnari: quia
vna tantum eſt via, quam ſemꝑ ad hoc conſue
ui allegare: ſecus ſi iuiſſet per plura prædia,
non ex tranſuerſo, ſed incipiendo à capite eo-
rū ſic per lōgitudinē, quia tūc quot prędia, to-
ties reputatur fuiſſe, & debet pœna multiplica
ri ſecūdū numerū prędiorū. quod ſingulariter
10 no. & tene menti. † Quæro quinto, in quo
loco dicatur eſſe caput uiæ, & finis, & medium
& latera. de capite dic, quòd dicitur ille locus,
per quem in illam uiam ingrediamur, iuxta il-
lud, In capite libri ſcriptum eſt de me. Appel-
lat enim caput libri illam partē, per quam ad
ipſum librum legendum ingredimur, adde qđ
not. ff. ſol. mat. ſuper rub. ubi no. ꝙ non eſt ca-
put libri: vt ff. ad l. Falci. l. quærebatur ſuper il
lo verbo, tres partes. facit etiam l. prædijs §.
balneas ff. de fun. inſtru. & l. quod conclaue. ff.
de dam. inſec. Sed ſi contingeret ut per omnes
partes ipſius eſſet ingreſſus: tunc caput illud
& principium deberet dici, quod eſt verſus me
ridiem: pes vero, qui eſt verſus ſeptentrionē,
ſecundum Bar. in tract. de inſula. uer. quod me-
diam partem fluminis tenet. vbi plene exami
nat, quando dicatur caput & finis fluminis, &
eccleſiæ, & aulæ, ſcholę, & prouincię, & ſimili-
um. ubi omnino uide. & uide omnino plene ꝑ
Bal. in rub. ff de re. di. in xj. col. in uer. & eſt no
tandum ꝙ agri. Vel etiam dic, quòd ſi eſt vna
ſuperior, ibi dicitur caput. pars inferior dicit̄
pes, & finis, ſecundum Bar. in d. tract. uer. quod
ſi vno latere. ubi declarat quę dicatur pars ſu-
perior, & inferior. Et prędicta ſunt uera, niſi ex
conſuetudine loquendi & intelligēdi aliter in-
telligeretur. arg. l. j. § j. ff. ne quid in flu. publi.
coniuncta l. librorum. § quod tñ Caſſius. de le-
ga. iij. & l. Labeo. & quod ibi voluit Bart. ff. de
fi. vię. dic quòd ille locus dicitur finis uię, per
quem eximus, vel qui eſt inferior, vel verſus ſe
ptentrionem, vel ſecundum conſuetudinem ꝓ-
dictam. Item dicitur finis uiæ, quando intrat in
alium locum, puta plateam uel alium ſimilem:
ut probatur in l. fin. ff. de loco. & iti. pu. ibi, exi
tum ad mare aut in vrbem aut in flumina pub.
aut ad aliam uiam militarem habent, &c. & ibi
hoc voluit Bar. in l. fi. ff. de ſer. ruſt. præd & ibi
11 etiam Bar. † Et ideo dixi Bar. in d l. fi. de iti-
ne. pub. ꝙ habuit qōnem de facto, uidelicet iu
xta plateam deſtruitur aliquod ædificium au-
toritate publica, an platea amplietur, & vtrum
via, quę eſt iuxta illud ędificium deſtructum,
deſinat eſſe, & incipiat eſſe platea, an remaneat
12 uia, ſicut erat primo. † Et hoc quæritur pro-
pter ſtatuta, quæ dicunt, quòd in platea pœna
duplicetur. dicit Bart. quòd illa incipit eē pla-
tea. nam ſtatim, quòd illa uia intrat plateam, fi
nitur. & dicit quòd ita bis de facto iudicauit.
Item dicit in dicta l. fi. ff. de ſerui. ruſt prędior.
quòd iſta quæſtio fuit Tuderti tempore Papæ
Benedicti, quando fuit deſtinata quędam eccle
ſia, quę habebatur iuxta ſecundum ſtratam. de
iſta eccleſia facta eſt platea. commiſſum fuit
maleficium in illa ſtrata: quęrebatur an debe-
ret puniri tanquam commiſſum in ſtrata, an
tanquam commiſſum in platea. Et dicit, quòd
allegauit dictam l. fina. & ff. de itine. public. §.
finali dicebat per illa iura, quòd ſtatim cum
ſtrata intrat plateam, finitur, & non appel-
latur amplius ſtrata, ſed confunditur cum pla-
13 tea. & ita etiam occurrit ipſis. † De media
uia dic, quòd medium uiæ poteſt conſiderari
duobus modis: Vno modo per longitudinem
uiæ. & tunc medium dicitur una linea diuiſi-
bilis, quæ dicatur à medio capitis vię uſque
ad medium finis eiuſdem uię ducendo lineam
ſemꝑ, ita ꝙ æqualiter diſtet ab vno tm̄ ab vno
latere

a Interrup: Interruptio ita fit cōtra ꝓſcrīptionē rei īcorporalis, puta iturū per lit. cōt. & alios modos aptos interruptioni, ſicut verū corporaliū. te. eſt no. extra de pręſc. c. auditis in fi. Et an interruptio ꝓſcriptiōis fiat ꝑ miſſionē ī poſſeſſio. ex cā iudicati. & an q̃ mittitur ex cā iudicati, poſſideat, dic ꝑ Bar. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper reb. ff. de re. iud.

latere viæ,quantum ab alio. vel etiam ſi duca-
tur vna chordula ſimiliter à capite vſque ad fi
nem arg.§.inſula.cum ibi not.per gl.quæ inci-
pit,quod poterit ſciri.de rerum diui. & l.nõ ſo
lum.§.ſed probari.cum gl.ff.de no.oper. nun.
Alio modo poteſt conſiderari medium viæ per
latitudinem ex tranſuerſo vię.& tunc medium
dicitur propriè ille punctus,ſiue linea indiuiſi-
bilis,quæ eſt in medio per tranſuerſum viæ di-
ſtans tantum ab vna extremitate capitis, quan
tum ab alia extremitate finis, per dicta iura . ſi
diceretur , à capite vſq; ad medium agri liceat
Titio ire,intelligitur à linea indiuiſibili, quæ ẽ
in capite vſq: ad lineam indiuiſibilem, quæ eſt
in medio,ſecundum Barto.de inſula.ver. videa
14 mus ergo quantum ſpatium. † Sed pro de-
claratione prædictorum quæro quantum ſpa-
tium occupet caput viæ,quantum pes ſeu finis
quantum medium.Bar. format iſtam quæſtio-
nem in præallegato verſi. & dicit ꝙ punctus ſi
ne linea indiuiſibilis,quæ eſt in capite , poteſt
dici caput.l.j.§.caput.ff.de aqua quotidiana.&
æſti. eodem modo poteſt dici pes ſiue finis me
dium autem dicitur ille punctus , ſiue linea in-
diuiſibilis,quæ eſt in medio diſtans tantum ab
vna extremitate,quantum ab alia.Et intelligit
hoc glo.inſtitu.de rer. diuiſi.§.inſula. dum di-
cit,hoc ſcilicet eſſe in medio poteſt apparere ,
accepta chordula,& facto puncto ĩ medio. qđ
dicit ſatis ſibi placere,ſi materia, de qua tracta
retur , hanc interpretationem pateretur : vt ſi
dicatur,à capite uſque ad mediũ agri liceat Ti-
tio agere,intelligã à linea indiuiſibili , quæ eſt
in capite vſque ad lineam diuiſibilem , quæ eſt
in medio : per dicta iura. Sed ſæpe ſermo non
patitur hanc interpretationem. Si enim dica-
tur,ſi quis inuenitur per caput plateæ cum cur
ru vel vehiculo,do.x.ſtadia terræ à capite fun-
di.certe de puncto vel linea indiuiſibili nõ po-
teſt intelligi.per illam enim non poteſt iri,nec
in ea poſſunt x.ſtadia terræ eſſe . Aliter enim
intelligendum eſt,& ideo dic,quandoq; extre-
mitates ſunt diſtinctæ & limitatæ , & tunc vna
dicitur caput ſeu principium : alia dicitur pes
ſeu finis, & quicquid eſt inter illas duas extre-
mitates dicitur medium: vt l.ſi ædes.ff. de ſer-
uitu.ruſt.præd.l.tria prædia.ibi,per mediumq;
fundum.ut l.more Romano.ibi,luce media.ff.
de ſeru. & C.de iudi.aut.ad hæc.cum ſimul.
Quandoque extremitates non ſunt diſtinctæ :
& tunc dic , quòd totus ille locus debet diuidi
in tres partes : vna dicitur caput,ſecunda dici-
tur medium,tertia dicitur finis , quãdoq; tamẽ
cõtingit, quòd locus de quo agitur,habet mul
tas diſtinctas partes , & diſtinctio accipitur vt
totum : vt ecce planum Tyberis eſt diſtinctum
per præd a multorum : & in ſtatutis dicitur, ſi
aliquid factum fuerit in capite plani Tyberis ,
vel in medio,aut in fine: tunc enim conſideratᷓ
per ſtatuta illud planum,vt totum unum inte-
grum :ideo eſſet faciẽda diuiſio in tres partes,
vt ſ.dixi.& de iſta materia, qñ dicatur princi-
pium,mediũ,& finis,uide per text.gl. & Doct.
in l.j.§.j.ff.ſi quis ius di.non ob.in glo.mag.&
per Bar.in tract.de inſula.in verſi.& quid ſi ex
uno latere.cum iiij.col.ſe.vt ad primam figur.
15 quæ hic non refero breuitatis cauſa. † Quæ-
ro ſexto,vnde debet incipi menſuratio viæ .
Dic non à porta ciuitatis,ſeu municipij , ſed à
continentibus ędificijs : ut in l.mille.ff.de ver.
ſig.& uoluit Bar. & Docto.in l.j.ff.ſi quis cau.
ubi etiam ponunt per quam viam debeat fieri
16 menſuratio: dic ut ibi. † Quęro ſeptimo prin
cipaliter,quotuplex eſt uia.Dic ꝙ triplex . Nã
quædam ſunt uiæ publicæ,quędã priuatæ,quę-
dam uicinales: ut eſt tex.in l.ij.§ uiarum.ff.ne
quid in loco pu.& l.fi.ff.de lo.& iti.pu. de ſin-
gulis uideamus . Publicas uias dicimus quas
Græci baſilicas,noſtri autem prætorias,alij cõ
ſulares uias appellant.ut.§.uiarum. & ſic not.
ſecundum gl.ibi,ꝙ uia prætoria , conſularis, &
militaris, pro uia pub.ponuntur : ut ibi,& d.l.
17 fi.& iſtæ uiæ pub.ſunt regalia.in uſi.ſeu. † Et
dicuntur regalia,quæ non ſpectant niſi ad regẽ
uel principẽ loci,& ad nõ aliũ niſi ex regia ſeu
principis conceſſione ſen largitate pertineãt :
ut dicit Bald.in d.c.j.in princ.& propterea uiæ
publicæ appellantur uiæ regales . Viam autem
pub.dicimus eam,cuius ẽt ſolum publicum ẽ :
ut l.ii.§.uiam pu.ff.de uia pub. Item dic,ꝙ uia
pu. dicitur certũ ſolũ limitatum per directum
certis finibus latitudinis, & publicatur per prĩ
cipem pro uſu publico meandi,uel eundi , qui
habet ius publicandi,ſecundo do.Iaco. de Alu.
in c.i.in prin.in ti.quę ſint regalia. Item uiæ ui
cinales quæ in uicis ſunt , uel quæ in uicos du-
cunt publicæ ſunt. quod ita uerum eſt,ſi nõ ex
collatione priuatorum fundorum hoc iter cõ-
ſtitutum eſt:ut d.l.ii. Vicinales quæ, ex agris
priuatorum collatione factæ ſunt,quarum me-
moria non exiſtat , publicarum uiarum nume-
ro ſunt : ut l.fi.in prin.ff.de lo.& iti.pub.& no.
gl.in l.ii.§.uicinales.in fi.in uer.publicas.ff.ne
quid in loco pu. & adde quod ſtatim dicam de
18 uicinali. † Et not.ſing.quòd ad probandum
uiam eſſe publicam,nõ ſufficit probare per te-
ſtes , ꝙ publice ſeu uulgo per omnes itẽ fuerit
per lõgũ tpſ:ut ꝓbatᷓ in ii.§.ſumma cũ utilita-
te.ff.de his qui deie.uel effu.& ita ẽt tenet ꝑ il
lũ text. excellẽs Doc.do Matth.de Matheſi.de
Bononia in ſuis notabilib. notabili 93.qđ inci
pit,no.unũ dictũ ſingulare.& idẽ uult ibi Bart.
qui dicit per illũ tex.nõ ſequitur , publice itur
per talẽ locũ,ergo uia uia pub.Priuatæ duplici
ter accipi poſſunt,uel hę quæ ſunt in agris,qui
bus impoſita eſt ſeruitus,ut ad agrum alterius
ducant : vel hæ qua ad agros ducunt : per
quas omnibus commeare licet , inter quas eſt
uia cõſularis:& ſic poſt illã excipit euntẽ uia ,
iter,uel actus ad uillam ducens. hę ẽt quę poſt
conſulerem excipiũt euntes ad uillas uel alios
colonias ducentes,etiam publicæ dicuntur , id
eſt , publicam naturam habent.l.ii.§. priuatæ
ne quid in loc.pub.Puto etiam quòd uia pri-
uata dici debeat illa quæ fit per dominum u-
nius fundi , uel plurium,ſi ex ſuo fundo eã fa-

cit

cir,& de hoc extet memoria:vt not. gl.in l.j.ff.
de lo. pub. Item viæ vicinales etiam priuatæ
sunt:vt probatur in d.l.2.§. vicinales. dūmodo
extet memoria,quòd sint factæ ex agris priua-
torum collatione:vt d.l.fi.& ibi hoc not.Barto.
Vicinales vero viæ sunt,quæ ex agris priuatorū
collatione factę sunt.hæ dupliciter accipi pos-
sunt.Nam quędam sunt viæ vicinales, quæ pu-
blicatum numero sunt:& ille quæ ex agris pri-
uatis collatione factæ sunt,quarū memoria non
existat: vel etiam vbi a publico eius solum reli-
ctum est: quia tunc constat eam esse publicam :
vt est tex.cum gl.in d.l.fi.in prin. & adde quod
voluit Dyn. insti.,de actio.,§ præiudiciales.&
quod dixi de via publica. Quædā sunt viæ vici-
nales , quę ex agris priuatorū collatione factæ
sunt,quarū extat memoria:istæ priuatæ etiā di-
cunt:vt ex tex.cū gl.in d.l.fi. coniuncta.l.2.§.vi
cinales.ff.ne quid in loco pu. & etiā vulgo con
sortiuæ seu consortium appellantur. Et est dif-
ferentia inter has vias vicinales,& militares pu
blicas. Nam viæ militares, exeunt ad mare, aut
in vrbem, aut in flumina publica, aut aliam viā
militare exitū habent . Sed viarum vicinalium
pars in militares vias, pars sine vllo exitu inter
morit,ut ex tex.in l.fi.ff.de lo.& iti.pu.Ex prę-
dictis notari potest qualiter cognoscatur via pu
blica a vicinali priuata,& qualiter super hoc de
beat capitulari,&,probari.& adde quæ dicam in
9 tribus sequentib. q. † Quæro octauo circa viā
1publicā, an sit vnicuiq; licitum ire per viam pu
blicam, ꝙ ducere currum,vel plaustrum,vel tra
bē,aut lapides. & dic ꝙ sic:vt l.2.§.j.ff. ne quid
in loco pub.vbi dicitur, quòd loca,publica pri-
uatorum vsibus deseruiunt, iure.s. ciuitatis , &
non quasi proprio cuiusq;. Et propterea dixi in
q.præcedenti viam publ esse, cuius solū est pu-
blicum. Vnde quidā aduocatus hic male libella
uit in quadam causa vię,quę nunc pendet.dixit
enim viā illam esse publicam, & proprietatē ad
se spectare,quod no ne erres.,Et quòd dixi,ꝙ li
citum est cuiq; ire per viā pubicam,fallit,quan
do est prohibitum per dominum viæ, puta per
principem:quia tunc non liceret. Nam domini
terrarum possunt prohibere, nedū suis, sed etiā
forensibus,venire ad loca sua.arg l. diuus ff.de
ser.rust.præd.& l.hęres.ff.de vsufruct.lega.& l.
sicuti.§. Aristo ff.si serui.ven.secūdū Bal.qui ita
notat singulariter in c.j.de no. for.si in vsi.feu.
qui subdit postquā forenses venerūt in territo-
rium alicuis,sunt sicut reliquus populus. & es-
set contra naturalem ęquitatem, & bonum pu-
blicum si expellantur.facit text.in aut.de quæ-
storibus in prin.& ita etiā tenet do.Iaco. de Al
ua.sequēdo Bal.in c.j.ad fi.in ti. qualiter iu.de.
va.fide.quod perpetuo tene mēti.† Quæro no-
20 uo,an ius eundi per viam publicam possit præ
scribi.Et breuiter,dic ꝙ non:vt l.viam publicā.
ff.de via pu.vnde secundum gl.ibi no.ꝙ si esset
aliqua via publica,per quam non fuisset itū per
aliquem,propter hoc tolleremus ius eundi: per
illum tex. & ideo dicit ibi gl.notabilis, ꝙ non
potest præscribi via seu ius eundi ad sanctū Ia-
cob. & si diceremus aliter, multis ire non lice-
ret.& dicit ꝙ hoc est speciale contra regulā C.
de præscri.30.anno.l.omnes. Ve ꝙ est ideo,qa
videtur excipere,si alins impedit,ꝙ ius excipiē
di non tollitur tēpore.l.pure.ff.de doli exce.Et
subdit ibi gl.notabiliter,ꝙ etiam si per centum
annos non itum fuerit fauore publicę vtilitatis
21 non præscribitur . † Quæro decimo, cuius sit
via publica. Dic quantum ad vsum,est priuato-
rum,non quantum ad proprietatem: vt l.2.§.j.
ibi,priuatorum vsibus deseruiunt,iure.s.ciuita-
tis, non proprio cuiusq;.ff.ne quid in loco pub.
facit quod dixi in 8. q. Sed quantū ad alios est
dubium:an.s.,si illius tantum ciuitatis vel lo-
ci in quo est, vel sub cuius territorio existat:an
vero sit ciuitatis Romanæ olim , & hodie prin-
cipis , uel domini illius ciuitatis , vel loci .
Et videtur quòd sit illius ciuitas vel loci tan
tū,per d.§.j.ibi.iure.s.ciuitatis.,& ita tenet glo.
in ver.ciuitatis.in prin.& uidetur probari in d.
l.2.in prin.cum gl.in uer.j.quæ exponit l.mu-
nicipali. & sic pręsupponit, quòd ciuitas possit
super hoc disponere.& est glo.de hoc in termi-
nis,in d.l.2 § viam.quæ incipit,vt princeps. in
fi.quę dicit , ꝙ quælibet ciuitas habet iurisdi-
ctionem faciendi uiam publicam. In contrariū
uidetur tantū ciuitatis Romanę, quæ hodie do
mini aut,principis illius ciuitatis vel loci maxi
me non est recognoscens superiorem , sicut est
dominium,Venetiarum: quia si uia publica est,
ergo non uidetur posse spectare ad ciuitatem :
quia, bona ciuitatis alterius , q̄ Romanæ, abu-
siue dicuntur publica:sola enim ea publica sunt
quæ populi Romani sunt:ut l.bona ciuitatis.cū
l.seq.ff.de uer.sig.Item quia tex.in d.l.2.§.j.di
cere tacite uidetur , ꝙ in dubio per excellentiā
intelligatur de ciuitate Romana,per §.sed quo
ties.in insti.de iur.na.& ita uidetur tenere glo.
in d.§.j.in versi.ciuitatis. in fi Sed Bart.in d.l.
2.§.j.concordat istas opin dicens, quòd ista nō
repugnant.,nam uerum est,, quòd quælibet uia
publica principaliter spectat ad ciuitatē Roma
nā per iura ad hoc allegata.& pro hoc est tex.
in c.j.in prin.in uersi.uię publi. in tit.quæ sunt
regalia.& spectant ad regem uel principem, ut
dixi s̄.in 7 q. sed quælibet ciuitas habet ius in
uia publica ex permissione ciuitatis Roman.ut
probatur in d.l.2.in princ.ff.ne quid in loco pub.
ibi, præter quam l.coniuncta glo. quæ exponit
l.municipali.& probatur in l.prohibere. §.pla-
ne.ff.quod ui aut clam.facit quod dicitur de iu
re ciuitatis,quod est approbatum regulariter a
iure canonico,in quantum non contradicat. ut
10.di.fine adiutorio. & in c.se.notant Cano. in
c.ecclesia S.Mariæ.extra,de consti.ex quo not.
quòd quælibet ciuitas uidetur habere iurisdi-
ctionem faciendi uiam pub. & eadē ratione re-
ducendi uiam publ.in locis priuatis.ut no.Bar.
in d.l.2.§.j.per glo.ibi.quę incipit,ut priuatur.
& idem no.in ea.l.2.in prin. & ex hoc Bar.in l.
2.in prin.ff.ne quid in loc.pub.dicit, quòd fuit
de facto de quadā platea,quam commune uen-
dere uolebat.& uidebatur ꝙ nō posset,nisi per
prin-

principem:ut l.continuus.§.cum quis.de uerb.
obli.!datũ fuit consiliũ tale, ꝙ de hoc fieret sta-
tutum.s.ꝙ vendatur.per illum tex.& per l.pro-
hibere. §.plane.ff. quod vi aut clam. & ibi hoc
etiam voluit Bar.in d.§.cum quis.& per omnes
22 Doct.† Sed vt quæstio ista melius intelligatur,
subijcio aliam, videlicet an loca pub. possint vẽ
di,vel alienari,& per quem,& quomodo. Et vi-
detur primo,ꝙ nullo modo possint alienari: q̃a
non sunt in commercio nostro: vt l.sed & Cel-
sus.in prin.ff.de cõtrahen.empt.& d.§.cũ quis,
nisi per principem. & noluit gl.in d §.cũ quis.
&¡habetur in l.apud Iulianum.§.fin.ff.do leg.j.
vel per regem vt in c.j.in¦prin.in ti.quæ sunt re
galia.in contrarium videtur l.2.in prin.ne quid
in lo.publ. & in d.§.plane. Ego in hoc sic puto
esse dicendũ:Aut est princeps qui non recogno
scit superiorem:& non est dubiũ, ꝙ per ipsum
loca publica alienari possunt.per glo.in d.§.cũ
quis.per d.l.apud Iul.§.fi.& per l.2.in prin.de-
cretove principũ tibi concessum est.ff. ne quid
in lo.pub.& ita dixi in l.inter publica.in j.q.ff.
de ver.sig.Qđ fallit, quando alienantur per me
tum , puta alicui tyranno potenti. ar.l.j.§.quæ
honorandę. ff.quatũ rerum ac. non da.& tenet
Bar.in d.§.plane.Secundo fallit, quando aliena
res aliqua,quorũ donator esset in magna dimi-
nutione iurisdictionis regni sui:& tunc non pos
set:per c.intellecto. x̃. de iureiu. Sed si donaret
aliqua, quæ non diminuunt iurisdictionẽ, vale.
ret,& donatio facta a rege præiudicaret succes-
sori in regno:vt in c.abbate. de re iudic. in 6.&
ita tenet Bar.in d §.prędiũ. Aut iste princeps re
cognoscit superiorẽ,& istũ æquiparo ciuitati.&
ideo dicendũ est de eo,qđ dicam de ciuitate ex
cepta Romana . aut ergo est ciuitas quæ reco-
gnoscit superiorẽ,& tunc subdistingue:aut sunt
bona publica quæ sunt in patrimonio ciuitatis,
& nõ in vsu publico.exemplũ,sicut sunt molen
dina Bononiæ. & de istis potest ciuitas dispone
re pro libito volũtatis, sicut potest quilibet pri
uatus de re sua.vt est tex.cũ glo.no.in d.l.sed &
Celsus.in prin. & voluit etiã gl.in d.l.inter pu-
blica.vt ibi dixi in 2.q. & idem dicas de quacun
que re quæ esset ciuitatis in vsu ciuitatis tantũ.
puta.si ciuitas haberet fundum, vel apothecas,
quorum redditus venirent in cõmuni: quia pos
sent vendi libere per ciuitatẽ. Aut sunt bona pu
blica,quæ publico vsui sint destinata. sicut sunt
viæ publicæ,forũ,theatrum,campus Martius,&
pratum,vallis.& tunc aut vult alienare ista bo-
na simpliciter,non cõdendo aliquam legem vel
statutum. & videtur ꝙ possit condendo legem:
vt s̃.dixi.ergo videtur ꝙ etiam possit alienãdo:
quia contractus factus ab illo,qui habet potesta
tem legis condendæ,habet vim legis:vt habetur
in l. Cæsar.ff. de publica. & in l. donationes.C.
de do.inter vi.& vxo. & voluit Bar.in l.ciuitas.
ff.si cer.pe.& istam opinionem,ꝙ possit ciuitas
sine statuto alienare bona publica, tenet Raph.
Cu.in d.l.cõtinuus.§.cum quis.de ver.obli.Sed
Bar.ibi tenet contrariũ,& communiter Doc.&
Bal.in l.2.in prin. ff.ne quid in loc.pub. & in l.
prohibere.§.plane.ff.qđ vi aut clã. & do.Paul.
in d.§ cũ quis.vbi dicit, ꝙ immo aliquando ne
cesse est prius statutum tollere,vel suspendere,
antequam perueniatur ad actũ contrarium sta-
tuto.& hoc videmus cõtinue obseruari, quãdo
vniuersitas aliquid facere voluit contra formã
statutorũ:quia immo suspẽdit statutũ,& postea
facit actum contrariũ. de quo vide omnino per
Bal.in l.j.C.ne si.pro pa. & per Canonicas in c.
dilecto.x̃.de præben.& ita feci hoc anno obser-
uari in collegio Doct.Paduæ,quod perpetuo te
ne menti: quia est optima cautela ad contraue-
niendũ statutis etiã iuratis per illos qui sunt v-
niuersitatis, vel contra illos qui sunt de vniuer
sitate.per hoc tñ non rñdetur ad ar. Rapha. dũ
dicit,ꝙ talis contractus habet vim legis , & sic
perinde est,ac si per l.j.statutum esset. & ita est
communis.ego autẽ teneo opi.Bar. per text.in
l.j.in prin.ff ne quid in lo.pub.vbi vult, ꝙ non
sit licitũ aliquid in loco pub.immittere,vel dã-
num dare.in l.hoc est statuto.vt gl.ibi exponit,
concessum sit. nec obstat quod dicit Rapha. ꝙ
contractus qui fit per illũ qui habet potestatem
legis condẽdæ,habetur pro lege: quia illud pro
cedit,quãdo contractus fit super res contrahen
tis:vel qñ fit per eum qui potest cõtrahere . sed
res pub.de quib.dixi,nõ sunt ciuitatis,sed prin
cipis. nec ciuitas habet potestatem contrahẽdi
vel disponendi de eis:quia sibi hoc non est per-
missum a principe, nisi per viã statuti seu legis:
vt dicta leg.2.in princ.ibi,præter quam leg.Aut
ciuitas vult alienare per viam statuti,quia vult
facere primo statutum,ꝙ locus publicus efficia
tur priuatus,& postea ipsum vendere.Bar.in d.
l.2.in prin. tenet ꝙ possit: vt s̃.dixi. Dominus
Pau.de Cast.in l.continuus.§.cũ quis.ff.de ver.
obl.tenet contrariũ , dicẽs ꝙ si ciuitas recogno
sceret superiorẽ,non posset hoc facere sine licẽ
tia superioris. †Vnde dicit,ꝙ ciuitas Padue nõ
23 posset tale statutũ facere, nec alienare sine licẽ
tia *a* dñorũ Venetiarũ, apud quos est omnis ad-
ministratio *b* . l.j.ff.de cõsti.pecu.ego aũt firmi
ter teneo contrariũ,videlicet opi.Bar.per text.
cũ gl.in d.l.2.in prin.ne quid in loc.pu.& per l.
prohibere.§.plane.ff.qđ v i aut clã.quæ iura lo
quũtur nõ solũ de ciuitate Romana , sed etiam
de aliis ciuitatibus : vt dixi in q.præcedenti . &
ideo non debemus iura restringere ad ciuitatẽ,
quæ non recognoscit superiorem:quia tunc per
inde esset ac si loqueret̃ de ci.Rom.tñ qđ non
est dicẽdũ. Et ex prædictis infero aliquas cõclu
siones.Prima est,ꝙ loca pu.vnius ciuitatis,quę
sunt in vsu publico,vt cãpus Martius,plateæ.&
similia, possũt uendi uel aliter alienari ꝑ ciuita
tẽ,in qua sũt, si nõ recognoscit superiorẽ:vel ꝑ
eius dñm similiter superiorẽ nõ recognoscentẽ.
Secũda cõclusio,princeps, vel ciuitas,vel reco-
gnoscẽs superiorẽ, potest statuere ꝙ locus pu-
blicus efficiatur priuatus,& vẽdatur,vel ad aliũ
vsum deputetur.vt d.l.2.in prin.ibi, decretove
principũ.Tertia conclusio,per ciuitatẽ uel do-
minũ recognoscentẽ superiorem , non possunt
uendi dicta loca publica sine licẽtia superioris

Quarta

a Licentia.
An licentia in actu req̃sita suf
ficiat , si post a-
ctũ sequatur, vi
de Corneum 2.
vol.consi.43.&
in 4.vol.consil.
89.inci.uiso. &
Alex.2.uol.con
sil.62. in 2.col.
§.3. præsuppo-
no .

b Administ.
Administratio
legitima & libe
ra est , qñ quis
põt in iudicio
agere, & conue
niri.& etiam ex
tra iudicium de
aliqua re dispo
nere facit c. ex
literis.uer.pro-
bat.& ibi Inno.
alle.l. 2. in §.2.
C.de iu.calum.

Quarta conclusio,per ciuitatem vel dominum
superiorem recognoscentem,potest fieri statu
tum sine licentia vel autoritate superioris, ꝙ
bona publica suæ ciuitatis efficiantur priuata,
& postea vendantur tanquam priuata. Quinta
cōclusio,si concurrit ciuitas,vel dominus cum
superiore in alienando bona publica , vel
in disponendo aut statuendo de eis, præfer-
tur princeps superior , cuius hæc bona sunt,
per c.j.in princip. quæ sint regalia . Sexta &
vlt.conclusio,pōt princeps superior, qui nō re
cognoscit superiorē alium , tollere ciuitati vel
dominio inferiori potestatem statuendi super
rebus publicis.Et est ratio,quia ex quo illa po
testas,quam habet ciuitas disponendi de rebus
pub.leges condendo,procedit aliàs,vt d.l.ij in
prin.ff.ne quid in lo.pub. pōt per principē re-
uocari. qm̄ nedum lex pōt reuocari per princi
pem,sed ēt priuilegiū concessum ēt per præde
cessorem suum,ac ēt postquā est alijs ius quæsi
tum:vt l.qui fundo.C.de non alie.li.xi. vt sin-
gulariter no.Bal.secundum Nico.de Mat.pen.
co.in fi.C.vnde lib.vbi omnino de hoc videas.
Ad tollendum tñ istud priuilegium requiretur
clausula.non obst.tali.l.puta.§.ij.ff.ne quid in
lo.pu.ex quo tale priuilegiū est in corpore iu-
ris clausum arg.gl.no.in aut.qua in prouincia.
C.vbi de cri.agi oportet. & glo.in l. hæres ab-
sens in princ.ff.de iudi.quod est not. Pōt addi
septima conclusio ex prædictis,videlicet ꝙ ci-
uitas quæ etiam non recognoscit superiorē,po
test bona quæ sunt in patrimonio suo , non in
vsu cōi,vt sunt molendina Bononię,alienare ēt
sine autoritate superioris per tex.cum gl.in.l.
sed & Celsus.in prin ff.de contrah.empt. & in
24 l.inter publica.ff.de ver.signi. † Quæro vn-
decimo principaliter , an per viam publicā sit
licitū priuatoducere aquā simpliciter , vel per
cōductum ligneū vel lapideum.Et dicas, quòd
non,nisi licentia principis vel ciuitatis.in l.ser
uitutem.§.pub.ff.de ser.& ibi no.Bar.in l.quo
25 minus.ff.de flum. † Quæro duodecimo , an
suprà viam publicā sit licitum facere pōtes seu
ponticellos.Et dicas,ꝙ non per priuatum:vt l.
ij.§.tra.ff. ne quid in lo .pu. & ita tenet ibi gl.
& Bar.& probatur in l.fi.ff.ne quid in flum.pu
bl.Sed permissu principis vel ciuitatis hoc fie-
ri pōt: vel quando esset consuetudo in contra-
rium:vt d.§.pub.& no.in l.non solum. in prin.
ff.de no.ope.nun.vt no.Bart.in d.l.quominus.
in xiij.q. & per Bal.in l.lapilli.ff.de re.di. & in
l.iurisgentium.§.si paciscar suprà de pact. & p
Ang.in l.fi.ff de ser.de quo dic , vt dixi plene ī
26 lib.superiori. † Quæro decimotertio, an via
pub. possit per priuatum occupari aliquo mo-
do. Dicas regulariter, ꝙ non, ēt si hoc nemini
sit nociuum : vt l.ij in prin.ff.ne quid in lo pu
blic.& ideo non est licitum facere scalas in via
pub. nec etiam primū vel secundum gradū sca
læ : vt not.Angel.in d.l.fi.ff.de serui. vt dixi in
lib. præceden.de scalis . Eodem modo non li-
cet hortulum facere vel vineam plantare , vel
aliquid aliud imponere; nisi per principem aut
ciuitatem , vel consuetudinem hoc permitte-
retur. quòd notat. Et prædicta quæ dixi in his
tribus quęstionibus proximis de concessione
principis vel ciuitatis , intelligo quando talis
concessio esset vicinorum aut alicuius priua-
ti : quia tunc talis concessio non valeret : arg.
l.quoties.C.de præci.impe.offe. & l. nec amit.
C.de eman.lib.& ita tenet glo. in l.seruitutes.
§.publi.in ver. incommodo.de seruitu. & glo.
in l.ij.si quis à principe in versi. impetrauerit.
ff.ne quid in lo.publ. Circa quod vide omnino
quæ plenissimè dixi suprà de ponticellis , ver.
sed circa prædicta dubitari posset . & in tit. de
ingressu,versi.prædicta autem intellige, & su-
27 prà de curia.in vj.fall. † Quæro decimoquar
to,an via pub.possit claudi. Dic breuiter, aut
interuenit autoritas principis . aut ciuitatis ,
aut illius cui reipublicæ administratio conces-
sa est : vt possit ire.l.seruitutes.§.publico.ff.de
seruit. & l.ij.in princ.ff.ne quid in lo. pub.& l.
quod principis.ff.de aqua plu. arc.& in l.prohi
betur.§.plane.ff.quod vi aut clam. Aut non
interuenit talis autoritas : & tunc aut talis uia
habet exitum in aliam viam public. vel ad vr-
bem, vel ad mare, vel flumina : iuxta l.fina.ff.
de loc.& itin.publ. & tunc sine dubio per pri-
uatos claudi uon potest: ut d.l.ij.§.ait prætor.
& §.prætor ait. & est tex.cum gloss.in l.j.ff.de
loc.& itin.publi.qui dicit , quòd si aliquis viā
pub.clauserit,cuilibet permittitur agere inter-
dicto, vt restituatur in pristinum statum: vt d.
§. prætor ait. aut talis via non habet exitum :
quia per eam forte itur ad certas domos : &
tunc videtur quòd possit claudi , quia illa via
videtur esse vicinalis, & vicinis tantum seruit:
& sic quædam priuatorum vicinorum esse vi-
dentur, per l.ii.§.vicinales.ff.ne quid in lo. pu.
28 † Ex quo potest inferri,si domus vel fundus
qui sunt vndique,esset vnius tm̄,ille solus pos-
set dictam viam claudere . & uidi multos eē in
hac opinione.Sed contrarium est verius, præ-
supponendo ꝙ sit via publica,vel vicinalis,ita
tamen ꝙ non extet memoria,quòd sit facta ex
collatiōe fundorū vicinorum:quia talis via ui-
detur publica,licet appelletur vicinalis : ex eo
quia principaliter vicinis deseruit : vt dixi su
prà in vii. quæstione. Vnde cum sit uia publi.
& in vsu publico, & publice omnibus pateat,
claudi non potest : per d.l.ii.ff.ne quid in loc.
pub. & per l.i.§.si quis in idem.& l. fina.ff.de
via.& l.i.cum glo.ff.de loc.& itin.pub.& ita te
net Ange.in consilio suo decimo octauo,quod
incipit , reperitur ista reformatio infrascripti
tenoris . qui subdit , quòd quis potest dicere
hanc viam non esse publicam , cum exitum
non habeat : non enim hæc attendimus , sed
hoc tantum , an solum sit publicum , pro quo
tu allega. d.l.secunda .§. viam publicam. nec
obstat quod dicatur vicinalis vel consorti-
ua : quia non ex eo quòd sit vicinorum ,
vel consortium ritu proprietatis , sed eò ,
quia non principaliter deseruit , & vicinis
& consortibus ; tamen in vsu publico non
est,

eſt,niſi probetur ꝙ extet memoria,quòd ſit fa
cta ex collatione fundorũ : quia tunc eſſet pri-
uata eorum,& per eos posſit claudi.& non ali
ter.per d.l.ij.§.vicinales. & per l.fi.ff.de lo. &
itin.pub.& per ea quæ dixi in vij.q.& ſuprà de
ingreſſu vel introitu.verſi.prædicta autem pro
cedunt. quod perpetuo tene menti : quia ſæpe
29 de facto contingit. † Quæro decimo quinto,
quid ſi aliquis vel aliter impedit ꝙ per eam iri
non posſit agi contra claudentem vel impediẽ
tem.Dic quòd ſic : vt l quibus diebus.in prin.
ff.de condi.& demon.& l.j.ff.de lo. & iti.pub.
& dicit gl.in d.l.quibus diebus. quòd poſſum
agere actione iniuriarum vel negatoria Bald.
ibi tenet contrarium,quòd quis non proſequi-
tur intereſſe pecuniarum vel patrimoniale pro
quo dantur : & ideo dicit competere duntaxat
iudicis officium.ar.l.denũciamus.C.de his qui
ad eccle.confu.& l.ſi ſeruus.ff.quod cum eo.&
ff.de offi.procon.l.fi.& ita tenet do.Pau.de Ca
ſtr. in d.l.quibus diebus.in fi.prin.Ego plus di
co,quòd ſi aliquis clauderet viam publicã,cui-
libet permittitur agere interdicto ut reſtitua-
tur in pristinum ſtatũ : ut l.ij.§. prætor ait.ff.
ne quid in lo.pub.& dixi in q.præce. Quod ta-
men intellige,niſi eſſet clauſa autoritate prin-
cipis, vel eius qui haberet poteſtatem alienan-
30 di : vt dixi ſuprà in viij.& x.q. † Quęro deci
mo ſexto,aliquis clauſit viam , nũquid poſſum
propria autoritate clauſuram frãgere.dic, aut
loquimur de via priuata : aut eſt clauſa per do
minum viæ,aut per alium. Si eſt clauſa per do
minum viæ,nullus poteſt eam clauſuram rum-
pere : quia in noſtro licitum eſt pro libito fa-
cere : vt l.in remandata.ff.man.niſi illa via iu-
re ſeruitutis eẽt alteri obligata : & quia quãdo
aliquis ædificat ẽt contra debitam ſeruitutem,
dummodo non ædificat in alieno, ſed in ſulo tã
tũ,non põt propria autoritate etiam per i lum
cui ſeruitus deberetur,deſtruere:ut l.quẽad.§.
ſi ad ian.ff.qđ ui aut clam. Si vero alius quàm
dñs claudit uiã , poteſt indiſtinctæ dñs propria
autoritate deſtruere: vt probatur in d.§.ſi pro
tecti.& in d.§.ſi ad ianuam.Si autem eſt uia pu
blica , tunc quòd non licet propria autoritate
deſtruere,ſed debet agi interdicto , ne quid in
lo.pu.vt l.ij.in pri.& §.ait prætor. & §.prętor
ait.ff.ne quid in loc.pub.& de hac q.dic ut dixi
ſuprà in præ.lib.de ſer.ti. immit.in vij.q.prin.
vbi pleniſſime examinaui iſtum articulum.
31 † Quęro xvij. quid ſi clauditur via pu. quæ
eſt in vna contrata,an alius de alia cõtrata, cu
ius parum aut nihil intereſt, posſit agere ut de
ſtruatur dicta clauſura.dicas ꝙ ſic : ut d.l.ij.ff.
ne quid in loco pub.Et hoc tenet gl.no.in d.l.
ij.§ pe.in verſi.actionis. & ita tenet Ang. in l.
in prouinciali.§.fi.ff. de noui ope.nun. qui di-
cit illam glo.non eſſe alibi.& Ioann.de Ana.in
c. qualiter & quando. in ij.col. extra de accu.
qui dicit , quòd illa gl. cõmuniter tenetur per
Doc.immo dicit plus,quòd etiã forenſes poſ-
ſent agere , per d.l.is. & ita notat Bartol. An-
gel.& Doctor in d.l.in prouinciali.§.fi. & di-
32 xi ſupra de cloacis,in 7.q. † Quæro 18.de qua
dam quæſtione quæ fuit inter duas communi-
tates,quam ponit Bal.in l.plures. C. de condi.
inſer. de quadam uia publica. per quam ibant
currus vtriuſque communitatis , cui ex domi-
nis territorij debet hæc uia applicari. & dicen-
dum eſt quòd dicta uia eſt in promiſcuo uſu ,
nec diuidi poteſt, quia quælibet pars diuiſa eſ-
ſet inutilis ad exercitium uiæ, & cuius effectus
eſt,eius quoque ſubſtantia indiuidua eſt. ar.ff.
de re iu.l. cuius effectus. & ff.communi d.l.ar-
bor.§.de ueſtibulo . Et maleficia ibi commiſſa
ſyndicus utriuſque uniuerſitatis poteſt denun
ciare,nec eſt curandum in qua parte villæ,utrũ
magis uerſus vnum territorium, ſiue latera v-
nius territorij,quàm verſus reliquum,quia to-
ta uia eſt in promiſcua iuriſdictione.Et iſtæ cũ-
munitates rediguntur ad inſtar duorum ſocio-
rum,ſiue duorum reorũ credendi,vnde ſi trãſe
untes per illam viam debent ſoluere pedagiũ ,
erit commune,quia ex re promiſcua & commu
ni peruenit.Inquirendo tamen de maleficio ibi
commiſſo , videtur melior conditio occupan-
tis.Et occupare dicitur qui totum vſurpat,& ta
men hic habetur occupatio iuriſdictionis , vbi
præuentio facit ius.ar.ff.de offi.conſu.l.j. Et ſi
cut implere conditionem prodeſt ſoli implen-
ti,vt d.l.ſi plures.C.de condi.in ſer.ita exerce-
re iuriſdictionem prodeſt ſoli exercenti, & so-
lus præueniens intelligitur iuriſdictioné a exer
cere.Alij.dicunt,quòd ſi in medio duarum ciui
tatum eſt locus communis,& ibi fiat maleficiũ
quòd poteſtas vtriuſque ciuitatis habet cogno
ſcere,quia eius territorium offenditur.ff de his
qui deiece.vel effu.l.j.in fi.& l. ſi vero.§.quòd
ſi in meridiano . & ſic non eſt melior conditio
præueniẽtis,ſicut in iniuria facta pluribus unuſ
quiſque iniuriam ſuam proſequitur . & hoc eſt
verius ſecundum Alb.de Ceruio.l.& dicit Bal.in
d.l.ſi plures.& e conuerſo,ſi uilla tenetur emen
dare furta in ſuo diſtrictu , & in uia communi
duarum villarum eſſet factum furtum:quælibet
villa tenetur inſolidum,ſed vna abſoluitur, alte
ra liberatur:ut in dictis iuribus:& ſic, quod cõ-
mune eſt priuatum actiue paſſiue in iſtis indiui
duis ſecundum Bal.in d.l.ſi plures.& adde prę-
dictis quantùm ad condemnationem: quod no.
Alb.de Ro.in ij parte ſtatutorũ.q.177. & q.38.
33 † Quæro xix . ſtatuto cauetur quòd vulnerãs
in via publ.magis puniatur quàm ſi alibi vulne
rat:aliquis percuſſit in via priuata,per quam ta
men iter publicè fiebat, an punietur ac ſi in via
publica vulneraſſet . Et videtur quòd ſic,per l.
j.§.ſumma cum utilitate. ibi, dummodo per eã
vulgo iter fiat.ff.de his qui deiece.vel effu.quia
nemo ſpectari debet:ut l.iij.§. conditio. ff.de
adi.le.ita tenet Ang.in trac. ſuo de malefi.in ti.
de pœ & percuſ.& inſultu.ver. item po.& eum
ſequitur Alber.de Roſ.in ſuo opere ſtatutorum
in ſecunda parte.q.37.quæ incipit,ſtatuto caue
tur quòd vulnerans.In contrarium tamen vide
tur,quòd illa via in veritate eſt priuata, & in q.
præſupponit.& dixi ſuprà eo.in vij.q. ergo ſta-
tutum

a Iuriſdicti.Io-
riſd.tollitẽ cõtra
ria cõſuetudine
& præſcriptiõe.
ita dicit Inn. in
ca.ad noſtrã. in
fi.de ap.& an iu
riſd. q̃rat & pro
bet ex cõſuetu-
dine, uide Cor.
cõſil.268.in iij.
uol.Et iuriſdict.
delegata an ſit
odioſa & reſtrin
gẽda,in iiij.uol.
cõ.156. Et iuri-
ſd.iudicis an poſ
ſit prorogari ta
cito cõſenſu p-
tiũ in iiij. uolu.
cõſi. 30. & uide
Ale.in iij. uolu.
cõ.68. & in iiij.
uo.cõſi.35.& in
5.vol. cõſil.j.in
j.col.in prin. &
qñ in vſu iuriſ.
plures domini
eiuſdẽ caſtri nõ
cõcordant,quid
ſit agẽdũ,Ale.in
5.uo.cõ.25.uer.
nõ obſtãt.& ibi
in ſequẽti colũ.
an unũ caſtrum
poſſit diuidi in-
ter duos.& quid
in pluribus ca-
ſtris.

tutum pœnale loquens de via publica, non de-
bet habere locũ in priuata: quoniã ſtatuta sunt
ſtriſti iuris,nec regu latiter debẽt extendi : ut l.
iij.§ hæc verba.ff.de neg.geſt.& l.j.§.is qui na-
uẽ.ff.de exer.cũ ſi. & maxime ſtatuta pœnalia :
vt no.in l.ſi vero.§.de viro.ff. ſolu.ma. & iſtam
partem puto eſſe veriorẽ:quia qñ ſtatutũ eſt pœ
nale & correctoriũ iuris cõis ſicut præſupponi
tur in caſu iſto : tunc non debet extendi ẽt per
identitatẽ rationis,per no.per gl.& Doc.in aut.
quas actiones.C.de ſac.ſan.eccle.& per no.ele-
ganter per Bar.in l.j.ff.ſol.ma in ix.q. secus eſ-
ſet,qñ ſtatutũ declararet aut diſtingueret ius cõ
mune:quia bene tunc fieret extẽtio per identita
tem rõnis,ſecundũ Bar.in d.l.ſi conſtante. Non
obſt l.j.§.summa cũ vtilitate.ff.de his qui deie.
vel effu.quia ibi fit extenſio per l.& in caſu no-
ſtro fieret per hominẽ , quod non eſt dicendum
34 per prædicta. † Quæro xx.de alia quæſt. quoti
diana.ſ.ſtatutum eſt hic Paduæ , & etiã in mul-
tis locis,ꝙ ſi quis vendiderit fundum,poſſit co-
hærens seu confinis seu collateralis *a* præſen-
tare idem precium,& vendicare fundum vendi
tum ab emptore:modo aliquis vendidit fundũ,
& vicinus qui habet alium fundum propinquũ,
via tamen publica interueniente,vult præſenta
re precium vigore dicti ſtatuti:quæritur an poſ
ſit.& dubium eſt in hoc:an talis vicinus dicatur
cohærens & confinis aut collateralis : ita quòd
poſſit præſentare. Et videtur quod ſic: per l.la-
cus.ff.de acqui.rer.do.& per text cum glo.not.
inſtitu.de re.diui.in §.riparum.& verſ.adhærẽt.
vbi habetur , quòd ripæ fluminis dicuntur eſſe
illorum,quorum prædiis adhærent, etiam ſi via
publica ſit in medio . Item pro hoc quia via pu
blica media non impedit seruitutem,licet alius
locus priuatus ſit:vt l.seruitutis.§. public.ff.de
ser.& l.qui ſella.§.fin.de ser.ruſti.& caſus vide
tur ad literam in l.ij.§.fi.cum l.ſeq.ff.fi.reg.vbi
dicitur, ꝙ ſi via publica ſit in medio inter fun-
dum tuum: & meum , confinium non intelligi-
tur:quia via in confinio meo eſt via pub. magis
quàm ager vicini:& ideo vult ibi quòd nõ poſ-
ſit agi iudicio fini.reg. quod inter confines cõ-
petit & iſtam vltimã partem puto veriorẽ eſſe:
& idem etiam dicas,ſi flumen publicum eſſet in
medio:quia nõ dicerentur eſſe confines ſeu col
laterales:vt eſt tex.in l.j.quæ incipit, quia uias.
ff fini.reg. Secus ſi riuus priuatus interueniret :
vt eſt caſus in l.ſequẽ quæ incipit , ſed ſi riuus.
35 † Et hanc partem etiam tenet Bal.in quadã le-
ge Græca Federici imperatoris,quæ vocatur ,
Ius prothomiſios,in gloſſa ij.Nec obſt.l.mari-
tus.de acquir.rer.do.vbi tex.in fin.videtur vel-
le,quod ſi inter fundum vicini, & meum eſt via
pub.& flumen deſtruxit fundum vicini,& viam
pub & poſtea retrocedit flumen , quòd fundus
vicini efficitur meus,nõ obſtante quòd via quę
remanet,ſit in medio,quia ille tex. fundat ſe in
hac ratione in fin. quia etiam ipſa via eſt fundi
mei. & gl.intelligitur quantum ad emolumen-
tum,non quantum ad proprietatem, vel quan-
tum ad commodũ meum; quia ſi via deſtruere-
tur ex fundo meo, deberet reparari , per l.ſi lo-
cus.§.fi.ff quẽad.ſer.amit.sed quo ad alios effe-
ctus,ſecus.Et ideo quantũ ad hoc vt fundus qui
eſt vltra viam,ſit cohærens,quantum ad hoc ut
contra ius commune poſſit vendicari , dicendũ
eſt,ꝙ ipſa via impediat ne fundi dicantur cohæ
rentes.& eodem modo reſpondeo ad gl. in §.ri-
parum.quæ potius probat cõtrarium ,¡relata ad
tex.qui tex dicit,quòd ripæ sunt eius cuius prę
dio adhærent.& gloſſ.addit etiam,quaſi dicat,ſi
via vel flumen ſit etiam in medio.licet tunc nõ
adhæreat prædio , quando via eſt in medio,ta-
36 men ripa sua eſt. † Quæro.xxj. quid ſi via cõ-
munis eſt ad fontes agrorum uel caſtrorum, ad
cuius iuriſdictionem præſumantur prędia perti
nere. Reſpondeo secundum Bald.in l.ſi plures.
C.de condi.inſer.ꝙ via cõis diffinit loca secun
dum vicinitatem aſpectus.inſti.de re. diui.§.in-
ſula.& vide quod no.Azo in summa C.uti poſ.
& in §.in his. Item medium eſt extremitatibus
oppoſitum secundum Ariſt.ideo nulla extremi
tas prędicatur de medio. Itẽ quod participat de
contrariis,nõ eſt ſimpliciter tale, ut ff.de le.ij.
37 l.hoc legatum . † Quęro xxij. aliquis legat *b*
vel vendit fundum vel domum,an videatur cõ-
ceſſum quòd debeat habere uiam ex fundo ex-
terioris vel uendẽtis,uel sunt duo fratres aut ſo
cii,diuidunt unum fundum , an in dubio videa-
tur actum,quòd vnus debeat habere viã per par
tem alterius. Vide quæ pleniſſime dixi in li.præ
ced.in ti.de ſer.iti.seu adi.vbi etiam dixi de iti.
& act.vbi omnino vide . & adde quòd ſi aliquis
vendit fundum,in quo habet capellã, ꝙ capella
non cedit,ſi habet aditum ex publico. Sed Bar.
ita dicit in l.ſi mercedẽ.§.j ff.de actio. emp.per
illum tex.cui adde not.per Inno.& Doc.in c.ex
38 literis.extra de iure pa. † Quæro xxiij.quid ſi
via pub. eſt aquis inundata vel aliter deſtructa,
an poſſit iri per fundum vicini.dic quòd ſic,per
l.ſi locus.§.fi.ff.quẽad.ser.amit.& nunquid de-
beat vicinus de hoc habere precium,glo.ibi tã-
git.ego dixi in loco præc.in x.q.prin.in fi.& su-
prà de ser.& antepe.q.ver.sed quid ſi locus de-
bens seruitutẽ itineris,eſt inundatus. & in p.q.
ver.ij.quando via pub. & adde quod iſto caſu ſi
aliquis duceret pecudes vel animalia per fun-
dum vicini , quando via pub.eſt deſtructa , non
poteſt accuſari per vicinũ de dãno dato,ut not.
Bal.in l.per agrum.C.de ser. & aqua.& vide ad
hoc glo.j.diſt.omnes ll.in gl.mag. in fi. & gl.fi.
in prin.l.maritus.ff.de acq.re.do. & hoc intelli-
ge,dũmodo ciuiliter ducat animalia,ita quòd à
dãno inquantum poteſt, cuſtodiat.l.ſi cui.ff.de
39 ser.ſecundũ Bal.in d.l.per agrũ. † Quæro 24.
quid ſi aliquis in agrum vicini viã pu.reiecerit,
an is per cuius fundum via publ.facta eſt,poſſit
agere contra eũ.Dic ꝙ ſic, quia põt agere actio
ne viæ reiectæ ad suũ intereſſe. ſ. quanti ſua in-
tereſt,ꝙ via pub.per ſuũ fundum facta non ſit ,
vt eſt tex.in l ſi in agrũ ff.de via pu quia act o-
nem quidam dicunt eſſe propriũ nomen actio-
nis,& ita eſt in arbore actionum Ioannis in ſpi-
rituali circulo , & ita bene ſonat actio uiæ reie-

a Collatera.
Si ex forma ſta
tuti proximio-
res collaterales
poſſunt offerre
precium intra
mẽſem à die pu
blicati contra-
ctus, & cõſequi
rem venditam,
quãdo incipiat
currere termi-
nus illius men-
ſis,vide Alex.in
iiij vo.conſ.24.
per totum .

b Aliquis lega.
Si relinquitur
vna res,an cen-
ſeatur relictum
id quod ĩ ea cõ
tinetur , uide
Cor. in iij. nol.
cõſi.lxxiij.quæ
veniant in ven-
ditione domus
vel fundi , vide
Alex.ij.uo.cõſ.
cxxxiij. in 3.&
4.colum. & cõ.
ccxxvj. per to-
tum.

ctę,ficut & nomē alterius actionis . & ita tenuit
Azo,ut not.glo.j.in fi.in d l. fi in agrum. Alii di
cunt,ꝙ non est propriū nomen actionis, fed eft
quædā adiectio,ficut eft actio de peculio. & qđ
dicitur in d.l.fi in agrum.ꝙ datur actio viæ reie
ctæ, debet exponi.i. propter viā reiectam datur
actio vtilis l. Aquil. uel in factū,ut no.gl in d.l.fi
in agrū.ficut & aliàs datur actio de dolo.i.pro-
pter dolū datur actio.f. mandati. C. de do.l.j.&
istā partē tanquam vltimā,uidetur fequi Rofr.
in libellis fuis iuris ciuilis,in titu. fi vicinus per
fundum viā reiecerit,&c.aliàs eft rub. de actio.
viæ reiectę.& ita ēt tenet Bart. in d.l.fi in agrū.
qui dicit ꝙ ifta non eft actio de per fe , fed eft
actio in factum ex hoc edicto,vel per l. Aquil.&
intellige Bar.dum dicit ex hoc edicto,de edicto
40 pofito in l.j.de via pu.& iti.pu.re. † Sed circa
istā actionē uię reiestę quęram de quibufdā pro
eius declaratione,quia eft materia incognita.
Primo quot fint neceffaria ad hoc ut competat
ifta actio.Rof.in d.rub.de act. uiæ reiectę , dicit
ꝙ tria funt neceffaria. Primū ꝙ uiam publ.quis
fecerit per fundum . Secundum quòd ifte fun-
dus fit vicini fui , & idem fi effet alterius priua-
ti. Tertio quòd propter hoc damnū fit illatum
illi vicino vel domino,per cuius fundū uia pub.
facta eft . & hęc omnia colliguntur in d.l.fi in
41 agrum.ff.de uia pu. † Secundo quęro ad quid
competat ifta actio. & uidetur quòd cōpetat ad
hoc,ut uia pub.reiecta in agrū vicini,remouea-
tur de fundo illo.fed dic cōtrà,quia imò compe
tit ad intereffe tantum , ut eft cafus in d.l.fi in
agrum.& hoc tenet Rofr. in d.ti.de act.ui.re.&
adde quod dicā in feq. Hoc tamen failit in cafu
quando uia pub.effet deftructa, per l.fi locus.§:
fi.ff.quemad.feru.amit.fecundum gl.in d.l.fi in
agrum.quam declara ut dix fupra in xxiiij.q.&
42 in aliis locis ibi remiffis. † Tertio quæro quid
fi agetur ad hoc, ut illa uia moueatur . Dic ꝙ
non competit actio prædicta, ut ftatim dixi.sed
poffum ego,in cuius fundum via reiecta eft,pro
pria autoritate claudere, ita quòd plus inde trā
fire non poffit, per l. quemad.§.fi porrectione.
ff.ad l. Aqu.arg.l.ij.C.de allu.& ita Rof.in d.ti.
de acti.uiæ re.qui dicit ꝙ ita de facto fæpe vide-
43 mus:& adde quod dixi fuprà in vj.q. † Quar-
to quæro,quid fi egit quis primo contra vicinū
qui uiam publicam in fundum fuum reiecit , &
fuit confecutus intereffe fuum per actionem vię
reiectæ:an poterit poftea claudere viā? Videt ꝙ
fic.arg.l.Stichum aut Pamphilum.§.de loco.ff.
de folu. Contrarium teneas, quòd cum ipfe pre
cium habuit,& precium loco rei fuccedat. ff.de
peti.hære.l fi precium.& dixi in l. Labeo.§.Sa-
binus.& §.item fi dominus.de ver.fig.ergo vi-
detur habere fundum, ex quo habet precium ,
vnde viam claudere aut remouere non poterit.
& ita tenet Rof.in loco præallegato . Item pro
hoc cum competant domino fundi duo reme-
dia,vnum ad intereffe , aliud ad rem impetran-
dam:vnum alteri renunciare videtur.iuxta not.
44 in l.quod in hæredē.§.eligere.ff.de tri. †Quin-
to quæro,quid fi aliquis reiecit viam priuatam
per fundum vicini fui , nunquid agetur actione
priuata? Et videtur quòd non:quia illa actio eft
inuenta pro via publica. Rofre.tamen in titul.
præallegato in fin . dicit quòd credit quòd vti-
lem actionem habere poffit , & intentare etiam
negatoriam : & fi eft dominus fundi, datur fibi
vtilis negatoria vel publiciana:ut l. fi ego.ff.de
pub.directa actio non datur pro uia tantum pu
blica:quia tunc non concurrunt verba & mens
legis.facit quod not.in l.tutori.C. de neg.geft.
& in l.fi quis id quod.in princip. ff.de iurifdict.
45 omn.iud. † Sexto quæro quomodo debet for-
mari libellus in hac actione viæ reiectæ . Et dic
quòd debet formari ifto modo,Corā uobis,&c.
compareo ego Philippus Alexander de Velle-
tro contra & aduerfus Antonium Falfepedatū ,
& dico & expono,quòd dictus Anto. in agrum
meum viam publicam reiecit, feu immifit,pro-
pter quod intereft mea ne via illa ita reiecta
fit . quare ictud intereffe meum peto & ad hoc
propono actionem viæ reiectæ.& hoc, tenendo
illam opinionem , quòd cōpetat dicta actio.fed
tenendo aliam opin . fcilicet quòd non fit pro-
prium nomen actionis,ficut dixi in j. quæft.hu-
ius xxiij. quæft. tunc retineas omnia in libello
pofita,& adiicias: Et ad hoc propono actionem
in factum a , vel vtilem l. Aquilæ.ita dicit Rof.
in d.titul.de actio. viæ reiectæ . Sed tu dicas, ꝙ
hodie in vtroque cafu non eft neceffe quòd ex-
primatur nomen actionis:ut no. gloff.magna in
l.j.in prin.ff.de eden.& ibi per Doct.& not.per
glo.& Doctor.in capit.dilecti.extrà de iudic.in
cap.examinata eod.titu. & tutius eft quòd non
inferatur nomen actionis in libello , ut notatur
in dictis iuribus, & maxime in cafu ifto , in quo
funt opiniones,quòd fit proprium nomen actio
46 nis exprimendum. † Septimo & vltimo quæ-
ro, quomodo debeat actor & reus formare pofi
tione in hac actione viæ reiectæ . dic fecundum
Rofre.in titul.fæpius allegato : quia pofitiones
actionis fic fieri debent : Ego dico quòd publi-
ca vadit & ire debet per tales partes , vel recta
via publica per illam:tu vicinus reiecifti vel im
mififti per fundum meum. Item dico quòd per
talem viam miffam per fundum meum damnū
mihi illatum eft, &c. Pofitiones vero rei fic fie
ri poffunt: Et dico quòd uia publica eft,vel effe
debet per tales partes , ficut nunc eft . Item di-
co quòd in partes illas vel fines eft fundus tuus.
Item dico quòd per talem viam publicam ita
immiffa conditio tua facta eft melior , modo
per viam & ftratam publicam poteft inde fimo
nia vendere renuntiantibus & per viam publi-
47 cam tranfeuntibus. † Quæro vigefimaquint.
an quilibet teneatur munire vel reficere viam.
Dic duplex eft via:una publica,alia priuata : ut
dixi fuprà in feptima quæftio.primo cafu,quan-
do via eft publica,diftingue,aut uia eft intra ci
uitatem, & quilibet debet munire iuxta domū,
fuam:ut l.ædiles.ff.de via publica.alias eft in ti-
tul.ff.de loco publ.fru. Et ita tenet Bartol. in l.
per Bithyniam.C.de imm.ne.conce.li.x. & idē
fi via pub.eft per burgos ciuitatis.vt eft tex.cū
glo.in

a Actionem in factum.
Actio in factum datur , quando ceffat dolus, & fubeft culpa.l. elegāter. §. idē Labeo. & ibi Bar.de dolo.

g lo.in verſi. ciuitates.in d.l.ædiles.in tantum,
quòd nullum genus hominũ excuſatur ab iſto
onere:quia non in tãtum arg.inter ſordida mu
nera vt l.abſit.C.de priui.do. Auguſt.lib.11.&
ibi per Bar.non eſſet conceſſa uacatio munerũ
publicorum vel papalis conceſſio *a*, vt nõ te-
neatur ad iſtud onus reficiendum, vt l hi qui
muneris ff.de uaca.mu & not.gloſſ. & Bart.in
d.l.abſit. & ideo non excuſantur prædia princi
pis,vt ibi.Et hoc tenet And. de Barulo per illũ
text.& eſt text.in l.ad inſtructionem.C. de ſa-
croſan. eccl. Item nec excuſantur eccleſiæ,vt
ibi.& in aurẽ.de eccleſ.titu.§.ad hoc ſancimus.
colu.8.quia eſt onus reale, vt dicit Bart.in d.l.
ad inſtructionem & ſic nota.quòd res eccleſiæ
tenentur ad refectionem uiarum publicarum.
Non autem dicas quòd ſola eccleſia,id eſt,ipſe
locus ſacer ſine aliqua poſſeſſione teneatur ad
iſtam refectionem, quia non tenetur, ſed per
poſſeſſiones tantum. Et ideo fratres minores
non tenentur ad iſtud onus,nec etiam eccleſiæ
ciuitatis tenentur ad refectionem uiæ,ſeu ſtili-
zare iura ciuitatis Bon.quia eccleſię in nullius
bonis ſunt,ſed parochia reficiet ſecundum Iac.
Bu.& Bald.in dicta l.ad inſtructionem. Et quia
iſtud onus reputatur eſſe onus fructuum,vt l.ſi
pendentes §.ſi quid cloacarij.ff.de uſuf.& d.l.
ædiles. ſequitur quòd poſſeſſiones ſteriles quæ
nihil redunt de fructibus,nõ tenentur ad iſtud
onus,ſecundum Bald. in d.l. ad inſtructionem.
48 † Sed aduerte quia glo.16.q.j.§.nouarum.a-
liàs in §.iuxta.in verſic.nouis collationibus.in
fin.dicit regulariter quòd non tenetur.l.ad in-
ſtructionem.C.de ſacroſan.eccleſ. quæ dicit ꝙ
clerici tenentur ad inſtructionem itinerum: &
per hoc videtur text. in cap non minus.de im-
mu.ec.& in cle.j.eodem tit.& hoc tenet Hoſt.
in ſumma de imm. eccleſ.§. quibus. Ego uero
credo illam gloſſ.non dicere verum, quoniam
iſta ſunt munera realia *b*, vt dicit Bart.in l.ad
inſtructionem.& non ſunt ſordida,ergo tenen-
tur eccleſiæ,vt d.l.abſit. Nec ob.d.§.nouarum,
quia ibi dicitur, quòd eccleſia non tenetur ad
nouas collationes,& ſic ad munera ſordida.Et
iſtam partem,quòd eccleſia teneatur ad iſta o-
nera efectionis viarum, tenet Anto. de Bu.in
d.c.non minus.vbi plene examinat iſtam mate
riam. Et ita etiam tenet Card.Zab.in cle.j 17.
q.de vita & hone.cle.dicens quòd d.l.ad inſtru
ctionẽ,hoc expreſſe dicit,nec aliquod ius nouũ
ſpecifice contradicit.Vnde ꝙ non mutatur,qua
re ſtare prohibetur?l.ſancimus.C.de teſta. & l.
præcipimus.in fin.C.de appell.& allego hãc ra
tionem ad idem,quia leges ciuiles ſunt appro-
batæ per ius canonicum inquantum nõ contra
dicant expreſſe canonibus, ut probatur x.diſt.
ſi in adiutorium.& in c.ſe. & notant Cano.in
c.eccleſia ſanctæ Mariæ extra de cõſt.& de iſta
materia an eccleſia & alij teneantur ad refectio
nem uiarum & pontium,vide per do.Pe.de An
ch.in repe.c.poſtula.in 5.q.extra.de for. com.
49 † Sed quid ſi imponatur gabella pro plauſtris
& curribus, quæ ſoluitur ad portam pro refe-
ctione uię, an eccleſia teneatur? & dicas quòd
ſic: quia aliquid ſoluit ex eo quòd plauſtra de-
ſtruunt uias,& oportet quòd continue reficiã
tur ex illa pecunia, & ideo ſicut eccleſia tene-
tur ad refectionem viarum, ſecundum quod ſu
pra dixi, ita ad ſolutionem huius gabellę, ex
qua reficiuntur vię,ſecundum Iac. Bu.& Bald.
in d.l. ad deſtructionem. dicit tamen ibi Bald.
quòd ad hoc non poſſunt cogi per ſeculares,vt
50 in cle.j.de immu.ecc. † Item quid ſi ciuitas
vel villa vult facere unam uiã de nouo, & vult
imponere onus proprie pro rebus,pro dicta ex
penſa viæ vel pontium,an poſſit imponi eccle-
ſiis? Bart.in d.l.ad inſtructionem. dicit quòd
non. per aut. item quòd nulla communionis.
C.de epiſcop.& cle. niſi prædia eſſent tributo-
ria.de quo vide per Bart.in d.l. placet.C.de ſa-
cr.ſan.eccl. Secundo caſu quando uia] eſt ex-
tra ciuitatem, benignius tunc debet fieri refe-
ctio & iniunctio expenſę communis imponen-
do collectam *c* pro quantitate patrimonij,per
l.per Bithyniam.C.de immu.ne.conce.libr.10
& ibi hoc tenet Bart.hoc tamen fallit, quando
dominus ciuitatis, vel alius ſuperior reciperet
uectigalia a tranſeuntibus:& tunc ſuis ſumpti-
bus eam uiam deberet dominus uel ſuperior
facere purgari & riparari, non autem ſumpti-
bus ſubditorum, per regulam iuris, qui ſentit
onus,&c.de re.iu.in 6.& l ſecundũ naturam.ff.
eo.ti.& ita tenet Ic.de Pla.in l vnica.C.de cad.
toll.& pro hoc facit quod not.dicit Arch.23.q.
3.ſi quis peregrinus. vbi dicit quòd iſti comi-
tes & barones tenentur ciuitates ſuas, in qui-
bus colligunt pedagia,& ſtratas tenere ſecuras
a latronibus, alias tenentur emendare damnũ
de prædato.& idẽ ſequitur Bal.in c.j.in pe.col.
prin.in ti.de his qui feud.da.poſ.& in c.j.§.cõ-
uẽticulas.in 2.co.de pact.iu.fir.& Flo.in l.j.§.
ſumma.ff.de his qui deiec.vel effu.quod perpe
tuo tene menti.Secundo caſu prin.quando via
eſt priuata,& hoc põt eſſe duobus modis. Vno
modo,uia,id eſt,ius eundi,prout eſt ſeruitus:&
tunc conuenit ius refectionis ei qui habet viã,
ille.n.qui habet ſolum, debet pati,vt l.refectio
nis.ff.commu.præ.& dixi plene,ſupra.Secundo
modo accipitur uia priuata, hoc eſt facta ex
collationibus priuatorum,& tunc idem quo ad
illos priuatos.quia ad eos pertinet refectio, vt
l.2.§.viarum.ff.ne quid in loco publico,& hoc
tenet Guil.de Cu.in l.neminem.C. de ſac. ſan.
eccl.& ſequitur Bart. in d.l.per Bithyniam.
51 † Sed iuxta prędicta quæritur an ſcholaris
vel qui conducit domum, teneatur ad refectio
nem viæ. & quidam dicunt quòd non. ſolet al-
legari.ff.loca.& ibi tenet Saly. in ſumma.C.de
pig.dicas contrarium, quòd tenentur ſoluere,
& ſi non ſoluunt, poteſt via occupari,vt l.ædi-
les.ff.de uia publica, & ſi ſoluunt, ſoluent ex-
penſis locatoris,quia locari imputabunt in pẽ
ſione per actionem ex eo contractu, ſecundum
Pete. & Cyn.in d.l. in ſumma.& Bartol.in d.l.
ædiles. & ita tenet etiam Alberi. de Roſſ. ſe-
cundum Odofre. in ſuo opere ſtatu. in prima

a Conceſſio. Conceſſio uidetur facta de toto iure concedẽtis.Bald.in l.j.pe.colũ in ver.ſed quid ſi dominus.C.quando nõ pe.par.l.qui tabernas.ff.de contrahen.emp.

b Mun.real. Munera realia quæ ſunt,uide Bar.in l.reſcriptum.§.ſciendum.ff.de mu.& ho.

c Collectam. Collecta bonis mobilibus & ſtabilibus põt imponi.Bart.in l.j.5 co.uer.itẽ quæro pro collecta.C.de mul.& in quibus lo.per l.forma.de cenſi.& l.fi.de immu.ne.conce.lib.x.Bald.in aut.l.defuncto.ul.co.in princi.ver.modo quæro dictat ſtatutum.C.ad Tertul.

parte.q.136 quæ incipit,ſtatuto cauetur, vbi
vult, quòd ſi eſt ſtatutum quòd quis ante do-
mum ſuā teneatur ſe obligare ſub certa pœna,
quod inquilinus ſoluendo imputat locatori. &
idē tenet d.Pau.in l.ex conductio. in prin.ff.lo
ca.& no in l.ſi pendentes.§.ſi quid cloacam.ff.
de uſuf.& idem tenet Roſ.in libel.ſuis iuris ci-
uilis in tit.de offi. iudi. quo prohibetur ne ali-
quid fiat in uia public.in fine,qui dicit quòd ad
hoc competit offi.iudi.per d.l.ædiles.circa fin.
& de iſto offi.iudi.dic vt per eum in d.titulo,&
52 infra dicatur. †Item quid ſi eſſet emphyteota
ſeu liuellarius,an teneatur reficere viam pu.an
te domū ſuam emphyteoticam?dicas quòd ſic,
& expenſis ſuis,vt l.2.circa prin.in ver. publi-
carum functionum.C. de iure emph.& ibi hoc
ponitur per Alb.de Roſ.in d.q.136.& dicit idē
de uaſallo,& eſt notandum, quia iſti dicuntur
habere vtile dominiū. vt d.l.j.§.j.ff.ſi ager ue-
cti.vel emphy pe.c.j.ibi, ſi rei autem.& ib no-
tat in ver.vend. de re.alie. fac.& no.glo.in l.ſi
vt certo.§.ſi duobus uehiculum.ff.com & in c.
53 cum Bar.de re iu. † Item quid de uſufructúa
rio an teneatur ad refectionē uiæ?dic quòd ſic,
vt l.ſi pendentis.§.ſi quid cloacam.ff.de uſufr.
& vide quod ibi not.& in l.Athen.eo.titu.& in
l.qui concubinam.§.qui hortos.ff. de leg.3.&
quod no Bar.in l.his verbis.§.idem reſpondit.
eo.ti.& in l.fi.ff.de uſufr.leg.vbi omnino vide,
quod intellige niſi poſſeſſiones eſſent ſteriles,
in quibus haberet uſumfru. ut ſupra dixi poſt
54 princ.huius 15.q.principalis. † Item quid de
marito qui habet fundum dotalem iuxta viam
pub quę debet refici?dic vt habetur in l.4.§.j.
ff. de impen.& adde quid ſtatim dicam. †Item
quid ſi aliquis habitet in domo gratis,an tenea
tur ad refectionem viæ? dic quòd ſic:ſi refectio
puta purgatio, pertinet ad vtilitatem momen-
taneam: ſed ſi ad perpetuam, ſecus.& ita vult
d.l.3.§.j.& ita tenet Bartol.in d. l. ædiles.ff de
uia pub.Ego puto quòd ſi refectio debet dura
re pro tēpore quo habitare debet gratis *a*, vel
maiori teneatur,alias nō,per d.l.3.§.j. & quod
ibi no.Bar.& Ange.in l.diuortio.§.quod in an
56 no.& quod ibi no.ff.ſo.ma. † Itē an teneatur
quis reficere viam, ſi prius vult cedere domui,
quam habet iuxta viam,vide Bal.in addi.Spec.
titu.de conſil.& vide quæ dixi ſupra de puteo.
verſi. ſed pone quòd quædam communitas. &
57 per ibi dicta determinat etiam iſtam q. †Item
quæritur quid ſi uia publi. non eſt destructa ex
antiquitate,vel caſu:ſed aliquis ipſam exarauit
ſeu aliter deſtruxit,an uicini teneantur reſice-
re? Dicas quòd non:ſed ipſe tantum qui eam
deſtruxit,vt eſt tex.in l ſi in agrum.in fin.ff.de
58 uia pub. † Sed quid ſi ille non eſt ſoluendo.
dic quòd vicini coguntur:vt not.ibi gl ſin. ar.
d.l.ædiles.§.cōſtruant. & l.2.§.viarū.ff.nequid
in loco pub.& dicit Lud.de Ro.in quodam ſuo
ſingulari,quòd incipit, Dic mihi uiam deſtru-
ctam,&c.quòd illa gl. eſt ſing. & non eſt alibi.
Item adde,quia ſępe dictum eſt, quòd quis te-
netur reficere viā in ciuitate vel burgo. Nam
intelligitur quatenus protendit latitudo do-
mus ſuæ.ita Angel. in l.ſingularium.in fine.C.
de ædifi pri.vel quatenus protendit latitudo cu
iuſcunque fundi qui ſit in ciuitate vel burgo
verſus dictam viam pub.ar.l.inter eos.ff. de ac
qui.re do & per l.adeo.§.inſula eod.ti.& inſti.
de re.di.§. inſula. Et dixi, cuiuſcunque fundi,
quia quicunque fundus ſit in ciuitate vel bur-
go,idem iuris eſt,ſiue ſit domus,ſiue ſtabulum
ſiue hortus,& ſiue ſit fundus ruſt.ſiue vrb.quo
niam in vrbe & in burgis poteſt eſſe fundus ru
ſticus,quia non locus,ſed materia facit præd iū
vrbanum.l.vrbana prædia.ff.de vrborum ſigni
59 fica. † Quæro 26.aliquis vult reficere uiam
publi.an poſſit,& quomodo.de primo dic licet
aliquis faciat in publico,tamen poteſt,vt l.j.ff.
de uia pub.& itin.public.re.& no.ibi gl.in rub.
patet ex his quæ dicta ſunt in duabus quęſtio-
nibus præcedentibus.Et nedum quis poteſt uiā
pub.reficere,ſed etiam purgare refectionis por
60 tione,ut d.l.j.§.ſed & purgare. † Quòd not.
pro ſtatutis loquentibus de refectione viæ, vt
compræhendatur etiam purgatio, ſicut eſt au-
ferre lutum ex via publi. Et purgare proprie
dicitur, ad libramentum proprie dirigere, ſub-
lato eo quod ſupereſt.Et libramentum capitur
pro modo & pulchritudine,vt eſt tex . cum gl.
in d l.j.§.purgari.& ex eo quod dictum eſt,ſub
61 lato eo quod ſupereſt.†No.quòd ille qui tene
tur purgare uiam, non ſufficit ſi auferat lutum
ex via publica in medio, & proiiciat in parti-
bus vel in lateribus viæ,quoniam tenetur in to
tum auferre de uia, vt d.§ purgari. quod not.
Item etiam reficere dicitur,& qui aperit,& qui
purgat omnes omnino, & qui in priſtinum ſta
tum reducit,vt d.l.j.§.reficere. De ſecundo dic
quòd ille qui vult reficere viam pub.debet ad
veterem latitudinem reſtituere, vt d.l.j.§.j.&
non debet latiorem, neque longiorem, neque
altiorem, neque humiliorem ſub nomine refe-
ctionis facere,nec in uia terrenam glaream po
nere, aut ſternere uiam lapide quæ terrena ſit,
vel contrario de ſtrata terrenam facere, vt eſt
text.in d.l.j.§.ſi quis in ſpeciem. Et in effectu
ſub ſpecie refectionis non poteſt quis viam de
teriorem facere impune, imo prohibendus eſ-
ſet, vt d.§.ſi quis in ſpeciem. & ibi etiam vide
per glo.& Docto.vbi prædicta verba declaran-
62 tur. †Quæro 27.ſi quis vult reficere viam pu-
bli.& ab alio impeditur,qua actione agetur in
impedientem.Dic interdicto de via public. &
itinere publi.reficiendo. & iſtud interdictū per
petuo datur, & omnibus, & in omnibus,& in
omnes, & habet condemnationem in id quod
63 actoris intererit,vt d.l.j.§.fi.Quæro 28.ad hoc
vt iſtud interdictum competat contra impediē
tem reficere viam,quæ ſint neceſſaria.& Rofr.
in libel.ſuis in titu.ſi aliquis vul reficere viam
publi.alias in rub. de interdicto ſi uia publica
reficitur.in principio,dicit quòd quatuor ſunt
neceſſaria.Primum eſt quòd uia illa ſit publica
vel iter publicum. Secundum quòd aliquis
velit reficere. Tertium quòd reficiendo non
mutetur

a Gratis. Habitās gratis in domo an teneatur ad refectionē uel purgationem viæ. Reſp.Batr.in l. ædiles.ff.de uia pu.ꝙ ſic. Et uide ſupra de ſer. ur.c. lix.tamen in purgatione momentanea, nō in perpetua

mutetur status primitiuus viæ publ. Quantum
quòd alius te impediat volentem reficere vel
purgare viam pub. *a* Et hęc quatuor proban-
tur in d.l.j.ff.de via pub.& iti.pub.re. † Quæ-
64 ro xxix. quomodo debeat formari libellus in
isto interdicto.& Rofr.in tit præallega.dicit, ꝙ
debet formari sic: Coram vobis, &c. compareo
ego Titius,& conquero de Sempronio: quia me
volentem reficere vel purgare viam public.vel
locum publicum,me prohibuit,& peto interes-
se pro tali violentia vel iniuria, & ago contra
ipsum:& hoc propono actionem in factum sub-
rogatam in loco interdicti de via pub.& iti.pu-
bli.reficiēdo,vel ipsum interdictum,ut l.j.ff.eo.
titu. Si autem propter illam refectionem verti-
tur specialis & propria vtilitas actoris, potest
libellum concipere modo prædicto,& ei addere
sic: Et quia interest mea specialiter propter do
mum meã non esse prohibitum: ideo illud meũ
interesse peto, & ad hoc propono interdictum
prædictum,vel prædictam actionem in factũ sub
rogatam loco eius: & quòd tale interesse possit
65 peti,dixi suprà in q.xxvij.in fi. † Quæro xxx.
quomodo debeant formari positiones actoris
& rei in isto interdicto:& quòd positiones acto-
ris ita formari debent: Ego Titius dico, quòd
via illa,locus ille,de quo quæstio, est publicus.
Item quòd locus ille, vel via illa indiget refe-
ctione. Item quòd reficiendo antiquum statum
retinebam. Item quòd me prohibuisti,& adhuc
prohibes. ista colliguntur & probantur in l.j.ff.
de via pub.& itin.publ.reficiend. & patet ex su
pradictis. Positiones vero rei sic formari pos-
sunt: Ego Sempronius dico, quòd locus ille,de
quo est quæstio, est Titii, & ponantur confinia
ita,vt appareat ipsum non esse locum publicũ.
Item dico, si erat uia publica, quòd reficiendo
volebas & vis facere viam publicam latiorem,
longiorem,altiorem,& humiliorem quàm antè
fuerat. Item quòd Seius tantum tibi intulit vio
lentiã,unde ego Sẽpronius debeo absolui, quia
si tantum ille Seius intulit violentiam,ergo nul
lus alius.& hæ positiones ponuntur per Rof.in
d.libello de interdicto de uia publica reficiẽda,
& probatur in l.j.ff.eo.titul. & ex his quæ dicta
sunt suprà, & hæc omnia quæ dicta sunt xxxv.
q.no.diligẽter: quia ponunt materiam refectio-
nis,& adduntur his quæ dicta sunt suprà in lib.
66 præcedenti in ti.de refectione. † Quæro xxxj.
quid si aliquis ponit aliquid in via publica, uel
ædificat, vel immittit eo casu quo non potest,
iuxta ea quæ dixi suprà in xj.q. cum quatuor se
quentibus,quo iure agetur contra ipsum? Dic
interdicto ne quid in loco publico fiat: ut l.ij.§.
j.& § ait prætor.& §.prætor ait.ff.ne quid in lo
co public. & istud interdictum proditum est ne
quid in loco pub.vel via pub. uel itinere publi.
fiat:& si factum fuerit, quòd tollatur, vt ibi: &
sic istud interdictum ex prima parte est prohi-
bitorium,ex secunda restitutorium: ut d.l.pri-
ma.in princ.& § hoc interdictum. & § ait præ-
tor. Vel secundum Ioan.Andr. sunt duo interdi
cta. Vnum prohibitorium, scilicet ne fiat. Aliud
restitutorium,si factum fuerit,tollatur: ut notat
Rofr.in libellis suis,in titul. de interdi. ne quid
67 in loco publico. † Quæro xxxij. siue sit unum
interdictũ,siue duo,quæ sint necessaria ad hoc,
vt ista interdicta dentur. Dic secundum Rofre.
quòd nouem sunt necessaria. Primum est,quòd
68 uia illa vel locus ille sit publicus. † Qualiter
autem uia dicatur publica,vel priuata,aut vici-
nalis, vide in l.ij.§.viarum. & §. vicinales ff ne
quid in loco publico.& dixi suprà in vij q. Se-
cundo quòd ponatur aliquid in loco publico
vel via publica.ut habetur in d.l.ij & in hoc tu
adde etiam quòd licet non ædificem in uia, sed
ædificem in meo: dum tamen ædificium in meo
factum noceat in via,sufficit ut habeat locũ hoc
interdictum,ut d.l.ij § si quis in suo. & ibi hoc
notat Bart.& uide etiam Bart.in l.quominus.in
3.quæst.ff.de flumi. Tertium quòd non sit ap-
positum de licentia principis vel alterius habẽ-
tis ad hoc potestatem,ut dicta l.j.in prin. Quar-
tum quòd si est positum cum licentia principis
vel alterius, fiat deterior, ut dicta l.secunda.§.
merito.& §.si quis à principe. Quintum quòd
iste qui agit hoc interdicto,non habeat ædificiũ
in publico sine licentia superioris: alioquin nõ
aget: vt in dicta l.ij.§.item ait si in publico. Sex
tum quòd id quod est positum, statim noceat
vel nocere possit: ut dicta l.ij.§. deinde ait præ-
tor.& ibi declaratur quando via dicatur fieri de
terior. Septimum quòd ad hoc vt tollatur, ne-
cesse est vt noceat ædificium,etsi melius sit non
tollere,ne vrbs ruinis deformetur. non tollere.
dico,nisi publicus vsus impediatur, ut dicta l.ij.
§.si quis neminem.ut l.fina.eo. tit. Item si non
tollitur per interdictum, tollitur tamen officio
iudicis,vt d.§.si quis neminem. & dicta l.finali.
Octauum quòd locus publicus fiat deterior, &
tunc locum habet interdictum,sed si esset locus
priuatus alterius, tunc haberet locum utile in-
terdictum,ut d.l.secunda.§.eum qui.& §.meri-
to. Nonum & vltimum sufficit quantũ ad hoc,
vt habeat locum interdictum, siue ipse posuit
siue ab alio positum sit, ut dicta l. secũda.§.hoc
interdictum. Sed contra prædicta opponitur,
& videtur,quòd aliquo modo non habet locum
hoc interdictum. Nam licitum est cuilibet ædi-
ficare & immittere in loco publico. ff.de acqu.
re.domi.l.si statuas. Sol. uerum est quando po-
nuntur statuæ,sed nõ in loco publico,vel si sunt
positę in loco publico,non impediebatur locus
publicus,& ideo quod positum est, tunc non re
69 mouetur. † Quæro xxxiij. quomodo formetur
libellus in hoc interdicto, quando quis ædifica-
bit in viã publicam, vel aliquid immisit vel ædi
ficare aut immittere uult, & in hoc duo casus
principaliter sunt de per se considerandi. Pri-
mus est,quando ex hoc læditur via publica, vel
iter publicum. Secundus est, quando propria
vtilitas tantum læditur, puta quia lumina tua
obscurata. In primo casu libellus potest duo-
bus modis formari. Vno modo, quando quis
vult ædificare vel aliud immittere in via publi-
ca, & petitur quòd non immittatur vel fiat.

a Viam publ. Via debet purgari a vicinis habẽtibus domos iuxta eam. l. ij. & ibi Bartol. & Doct. de via pu. & via purgari dicit quando in totum tollitur lutum, nõ quando ponitur iuxta uiam. l.j.§. purgari. de via pub.& per Alexan. in l. ij. eod. tit.& quod no. ĩ l.ij.C.de imune.conce.lib.x.

Alio modo, quando id quod in via publica factum eſt, petitur vt tollatur. Primo modo poteſt ſic formari libellus ſecundum Rofr. in loco præallegato. Coram vobis, &c. compareo ego Titius, & dico quòd talis vult ponere in via publica, cuius tales ſunt confines, tale quid, propter quod via publica deterioratur vel deformatur, puta faciendo pontem: vnde peto ipſum prohiberi ne ponat: ad hoc propono actionem in factum ſurrogatam in locis interdicti ne quid in loco publico. Sed vide quòd iſta forma libelli non eſt bona: quia per hoc agitur ad intereſſe: vt l ij. § hoc interdictum. ff. ne quid in loco publico. quod intereſſe non poteſt eſſe, cum nihil factum ſit, & agatur, vt non fiat. Et propterea dicit Barto. in d. §. hoc interdictum. ꝙ iſtud interdictum non poteſt proponi, niſi quãdo aliquis incœpit ædificare, ita quòd habet aliquid inſtar operis: ut l. ſtipulatio. §. opus. ff. de no. op. nuncia. ideo tunc poteſt agi ne fiat ad intereſſe pro eo quod factum eſt. Et ita debet intelligi d. §. hoc interdictum. Et iſta materia facit pro hoc l. harum. & l. egi. & quod ibi not. ff. ſi ſer. ven. & ideo ſecundum Bart. in d. § hoc interdictum debes formare libellum iſto modo: Dico quòd talis incipit ædificare in tali via publica ſeu in tali loco publico, propter quod via publica fit deterior, vel iter publicum deterius: quare peto ipſum prohiberi iſtud opus facere, & cogi ad cauendum ne fiat, & ipſum condemnari ad intereſſe meum, pro eo quod factum eſt: ut probatur in d. § hoc interdictum. & in §. ſi quis nemini. in d. l. ij ff. ne quid in loco publico. Et de iſta cautione vide tex. cum gl. v. ibi. & l. penul. eo. ti. & no. in d. l. harum. & d. l. egi. & no. per Bar. in l. ſi prius ff. de no. oper. nuncia. Alio modo quando quis ædificauit, & vnus vult petere ut ædificium vel immiſſum in via publica tollatur, poteſt ſic formari libellus: Coram vobis, &c. compareo ego Titius, & dico quòd Sempronius poſuit tale quid in via publica, propter quod eſt effecta deterior vel deformata: quare peto eum cogi & compelli ad tollendum & reſtituendũ: & ad hoc propono dictam actionẽ in factũ, &c.

In ſecundo caſu principali, quando ex ædificio vel immiſſo in loco publico læditur tantum priuata vtilitas: puta quia lumina tua obſcurãtur, debes ſic formare libellum: Corã vobis, &c. compareo ego Titius contra & aduerſus Sempronium: & dico quòd ipſe tale quid in ponte vult ponere, vel poſuit, vel in via publica, vel in loco publico, cuius tales ſunt confines, & quòd lumina mea obſcurantur: vnde ne id fiat, ago cõtra ipſum, intelligendo ſecundum quod dixi ſuprà, ſecundum Bartol. vel ſi iam fecit, dicas, Ago quòd remoueatur, & ad id pono vtile interdictum ne quid in loco publico. Et dixi vtile interdictum, & non directum: per l. ij. § eum qui. ff. ne quid in loco publico, & per id quod dixi in quæſtio. præcedenti. in verſiculo viij.

Sed contra iſtam vltimam formam libelli opponitur & videtur, quòd non poſſit de iure agi. Nam lumina tua poſſum obſcurare, vt ff. de ſeruitu. vrbanor. prædior. l. ſi binarum. & C. de ſer l. altius. Sed reſponde ſecundum Rofre. in præallega. titu. de interdicto, ne quid in loco publico. ante fin. quòd lumen quod habeo à tuo loco priuato, poteſt obſcurari, cum non debeas ſeruitutem, ut dictis iuribus. Sed ſi habeo à loco publico lumen, ſecus eſt, quia tunc obſcurari non poteſt, ut ff. de damn infect l fluminum. §. vlti. & l. Proculus. quod eſt notandum. De hoc tamen intellige quando vis tollere mihi lumen quod habeo ex publico ædificando in loco publico, quia tunc non poteſt dare mihi damnum etiam habita licentia à principe, quia illa licentia intelligitur ſine damno, ut l. tertia. §. merito & § ſi à principe. ff. ne quid in loco public. Sed ſi ædificares in loco tuo proprio debente mihi ſeruitutem, potes mihi auferre lumen, quod habetur etiam ex publico, vt d. l altius. & l. ſi binarum. quod bene no. Et addas his quæ dicta ſunt in lib. præce. in materia ſeruitutis luminum, & ne luminib. officiatur. Sed aduerte quia Bart. in d. l. ij. §. hoc interdictum. el ij. ff. ne quid in loco publico ponit aliter materiam libelli. Nam dicit quòd debet ſic formari. Dico contra talem, quòd ipſe habet & tenet tale ædificium, quod quod eſt in factum in via publica, propter quod dicta uia fit deterior in tanta quantitate, & eſt veriſimile me damnificari in futurum in tantum. quare peto ipſum condemnari ad tollendum ipſum opus, & ad reſtituendam ipſam viã in priſtinum ſtatum, & ipſum mihi condemnari ad quantitatem prędictam, cum tantum interſit mea dictum opus factum non eſſe, & quatenus mea intereſſet pendente iudicio: & hæc forma procedit, ſi is tenet ædificium in via publica qui fecit. Sed ſi tenet alius, tunc debet concludi aliter, videlicet quod poteſt præſtare patientiam deſtruendi operis, & quòd condemnetur quatenus actoris intereſt pendente iudicio ex eo, quòd negat præſtare dictam patientiam, per not. in d. l. ij §. hoc interdictum. el j. Alii dicunt ſecundum Bartol. quòd hoc operatur intereſſe totius populi, quod ſibi non placet, quia ſecundum hoc non poſſet conſtitui procurator ab actore, quod eſt contra §. penult. ſed pro intereſſe publico debet intentari actio a ſyndico communis. & hoc eſt quod dicit text. in dicto §. hoc interdictum. el j. quòd actoris intereſt, & ideo refert ſe ad intereſſe actoris non populi.

70 † Quęro præterea xxxiiij. loco, quomodo formari debeant poſitiones actoris & rei in hac materia, & in hoc interdicto. Et dic quòd poſitiones actoris ſic formari poſſunt. Compareo & dico quòd via illa eſt publica, ſiue locus ille eſt publicus, cuius tales ſunt confines, &c.
Item quòd aliquid immiſiſti vel vis immittere ſine licentia principis vel ſuperioris. Item quòd licet princeps tibi conceſſit ædificare vel aliquid immittere in via pu. vel loc. pu. per talẽ immiſſionẽ vel ædificationẽ, incõmodatur vſus meus ſeu domus mea Item ꝙ ego qui ago hoc interdicto, careo ædificio poſito in loco publ. Itẽ quòd id quod impoſuiſti uel imponere uis,

nocet

nocet vel nocere potest loco publico. Item
quod imposuisti uel uis imponere, est aliud,
quàm domus. Item quòd in illa domo si
quàm ædificasti in publico nocet multum lo-
co publico. Item quòd supra locum publi-
co pontem posuisti. Item quòd opus factum
in loco pu.tu possides. Item quòd tuum opus
quod fecisti in loco pub lumen quod habebam
in loco pub.astulit mihi. Positiones rei sic fieri
possunt, Compareo:&c.& dico quòd locus ille
uel via illa est uicinalis uel priuata. a Item ꝙ
illud quod imposui vel imponere volo, feci cũ
autoritate principis,& ecce priuilegium. Item
quòd id quod imposui vel imponere intẽdo cũ
priuilegio, est sine incommodo alterius. Item
quòd is qui proponit hoc interdictum, ædifica-
sti in loco pub.item quòd id quod ædificaui est
domus,& sine incommodo alicuius loci priua-
ti vel pub. Item quòd opus prędictum desij pos
sidere sine dolo vel culpa. Itẽ quòd lumen tuũ
per quod ędificium obscurari habebas a loco
meo priuato:de his positionibus habes per Ro
fr.in tit.si aliquis ponit in via publ.alias est de
interdicto, ne quid in loco pu. & colligũ tur ex
71 his quę dixi supra in 32.q.† Quæro 35.dictum
est supra in 8.q. quòd est licitũ regulariter ire
per viam pub.& agere & ducere plaustrũ, quid
si quis impediatur ab aliquo, qui prohibere nõ
põt, quo remedio ei succurretur. Dic quòd est
proditum super hoc interdictum, vt liceat ire
vel agere per viam pub.vt l.2.§.fi.ff.ne quid in
lo.pub.& non reperitur alibi de isto interdicto
nisi ibi, secundum Rof.in ti.si aliquis vult ire ꝑ
viam pub.alias est in ti.de interdicto, vt liceat
ire, agere per uiam pub.& de illo fit etiam mẽ
tio per glo.in ti.ff ne quid in loco publi. & ad
hoc vt competat istud interdictum. ista sunt ne
cessaria. Primum, quòd uia illa sit publi.& qua
liter dicatur via publ.dixi supra in 7.q. Secun-
dum, quòd ille qui uolebat ire agere per viam
publi.prohibitus sit, vt d.l.2 § fina.si enim per
uiam priuatam aliquis vult ire, agere, debet ne
gatoria, vt l.2.ff.si ser.uen.& dicam in sequent.
72 quæst. † Circa istud interdictũ primo quæro
quomodo debeat formari libellus. Dic breui-
ter, Ego dico quòd talis me volentem ire, age-
re, vel ducere tale quid per viã pub. prohibuit
& prohibet b, quare peto pronunciari,& ipsũ
cogi, quòd me nõ prohibeat. & ad hoc propo-
no interdictum, vt mihi liceat ire, agere, vel du
cere per uiam pub. vel actionem in factum sub
73 rogatam in loco eius:vt d.l.2.§.fin. † Secundo
quæro, quomodo formentur positiones in hoc
interdicto, dic breuiter, quòd positiones actoris
sic formãtur, Ego dico, quòd talis via est publ.
Item quòd ibam per illam uiam. Item prohi-
buisti,& me prohibes uolentem ire, vel agere,
vel tale quid ducere per illam uiam pub. Posi-
tiones rei sic fiunt econtra, Ego dico, quòd illa
uia est priuata. Item quòd illa via est mea. Itẽ
quòd Titius tantum tibi intulit uiolentiam,&
74 non ego. † Tertio quæro circa prædicta, quid
de his qui colligunt pedagia ab his qui vadunt
per viã publ.an possint de iure prohiberi colli
gere, seu exigere per hoc interdictum.& Rofr.
in præalle.ti.dicit, ꝙ credit quòd sic. Impediũt
enim euntes per viã publi.vnde faciunt contra
iura, nisi habeant priuilegiũ a principe. C.noua
uecti.inst.non poss.l.j.2.& 3.C.de uec.l.certũ.
Vnde nec ciuitas per sua statuta põt huiusmo-
di pedagia imponere. C.no uec.institu.nõ pos.
l.vectigalia. nec aliqui nobiles possunt impedi
re iter agentis, nisi habeant priuilegiũ a princi
pe, non debet cõcedi, nisi patria sit tenuis, quia
tunc de facili conceditur priuilegiũ, ut l.2.eo.
titu.licet de facto contrarium faciant ciuita-
tes,& nobiles,& potentes, secuudum eum, &
de ista materia vide plene per Bart. in d.l.uect.
quę communiter non reqeritur in lectu. & per
Bal.in cap.j.in titu.quæ sint rega.in vsi.feu.
75 † Quæro quarto quia sæpe dictum est, quòd
agi potest pro uia publica, an ad hoc per agen-
tem possit constitui procurator, & in hoc di-
stingue, Aut agitur pro priuato commodo &
interesse, & potest procuratorem constituere.
l.licet in popularibus.in princip.ff. de procur.
vbi loquitur etiam de uia publica, & not.in l.
si quis pro eodem in fin.ff. de fideius. aut agit
pro commodo & interesse publico tantum. &
tunc ante litem contesta. non potest, sed post
sic, ut l.pe.ff.de pig.act.& not.in d.l.si quis pro
76 eodem.in fine. † Quinto quæro, nunquid pro
tali causa possit accedere fideius. Distingue vt
dictum est de procuratore, vt habetur per tex.
& glo.& Doct.in d.l.si quis pro eodem in fine.
77 † Quæro.36.& ultimo, quomodo debeat li-
bellus formari super via priuata, quando dici-
tur, quòd debetur seruitus uiæ.vide per do.Pe.
Iac.de sancto M niano in quadam sua summa
seu practica, quam de libellis composuit anno
311. a qua sumpsit originem practica nouella
Ioan.Pet.de Papia, licet de ea non faciat men-
tionem, qui dicit, quòd potest sic formari, Co-
ram vobis comparet talis &c.& dicit & propo
nit contra Martinum, vt cum dictus actor esset
in quasi seruitute uiæ per talem fundum Mar-
tini,& ad talem uineã ipsius actoris, dictus Mar
tinus ipsum actorem per vim uel dolo malo de
iecit de prędicta quasi sua possessione. Quare
petit ut dictam suam quasi possessionem resti-
tuat uobis domino iudici, supplicando vt dictũ
reum ad restituendam dictam possessionẽ, vel
quasi per vestram sentẽtiam condemnetis. Vel
dicas ita sicut hodie consueuit, Quare petit per
vos,& officium uestrum, quòd si inconsequen-
ter expediat principaliter implorat, quatenus
denuntietis & declaretis ipsum Martinum te-
neri, & obligatum esse ad mihi restituendam
dictam quasi possessionem c viæ.& ipsum co-
gatis,& remediis compellatis ad restituendam
dictam quasi possessionem uiæ, & prædicta for
ma libelli procedit, quando quis est expulsus
per uiolentiam de possessione vel quasi,& de
expulsione viæ principaliter conqueritur. Si
autem principaliter de expulsione vię non
conqueritur, sed quia impeditur, ꝙ non pos-

a Vicinalis vel priuata. Via vicinalis est ad quam faciendam uicini de proprio contribuunt:vel quæ in uicos ducit.l.2.§.vicinales.ff.ne quid in loco publi. Et quæ priuata & pu.quæ dicantur.d.l.2.§.prætor. & §.uiã.ff.ne quid in loco pub. ꝙ publica dicitur ea, cuius solum est publicum:alias dicitur priuata.

b Prohibuit & prohibet. Prohibitio acquirit possessionem prohibenti ex non fieri l.2.C. de serui. Bal in l.liberti. j.col.C.de.ope lib.ver.sed certe.

c Quasi possessionem. Quasi possessio iuris uel seruitutis quærit per patientiam etiam violentam. Bar.& Alexan post Doct. in l.j §.in operis.de oper.no.nun. Ant.in ca.fin.ante pe. chart. de causa pos. Innoc.in c.olim.3.de rest.spol.& quasi possessio. & uide Alex.in l.j.§.j. de itin.actuque pri.

ſit vti libere via,quia in ea turbatur,tunc poſſet agere interdicto ut poſ iuxta nota.in l.j.C. vti poſ.Et vide circa prędicta quæ no.Bar.in l. ſi prius.ff.de no.oper.nuncia.& no.per Doc.in § æque.inſtit.de actio.& quia dixi,quòd etiam quando uia turbatur, poteſt agi & intentari interdictum vti poſ. quæro quomodo debet formari libellus in caſu.& dicit do.Pet. Iacobi in ſua practica,in tit.ſuper ſeruitute vię principaliter turbatæ,debet ſic formari libellus, Domine iudex ego conqueror de Petro,quia cum eſſem in quaſi poſſeſſione ſeruitutis uiæ per fundum Petri Puzi, cuius tales ſunt confines,&c. & talem uineam ipſe turbat, & impedit me, & uim mihi facit in prædicta quaſi poſſeſſione, nec permittitur me vti uia publica . *a* Quare ago contra eũ,& peto ne me in prædicta quaſi poſſeſſione turber,nec in ea uim mihi faciat,vobis domino Marco iudici ſupplicando,vt condemnetis ipſum Petrum Puzi, vt deſiſtat a dicta turbatione & violentia , & quòd de cætero amplius me non turbet:vt probatur in l.penu. ff.de ſerui. Quidam tamen dicunt ſecũdũ eũ,ꝙ iſte libellus non procedit,quia pro ſer.uiæ turbatę non competit interdictum vti poſ. ex eo quia promiſſum eſt de ea tuẽda ſpecialiter per interdictũ de itine.actuque priuat.& iſti dicũt, quòd nec pro ſeruitute aquæductus cõpetit interdictum vt poſ.quia ſatis de hoc prouiſum eſt ſpecialiter per interdictum de aqua quoti.& ęſti.& de riuis,& de fonte. Nec etiam pro cloacis competit ff.vti poſſ l.j.in prin.quia ſpecialiter eſt prouiſum per interdictum de cloa.& licet d.l.penul.ff.de ſerui.indiſtincte dicat,quòd per ſeruitutem viæ,& pro aliis ſeruitutibus cõpetunt interdicta quaſi poſſeſſoria:attamẽ glo. ibi exemplificat de itin.actuque priua. Sed prędictus do.Pet. Iacobi dicit in loco pręallegato, quòd videtur poſſe dici contrarium , videlicet quòd imo etiam interdictum vti poſ.competat pro ſeruitute vię,quia l.pene.ff.de ſer.indiſtincte loquitur, ſcilicet quòd competunt interdicta quaſi poſſeſſoria.ergo indiſtincte debent intelligi etiam de interdicto vti poſſ. & ſimiliter gl.etiam in fin.loquitur indiſtincte.l.j.in prin. ff.vti poſſ.& in l.j.§ fin.ff.de ſuperfi.Nec videtur ſecundum eum,ꝙ de iure una actio ſeu vnum interdictũ tollat aliud,ſi materia ſic apte ordinaret expreſſe contrarium , ſicut expreſſe dixi , quòd pro cloaca nõ competit interdictũ vti poſſ.vt d.l.j.in princ.ff.vti poſſ.Bar.autẽ in d.l.j.in prin.in hoc articulo,an pro ſeruitutib⁹ competat interdictum uti poſ.vtile diſtinguit. Nam quædam ſunt ſeruitutes,quę habent cauſam continuam , & pro illis competit iſtud interdictum vtile,vti poſ.vt d.l.pe.ff.de ſeruit.& l.j.in fi.ff.ſi ſer.uend.& l.ſi forte.§.ſciendũ.eo. tit.& l.arbor.ff. communi diui. Quædam ſunt ſeruitutes,quæ non habẽt cauſam continuã, vt iter & actus,& pro cõpetit hoc interdictũ, ſed r currim⁹ ad interdictum l.j.ff.de itinere actuque priuato.& Bar.in effectu tenet opi.gloſ.in d.l.pen. ſcilicet quòd pro ſeruitute viæ turbatę non competat interdictum vti poſſidetis,etiam vtile , ſed interdictum de itinere actuque pri.quod not. ſcilicet vt ſcias formare libellũ, quando turbatur in poſſeſſione ſeruitutis viæ vel alterius ſeruitutis .

a Vti via publ. Vti quomodo ponatur,Bar.in l.quibus dieb⁹ §.fin.in. 2.col. verſ.quid de dictione vti. ff.de cõd.& demõſt.

De ſeruitute aquæductus.
Cap. 4.

1 *Seruitus aquæductus , eſt ius ducendi aquam per fundum alienum .*

2 *Ius ducendi aquam per alienum fundum,an ſit ſeruitus realis,uel ius tantum perſonale , quomodo cognoſcatur .*

3 *Seruitutes perſonales tantum tres ſunt,videlicet vſusfructus,uſus,& habitatio .*

4 *Ius ducendi quam ex fundo ſuo ad fundum meum ſi quiſpiam mihi conceſſerit cauſa faciendi balneum tantũ in fundo meo, in quo panni lauari poſſint, uel pro aliquo alio uſu , qui fundum meum non concernat,an tunc ſeruitus realis uel perſonalis erit.*

5 *Ius ducendi aquam ex fundo tuo ad fundum meũ ſi mihi debeatur,puta per fiſtulam, cauſa ſeruiẽdi familiæ meæ pro coquina, & equis , & alijs neceſſarijs pro domo & familia mea, an erit tũc ſeruitus realis,an uero ius perſonale.*

6 *Ius aquę ducendæ ad piſcariam meam , vel ciſternam,aut puteum,ſi mihi concedatur,an ſit ſeruitus realis,an vero ius perſonale .*

7 *Ius aquæ ducendæ ad piſcariam meam,uel ciſternã aut puteum, an ſit ſeruitus ruſtica uel urbana.*

8 *Ius aquæ ducende ex fundo tuo ad hortum meum irrigandum,an realis ſeruitus ſit .*

9 *Ius aquæ ducendæ ex fundo tuo ad hortum meũ &c.an ſit ſeruitus ruſtica uel urbana .*

10 *Fundus ruſticus aut urbanus quando dicatur.*

11 *Aquæductus in ſeruitute quid ueniat,& quid nõ.*

12 *Regula , In re ſua quilibet eſt moderator & arbiter,quomodo intelligatur .*

13 *Seruitus aquæductus eſt ſicut anima intellectiua tota in toto,& tota in qualibet parte .*

14 *Subiecta talia ſunt , qualia prędicata demõſtrãt.*

15 *Diſtributiones quotidianæ qualiter pręſtandæ ſint .*

16 *Expenſas quotidianas viritim collegij prætor dare debet,dato quòd unus pluſquã alter comederet, ut faciebat Bononię ſcholaris unus Polonus,qui ſolus comedebat tantum , quantum quatuor alij.*

17 *Seruitutis a principio conſtitutæ ſi fundus dominans aqua indigebat , & nunc ex aliqua cauſa non indigeat,an ſeruitus in perpetuum competere deſinat .*

18 *Seruitus aquæductus ſi fundo meo qui eſt decem iugerũ,debeatur,& poſtea auctus fuerit, an propter hoc aquaductus ſeruitus creſcere debeat.*

19 *Seruitutem aquæductus habens an riuum in ſeruientis fundo facere poſſit, per quem aquam ad fundum dominantem ducat .*

20 *Riuum an quiſpiam ſimpliciter cauere poſſit.*

21 *Riuum*

21 *Riuum eſto quòd aliquis de iure uel ex permiſſione facere poſſit, an prædij dominantis dominus illum purgare & reficere poterit.*

22 *Ius ducendi aquam per fundum alterius ſi quiſpiam habeat, quando & quomodo ipſam aquam ducere poterit.*

23 *Seruitutis aquęductus in conceſſione, ſine alterius damno ſubintelligitur.*

24 *Aquęductus ſeruitus quomodo aquiratur.*

25 *Aqua per ſeipſam fluens an præſcriptionem uel cõſuetudinem inducere poterit.*

26 *Aqua ſi in certo fundo ſuperiore oriatur, & per quendam alueum ad partes inferiores deſcendat aquisque aliquando pluuialibus adeo creſcat, ut in alueo contineri nequeat, an tunc ille qui eſt in parte ſuperiori, ripas ita eleuare cogatur, vt uſque ad mare diſcurrat.*

27 *Aquæductus ſeruitutem totam quis habere & cõcedere poſſit, & quis etiam ad aquam ducendã cogi ualeat.*

28 *Flumen priuatum tribus medijs poteſt dici alicuius eſſe.*

29 *Aquæductus ſeruitus, cui, vel quibus concedi poſſit.*

30 *Aquæductus ſeruitutem ſi vni conceſſi, an alteri poſtea concedere poſſim.*

31 *Aquæductus ſeruitutem ſi tu, cui primo conceſſi, uis poſtea alijs concedere, an poſſis.*

32 *Aquæductus ſeruitus, quomodo,, qualiter, et quando, & per quem locum conſtitui uel acquiri poſſit.*

33 Digiti menſura ſecundum Iſidorum quid ſit.

34 *Fundi ſeruientis per quam partem aquam ducere poſſit, ſi non exprimatur, quid iuris.*

35 *Aquæductus ſeruitus ſi ex flumine debeatur, & ipſum flumen alueum mutauerit, quid iuris.*

36 *Flumẽ ſi alueum mutauerit, ius aquæ uno impetu perditur, & tunc aliud flumen uidetur.*

37 *Fluminis aluei per mutationem in caſibus in quibus aquęductus ſeruitus amittatur, an de æquitate reſtituenda ſit, ut ex noua nel nouis alueis debeatur.*

38 *Flumen ſi ad antiquum alueum redierit, an ſeruitus amiſſa reſtitui debeat.*

39 *Aquam ex flumine an cuilibet ducere licitũ ſit, per occupationem factam propria autoritate.*

40 *Bononienſes licite de flumine Recij aquam ducunt quæ poſtea in Padum intrat.*

41 *Aqua ſi de unius molendino exeat, & alter eam capere velit, & ad molendinum ſuum ducere, adeo quòd primum molendinum non impediat, an poſſit.*

42 *Forma, ſeu ſormula, uallum, & ſeriola, an idem ſint.*

43 *Aquam ſi duo ex flumine publico ad fundum ſuum ducere uelint, & ſeinuicem impediãt, quis pręferetur.*

44 *Cautela ducendi aquam ex flumine.*

45 *Occupare uel ædificare incœpiſſe, uel aquam ex pub. loco ducere, quid remiſſiue.*

46 *Conſequentia non ualet, aliquis habet poteſtatem uel ius ducendi aquam ex flumine publico uel priuato, ergo habes ſeruitutem aquæ ducendæ.*

47 *Aquæductus ſeruitute quomodo & qualiter quis vti poſſit.*

48 *Aquæ ducendę ſeruitutem ad molendinum ſi quiſpiam habeat, propter aquarum abundantiam aliud molendinum conſtruere non poterit.*

49 *Aquæ publicæ de ductu inter duo caſtella quæſtio erat, & inter ſe fuit lata ſententia, demum imperator unum de illis caſtellis mihi conceſſit, nũquid illam ſententiam ſeruare tenear.*

50 *Vicini incommoditas aquæ ducenda quæ dicatur.*

51 *Fons ſi ex aliquo fonte oriatur per tempus longiſſimum, cuius non extet memoria in contriariũ, & aquà per inferiores partes diſcurrere cœperit patientibus illis, quorũ fons erat, an habentes ſuperiorem fundum, in quo aqua oritur, ipſam pro libito voluntatis ſuę diuertere poterunt.*

52 *Longa conſuetudo uoluti iure impoſita ſeruitus uidetur.*

53 *Patientia ſolam qui permittit, nec per alia uerba ſeruitutem conſtituit, an ſeruitutem conſtituere uideatur, uel ſe perſonaliter obligare.*

54 *Aquam dixiſſe iure ſeruitutis, uel iure ſimplicis facultatis, quando dicatur.*

55 *Seruitus aquæductus præſcripta quanto tempore inducatur, & quæ, & quot ad iſtam pręſcriptionem inducendam requirantur.*

56 *Sepem præcidere, mundare, uel mundari facere in fundo uicini, uel per uicini fundum aquam ducere, an ſeruitutem arguant.*

57 *Aqua quando diſcurriſſe dicitur iure facultatis tãtum, non autem ſeruitutis.*

58 *Poſſeſſionem in iuribus incorporalibus dare non eſt.*

59 *Differentia quænam ſit quanium ad tempus inter locum publicum & priuatum.*

60 *Aquam ſi quiſpiam habebat ius claudendi certis horis, nũquid ita claudere poterit, ut nihil, quod aliàs ſtillare conſueuerat, ad partes inferiores ſtillare poſſit.*

61 *Aquam ducendi ius iure ſeruitutis per fundum tuum ſi habeam, & per riuum apertum duxerim, & nunc riuum ſubterraneum facere uelim an poſſim.*

62 *Aquam ducendi ius per uicini fundum ſi quiſpiam habuerit, & duxerit per riuum, & demum uelit nouum canalem uel fiſtulas in riuo collocare, qua nunquam habuerit, an poſſit.*

63 *Aquam per fiſtulas uel canales ſi primo per uicini fundum duxerim, et nunc per riuum ducere uelim, an poſſim:*

64 *Iure tertij regulariter opponere poſſum, quando iuris agentis excluſiuum eſt.*

65 *Vendito equo caſu ornamenta uendita uideantur.*

66 *Fundum ſuperiorem ſi quiſpiam habuerit, in quo aqua naſcatur, quæ per ſubterraneos meatus ad fundum uicini inferiorem deſcendat deinde reuertatur ad fundum ſuperiorem, an fundi inferioris dominus eam impedire poſſit.*

67 Aqua

67 *Aqua si discurrat a fundo Titij superiori in fundo Semproniј inferiori per venas subterraneas, demum Sempronius fodit in fundo suo, & venas aperit, ita vt tota aqua ad fundum ipsius Sempronij descendat, & designat ad superficiem fundi Titij ascandere, quid iuris.*

68 *Aquæ ducendæ ius qui habet, si aliam aquam admiscuit, nunquid prohiberi possit.*

69 *Statuto si caueatur vt quis possit ducere aquam ex fundo suo per fundum vicini medium, ad aliquē fundum suum inferiorem soluendo vicino damnum cauationis, & quis velit ducere aquam per fundum vicini ad suum, in quo fundo vicini sunt venæ aquarum, si aqua sua cum vicini aqua misceatur, & vtraque ad fundum inferiorem transeat an possit.*

70 *Priuilegiatus & priuilegij causæ quando paris potentiæ fuerint, possidentis potior conditio est.*

71 *Aqua si ex fundo meo superiori ad tuum inferiorem descendat, & totum fundum tuum inundet ex magna aquarum abundantia, quæritur an ego qui sum dominus fundi superioris aquam fundo meo retinere cogar, faciendo fossam, aggeres, &c. secundo posito quòd non cogar retinere, an te inferiorem cogere possim, vt eam in fundo tuo recipias, vel pa iaris quòd aqua descendat ex meo ad tuum, & ex tuo ad alium inferiorem.*

72 *Si per seruitutis conuentionem factum fuerit, vt superior vicinus aquā in fundo suo retinere teneatur, vel inferior teneatur eam fossa recipere: nunquid superi r vel inferior teneatur purgare, vel aggeres facere aut munire.*

73 *Seruitutem qui debet, facere non cogitur, sed pati.*

74 *Prædij dominantis dominus an non solum cogere possit dominum prędij seruientis, vt fundum suū purgari patiatur, sed etiam dominus fundi superioris seruientis, qui iure seruitutis tenetur habere fossam in fundo superiori, ne aqua noceat vicino inferiori, si fossa refectione indigeat, an possit contra dominum prędij dominantis agere, vt eā reficiat, ne fundo superiori seruientis nocere habeat.*

75 *Aquam qui excludit, quam naturaliter, & seruitutis iure in fundum recipere tenebatur, ne in suū fundum veniat, sed in alium deriuetur, an aqua plu. arcen. teneatur.*

76 *Seruitutem si mihi concesseris, vt opere manu facto aquam fluentem in meo ex tuo deriuare possim, etiam si tibi noceat, an intelligatur etiam si vltra modum noceat.*

77 *Fundus inferior, an aquam ex fundo superiori superuenientem recipere teneatur, quando natura loci subest, nec pactio aliqua interuenerit.*

78 *Aquam propter inundationem si propter autoritatem in riuo, siue in fouea, uel in aggeribus coronellas feceris, ne aqua subabundans in fundum flueret, an impune eas remouere possim.*

79 *Conuentio quando nulla extet, nec loci natura seruitutem imponat, quid iuris, ubi etiam quid seruitus per uetustatem, seu præscriptionem acquisita operetur.*

80 *Aquarum seruitutibus circa uetustatem, seu præscriptionem, quantum temporis requiratur.*

81 *Seruitus quando causam continuam uel discontinuam habere dicatur.*

82 *Aqua si ad vicini fundum per plures riuos discurrere solita fuerit, an in vnum riuum tantum trāsmitti valeat.*

83 *Aquis quid seruandum est, quando non est aliqua conuentio, nec loci natura aliquid declarat, nec loci vetustas subest.*

82 *Aqua quando aliquid moderate, vel immoderate fieri dicatur.*

85 *Seruitus aquęductus cui debetur, an causa aquæ ducendæ lapideum arcum facer e teneatur.*

86 *Seruitutē vel ius aquæducendę habens an possit arcum seu pontem lapideum facere supra alium aquæductum alienum.*

87 *Seruitutem itineris qui habet, an possit facere pontem supra locum, per quem aqua ducitur, inuito eo, cui aquęductus seruitus debeatur.*

88 *Seruitus cui debetur per riuum aquæductus in vicini fundo, si uelit iuxta pontem fossam facere, in qua aquæ congregentur, & ipsas postea per riuū ducere, an possit.*

89 *Aquę ducendę de riuo qui ius habet, an cuniculū subterraneum, per quem aquam ducat, facere ualeat.*

90 *Riuos manutenere, & eos purgare, & aggeres reficere quis teneatur, & cuius expensis.*

91 *Barones, & comites, & alij superiores colligentes pedagia uectigalia, stratas securas tenere debent.*

92 *Fundo si quispiam vsumfructum habeat, & alius proprietatem, & aliqua impensa necessaria pro cloaca, vel ob aquæductus formulam occurrat, illa ad vsufructuarium, & non ad proprietarium spectat.*

93 *Aquæductus seruitus qualiter teneatur, & in ea quis teneri debeat.*

94 *Flumine ex publico non perenni de prætoris æquitate seruitus constitui potest.*

95 *Aquæductus seruitus quomodo amittatur.*

96 *Aquæductus seruitus propter fluminis inundationem an pereat.*

97 *Possessio vel quasi aquæ per maiorem inundationē, sicut possessio territorij an perdatur.*

98 *Aquæ alterius per immissionem, de qua nulla seruitus debetur, an aquæductus seruitus amittatur.*

99 *Aquæductus circa materiam quomodo in iudicio procedatur.*

100 *Interdicto aquæ ducendæ libelli forma quæ sit.*

101 *Positionum actoris forma in interdicto aquæ ducendæ quæ nam sit.*

102 *Positionum rei tenor in interdicto aquæ ducendę qualis sit.*

103 *Interdictum aquæ ducendæ ad hoc vt competat, quæ requiratur.*

104 *Aestas quando dicatur.*

105 *Interdictum de aqua quotidiana cur factum sit, & an sit aliud ab æstiua.*

106 *Interdictum de aqua quotidiana an eo casu competat,*

petat, quo interdictum de aqua æstiua.
107 *Positiones actoris in interdicto de aqua quotidiana quomodo fiant.*
108 *Positiones rei ininterdicto de aqua, &c. quomodo fiant.*
109 *Libellus in interdicto de aqua ex castello, &c. quomodo fieri debeat.*
110 *Positiones actoris in interdicto de aqua et castello, &c. quomodo fiant.*
111 *Positionum rei forma in interdicto de aqua ex castello, &c. qualis esse debeat.*
112 *Riuus, specus, septa, & incile, quæ loca dicãtur.*
113 *Interdictum de riuis ad hoc ut competat, quæ requirantur.*
114 *Riuum si reficere uelim, & aduersarius meus contra negatoriam intentet, an refectione prohibendus sim.*
115 *Libellus in interdicto de riuis quomodo fieri debeat.*
116 *Libellum de aliqua aqua si quispiam per septa, vel cuniculum, vel specum de puteo concipiat, an in interdicto de riuis recte proponatur.*
117 *Positiones actoris in interdicto de riuis quomodo fiant.*
118 *Positionum rei forma in interdicto de riuis qualis esse debeat.*

1 SERVITVS † aquæductus *a* est ius ducendi aquam per fundum alienum: vt l.j.§. aquęductus.ff.de seru.rust.præd.& insti.de ser. aquædu.& no. Azo.in sum. & dicitur hæc seruitus ius rustic.præd.instit eo. in princi.& de rebus cor.& incor.in fi.l.j in prin.ff. de ser.rusti. præd.& propterea rustica seruitus appellatur, vt dictis iuribus: & dicam in seq.q. princ.& videtur ius, quia non in facto, sed in iure consistit, quod est incorporale: vt insti.de reb. cor. & incor.in fi. Item dicitur ius ducendi, qđ intellige siue per fistulam *b* siue per quodlibet instrumentum fictile: vt l. Quintus.ff.de ser.ru. præd.& l. si prius §.placuit ff.de aqua pluu.ar. etiam si nihil in seruitute constituenda cõprehensum esset, dummodo nullum damnum per hoc domino fundi seruientis detur, in d.§.placuit: non autem dici põt per lapidẽ manu stratum: vt ibi no. Azo.in summa in d.§ aquæd. circa quod vide quæ dicam in ix.q.prin. Itẽ dum dixit in diffinitione, aquam subaudi siue inuentam, siue inueniendã: vt l. Labeo.ff de ser.ru. pręd.& no gl.insti.eo.§.aquædu.& not. Azo in gl.præall. Quod intellige, vt sit seruitus, quando est aqua inuenta, non post: vt l.fi. in seruit. vend.& ibi hoc no glo.in d l.Labeo.& Doct.sequuntur. Idem dixi in definitione per fundum alienum, quia sine fundo non potest constitui seruitus: vt l.j.ff.communia præd. & instit.de ser.§.in rusticorum.ver. ideo autem. & dicã in seq.q.& alienum ideo dixi: quia in re sua non põt constitui seruitus: quia in re sua nemini seruit.l.in re communi.ff.de ser.vrb.præd. cum si. aliàs non constituta seruitute non potest quis aquam per fundũ alterius ducere, vt l.ij.C.de ser.& aqua.facit l. per agrum.eo.ti. & si dicat, sine domini voluntate, poterit dominus fundi propria autoritate interdicere & remouere: vt l.quemad.§ j.ff.ad l. Aqui.nisi quis acquisiuisset ius ducendi aquam per fundum alterius ex præscriptione vel consuetudine: vt dicam in iiij.q.principali: quia ius aquæ quod competit ex consuetudine, est fortius quàm illud, quod competit ex pactis priuatorum: vt eleganter no Bal.in tit.de pace Constan. in xxx.q. super versi.saluo iure aquæ Lambrensis. & prædicta intellige in aqua quæ sic duceretur volẽte domino, vel habeat potestatem ducendi à domino: puta ab eo, in cuius loco oritur aqua, vel ab alio qui haberet potestatem concedendi: vt dicam in v.q.principali.vel in iiij. vel præscriptione vel cõsuetudine acquisiuisset ius aquæ ducendæ, vt dicam in iiij.q.princ. aliàs nõ posset aquam ducere.l.aquam.C.de serui. & aqua.

2 † Secundo principaliter quæro, quomodo cognoscatur, an ius ducendi aquam per fundum alienum sit seruitus realis, vel ius tantum personale. In hoc puto sic esse notabiliter distinguendum: aut quis habet ius ducendi aquam, ex vno fundo ad fundum suum: vel ex pacto, vel instrumento, aut alio modo: aut quis habet ius ducendi aquam non ad fundum suum: quia nullum habet ad quem velit aquam ducere. Primo casu subdistingue: aut tale ius ducẽdi non debet finire cum persona, & transit cũ prædio, & dicitur seruitus realis puta si quis habet ius ducẽdi aquam per fundum vicini ad fundum suum causa ipsum irrigandi: vt l. pecoris.cum l.seq ff.de seru.rustic.præd & l. cum fundo. coniuncta l. uia cõstitui.§.si fundus.eo. tit. aut tale ius ducendi aquam debet finiri cũ persona: puta, concedo tibi ꝙ toto tempore uitæ tuæ tantum possis ducere aquam ex fundo meo ad fundum tuum causa ipsum irrigãdi.& in hoc fuerunt opiniones inter glo.priores Nã Rog.tenet, ꝙ hoc casu sit seruitus personalis: per tex in l.Mela.§.fin. & ibi seruitus est personæ.ff.de ali & cibar.lega.& l.si cũ eo tempore.§ fin.ff seruit.rustic. prædio.& l.non solum.§.tale ff. de lib.le.& l.si binas ędes.ff.de vsufru.& hæc opinio videtur probari ratione, quia seruitus realis non personę, sed prædio debetur.l.vnus ex socijs.ff.de seru.rust præd.& l. qui aliena.§.ff.de neg.gest. sed si prædio debetur, non extinguetur cum persona, imo transiret ad hæredem & emptorem: vt d.l.via constitui.§.si fundus. debet dici personalis seruitus, non realis: item quia seruitutes reales solent esse perpetuæ, vt l.forma.§ quinque. de censi. & hæc opin.refertur per gloss in d.l Mela.§ fina & in l.si quis binas.& in l.pecoris.præalle. & per Cyn.in rubri.C.de vsufruct.Sed contrarium uidetur, videlicet ꝙ illa talis seruitus sit realis, *c* non personalis: vt habetur in glo.in d.§.fi & in d.l pecoris & in d.l.si quis binas.& hæc opi.probatur in d.l. pecoris.in prin. Item quia seruitus quæ debetur ab vno prædio alteri prædio, dicitur esse prædialis, & realis,

non

a Seruitus aq̃d. Hæc põt pluribus cõstitui, ꝑ diuersus tñ horas vtẽda.ĩ spe. de feud.§. qñ. ver.vj.
b Fistulã. Fistulæ ni fundo seruiẽte pñt poni per eũ cui seruitus dẽt sũptib. suis ẽt cõtradicẽte eo q seruitutẽ dẽt.vi.s̃.ꝑ Bart.Cęp.ti.de ser. vr.c.33. & ꝑ l.si iter. ff.de ser.& l.seru §. si domo.ff de serui.urb. præ.
b Realis. Seruitus realis, dicit̃ q̃ cõcessa ẽ rei certæ ꝑ loci ex ꝑssionẽ, & trãsit ad heredẽ et successiões, alias dt̃ ꝑsonalis & ĩẽ nõ seqt̃ l. Luci & ibi per Bar Bal.& doc. Lud.in fin.ver. seruitus ver.c. q̃dãfuit &c.sed Flo.ibi dicit eẽ ꝑsonalẽ, qñ cõstituit̃ Titio ad domũ uel ad aliũ locum, quo velit. Idẽ dicit Bal.ibi ꝙ dicit̃ realis, qñ cõstituit̃ seruitus aquæd.ad talem fundũ. sed si additur, uel alibi quocũq; vis, dicitur ꝑsonalis & cũ ꝑsona finit̃.Bar.& Flo. ĩ l.cũ fundo.de se.ru.præ.dicũt qđ sumit̃ realis.iõ Flo.ibi dicit eã trãsire in singularẽ successorẽ ꝗtñ ñ ẽ ĩ pœna: ut ibi ꝑ Bal. Et uide oĩno s̃.Bar.Cæp. in tit.de serui. reali.

non perſonalis:vt l.ſi quis mihi eo tẽpore.§ fi.
3 ff.de ſer.ruſt præd. † Item quòd tres ſunt tan
tum perſonales ſeruitutes,videlicet vſufr.vſus,
& habitatio.Et aliqui dicunt,ꝙ eſt etiam mini
ſterium ſuorum, vt noo.gl.in d.l.ſi quis binas:
& dixi plene ſupra in j.li.ver.poſtquam viſum
eſt de ſeruitutibus miſtis.ſed iſtę non ſunt de il
lis : ergo debemus dicere : quia ſunt ſeruitutes
reales Nec ob.l.Mela.§.fi.& l.non ſolum §.ta
le.cum ſi.ſuprà alleg.quæ videntur dicere talẽ
ſeruitutem eſſe perſonalem,quia debet intelli-
gi & exponi in ſeruitute perſonæ : hæc eſt præ
dialis , quæ finitur cum perſona , quando hoc
actum eſt,& ſic dicimus perſonale,quantum ad
hoc , vt concepta perſona reſpectu commodi fi
niatur,non ſui.Nam quia poſtea etiam durat :
vt d.l.ſi mihi.§.fi. & d.l.pecoris.cum l.ſe.facit
l.plurimũ fere.§.plus.ff.de acti.& ob. & ꝑ hoc
ceſſant rationes ſuprà pro parte negatiua dedu
ctæ.& pro iſta opi. eſt caſus in l.iiij.ff.de ſer.&
iſtam opi.Io.communiter ſequuntur Doct. in
loc.præall. Secundo caſu prin.quando quis ha
bet ius ducendi aquam non ad fundum ſuum ,
quia nullum habet cui poſſit ſeruitutem debe
re,an dicatᷣ ſeruitus vel ius perſonale ? & Rog.
dixit,quòd eſt ſeruitus perſonalis , ſi hoc velit
relinquens vel conſtituens : per d.l.Mela.§ fi.
& per l. Luc.ff.de ſer.ruſt.præ. & ita no.per gl.
in d.§.fi.& in l.vlt.pomum.C.de ſer.& in l. pe-
coris. & ita tenebat Pet.& refert Cyn. in rub.
C.de vſufr.ſed gl tenet ſecundum Ia.& Azo.ꝙ
nõ ſit ſeruitus perſonalis , ſed potius quoddam
ius perſonale , quod actiõe perſonali iſto pacto
debetur,ut d.l ut pomum.& in l.ut pecoris. &
in l.ſi quis binas.præalle.& hanc opin.ſequun-
tur ibi communiter Doct.& hoc eſt vtile ſcire,
an ſit ſeruitus,vel ius perſonale : quia ſi eſt ſer
uitus,competit confeſſoria illi, cui debetur ſer
uitus,vt l.ij.§.j ff.ſi ſer.uẽd & no.in l ſi prius.
ff.de no.ope.nun.Sed ſi eſſet ius perſonale,cõ-
petere tantum actio perſonalis.Item ſi eſt ſer-
uitus, poteſt agi contra quencunq; priorẽ fun-
di,vt eſt caſus in l.ſi quis diuturno.in fi.ff.ſi ſer
ui.uen.Sed ſi non eſt ſeruitus,ſed tm̃ ius perſo-
nale,poteſt agi contra illũ tm̃ , qui ceſſit illud
ius,& non contra alium, vt l. Caius.ff.de ali.&
ciba.leg.& l.fi.§.fi de contrah.emp.& habetur
in l.fi ff.de no.ope.nun.& in l.iij.§.opus.ff. de
ali.iud.mu.cauſa fa.& hoc tenet Bar.in d.l.Me
la.§ j.quibus omnibus adde quæ pleniſſime di
xi lib.præcedenti in j.parte.in verſi.quomodo
cognoſcatur quando ſit ſeruitus realis & præ-
4 dialis.vbi omnino vide. † Sed circa prædicta
poſſet dubitari , quid ſi aliquis conceſſit mihi
ius ducendi aquam ex fundo ſuo ad fundum
meum,cauſa faciendi balneum tantum in fun-
do meo,in quo lauari poſſint panni,vel pro ali
quo alio vſu,qui concernat fundum meum,an
tunc erit ſeruitus realis vel perſonalis ? Et vi-
detur,quòd non ſit realis,ſed ſolum ius perſo-
nale.per d.l.vt pomum.& per d.l.pecoris.cum
ibi not.per glo.& Doct.Item quia ſeruitus rea
lis dicitur illa,quæ ſit propter neceſſitatẽ fun-
di tui debentis ſeruitutem : vt l ergo.ff.de ſer.
ruſt.præd.& not.per glo.in l.j.§.in prædiis . in
verſi.ſunt hæ.in fi.eo.ti.& dicam in ſeq.quęſt.
prin.ergo iſta non poteſt eſſe realis,quia nõ de
betur pro neceſſitate fundi, ſed pro perſona tã
tum. Et propterea non videtur,quòd ſit etiam
ſeruitus perſonalis,per ea quę ſuprà dicta ſunt.
Ego tamen puto,quòd imò ſit ſeruitus prædia
lis, & realis : quia prædio debetᷣ,in quo eſt bal
neum vel lanellum. & pro hoc alleg.gl. in l.ij.
in ver.cloaca.ff.de ſeru.ruſti.præd. & gl.in d.l.
pecoris.vt colligitur ex illo verbo Maxime.&
patet etiam hoc ex his quæ dicam in ſequent.
5 † Sed quid ſi debetur mihi ius ducẽdi aquam
ex fundo tuo ad fundum meum,puta per fiſtu
lam cauſa ſeruiendi familiæ meæ,puta pro co-
quina,& pro equis , & aliis neceſſariis pro do-
mo & familia mea,an erit tunc ſeruitus realis,
an ius perſonale ? & difficultas videtur in hoc
conſiſtere , quia aut dicimus quod tale ius de-
bebatur domui meæ,& erit ſeruitus realis. aut
non , ſeu perſonæ meæ, & erit ius tantum per-
ſonale,per ſupradicta. Et uidetur quòd potius
debeatur mihi,& ſic ſit ius perſonale,quia prĩ-
cipaliter iſtud ſit propter me & familiam meã:
& non propter fundum,licet ſit in fundo,& iõ
videtur quòd debemus attendere,quòd princi
paliter ſit , ut l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi certum
pet. Ego credo quòd potius ſit ſeruitus realis,
quia debetur fundo meo,& licet perſonæ com
moditas quæratur,prædii tamen dicitur.Vnde
ius prædij potius,quàm perſonæ conſideratur,
ut l.qui aliena.§ fi.ff.de nego.geſt.& l.via cõ-
ſtitui.§.ſi fundus.ff.de ſeru.ruſt.prędio. & pro
hoc uide glo.in l.j.§.in prędiis.quę incipit,ſu
pradictę ſunt nominatę.ff.de ſer.ruſti. prędi.&
6 facit quod dixi in q.præcedẽ. † Item quid ſi
concedatur mihi ius aquæ ducendę ad piſcariã
meam vel ciſternam aut puteum , an ſit ſerui-
tus realis , an ius perſonale ? & teneo quòd ſit
ſeruitus realis , ex quo debetur ex fundo ,
quando piſcaria , puteus , vel ciſterna ſunt
pars fundi , vt lege Iulianus.§.ſi cum duobus.
cum l.ſequen.ff.de actio.empti.& patet ex di-
7 ctis ſuprà. † Sed tunc inſurgit dubium,an iſta
ſeruitus realis ſit ruſtica vel vrbana . De quo
8 dic, vt in proximo quęſtio.ſequen. † Vltimo
quid ſi debetur ius aquæ ducendæ ex fundo
tuo ad hortum meum irrigandum,an ſit ſerui-
tus realis ? & dicendum ſine dubio quòd ſic ,
quia debetur à fundo & propter neceſſitatem
fundi dominantis , ut probatur in l.ergo.ff.de
ſeruitut. ruſticorum prædiorum , & patet ex
9 prædictis. † Sed dubium eſt , an talis ſerui-
tus ſit ruſtica vel vrbana. In quo ſic breui-
ter concludas . Aut uterque eſt fundus ruſti-
cus , & erit ruſtica ſeruitus : aut uterque vr-
banus . & erit vrbana : vt l.prima.ff.commu-
nia prædiorum cum ſi. aut vnus eſt fun-
dus vrbanus & alius ruſticus , & tunc iudi-
catur ruſtica vel vrbana , habito reſpectu
& ad fundum cui ſeruitus debetur , quia
ſi ille eſt vrbanus , dicetur vrbana , ſi eſt
ruſticus,

ruſticus, dice ur ruſtica: vt not glo.no.in l.j.in
verſic.aream ff.de ſerui.vrba. præ.& ibi hoc te
nent Doct.& Ang.in d.l.pecoris. De quo vide
pleniſſime in lib. ſuperiori in 4. diuiſione prin.
ſeruitutis. & dixi etiã ſ.de ſeruitute proiicien
10 di.in prin. † Quando autem dicatur fundus ru
ſticis, vel vrbanus: vide in d.4.princ. diuiſione
ſeruitutis.verſi. quæ autem dicãtur vrbana præ
dia & ruſtica.vbi omnino vide:& non omittas,
quia per ea quæ ibi dicuntur,declarantur ſuprà
ſcriptæ quæſtiones: & ex prædictis colligi po-
teſt, quòd ius aquæ ducendæ licet ſit principa-
liter ruſtica ſeruitus.vt dixi ſupra in prin.in dif
finitione huius ſeruitutis: tamen etiam poteſt
eſſe vrbana: quando.ſ.debetur fundo vrbano,
ſicut dixi ſupra de ſeruitute protegendi, & de
ſeruitute oneris ferendi,quæ poſſunt eſſe ruſti
cæ & vrbanæ. & dicam etiam infra,de ſeruit.ut
11 liceat alicui.in prin. † Tertio principaliter quæ
ro, quid cõtineatur & veniat in ſeruitute aquæ
ductus,& quid non. Circa quod dicas primo,ꝙ
veniunt omnia quæ in diuiſione ſeruitutis ſu-
pra in prin.dicta ſunt.Item venit aqua túc,qua
tenus eſt opus fundo dominanti: vt l.ergo.in fi.
ff de ſeruitutibus ruſticorum prædiorú.& iſtud
eſt regulariter omnium ſeruitutum realium, vt
ſecundum indigentiam prædij dominantis con
ſti uantur.ut no.Bar ff.de verbor.obliga.l ea.§.
Cato.in 6.quęſt,princ.& in l.ſtipulationes non
diui in 4 quæſt.prin,per d.l.ergo. nec fundo vl
tra q iam ei opus eſt ſeruitutes reales conſtitui
poſſunt.vt no.gl.in l.j.§.in prædiis. in glo.2.in
fi ff. de ſer.ruſt pr.& ideo ſi conceſſa eſt uni ſer-
uitus aquæductus per me, quòd poſſum etiam
poſtea alteri concedere aquæductum, ſi aqua ſa
tisfacit vtriq;: ut l.2.§.aquęduct.ff.de ſeruituti
bus ruſticorum prædiorum. & l.Lucio.ff.de a-
qua quotid.& æſti.& dicam in 6. quæſt.,princi.
Sed ſi eſt mihi conceſſa ſeruitus aquæductus
pro fundo meo,nõ poſſum eam pro alieno fun-
do concedere, quia ſeruitus quę debetur fundo
meo, intelligitur ſecundum neceſſitatem fundi
mei, & non alterius, vt dicta l.ergo.§. fin.& de
hoc eſt caſus in l.ex meo.ff.de ſeruitutibus ru-
ſticorum præd. † Nec obſtat,ſi dicatur,ſeruitus
12 mihi conceſſa per alienum fundum,eſt mea:er-
go de ea diſponere poſſum ſicut uolo: quia re-
gula eſt,quòd in re ſua quilibet eſt moderator,
& arbiter.l.in re mãdata.C.man.quia illa regu-
la procedit quãdo quis diſponit de eo quod eſt
ſuum libere:& hoc habebit certam formam, vi
delicet vt mihi debeatur per neceſſitatem fun-
di mei tantum, aqua forma recedere nõ poſsũ.
l.cum hi §.ſi prætor.ff.de trã.cũ ſi.& in hoc nõ
habet locum regula d.l.in re manda.ſecundum
Bar.& Flo.in d.l.ex meo. Et quod dixi,ꝙ aquã
debitam fundo meo poſſum alteri fundo conce
dere, intellige antequã ingreſſa ſit in fundum
meum,cuius ſeruitus eſt conſtituta,ſed prius q̃
eſt ingreſſa,poſſum ducere ad alias partes, & al
teri concedere pro libito voluntatis, niſi noci-
tura ſit ei fundo ex quo inducitur:ut l.i.§ illud.
ff.de aqua quot.& ęſti.& not.glo.in d.l.cum eſ-
ſent.§.j.in glo.fin. quam omnino uide eod.tit.
13 † Item in ſeruitute aquęductus hoc continе-
tur, ut omnibus partibus fundi dominantis ac-
quiratur:ut l.uia conſtitui §. quæcunque ſunt.
ff.de ſer.ru.præd.& ideo dicitur eſſe tota in to-
to,& totã in qualibet eius parte, ſicut anima di-
citur eſſe tota in toto corpore,& tota in quali-
bet eius parte. ut no.Bar.in l.ſtipulationes non
diui.in 3.col.ff.de uerb.obli.Et ex prædictis in-
fert ad plures concluſiones. Prima eſt, quòd ſi
fundo meo debetur ſeruitus aquædu. illud ius
ſeruitutis eſt totum in toto fundo meo, & totũ
in qualibet eius parte.Secunda concluſio eſt,ꝙ
licet illa aqua ſit magis utilis uel neceſſaria vni
partium dicti fundi mei quàm alteri parti, non
conſideratur iſta maior utilitas uel neceſſitas,
a qua eſt tota iſta ſeruitus in qualibet pte fun-
di a mei dominantis: ut eſt tex.in l.ſi partẽ fun
di.ff.de ſer.ruſt.præ & ibi hoc no.per Doc.& ui
de quod dicam in 6. concluſione. Tertia con-
cluſio, ſi uenditur certa pars fundi, cui debe-
tur ſeruitus aquędu.illa ſeruitus debetur etiam
illi parti fundi alienati: & debetur inſolidũ pro
indiuiſo:ut d.l.ſi partem fundi. Quarta conclu
ſio eſt, quòd cõmoditas ſeu uſus dictæ aquæ de
bet diuidi inter me & illum,qui eſt iuxta partẽ
fundi dominantis: ut d.l.ſi partem.non autẽ ſer
uitus diuiditur:quia illa eſt indiuidua:ut no.gl.
ibi.in l.j.§.ſi uſusfr.ff.ad l.Fal.& l.uię.ff.de ſer.
cum ſi. Quinta cõcluſio,ꝙ illa cõmoditas aque
debet diuidi pro menſura fundi dominantis,nõ
reſpectu partium fundi utilitatis,uel bonitatis.
& ſic quantitative non qualificative, ut eſt ca-
ſus no.in d.l.ſi partem fundi:& ibi hoc not. per
Doct. & quę ſit ratio decidendi, quare ſit diui-
ſio ſecundum quantitatem agri,& non ſecundũ
bonitatem,dicit ibi Bar.cogitabitis.& Doc.ali
ter non declarant.ego credo quòd ratio ſit illa,
quia ſeruitus eſt tota in toto,& tota in qualibet
eius parte,ut dixi:& ſic ſeruitus ineſt fundo nõ
reſpectiue ad bonitatem uel ad præcioſitatem
fundi dominantis:ſed pro qualitate:& qualiter
ergo diuiſio aquę ſeruientis debet fieri, ſecun-
14 dum ꝙ ipſa ſeruitus debetur: † quia talia ſunt
ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant: ut eſt
gl.in c.dudum.in fi.in uerſi.prohibemus.extra
de deci.& ſic econtra,talia ſunt prædicata, qua
lia ſubiecta demonſtrãt: ut l.ſtipulatio iſta.§.hi
qui.& ibi hoc no.Pet.& Bar.ff.de uerb.obl.& ſi
qualitates, regulariter & ſubiectum. Nec huic
concluſioni ob.l.quicquid. ff.de acqui.rer.do.
ubi habetur, quòd inſpicitur bonitas rei: quia
ibi loquitur, quando una res non poteſt duob.
accedere,quia tunc accedit precioſiori.Sed quã
do poteſt accedere duobus,tunc non inſpicitur
precioſitas uel bonitas: ut d.l.ſi partem fundi.
& hoc no. Doctor. Sexta concluſio eſt,quòd di
uiſio aquæ ſeruientis debet fieri pro menſura
quantitatis fundi, & non pro neceſſitate partis
fundi: & ideo debentur decem unciæ aquæ uni
fundo,qui ſit decem iugerum:& dominus præ-
dij dominantis uẽdidit quinq; iugera certa pro
diuiſo: licet alia quinq; iugera indigeant ma-
gis

a Parte fun. Pars dicĩt fundus, & uenit in legato fundi. l. plane.§.fi.de lega.j. in Spec.de prob.§.j.verſi. quid ſi pars.

gis aqua,quàm vẽdita : tamen diuisio aquæ in-
ter emptorem & venditorẽ debet fieri pro di-
midia : vt eſt caſus no.in d.l.ſi partẽ fundi.ibi,
aut quæ maxime vſum eius aquæ deſiderat.ff.
de ſeru.ruſt.præ.& per illum tex.infert ibi Bal.
15 & Ang.& Lud. † ꝙ diſtributiones quotidia
næ non debent fieri ſecundum corpora plus &
minus indigentia pro ſuo victu : vt habetur in
c.cũ acceſſiſſent.de conſti.de quo vide per In-
no.in c.cum M.Ferrarienſis.eo.tit.qui dicit ꝙ
præſtandę ſunt ſecundum conſuetudinẽ:& ubi
conſuetudo non eſt: quia puta de nouo eccle-
ſia eſt ædificata.vel de nouo danť diſtributiões
quotidianæ : dicit ꝙ ſi diſtributiones ſunt exi
ſtentes de cellario ad uictum quotidianũ fiunt
veriſimiliter. Sed illa quæ dantur pro indumẽ
tis,debent præſtari ſm neceſſitatem perſonarũ
& ſic qñ debentur alimenta ex cõtractu, vel vl
tima volũtate: & hoc ſequitur Ang.in d.l.ſi ꝑ-
tem fundi.quod bene no.maxime pro grauatis
in teſtamento ad præſtandũ eleemoſynã : quia
debeť eleemoſyna viriliter, & veſtimẽta ſecun
dũ conditionẽ pauperum : & ſic in veſtimentis
pñt executores vel hæredes plus dare vni pau-
peri,quã alteri. Sed in eleemoſynis quę cõcer
nunt victum quotidianũ,ſicut eſt panis uictus,
& ſimilia,non pñt plus dari vni quàm alteri.
16 † Item no.pro ſcholaribus,qui ſtant in col-
legijs expenſis collegii:quia prætor non debet
dare expẽſas quotidianas, niſi viriliter dato ꝙ
vnus plus comedat quàm alter, & hoc vide de
facto Bonon.in collegio Hiſpanorum, in quo
erat vnus ſcholaris Polonus qui tm̃ ſolus come
debat,quantum quatuor alii.Septimã cõcluſio
nẽ infero ex ꝑdictis : quia licet ſeruitus aquæ-
du.& quælibet alia talis debeatur pro neceſſita
te fundi dominãtis: vt l.ergo.§.fi.ĩ pręal.& ſu-
prà dixi.tñ eſt intelligenda & limitanda vt ha-
beat locum habito reſpectu ad tempus quo ſer
uitus imponitur : ſed poſtquã eſt impoſita, &
ſic eſt tota in toto, & tota in qualibet eius ꝑ-
te : tunc dicit eſſe æqualiter pro quãtitate fun
di : & ideo licet vna pars magis indigeat aqua,
quã alia,tñ hoc non conſideratur,imo aqua de
bet diuidi æqualiter *a* pro qualitate iugerũ.
quod eſt no. Octaua concluſio eſt, quia licet
dominus prædii dominantis,cui ſeruitus aquæ
duc. debebať magis & frequentius illa aqua in
vna parte dicti fundi uteretur quã in alia imò:
& ſi cõiter vteretur in vna parte,ſi tñ vẽdidit il
lã partẽ fundi, in qua minus & raro vtebať di-
cta qua diuiſio cõmoditatis ſeu vſus dictę aquę
debet fieri pro mẽſura agri,& pro parte vẽdita
debeť emptori:vt eſt caſus no.in d.l.ſi partem
fundi.qđ ꝑpetuo tene menti.Nec ob.huic cõ-
cluſioni illa regula,quæ dicit,ꝙ vſus partis eſt
attẽdendus.l.Seiæ.§. tyrannæ.ff.de fun.do.& l.
ſi ſeruus pluriũ.§.fi.de le.i.quia illa regula pro
cedit in his q̃ ſunt diuidua, vel quę reſpiciunt.
ꝑſonã. ſed iſtę ſeruitutes aquęduct.iudicantur
potius ius quoddã reale cõpetẽs ꝑdio magis q̃
ꝑſonæ:vt l.ſi mihi eo tꝑe.§.fi.ff.de ſer.ru.ꝑd.&
l.q aliena.§ fi.ff. de neg.ge.Itẽ ita ſeruitus ẽ di
uidua,& reſpicit totã partẽ fundi,vt dixit gl.er
go licet paterfa.dñs ꝑdii dominãtis ſit vſus cõ-
moditate aquę ꝓ parte, tñ hoc ñ reſpicit vſum
patrisfa. ad hoc vt cẽſeatur ſeruitutẽ amiſiſſe :
q̃a hoc nõ põt eẽ,vt dixi,vt eſt ſi promittatur,
vel aliàs cõſtituatur.Nona cõcluſio,ſi ſeruitu-
tis aquęd.in fundo vnius dominãtis in vna ꝑte
dicti fundi aqua nõ eſt neceſſaria vel vtilis, tũc
ſeruitus nõ dicitur ei parti fundi deberi.ꝑ l.er-
go.§.fi.ff.de ſer.ru.præ & ita tenet Bar. Flo.&
Doc.in d.l ſi partẽ fun.eo.ti.quod no. Ex quo
ſequitur decima,& vltĩa cõcluſio,ꝙ in caſu, ſi
dñs prædii dominantis vendit vni illã partem
fundi,cui aqua non eſt neceſſaria, vel vtilis ad
emptorẽ,vel eius partẽ, nõ tranſit ſeruitus vel
cõmoditas illius aquęd. vel ſi aliã partẽ vẽdi-
dit,cui aqua nõ eſt vtilis vel neceſſaria,tũc to-
ta ſeruitus aquæductus ſequitur partẽ venditã,
& nihil debetur parti retentæ per venditorẽ.
per d.l.ſi partem fun.quę oĩa bñ no.quia ſunt
17 quotidiana & vtilia.† Sed quid ſi à principio
ſeruitutis cõſtitutæ fundus dominans indige-
bat aqua & nunc ex aliqua cã non indigeat,an
deſinat *b* ſeruitus ĩ perpetuũ cõpetere ? & pu
to ſic eẽ dicẽdũ, Aut deſinit indigere, ita ꝙ am
plius ea aqua ad vſum cõceſſum vti nõ poſſit,
& tũc deſinit cõpetere dicta ſeruitus, q̃a ceſſat
fundamentũ ipſius ſeruitutis, vt d.l.ergo.§.fi.
Aut deſinit cõpetere ad tẽpus,& tunc teneo ꝙ
ſeruitus hæc nõ pereat, licet aqua ad aliũ vſum
vti nõ poſſit dñs prædii dominãtis per ea quæ
dicta ſunt ſuprà maxime in prin.facit qđ habe
tur in l.imus ex ſocijs.§.fi.cũ l.ſe.ff.de ſer.ru.
18 prę. † Itẽ q̃d ſi debetur ſeruitus aquæd.fun.
meo qui ẽ x.iugerũ, & poſtea auctus ẽ fundus
meus,an ꝑꝑ hoc creſcat ſeruitus aquædu.dicas
ꝙ nõ,vt eſt caſus in l.non meus.C.de ſeruit.de
19 quo dic,vt ibi per gl.& Doct. † Itẽ hñs ſerui-
tutẽ aquæduc.an poſſit facere riuum in fundo
ſeruientis,per quẽ aquã ducat ad fundũ domi-
nantẽ? Si vult facere de lapidibus viuis ẽt s̃.
terrã, nõ põt, vt l.ſi prius.§.placuit.ff.de aqua
plu.ar. & dixi s̃.in diffinitiõe huius ſeruitutis.
20 † Sed nũquid poſſit cauare riuũ ſimpliciter ?
21 dic vt dicã infrà in ix.q.princ. † Sed poſito ꝙ
poſſit facere riuũ vel de iure vel ex ꝑmisſiõe,
an dñs prædii dominantis poterit illũ riuũ pur
gare & reficere ? dicas ꝙ ſic,vt l.refectiõis.§.i.
ff.commun.pręd.& l.i.§.pe.ff.de riuis. & vide
22 q̃ dixi in ꝑced.lib.in ti.de refectione. † Itẽ ille
qui hẽt ius ducẽdi aquã per fundũ alterius, ꝑt
per cuiuſcũq;partẽ fundi ſeruiẽtis aquã ducere
ab initio, ſed poſtquã incœpit ducere per vnã
partẽ,nõ põt poſtea variãdo per aliã partẽ du-
cere,vt l.fi.& ibi Bar.ff.de aqua quo.& æſti. de
quo vide in l.ſi cui .ff.de ſeru.& in l.ſi via.ff de
ſer.ru.præ.Vbi ẽt ponitur, cuius eſt electio lo-
ci,an domini cõcedẽtis ſeruitutẽ,vel eius hære
dis,an vero eiꝰ cui ſeruitus ẽ cõſtituta.de quo
dic ut plenè dixi ĩ li.præ.in ti.de ſer.iti.uer.nũ-
q̃d hñs ſer. iti.Itẽ ſi is q duo ꝑdia hẽbat,ĩ vniꝰ
vẽditiõe aquã q̃ ĩ fundo vẽdico naſcebať,& cir
ca eã aquã late x.ped.exceſſerãt,vť circa eã aq̃
latam

a Aequaliter. Cũ q̃d fieri dẽt fieri arbitrio bõi uir l.Bar.in l.iii.in princ.ff. de annu.le. Et adde dicta per Bar.in l.cũ pater.§.dulciſ.de le.ii. & in l.Lucius in prin.ff. ad Treb.

b An deſinat. Deſinere velle qũo quis ꝓbeť nõ in l. qđ ait aii lex.ff.de diuor.

latam decem pedes duntaxat exceſſiſſe : vt eſt
caſus no in l.qui duo prædia ff.de ſer.ruſt.præ
23 dio. † Item in conceſſione ſeruitutis aquæd.
ſemper ſubintelligitur ſine damno alterius: vt
l.imperator.ff.de ſer.ru.pręͅ & probatur in l.ſi
quis à principe.§.tamē.ff.ne quid in loco pu.
& in l.nec amiſ.C.de emā.li. De quo dic vt ple
ne dixi ſuprà in lib.præcedenti. Et propterea
in conceſſione aquęductus intelliguntur ſem
per reſeruata iura , & commoditates eius : cui
primo facta eſt conceſſio. vt l.in concedendo.
ff.de aqua pluuia arce.& l.Luc. ff.de aqua quo
tid.& æſti. Quia priuilegia vni conceſſa, alte-
ri dari non debent : vt l.decurionibus.C.de ſi-
lentiarijs.lib.xj. Et quia ſi princeps conceſſit
pluribus beneficium : qui prior eſt tempore ,
potior eſt in iure.argum.dict.l.in concedendo.
& l.hoc iuris.§ j.ff.de aqua quotid.& æſtim.&
c.j.qui ſucceſſio.tene.in vſibus feud.& ideo di
xit Bald.in tit.de pace. Conſtan.in xxxiij.col.
in conceſſionibus. de aquis pu. ſemper viden-
tur reſeruata iura commoditatis eius cui pri-
mo facta eſt conceſſio . imo dico plus,quòd ēt
in conceſſione aquæduc.dicetur non obſt.con
ceſſione alteri facta : quia intelligeretur de in-
ualida: & pro hoc allego ſingulare dictum Cō-
po.in c.cauſam quæ.in fi. extrà de nupt. quod
ſequitur ibi Ant.de But & Doct.vbi dicunt,ꝙ
ſi Papa contulit alicui beneficium non obſtan.
collatione alteri facta : intelligetur de inuali-
da,ne alteri præiudicetur . Item ſi datur alicui
beneficium cum clauſula vt præferatur alijs :
quia intelligitur niſi eis fuerit ius quæſitum .
quod perpetuo tene menti . Et vide quæ dicā
in vij.q.prin.vbi ponam per quem locum poſ-
ſit aqua duci.& vide etiam ibi in viij. quæſtio.
prin. vbi dicetur an mutato alueo poſſit com
24 petere ſeruitus aquæduc. † Quarto principa
liter quæro , quomodo & qualiter acquiratur
ſeruitus aquæductus.& dic pluribus modis.pri
mo pactionibus & ſupplętionibns : quia ſic ac
quiri poſſunt etiam aliæ ſeruitutes : vt inſti.de
ſer.§ ſi quis velit.& l.ſi vnam.in prin.in verſi.
ſecundum expoſitionem gl.quæ exponit pactū
ff.de aqua plu.ar.& l.j.§.denique ibi , fit tamē
lex eo. Item acquiritur teſtamento,vel codicil
lis , vel qualibet alia vltima voluntate : ut l.v-
ſusfructus.in principio ff.de vſufruct. & inſtit.
de vſufruct.§.j.Item per ſententiam. arg.dict.
l.vſufruct.conſtituitur. Item præſcriptione: vt
l.ij.C.de ſerui.& aqua.& ibi hoc plene not.per
glo.& Doct.& hoc procedit ſiue aqua ſit priua
ta,vt ibi, ſiue publica. Sed primo caſu quantū
tempus requiratur,vide ibi notanter per glo.
& Doctor.in l ſeruitutes la grande.ff.de ſerui.
tit.generali.& per tex.gloſſ.& Doct.in l.j §.fi.
ff.de aqua pluuia arcen. & dixi plene ſuprà in
j.lib.in viij.q.princ. vbi omnino vide de hoc .
In caſu vero ſecundo,quando aqua ducitur
de pu.dic quòd requiritur tantum tempus,cu-
ius initij memoria non exiſtat in contrarium:
vt l.vſum aquæ.C.de aquæduct.li.xj.& ibi hoc
no.Bart.in l.diligenter.eo.ti. & adde quod ſta-
tim dicam, ver.ſed nunquid aqua. Itē acquirit
a conſuetudine:vt l.j.§.deniq; . & ibi per gl.
& Doct.ff.de aqua plu.arcē. & l.in ſumma.ibi,
loci vetuſtas.eod.tit.& arg.l.j. cum ibi not.C.
quæ ſit lōga conſuetu.& c.fi.extrà.de conſuet.
vbi etiam no.per gl.& Doct.an talis conſuetu-
do debeat eſſe præſcripta : de quo dic vt ibi .
Item ꝙ ius aquæ competit ex pactionibus pri-
uatorum : vt no.Bald.in titu.de pace Conſtan.
in xxxiiij.col.& dicit,quòd in aliquibus molē-
dinis,paſcuis & fontibus,& ī ipſorum commo-
ditatibus,& incommoditatibus aquarum, ſtan
dum eſt antiquitati : per illum textum . Item di
xit idem in c.j.in §.ſi quis.de manſo. in v.col.
titu.de controuerſia inueſti.in vſib. feud.ꝙ in
aquarum ductu non inſpicimus principium a-
quæ,vnde decurrit,ſed alueos & meatus,vnde
tranſit in vetuſtiſſimum aquarum curſum : &
ſecundum eorum qualitatem de vſu aquę iudi
25 care debemus : quod nota. † Sed nunquid a-
qua per ſe ipſam fluens poſſit inducere præſcri
ptionem vel cōſuetudinem? dic ꝙ nō: quia nō
eſt res animata: per rem inanimatā nihil nobis
acquiritur. Oportet enim in præſcriptionibus
aliquē vſum interceſſiſſe : quo principiato ſuf-
ficit aquam per ſe fluere.ff.quemad. ſeruitutes
ami.l.qui partem.& l.qui fundum.eo.tit.Con-
ſuetudine ēt ſufficit, ꝙ habuerit initium à mul
tis vtentibus : nam poſtea perficitur ſolo cur-
ſu temporis : vt l.venditor.§.ſi conſtat.ff.com-
munia prædi.& ita tenet Bald.in c.j.§ quis. de
māſo.in vj.col.in fi.in tit.de contro. mueſt.qđ
perpetuo tene menti. Item l. cōi vel ſtatuto ,
ſeu l.municipali acquiri pōt ſeruitus aquædu.
vt l.in ſumma.in prin.in verſi.i.ff.de aqua plu-
uia arce.in'& l.ij.in prin.in ver.j.coniuncta gl.
ſecūdum primam expoſitionē,dum dicit,ſi nu-
ptiali.& ar.l.iij.§.plane.& l. ſi non l.nuptialis.
ff.quod vi aut clam. & l.j.§ deniq; .ff.de aqua
pluuia arcen. Item natura agri ſeruanda eſt, vt
ſemper inferior ſuperiori ſeruiat. Hoc.n.incō
modum naturaliter pati debet ager inferior à
ſuperiore,quod compēſare debet cum alio cō-
modo. Sicut enim omnis pinguedo terræ ad eū
decurrit.ita etiam ad eum aquæ incommodum
defluet:vt eſt tex.in §.denique quem not.quia
aquę naturaliter dicuntur deſcendere ad infe-
riora. Et ideo illi qui habent agros in parte ſu
periori , non tenentur retinere aquam in ſuo ,
ſed pnt eam retinere inferiores, qui coguntur
illam recipere.& iſta appellatur quaſi ſeruitus
vt dicit tex.in d.l.j.§. fin.cum l.ſeq.ff. de aqua
pluuia arcen.& hoc tenet Bart.in l.quominus.
in ij.quæſt.prin.ff.de flum.qui dicit,quòd hoc
debet eſſe verum in ciuitatibus Italiæ,quæ ſibi
de conſuetudine præſcripſerunt merum impe-
rium,& portus , & flumina , & ſimilia. Sed de
iure communi prædicta ſunt principis : vt in c.
primo quæ ſint re.in vſuf.feud. & ſic non poſ-
ſunt cōcedi à l.nuptiali.& adde quę dixi ſuprà
de ſeruitute vide in x.q Itē ex reſcriptio prin-
cipis vel ſenatus ac quiritur.l. ꝙ princi.ff.de a-
qua pluuia arcend.& l.permittitur.ff. de aqua
quotid.

a Acquiritur. Acquiſitio per quas pſonas fieri pōt:vide ī ti. C. p quas perſonas no. acquiri & inſti.eo.tit.

a Pub.vtil.Vtilitas publ.præferẽ priuatæ.l.j.§.fi.& ibi Barto.C.de ca.tol.& l.j & ibi Docto ff.lo. ma.& ibi Bar.ĩ vi.col. in ver.cũ.n.q̃ritur vtrũ publica utilitas.tex.& Doc. in aut. res quæ. C.cõi. de le. qđ verũ ẽt si includat ĩ se priuatã.vide in Spec.de feu. §.q̃m ver. xvj.

quoti.& æsti.& no.Bart.in d.l.quominus.in ij.
26 q prin. † Sed pone quæstionem,quam habui de facto Veronæ. Oritur aqua in certo fundo superiore,& descendit ad partes inferiores per quendam alueum:quãdo veniunt aquæ pluuiales crescit aqua adeo, ꝙ in alueo contineri nõ potest: an tunc ille qui est in parte superiori, cogatur eleuare ripas,ita ꝙ discurrat per alueũ vsque ad ultimas partes: puta flumen vel mare: an vero possit dimittere ꝙ aqua discurrat suprà ripas. Dicitur quòd sic: nisi noceat habentibus agros inferiores iuxta ripam eleuandam.egò dico quòd cogi non potest per inferiorem,sed inferior bene poterit munire & eleuare suis expensis. vt est casus in d.l.j.§.fin.& hoc intellige,quãdo pacto vel vetustate ita debet duci aqua per dictum alueum vel locum:ut gl.no.ibi in ver.munire.aliàs secus. Item hoc intellige quando per alueum aqua discurrere potest sine damno superioris. Secus si fieret damnum superiori: quia aqua inundaret agros superiores. exemplum, si à lateribus aluei discurrunt aquę in partibus superioribus: nam hoc casu ripæ non possunt eleuari: quia si alueus est inuentus ad ducendam aquam ad partes inferiores,non debet aliquid fieri in eo propter quod aqua retineatur ad partes superiores: quia istud est cõtra naturam agri, quę est vt aqua descendat, & inferior ipsam recipiat: vt d.§.denique quod perpetuo tene menti: qa sæpe de facto contingit.& adde quod dixi infe-
27 rius. † Quinto principaliter quæritur, quis possit concedere & habere totam seruitutem aquæductus: & quis possit cogi ad aquam ducendam. Circa quod si dicas: aut quis vult cõcedere aquæductũ est flumine priuato suo, aut ex flumine priuato alterius, aut ex flumine publica. Primo casu quando flumen est suum proprium, potest regulariter ex eo concedere aquæductum.l.Lucio.ff.de aqua quotid.& æstima.& l.in concedendo.ff.de aqua plu.argum.& l.ij.& l.aquam.C.de ser.& aqua.& l.ex meo.ff.de seru.rust.præ.& l.via constitui.§.si lacus.eo.ti.& est ratio,quia ĩ re sua quilibet est moderator & arbiter.l.in re mandata.C.man.
28 † Et flumen potest dici priuatum esse alicuius,tribus modis. Primo ratione originis ipsius fluminis: puta quia habet ortum in fundo suo: vt d.l.quam & l.ex meo.cum alijs ibi allega.& l.si quis diuturno.ff.si serui.vendice.& l.præses.C.de seruit.& aqua. Secundo ex principis concessione.arg.l.ij.in princi.ff. ne quid in loc.publ. Tertio ex consuetudine vel præscriptione.arg.d.l.j.§.deniq; & §.fin.cum l.sequẽ.ff.de aqua plu ar.& l.ij.cum ibi no.C. de seru.& aqua.& dixi in q.præce. Secundo casu quãdo flumen est priuatum, quia alterius: & tunc regulariter quis non potest concedere aquędu ctũ ex illo flumine,nisi qui est dominus illius fluminis,vel eius voluntate: vt l.ij.& l.aquam C.de seruit.& aqua. & in his casibus si flumen priuatum est perenne,potest esse seruitus aquęductus. Sed quando flumen non est perenne, ista constitutio seruitutis de rigore non tenet: sed de æquitate sic: vt l.ij. & ibi hoc not.Bar. Ange.& Doctor.ff.commu.præd. Posset etiam in his duobus princeps, vel statutum disponere pro publica vtilitate a quòd vici possint illam aquam ducere ad agros suos irrigandos, vel ad alios vsus: prout no.in l.fi.C.contra ius vel vtil.pub.& in c.quæ in ecclesiarum. extrà de constit. Tertio casu, quando flumen est publi. puta quando est perenne: vt l.j.§.flum.ff. ne quid in loc.pub.quod potest esse tribus modis. vno modo flumen nauigabile: vt est Padus, Athesis, & Brenta.alio modo dicitur flumen pu. quod non est nauigabile: sed trahitur ex flumine nauigabili.vt l.j.§.non autem.cum ibi no.ff.ne quid in lo.pub.& dicitur per Bart. in l quominus. in princip.in ij.& iij.opin.& in ij.q.ff.de flum.& in istis duobus casibus quæritur aquæduct. dupliciter.s.ex concessione principis, cuius sunt omnia talia flumina: vel ex concessione ciuitatis,quæ habet merum imperium: vt dixi in q.præce. Secundo per tantum tempus cuius initij memoria non existat: ut l. hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua plu.argu.& habetur per gl.in l.imperatores.ff.de seru. ru. præd.non autem per priuatum concedi potest. vt l.ij.ff.communia præd.& adde quod dixi in præce.quæ.prin. Tertio modo dicitur flumẽ publicum,quando non est nauigabile,nec facit aliud nauigabile,puta si est quidam alueus paruus,vel fons: & tunc acquiritur etiam siue cõcessione alicuius, sed per suam occupationem, sicut cætera quæ sunt in nullius bonis: & qui primo occupat,præfertur omnibus. in d.l.quominus.& ibi per Bart.in iij.q.princi. & l.si mihi eodem tempore §.si fundo. & l.imperatores.ff.de seru.rustic. præd.dummodo per istum aquæductum non fiat iniuria seu damnum vicinis circuncolentibus. vt habetur in d.l.imperatores.& in l.ij.§.sunt qui autem putant.in fine.ff.ne quid in flum.pub.& adde quod dixi in q.præcedenti,ad fi.& adde etiam quæ dixi in l. præceden.in iij.q.prin.in ver. item imperator seu princeps.vsque ad fi.illius. Item ille potest habere seruitutem aquæduct. qui habet fundũ ad quem ducitur: puta causa ipsum irrigandi: aliàs secus: ut l.j.ff.communia præd.cum si.suprà in prin.in diffinitione huius seruitutis. Itẽ ille qui emit vel aliter acquisiuit prædium,cui seruitus aquædu.debebatur,potest & debet seruitutem habere: quia illa seruitus debita prædio acquisito transit cum prædio. vt l.si aquæductus.ff.de contrah.em.& l.si partem. in princi.ff.de serui.rust.prædi.Secus si prius seruitus prędio non debebatur,quia vendito fundo,vel aliter alienato,non debetur seruitus aquæduc. vel alia seruitus,nisi dictum sit: vt in l.vendendo.in prin.& ibi hoc no.glo.ff.de contra.emp. & ita etiam tenet Bar. in l.via constitui.§.quocunque.ff.de ser.rust.præ. Item quis potest habere seruitutem aquæduct.in omnibus casibus in quibus potest eam acquirere. De quibus vide in q.præceden.etiam n quibus potest serui

tus

tus aquæduct.concedi, vt dicam in vij.q.princ. Item regulariter quis non potest cogi ad aquã ducendam maxime iure seruitutis, quia natura seruitutis non est ut quis aliquid faciat, sed aliquid patiatur, vel non faciat, vt l.quot.la j.§ fi. ff.de seru.& adde quod dixi suprà in iij.q.princ. post prin. & quæ plenissime dicta sunt in præcedenti li.in iij.q.prin. & quod dicam in sequẽ.q. uersicu.sed quid si tu cui primo concessi etiam.

29 † Quęro sexto principaliter, cui vel q̃bus possit seruitus aquæductus concedi. Et dic, quòd potest concedi pluribus & per eundem locum, vt eiusdem diebus vel horis ducatur, si omnibus sufficiens est, ut l.ij.§.si aquæductus.ff.de serui. rust.præd.& l.Lucio.ff. de aqua quotid. & æsti.

30 † Sed si concessi primo vni *a*, an possim postea alteri concedere? Distingue breuiter sic, Aut ille cui primo concessi, cõsentit & possum. l.in concedendo.ff.de aqua plu.arc.& not. glo. in l.Lucio ff.de aqua quo.& æsti.facit l.aquam. c.de seru.aut non consentit & tunc aut per istã concessionem secundam ei nocet, puta quia aqua non est sufficiens utrique, & pro eodem tẽpore conceditur, & tunc non potest, ut d.l.in cõcedendo.& per l.per quem locum.ff. de ser.ru. præd.& d.l.aqua. Aut per istam secundam concessionem non nocet primo, cui est facta concessio, puta quia aqua est sufficiens utrique. vel diuersis temporibus conceditur, & tunc potest, vt d.l.ij.§.si aquæduc.& d.l.Lucio. & ibi gl.no. etiam glo.in d.l.aqua. Et ita fuit determinatum Bononiæ, ubi communitas concesserat aquam, & fratres minores, quibus secundò commune concessit, nolebant, & fuit iudicatum quòd valeret secunda concessio, quia non derogabat priori, ex quo aqua vtriq; sufficiebat, vel sufficere poterat, per prædicta. Sed quid si conceditur pluribus simul vel separatim, vel simpliciter seruitus aquæductus, ita quòd valeat, quia omnibus sufficit & non conueniunt quemadmodũ vtantur? Dic quòd vtile iudicium communi diuidundo eis datur, ut scilicet aqua vel mensura vel temporibus diuidatur, ut d.l.Lucio.cum gl.

31 † Sed quid si tu, cui primo concessi seruitutẽ aquæductus, uis postea alteri concedere, an possis? Et in hoc considera quatuor casus. Primus est, si uis concedere, ut ille extrahat de fundo primi cuncedentis, & non potes, ut l.ex meo.ff. de ser.rusti.prædio. Secundus casus, si vis concedere, vt extrahat de fundo medio, per quẽ aqua ducitur canali, per quod perueniat ad fundum tuum, & idem, quia illa seruitus aquæductus est ibi concessa pro necessitate fundi tui, & non alterius. ut l.ergo.ff.de ser.rust.præ.nec potes illã aquam tanquam tuã concedere alteri, quia non est tua antequam ingrediatur fundum tuũ, ut l. j.§.illud.ff.de aqua quo.& æsti. Tertius casus, si vis alteri concedere, postquam in fundũ tuum aqua ingressa est, & potes, quia effecta est tua, nisi nocitura sit meo fũdo, ex quo seruitus inducitur, ut d.§.illud & no.gl.in d.l.ex meo.& dixi suprá in iij.q.prin circa princ. Quartus & vltimus casus est, si aqua exiuisset de fundo tuo, & tu regulariter nõ posses alteri concedere dictã aquam quia eadem ratione quàm primũ aqua ingressa est alium fundum vicini, est effecta sua, vt d.§.illud.ergo de ea tu non potes disponere. Sed ista regula fallit, quando ista seruitus imponeretur per te, antequam peruenerit ad locum inferiorem de ipsius voluntate.per l.aquam.C. de seruit.& aqua. Exemplum, aqua dum exiuit de fundo tuo, potest discurrere per diuersa loca ad fundos vicinorum, & est in potestate tua, per quam partem facias exire aquam, nam potes cũ vno vicino inferiori, si aqua est utilis, conuenire de dimittẽdo dictam aquam ad fundum suũ, cum hoc quòd postquam irrigauerit fundũ, teneatur mitterre ad alium certum fundum inferiorem, & isto modo potero imponere seruitutem aquæduc.postquam exiuerit de fundo tuo, ut d.l.aquam.vbi hoc probatur. C. de seruit.& aqua. Et prædicta omnia intellige, quando ille cui conceditur seruitus aquæductus habet fundum ad quem aqua duci debet, aliàs secus.ut l. j.ff.com.prædi.& dixi in q.pręcedenti ante fin.

32 † Quæro septimo principaliter, quomodo, & qualiter, & quando, & per quem locum cõstitui vel acquiri possit seruitus aquæduct. Et dic, ꝙ acquiri potest his modis, de quibus suprà in iij. quæstione prin.facit l.via.ff.de seruit Item seruitus aquæductus olim nõ nisi ex capite vel fonte constitui poterat, sed hoc hodie ex quocũq; loco constitui potest, ut l.seruitus aquæd.ff.de seruitut rusticor.prædior. & caput aquę seu fluminis dicitur, vnde aqua nascitur, ut l.j.§.hoc interdicto.ff.de aqua quoti.& ęsti. & not.glo.in d.l.seruitus aquę.& not. principaliter per Bart. in tractat.de insula.in ix.col.& plenius per Bal. in l.j.in vj.colum.vers.rem not. quod agit ff.de rerum diui. Item seruitus aquę inuentę & inueniendę constitui potest.l. Labeo ff.de seruitut. rust.prędio.de quo dic, vt dixi suprà in j.quęst. princip. Item potest constitui seruitus & aquęduct.per interualla temporis puta certis diebus vel horis...modum.l.j.§.j.ff.de seruitu. & l.j.§. si aquęductus.ff.de seruit.rustico.prædior.& l.si sit constituta.& l.si cui.in principio ff.quemadmo seruitut.amitt.& l.si diuturnarum.& l.cum constet.in princip.ff.de aqua quot.& ęsti. Item potest constitui seruitus, vt aqua diuidat̃ *b* per mensuras, puta per vncias & digitos, ut d.l.cũ constat.in princ.& l.pe.ff.de ser.rustic prędior. & not.quòd tantum significat dicere, concedo tibi vnum digitum aquę, quantum, do tibi licẽtiam ut ducas aquam per vnum digitum ferreũ vacuum, nam per rostra animalium imaginaria, puta ferrea, vel ęnea, & per ora, & digitos solemus aquam ducere, secundum Angel. in d.l.pe.

33 † Digitus autem dicitur secundum Isid.minima pars agrestium mensurarum, & vnica quę contines tres digitos, ut dixi in l.iij in princip. in x.quęst.ff.de verbo.signi.vbi posui de ponderibus & mensuris. Item ex loco domini proprietarii, vel de eius voluntate constitui potest seruitus aquęduct.ut l.aquam.C.de seru & ex fundo liuellario, seu emphyteotico, & feudatario,

a Concess.vni. Aqua vni cõcessa potest alteri cõcedi, si utriq; sufficiat, non aliter, secundũ gl. Bar.Bal. & Do. in l.aquã.versi. sed quęro.C.de ser.& Bar. in l ĩ concedendo.ff. de aqua plu.ar. & Bal.in l.si plures.j.col.in ver. item si duo. C. de condi. inser. & in c.j.§. si q̃s de mãso.vj.col. in ver. considera ꝙ quędã. de contr. inuest.in vsi.fe. & Bar.in l.quominus. v. q.ff.de flum. & Fl.in l. per quẽ locum. ff.de serui.rust. prædic. & ĩ l.ij.§. aquæduct.ff.eo.tit.& per Alex.consi. xxj.4.parte.

b Aqua diui. Aqua pluribus debita, iure seruitutis, debet diuidi inter oẽs, quibus debet̃. Bal.in l.pe.j.colum.in versi.itẽ si duo habent. C. de condi.inser.& in l.si q̃s. & ibi Bar. C.de aquæd.lib.xj.& Bal.in ti. de pa. Cõst.§.nos Romanor.iij.colũ. ĩ fi.ver.itẽ not. q̃d interdum.

vt l.prouinciali.C.de serui.& aqua. & l.iij.ff.de
serui.& dixi in præce.lib.in iij.q.prin.in qua po
sui quæ sint illæ personæ quæ possint seruit. con
stituere. Item per quem locum viam alii conce
do per fundum, alii aquæductum concedere nõ
possum: & eodem modo si alii aquęductum con
cessero, alii ita per eandem vel ducere vel con-
cedere non potero: vt l. per quem locum.ff.de
ser.rust.præd. Facit l.in concedendo.ff de aqua
plu.arc.Item publi. loco interueniente, vel uia
pub.aquæductus concedi non potest: sed à prin
cipio interpretari debet, vt per viam pub.aquã
ducere sine incommodo pub.liceat:vt l.seruitu
tes.§.publ.ff.de ser.& non potest aqua duci per
locum pub. si damnũ faciat etiam priuato: vt l.
si per pu.ff.ne quid in loc.pu.& l.ij § si quis in
34 suo.ff.eo. tit. † Item quid si non exprimitur,
per quam partem fundi seruientis possis aquam
ducere? dic quòd poteris per quamlibet partẽ.
sed semel electa via, non poteris variare: vt l.si
cui.cum glo.ff.de seru.& l.fi.ff.de aqua quot.&
æstiu. In contrarium tamen videtur, ꝙ immo à
principio electio sit domini seruiẽtis:vt l.si via.
ff.de ser.rusti.præ. de quo dic vt plenissime dixi
suprà de serui.in uer quæro,nunquid habẽs ser-
uitutem itineris. & adde, quia aqua non debet
diuerti à solito cursu suo:& si diuertitur, debet
in pristinum statutum reduci.l.ij.C.ad l.Aquil.
& l.j.§.fin.ff.de fun.& l.j.§.si quis nouum.ff.de
ri.& dixi in tit.præcedenti.in tit.de aquædu.vi-
35 de quæ dicta sunt in seq.q.prin. † Item quid si
debetur seruitus aquæduct.ex flumine, & flumẽ
mutauit alueum? dic quòd si mutauit,quia pau
latim nõ recessit: & tunc licet alueus derelictus
efficiatur domini prædii dominantis propter vi
cinitatem: tamen perditur seruitus aquæduct.
quia eo loco,vbi nunc est flumen,seruitus impo
sita non est.vt l.hoc iure.§ si aqua.ff.de aq. qu.
& æst. Item si flumen cœpit circunfluere mu-
tato alueo:quia ex quo medius locus nõ seruit,
est interrupta seruitus:vt est casus infrà in fin.
Sed si flumen paulatim accessit fundo tuo, sub-
sequi potes,quòd locus totius fluminis tuæ du-
ctioni sit.ut d.§ si aquam.versi.sed si alluuione.
& intellige, ꝙ si flumen addidit aliquid de terra
fundo tuo: & sic paulatim recessit flumẽ à præ-
dio tuo:quia refert si subito recessit, an paula-
tim mutat alueum.ar.l.ergo.§.alluuio.ff.de ac-
qui.re.do.secundum gloss.quæ ita not.in d.§.si
aquam.in versi.cesserit.& Bart.posuit in l.quo-
minus.in xvj.q ff de flu. & licet iste intellectus
in se sit verus: tamen aliter intelligi posset ille
tex.in ver.sed in alluuione.nã ille tex.non vide
tur pati prædictum intellectum gl. videlicet dũ
dicit,accesserit,ut subaudiatur,aliquid de terra:
quia d dicit inverbo præcedenti,flumen reces-
serit,& postea subdit, si accesserit fundo tuo,in-
telligitur.s.flumen, de quo prædixerat, & non
aliquid de terra:ut est sensus, quod si flumen ac
cesserit.i.appropinquauerit fundo tuo,subsequi
põt.s.inducendo aquam ad fundum tuum ex di
cto flumine:quia locus,fluuius est.i.in quo nũc
est flumen,seruit ductioni.i.seruire intelligitur,
ex quo est in loco in quo seruitus debebatur.
Iste tamen intellectus non videtur conuenire
verbo,alluuione,posito in litera,nisi referas ip-
sum ad alium vicinum. Ex his tamen no.pro in-
telligentia huius materiæ,quæ nõ reperitur be-
ne declarata per Doctor.viij. casus principales.
Primus est quãdo ex flumine publico,quod est
propinquum,& coniunctum fundo meo, habeo
ius aquæ ducendæ. & flumen totum vno impe-
tu recedit de alueo suo, & à prædio meo nullo
loco in medio relicto, nisi alueo antiquo: quia
in medio inter flumen & fundũ meum,cui serui
tus debetur, est solũ alueus antiquus fluminis.
& hoc casu videbatur, quòd adhuc duret serui-
tus mea:quia alueus antiquus efficitur meus iu
re vicinitatis.vt instit.de re.diui.§.insula.versi.
quòd si naturali alueo. & sic non est locus me-
dius,qui impediat seruitutem.Tamen contrariũ
est verum,videlicet quòd immo seruitus impe-
diatur: quia ex quo flumen totum vno impetu
recessit,& nouum alueum facit, non reputatur
esse illud idem flumen, cui seruitus est imposi-
ta,sed aliud. & iste est propriè casus in d. l.hoc
iure §.si aquam.in j.responso, secundum intel-
lectum gl.ibi,& hoc etiam vult Bar.in d.l.quo-
36 minus.in xvj.q. † vbi vult,quòd si flumen mu
tauit alueum uno impetu, perditur ius aquæ:&
tunc videtur aliud flumen. Secundus casus est,
qñ flumen vno impetu recedit à fundo meo, &
relinquit inter fundum meum & flumen nedũ
alueum antiquum, sed etiam fundum alueum:
& tunc sine dubio nõ possum aquam ducere ex
flumine nouo ad fundum meum, duplici ratio-
ne. Prima,quia est nouum flumen, cui seruitus
non fuit imposita:vt dixi in præcedenti casu. Se
cunda,quia locus,qui est in medio alienus, mi-
hi non seruit,& propterea seruitutem aquædu-
ctus impedit.l.qui sella.§ fi.ff.de ser.rusti.præd.
& l.in tradendis.§.j ff comm.præ.& isto modo
debet intelligi d.§.si aquam. in j.& ij.responso.
Tertius casus est,qñ in medio reperitur fundus
meus proprius:& tunc est dicendum,ꝙ seruitus
impeditur,nõ ex eo,ꝙ locus medius, qui meus
est,seruitutẽ impediat:sed ex eo,quia est nouum
flumen cui seruitus nõ fuit imposita,vt dixi pri
mo & secundo casu. Quartus casus est,qñ flu-
men quod erat propinquũ fundo meo ad quem
aquã ducere poterã, discessit à prædio meo pau
latim, ita ꝙ per alluuionẽ relinquit terrã fundo
meo inter eundẽ fundũ meum & flumen: & tũc
seruitus non impeditur: quia tota dicta terra ad
dita fundo meo seruire potest ductioni aquæ:q̃a
est mea & idẽ flumen reputatur: tunc erit sicut
prius,licet recesserit de alueo suo, ex quo paula
tim recessit.ar.l.ergo.§.alluuio.ff.de acquir.re.
dom.& inst.de re.di.§. præterea ꝑ alluuionẽ.&
iste est casus in d.§.si aquam.in ij.rñso,ſm glo.
ibi. Quintus casus est contrà, qñ flumen,quod
prius distabat à fundo meo, nũc accessit fundo
meo ꝑ alluuionẽ, ita ꝙ est ei nunc coniunctum
mediante alluuione versus fundũ uicini relicta,
q̃a recessit flumẽ à fundo vicini per alluuionẽ:
& tunc idẽ qd' in casu præcedenti: quia nõ mu-
tatur,

tatur,nec interrumpitur seruitus, quoniam re-
putatur esse idem flumē, nec est locus medius,
qui seruitutē impediat,& iste est casus in d.2.re
sponso,secundū alium intellectū,quē supra de-
di. Sextus casus est, qñ flumen quod distabat a
fundo meo,ex quo habebam ius aquæ ducen-
dę per medium fundis uicini ipso uicino con-
sentiente,recessit uno impetu, & coniunctus ē
cū prędio meo. Et in hoc uidetur dicendum, ꝙ
ius aquæducēdæ non perdatur,quia si loco me
dio existētes ducere poteram, multo magis v-
bi locus nullus est medius. tamen contrarium
verius,quia non aliud flumē esse reputatur, vt
dictū est in j.& 2.casu. Septimus casus est, qñ
flumen quod erat fundo meo coniunctum,cir-
cunfluere cœpit mutato alueo,id est,per diuer
sas partes fluere cœpit aliquo loco relicto in
medio inter vnum brachium fluminis & aliud
& tunc impeditur seruitur aquæductus,quia ex
quo locus medius non seruit, interrupta dici-
tur seruitus.vt est casus in d.§.si aquam.in 3.re
spon. Subest hic ēt alia ratio impeditiua,quia
mutato in toto alueo unico impetu, dicitē esse
aliud flumen propter prædicta. Octauus & vlti
mus casus est,qñ flumen circunfluere cœpit,&
locus medius non impedit seruitutē,quia domi
nus mihi consentit,vel est meus.& in hoc puto
sic esse,dicendum,aut flumen recessit in totum
de alueo antiquo,& cœpit circunfluere,& tunc
licet esset vna ratio impeditiua,scilicet loci me
dij,tamen subest alia,quia non est amplius pri-
mum flumen, & ideo non duratius ducendi a-
quā,secundū ea quę dixi supra in tribus primis
casibus:aut flumē non recessit in totum ex al-
ueo,antiquo,ita ꝙ dici possit,primū flumen du
rare:& tūc,aut prædium meum, & proximū ve
teri alueo,vel vni brachio fluminis,& tūc pro
ea parte illius brachij debetur mihi seruitus,
quia utraque ratio impeditiua cessat.s.de loco
medio,& de nouo flumine, sed in alio brachio
fluminis,cui prædio meū non est proximū, sed
fundus alterius,& tunc aut ille non consentit,
& in illo seruitus fundo meo debetur, quia lo-
cus medius,&c.& ita tenet gl.in d.§.si aquā in
ult.respon.in verbo,circunfluere.aut dominus
medij prædij consentit,& tunc seruitus durat,
quia est vtraque ratio impeditiua,& vt breuius
pdicta intelligātur, reducas oēs prædictos octo
casus ad duas tantum conclusiones. Prima est,
si ex flumine seruitus aquęductus prędio uniꝰ
debetur, & mutatur flumen de loco suo,ita ꝙ
dici possit nouum flumen,tunc seruitus aquæ-
ductum impeditur siue sit locus medius impe-
diens seruitutē,siue non,quia huic nouo flumi
ni & alueo seruitus non fuit imposita. Secunda
conclusio, si flumen ex quo debetur seruitus
aquæductus,ita recessit de alueo suo,ꝙ non di-
catur nouum flumē,sed idem durare, & nullus
est locus medius,qui seruitutē impediat,dura-
re possit,quia nihil subest,quod seruitutē habe
atq; impedire.& prædicta oīa intelligas procede-
re posse in quatuor casibus principaliter. Pri-
mo quando ius aquæducendi debetur ex flumi
ne publico *a*. & ita posui casum supra,& tūc
requiritur,vt habetur licentia a principe uel su
periore,vt probatur d.§. si aquā.secūdū primā
lec.gl.ibi. Secundo pōt intelligi,qñ esset priua-
tus,& tunc sufficit habere licentiam a domino
quando illius pdiū,cui debetur seruitus aquæ-
ductus. Tertio pōt intelligi,si ducebā aquā per
fundū vicini,cui imposita erat seruitus, & flu-
men mutauit alueum inter fundum seruientē,
& nouum alueum,p quē aqua discurrit,dimisit
an sit seruitus extincta? Quo casu distinguitur,
aut subito recessit,& extincta est seruitus,quia
medius locus,qui nō seruit,impedit seruitutē.
Aut paulatim:& tunc durat seruitus,quia repu
tatur idē flumen:nec est locus medius,qui im-
pediat seruitutē:vt probatur in d.§.si aquā. se-
cundū secundam lecturā glossæ.ibi. Facit quod
nota.in l. conuenerit.§.j ff.de pigno. acti.& in
l.si fundus.in prin.ff.de pig. Quarto & vlt.pos
sunt prædicta procedere,qñ est quęstio,vtrū p-
datur ius occupationis, vt præferendi vicinis.
Quo casu eodē modo est dicēdū, aut flumē su-
bito recessit,& alueū mutauit,& pdit ius aquę
ducēdæ,qđ erat acqsitū occupatione:& tūc no
uo occupatore opus est. Aut paulatim:& tūc se
cus:quia ius aquæducēdæ retinet.ut no. Bar.in
l.quominus.in 16.q.de flu qui ēt subdit hoc vl
timo casu id procedere,nisi ille cui seruitus de
bebat,passus sit p annū aquā ire in sua liberta
te.quia ēt tunc perderetur ius aquæ ducendæ.
vt l.j.in prin.ff.de aqua.quoti.& æsti.& no.Bar.
in d.l.quominus.in.15.q.prin.in ver.itē secun-
37 dum requiritur. † Sed iuxta prædicta quæro,
an in casibus, in quibus p mutationē aluei flu-
minis amittitur seruitus,aquęductus de æquita
te sit restituenda, vt debeatur ex noua uel no-
uis alueis.& videtur quòd sic:ar.l.seruitutes.§.
si solum.ff.de ser.vrb.præ.sed glo.in d.l.hoc iu
re.§.si aquā.in ver.interrupta.ff.de aqua. quo.
& æsti.dicit sub dubio, forte quòd illud proce-
dit, quando debetur seruitus ex loco priuato,
& sic ex flumine priuato, secus si ex flumine
pub.ego vero non puto quòd in aliquo istorū
casuum restituatur per istum tex.& per ea quæ
dicta sunt supra. Nec ob.d.§.si sublato.quia ibi
loquitur de seruitute, quę potest intelligi etiā
eadem ex quo non mutatur locus,licet mute-
tur ędificium. ac etiam contingit propter pu-
blicam vtilitatem domorum,vt dicit Angel.de
quo dic,vt plene dixi in li.præcedenti, in ti.de
38 ser.stil.in 6.q.vbi omnino vide. † Sed quid si
ad antiquum alueum *b* flumen redit? Gl.in.d.
§.in verbo,interrupta.in fi.dicit quòd restitui
tur.quia tex.in d.§.si aquā.non dicit,quòd ser-
uitus fuerit amissa,sed interrupta,vt probatur
etiam in l.in tradendis. in fi.ff.communia præ.
& hoc intellige,nisi tanto tēpore stetisset inter
rupta,quanto seruitus amittitur.de quo dicam
infra in 10.q.prin. quia tunc seruitus amittere
tur proprie,vt d.l tria prædia. nec restituetur,
licet flumen in alueum suum redierit:& ita in-
duco dictā gl.in ver.interruptā.in fi. p d.l.tria
prædia. quod nota. & quia sæpe facta est men-

a Flum.pub. Aqua ex flumine publico potest deduci ad irrigandos agros per vicinos,dummodo faciant sine alterius iniuria. l.imperatores. & ibi Bart. & Flo.ff.de serui. ru.præ. Sed cōtra no.in l.vsū. & ibi Bar.C.de aquædu. lib.11 Vide Bart.in l. quominus. in prin.in 2. oppo.ff.de flumi. vbi dicit verū, si potest retinete flumen.

b Alueum. Flumina sunt communia u!que ad dimidiū aluei vtrinque vicinantium. Bart.in tra.de alluuion. in libro j.versi.itē videndū est.& Bal.in c.ex literis.pen.co. de proba. Et intellige de aqua,de alueo: quia nō est cōis secundum Bal.in c.j. quæ sint regalia.vide Cyn.in l. quędam. de re.diui.

tio de mutatione aluei, quæro quomodo co-
gnoſcatur alueus, ſi mutat, uel non, dic quando
deſinit eſſe prima forma omiſſa, id eſt, quando
ſic diſcurrit per alium locum, quòd aqua non
currat per primum alueum, dicitur alueus mu
tatus. vt l. adeo. §. inſulã. de re. di. §. inſulã. ver.
quod naturali alueo. & no. Bar. in ru. ff. de re. di.
39 l. 2. col. ulti. char. †Vltimo circa prædicta quę-
ritur, an cuilibet ſit licitum ducere aquam de
flumine pu. per occupationem factam propria
autoritate. *a* Et videtur quòd non. & quòd re
quiratur autoritas principis uel ſuperioris, ut
l. quominus. ff. de flumi. & l. j. §. permittitur. ff.
de aqua quo. & æſti. l. 2. in princip. ff. ne quid in
lo. pu. & per ea quæ dicta ſunt ſupra in 5. q. prin
cì. In contrariũ videtur, ꝙ licite quis poſſit au
toritate iuriſgentium occupare aquam ex flu-
mine pub quo iure flumina, & eorũ uſus. & iu
ra publica ſunt, vt inſtitu. de re. di. §. flumina,
ſed tu in hoc ſic diſtingue, Aut flumen eſt pu-
blicum, & nauigabile, aut publicum, & non na
uigabile. Primo caſu, quando eſt nauigabile, nõ
licet aquam ducere propria autoritate. & qui
pri no ducit, illicite facit, ut d. l. quominus. &
ibi hoc not. Barto. in 2. quæſtio. Secundo caſu
quando flumen non eſt nauigabile, & tunc ſub
diſtingue, Aut flumen intrat in aliud flumẽ na
uigabile, aut flumen non intrat in aliud flumẽ
nauigabile. Si intrat, aut illud eſt mare, & põt
ducere, & eſt ratio, quia propter aquarum abũ
dantiam ex uno flumine non dicitur recipere
incrementũ vel diminutionem, & ſic propter
dictam occupationem nullum detrimentum re
cipere poteſt. aut eſt aliud flumen nauigabile,
in quo intrat, & tunc aut propter dictam occu-
pationẽ & ductus aquę auertitur a flumine na-
uigabili, & facit quòd flumen nauigabile effici
tur non nauigabile, uel damnificatur nauiga-
tio, & non poteſt, ut d. l. quominus. & ibi per
Bar. in 3. op. aut auertitur aqua a flumine naui
gabili. exemplum, ſi aquã duco ex flumine ad
fuudum meum, & nihilominus poſtea in flu-
men nauigabile intrat. & iſtud non eſt prohibi
tum, ſi bene conſideras rationes prędictarũ ll.
† Et Bononienſes licite ducuntaquam de flu
40 mine Rheni. & poſtea intrat Padum, ſecũdum
Bart. qui ita no. in l. quominus. in princ. in 3. o-
pin. & quod dixi, quòd quis propria autoritate
poteſt aquam ducere ex flumine publi. non na
uigabili, quando intrat flumen non nauigabile
uel quãdo intrat nauigabile, & non impedit na
uigationem, procedit multo magis, quando in
trat flumen non nauihabile. Sed hoc tamẽ limi
ta duobus modis. Primo quãdo flumẽ eſſet pu
blicũ, hoc eſt, eſſet in uſu publico, ſcilicet fiſci
vel ciuitatis, uel alicuius municipij. puta, quia
illa aqua utitur ad molendinũ, ꝓut faciunt Bo-
nonienſes de flumine, in quo ſunt molendina
cõis Bononiæ. de quibus habetur per glo. in l.
inter publica ff. de ver. ſig. & in l. ſed & Celſus.
in prin. ff. de contrah. emp. ueluti ciuitas ad aliũ
uſum a dicta aqua. & tũc permittitur aquam du
cere, vt eſt caſus in d. l. quominus. ſecundũ unũ
intellectũ gl. ibi, & Bar. etiã ibi hoc not. in prin.
in. 2. opi. & probatur in l. j. & per totũ tit. C. de
aquęductu. li. 11. Secundo falit, quando cũ uici
norũ iniuria duceretur, ut l. imperatores. in fi.
ff. de ſer. ru. præ. & l. j. §. ſunt qui putant. ff. ne
quid in flumine pub. Et ſi dicatur, nõne eſt ſem
per uicinorum iniuria, qui non poſſunt facere
ſuum ædificium? Reſpondeo ſecundũ Bar. in d.
l. quominus. in 2. q. prin. quòd per hoc non pa-
titur vicinus iniuriam ſeu damnum *b*, ſed nõ
acquirit lucrũ, & non eſt idem, lucrum non ca
pere, & damnum ſentire. l. fin. C. de codicil. & l.
qui autem. in prin. ff. de his quę in frau. cre. cũ
ſi. Aut eſt flumen pub. ex quo aqua deducitur,
ſed non eſt nauigabile. & tunc quis poteſt lici-
te autoritate iuriſgentium aquam ex eo duce-
re, quia per iura ciuilia non eſt prohibitum id
quod eſt de iuregentium licitum, per §. flumi-
na. inſtit. de re. diui. & per l. j. §. ſunt qui putãt.
ff. ne quid in flu. pu dummodo non fiat cũ uici
norum iniuria, ſecundum Bar. in d. l. quominus
in 2. q. Sed aduerte ſecũdum eum ibi, quia quã
do quis facit illicite reſpectu priuati ducendo
aquam ex flumine publico, ille ſolus me poteſt
impedire, non alius tertius, quia quantum ad
eum, illicite facio. l. loci corpus. §. competit. ff.
ſi ſer. uen. ſed quando facit illicite reſpectu iu-
ris publici, tuuc quilibet priuatus poteſt impe
dire. & ita loquitur l. 2. § idem ait. ff. ne quid in
41 loc. publ. †Quid autem ſi aqua exit de molen-
dino *c* vnius, & alter uult eam capere & duce
re ad molendinum ſuum, ita quòd molendinũ
primum non impediat, an poſſit? & dicas quòd
aut illa aqua intrauit alueum publicum, & nõ
eſt dubium quòd poteſt. per prædicta. & ita te-
net Barto in dicta l. quominus. in 12. q. in fin.
aut non intrauit alueum publicum. & tunc al-
ueus per quem aqua ducitur ad molendinum,
eſt publicus, & poſt molendinum deſcendit per
alueum publicum, & tunc ſubdiſtingue, vt ſu-
pra dixi de aqua ex flumine publ. ducenda. aut
alueus eſt priuatus, & tunc non poteſt. ut l. in
concedendo. ff. de aqua plu. ar. cũ ſi. Quãdo aũt
dicatur alueus fluminis publici, per quẽ flumẽ
publicũ diſcurrit, & tunc eſt publicus alueus,
quia alueus eſt illius, cuius eſt flumen. vt inſti.
de re. di. § inſula. ver. nouus autẽ alueus. & l. a-
deo. § inſula. de acqu. re. do. & l. j. §. non enim.
ne quid in flu. pu. ibi. quia impoſſibile eſt ut al
ueus fluminis publici non ſit publicus. & hoc
procedit etiam ſi alueus ſit foſſa manu facta,
per quam fluit publicum flumen. vt l. j. §. ſi foſ
ſa. ff. de flu. ſecus ſi flumen aliquam terram in-
undauerit, quia tunc ille locus inundatus non
eſſet publicus. in d. §. ſi foſſa. ver. alter. aut alue
us eſt fluminis priuati, per quẽ flumẽ priuatũ
decurrit, & erit priuatus. ar. d. l. j. §. hoc interdi-
ctum. & §. itẽ ſi amnis. ff. ne quid in flu. publ. &
deſcendit ad latus fluminis pro aqua ducenda,
puta ad molendinũ, vel ad agros irrogãdos, qui
alueus eſt locus cauus ſiue foſſa. & dicitur in
uulgari forma ſeu formula. & ita appellatur qñ
que in l. j. C. de aquædu. lib. x. & appellat quã-
doque

a Propr. aut. Propria autoritate an & quando quis facere poteſt, vide ſupra de ſeruitute vrban. c. 30. c. 78. & c. 81. & in Spe. de actio verſic. item vi vult. q.

b Damnum. Damnum pati dicitur etiã is, cui aufertur cõmodum ſibi ꝑueniens ex publico, non ſi ex priuato. l. 2. §. merito. per Barto. ne quid in loco publico. l. Proculus. de dãno infecta.

c Molendino. Aqua unius molẽdini poteſt diuerti quocunq; per dominum molẽdini, & denegari alteri molendino inferius poſito, licet deducatur de flumine publico, niſi ſeruitus debeatur. Bal. in l. aquam quę, circa prin. C. de ſerui. & aqua.

doque in iure ciuili . vt l.j §.incile.ff.de riuis.
42 † Item appellatur in vulgari vallum . vt not.
Bar.in d.l.quominus.in xij.q.de flu . Item ſecũ
dum nos appellatur ſeriola. Et in hoc dic,quòd
talis locus ſiue alueus dicitur priuatus,cum per
talem locum non ſemper cucurrit aqua , vt l.j.
§.fluminum.ff.de flu.& ratio in eo §.ſi foſſa.&
Bar.in d.q.xij.vbi dicit,Aut duco aquam ex flu
mine pu.immediate per fundum meum,& tunc
non eſt dubium quòd locus eſt meus, aut duco
per fundum vicini ipſo permittente, & tunc lo-
cus eſt eius,cuius primo erat , antequam fieret
ſeriola,ut ego habeo ſeruitutem aquæ ducendæ
& ſi ille me impedit ducere, habeo interdictum
de aqua quo.& ęſti.ſi me impedit formulã ſiue
ſeriolam purgare,& reficere,habeo interdictum
de riuis.ut d.l.j.§.incile.ff.de riuis. & habeo cõ
feſſoriam.de quo uide quod dicam infra in ix.
33 q.prin. † Sed quid ſi duo volunt aquam duce
re ex flumine publico ad fundum ſuum,& ſe in-
uicem impediunt,quis præfertur ? iſta ponũtur
per Bart.in l.quominus.in v.& vi.q.princi.ff.de
flum.ubi plene examinat.& per Bal.in l.lapilli.
ver.iiij.quæro.ff.de re.diui . Ego autem dimiſ-
ſis diſputationibus ſic diſtinguo : Aut aqua po-
teſt ſufficere ipſis duobus,aut non . Primo caſu
regulariter unus alterum impedire non poteſt.
l.Lucio.ff.de aqua plu.ar.& l.ij.§ j.ff.de ſer.ru.
præ.& per ea quæ dicta ſunt ſuprà in vi.q.prin.
& ita tenet Bar.in d.l.quominus. in v.q. in fin .
hoc tamen regulariter fallit,quando ambo uel-
lent aquam ex eodẽ fluminis loco ducere . quo
caſu diſtingue,ut dicam in ſequentibus. Secun-
do caſu principali,quando aqua non eſt ſufficiẽs
vtrique,& quilibet vult in diuerſa parte flumi-
nis ex eo ducere,& tunc ſubdiſtingue:aut ambo
incœperunt eodem tempore ducere aquã , vel
occupare locum,aut unus primo incœpit, alter
pòſt,cum de primo ignoraret . aut vnus primo
incœpit,& alius poſtea , cum ſciret primum in-
cœpiſſe. Primo caſu,quando ambo incœperunt
eodem tempore, videtur quòd ſit locus gratifi-
cationi,per l.fi.ff.de re.diui. vel quòd forte diri
matur,niſi vnus potuiſſet prouidere, alter non.
ar.l.ſi quis domum.§.j.ff.loc.& no. gloſ.in l.ij.
§.j.in ver.ad obtinendum. ibi. vel die tertio.ff.
ne quid in loco pu. quæ ponit de duobus plau-
ſtris ſibi obuiantibus , ut ponit etiam gloſſ.in l.
per agrum.C.de ſer.vel dic ſecundum Bar.in d.
l.quominus.in vj.quę.quòd vſus dictæ aquæ eſt
communicandus inter eoſdem, vel debet diuidi
per tempora & per menſuras.vt l.imperatores.
ff.de ſer.ruſti.prædior. circa quod uide quod di
xi in hac vij.q.prin.circa princ. & quod ſtatim
videtur. Secundo caſu quando unus primo in-
cœpit,alter pòſt,cum ignoraret de primo,Bart.
in d.l.quominus.in vj.q.dicit idem quod proxi
mo caſu præcedenti,quia paria ſunt, quòd am-
bo ſimul incipiant, vel quòd vnus incipiat,& al
ter ignorans poſtea incipiat , ſicut quando duo
plauſtra ſe inuicem obuiant inviam arctam.per
quam vnum tantum plauſtrum tranſire poteſt,
& vnum primo ingreſſum eſt viam,& aliud po-
ſtea non præuidens primum.vt not.gl.in d.l.ij.
§.1.& in 3.lectu.ff.ne quid in loco publico.in
44 d.6.quæſtio.in fin. † Eſt ergo cautela , vt ille
qui primo ingreditur viam cum plauſtro , illi
qui primo incœpit ædificare aut aquam duce-
re , quòd ipſe proteſtans occupat & occupare
intendit *a* vſum dictæ aquæ ad tale ædificium.
Item bonum eſſet ſi quis cum iudicis autorita-
te opus inciperet,hoc tamen non ſemper eſt de
neceſsitate,vt l.quanuis.de acq poſ.& iſtis caſi-
bus ipſe proteſtans profertur : vt dicam in ter-
tio caſu ſequen. ego autem in iſtis duobus caſi-
bus puto aliter dicendum: videlicet aut iſti qui
eodem tempore volunt ducere aquam vel occu
pare,vel vnus primo,alter pòſt , faciunt in flu-
mine aut in illo loco proximo fluminis , vel ſi
faciunt,in ripa fluminis. & tunc licet proprie-
tas ripæ ſit eorum qui prope ripam prædia poſ-
ſident , quia tamen vſus ripæ fluminis eſt com-
munis,vt l.riparum.ff. de rerum diuiſ. & inſtit.
eod.§.riparum,dicendum eſt, quòd tantum iu-
ris habet vnus,ſicut alter,& ſic ſunt pares in iu
re. Et propterea concludendum eſt , vt dicit
Bartol.in dicta l.quominus.in vj.quæſtio.vide-
licet quòd aqua diuidatur per menſuras vel tẽ-
pora,quod intellige,ſi commode diuidi poteſt ,
ita quòd proſit vtrique:aliàs puto quòd ſorte
ſit dirimendum,per l.in tribus.ff.de iudi.& per
gloſſ.in d.l.ij.§.1. ff.ne quid in loco publico.ſi
vero faciunt opus non in ripa fluminis , ſed in
loco proximo ripæ,& tunc aut ille locus eſt pu
blicus aut priuatus. Si eſt publicus,ille eſt præ
ferendus cui eſt permiſſum à principe vel a ſu-
periore,quia per locum publicum non licet pri
uato propria autoritate aquam ducere,vt l.ſer-
uitutes.§.publico. ff.de ſeru. & l.2.in princi.ff.
ne quid in loco publico. cum ſimil.aliàs erit lo
cus gratificationi principis vel ſuperioris , ut l.
fin.ff.de re.& ſumpt.fune. & per gloſſ. in d.l.ij.
§.1.in 3.lectu. Si locus eſt priuatus,& tunc di-
cendum eſt , aut ille locus eſſet ædificantis pri-
mo,aut vicini , qui etiam ſimiliter ædificauit,
aut alterius tertii. Si eſt vnius ædificantis, ille
præferetur qui in ſuo ædificauit . quia licet hoc
fecerit ſiue primo ædificauerit , ſiue ſecundo ,
quia ipſe ædificauit licite , vt l.2.§.merito.ff.ne
quid in loco publico . not.Cyn. in l.manifeſte.
C.de ſerui.& Bartol.in l.quominus. in 1.quæſt.
ſi vero locus eſt alterius tertii tantum , tunc il-
le pręfertur,cui primo conceſsit dominus loci.
aliàs erit locus gratificationi. quia per fundum
alienum priuatum non licet alicui aquam du-
cere ſine eius voluntate , vt l.2.& l.aquam.C.
de ſerui.& aqua. Secundo caſu principali quan
do vnus primo incœpit occupare, vel ędificare,
aut aquam ducere & alter pòſt ſciens primum
incœpiſſe,tunc primus præfertur , quia hoc ca-
ſu melior eſt conditio occupantis , vt d.l.2.§.
merito ff.ne quid in loco publico. & l. 2.§.cœ-
piſſe.ff.de polli.& notat Bar. in dicta l. quomi-
nus.in prima & quinta quęſtio. ff.de flumin.
Quod tamen ego intelligo ſecundum diſtin-
45 ctionem præcedentem. † Quando autem quis

a Occupare. Occupans propria autoritate in caſu quo de iure poteſt, officium iudicis poteſt implorare, vt defendatur à vi futura. Bald. in l.ſi ſeruus tuus. C. quod cũ eo.

a Occupaſſe. Occupare dicitur qui incipit opus & proſequitur, non qui deſiſtit, niſi pro modico tempore deſiſtat. Bar. in l. quominus. v.q.fi. de flum.

b Perenne. Perenne flumē dicitur, quod cōtinue currit. ſ. ī ęſtate & hyeme. Spe. de cau. poſ. & prop. verſic. iij. q. d ergo.

c Stagnum. Adde Spec. vbi ſuprà de cauſa poſ. & proprie. in princ. in viij. col. in verſ. octauum ē ut liceat

dicatur occupaſſe *a* vel incœpiſſe ædificare, vel
aquam ducere, vel vti loc. publi. vide plene per
Bar. in d. quæſt. v. & per Bal. in l. lapilli. in iiij. q.
ff. de re. diui. Et ſi quis incœpit ædificare, & di-
miſit, an & quando perdat ius prælatoris. Item
Bart. in d. v. q. & per Bald. in d. l. lapilli in v. q. &
46 ego dicam infrà in x. q. princ. † Et pro decla-
ratione omnium prædictorum ſcias & tene mē-
ti quòd non ſequitur, quis habet poteſtatē vel
ius ducendi aquam ex flumine publi vel priua-
to, ergo habet ſeruitutem aquę duceudæ. Sic in
hoc debet ita diſtingui. Aut debetur ex flumi-
ne pub. aut priuato, Primo caſu, aut prædium
dominans ad quod ducitur aqua, eſt proximum
flumini nullo alio medio: & tunc non dicitur
proprie ſeruitus, quia non debetur a prædio al-
terius quod reperitur, vt l. j. ff. com. præ. ſed de-
betur iſtud ius à lo. pub. & ita tenet Bart. in d. l.
j. aut prædium dominans non eſt proximū, aut
via pu. vel alter locus eſt in medio inter flumē
& locum dominantis, & tunc idem eadem ratio
ne. Aut eſt in medio locus priuatus, per quē du
ci debet aqua: & tunc aut flumen eſt perēne *b*,
& erit ſeruitus aquæd. ut l. j. §. aquæductus. ff. de
ſer. ruſt. & inſti. eo. §. aquæduc. & di§i in diffini-
tione in j. q. princ. Aut flumen non eſt perenne:
quia aliquando exareſcit, ſicut eſt fons, lacus, &
ſtagnū *c*: & tunc quia non habet cauſam per-
petuam, quia ſeruitutes reales debent habere
cauſam perpetuam ſeu continuam reſpectu rei,
quæ debet ſeruitutem, vt eſt caſus in l. foramen.
§. omnes. ff. de ſer. vrb. præ. & ibi hoc tenet glo.
fi. in princ. in ver. debet. in vlt. lect. quod intelli-
go vt ſeruitus imponatur directo: quia directo
imponi poteſt, ſed bene dicitur ſeruitus vtilita-
tis, vt l. ij. ff. com. prædio. quæ ita debet intelligi
ſecundum Bart. ibi, & in d. l. foramen: & ita etiā
tenet Rofred. in libellis ſuis ſuper interdicto de
fonte. & rubrica incipit, Si quis habet vſum du
cendi aquam de puteo vel de fonte. Iſta ſerui-
tus vtilitatis non poterit dici ſeruitus, quantum
ad hoc vt præſcribi poſſit, ex quo nō habet cau
ſam continuam, quia requiritur tantum tēpus,
vt non extet memoria in contrarium. & iſte eſt
caſus in d. l. foramen. §. omnes. ſecundum primā
lect. glo. ibi, quæ in ſe eſt veriſſima, per not. in l.
ſeruitutes. la grande. ff. de ſeruit. Item non po-
terit dici ſeruitus quo ad hoc quis perpetuo
eam habere poſſit, ex quo conſtituta eſt, licet
perpetuo non vtatur, quia in hoc caſu non po-
teſt ſic concedi ſeruitus iſta, vt perpetua ſit, &
iſte eſt caſus in d. § omnes. ſecundum ſecundam
lect. glo. ibi. ſed quo ad alios effectus poteſt dici
ſeruitus vtilitatis, quod bene no. Secundo caſu
principali quando debetur ſeruitus ex flumine
priuato, & tunc aut eſt perenne, & ſine dubio di
citur proprie ſeruitus directa, ex quo debetur à
fundo priuato alteri fundo priua. ſiue alius loc.
pu. vel priu. ſit in medio ſiue non, quia verba ex
mēte legis concurrunt, per l. j. § aquæduct. ff. de
ſeruit. ruſtic. prædio. cum ſimi. aut non eſt perē-
ne, & tunc non valet ſeruitutis impoſitio mero
iure, ſed de æquitate prætoris tenet. & iſte eſt
caſus in l. ij. ſecundam tertiam lec. ibi, & Angel.
ibi. ff. communia prædio. vel ſecundum Bart. nō
valet directe ſed utiliter, vt dixi, in j. caſu præc.
47 † Octauo principaliter quęro, quomodo, &
qualiter quis debeat aut poſſit vti ſeruitute a-
quæductus. Et dicas primo, quòd debet vti ſecū
dum conſuetudinē, ut l. præſes. C. de ſer. & aqua.
& l. ſi manifeſte. eod. ti. & propterea dixit Bald.
no. in ti. de pa. Conſt. in vj. colum. per illum tex.
quòd in aquis & molendinis & in ipſis aquarū
commoditatibus ſtandum eſt antiquitati. & idē
dixi ſuprà in 4. q. prin. poſt princ. & per Bar. hic
in l. qui luminibus. ibi, & ſtatim antiquorū ædi-
ficiorum. cum glo. ff. de ſerui. vrba. præ. & l. ven
ditor. §. ſi conſtat. ibi, niſi talis conſuetudo. ff. cō
mu. præd. & l. j. & l. an in totum. & ibi not. C. de
ædi. pri. Item quis debet vti ſeruitute aquædu-
ctus ſecundum formam ſtatutorum, ſi quę ſunt.
ar. d. l. qui luminib. ibi, ſecundum formam ſtatu
torum. coniuncta gloſ. & ar. d. l. an in totum. fa-
cit l. omnes populi. ff. de iu & iur. Itē debet vti
ſecundum conuentiones & pacta, quæ de ſerui-
tute inita ſunt, & probatur in l. certo generi, ibi,
quæ lex compræhenſa eſt. ff. de ſer. ru. præ. & in
l. is qui duo prædia. cum l. ſeq. & l. cum eſſent. §.
fi. ibi, niſi pactum vel ſtipulatio eod. titul. & l. ſi
quis duas. in prin. ff. communia prædior. facit l.
j ſi conuenerit. ff. depoſiti. & l. ſemper in ſtipu-
lationib. de re. iur. cum ſimi. Et ideo non poteſt
quis vti ſeruitute, niſi quatenus conceſſum eſt,
vt l. ergo. in fi. & l. ex meo. ff. de ſeruit. ruſticor.
prędio. l non modus. ff. de ſerui. & d. l. is qui duo
quę vult notabiliter quòd habens duo prædia
confinia ſuperius pacto appoſito, vt aquam ſul-
co aperto emptori educere in fundo vicini li-
ceat, non poterit emptor ex alio fundo aquam
accipere, & inferiorē venditoris ducere. Et hoc
ſequitur ſecundum Ang. per illum text. ibi, ꝙ in
vſu ſeruitutis aquæ forma data punctualiter eſt
obſeruanda. & ille cui debetur ſeruitus aquædu
48 ctus, non poteſt cum eo aliam miſcere. † Et
ſubdit quòd hoc eſt optimum ar. vt ille qui ha-
bet talem ſeruitutem ducendi aquam ad molen
dinum, non poterit propter aquarum abundan
tiam aliud molendinum cōſtruere. de quo Bar.
in l. per agrum. aliás in l. non modus. C. de ſeru.
dicit eſſe caſum in dict. l non modus eſt. & non
poteſt eo modo aliam aquam immiſcere, vt mo
lendinum celerius voluatur. Item ſi eſſet lata
ſententia à qua non fuiſſet appellatum, vel ali-
ter in rem iudi. tranſiuiſſet, tunc inter partes ei
ſtandum eſt ſecundum formā & tenorem & ſen
tentiam, ut de ſerui. l. j. & per totum. ff. de re iu-
dic. & per totum titu. C. de eo & ex eo, & maxi-
49 me in cap. cum inter vos. cum ſimil. † Sed du-
bium eſt circa prędicta. pone inter duo caſtella
erat quęſtio de ductu aquę publicę, & fuit inter
ſe lata ſententia. demum imperator conceſſit
mihi vnum de illis caſtellis, nunquid teneatur
ſeruare illam ſententiā? & videtur quòd ſic quia
caſtellum tranſit cum ſuis vitiis, ſuaque cauſa,
præſertim cum ſit uniuerſitas quædā. ff. de acti.
emp. l. in venditione. ff. de condit. & demon. l. ſi

quis

quis legata.§.fi.& ff.de contrah.emp.l.aquędu
ctus.& quia imperator non videtur velle præ-
iudicare sententiis & transactionibus,sed tacite
reseruare.ar.tex.in tit.de pace Constan.in ver.
saluo iure aquæ Lambr.& ar.l. Labeo.§.j.cum
glo.ff.fa.er.& l.in concedendo.ff.de aqua plu.
ar & l.fi.C de silen.li.12.& ideo dicit Bal. in d.
tit.de pa.Constan.in 34.col.in prin. quòd con
cessiones de bonis publicis factæ semper intelli
guntur, reseruatis iuribus & commoditatibus
cui primo facta est concessio. Facit pro hoc l.
prætor ait.§. merito. & §.si quis a principe.ff.
ne quid in loc.publ.& l.impuberi.ff.de admin.
tu.& l.nec amnis C.de eman.li.& in c.in his.cũ
glo.2.extra de priui.cum si. In contrarium vi-
detur, quia sicut princeps posset non seruare
sententiam,& vti aqua publica voluntate,vt in
c.j.in ti.quæ sint reg.in vsi.fe. ita quòd & ego
possim, qui vice principis fungor. Item facta
priuatorum fisco non præiudicant,nec tenetur
fiscus de factis illis facere mentionem l.ius pu
blicum.de pac. & l. iurisgentium.§. item nec
experiar.eo.ti.dum tamen boni viri fungantur
officio,sicut ipse princeps induxisset, si certio-
ratus fuisset. ff. de pact.l.tale pactum.§.fi.cum
ibi no.in glo.quod maxime verum est,si alium
non lædo. vt l.2.§ item Varus.ff. de aqua plu.
arc.l.j.ff.de sol.& c.suborta.in fi.extra,de re.iu
di.Nec ob.text.in d.titu. de pace Constan.ibi,
saluo iure aqua Lambr.quia ibi ius aquę cõpe-
tebat ex consuetudine *a*, quæ est fortior quã
pactum priuatorum.& ita tenet ibi Bal.& facit
quod dixi supra in 4.q.principali post prin.Itẽ
vbi non est cousuetudo, statutum,pactum,vel
sententia, dic primum locum esse consideran-
dum. nam publicus aquæductus debet habere
locum siue spatium 5.pedum,in quo loco nul-
li sint arbores,sed si quæ nascerentur, debẽt ex
cidi,vt l.j C.de aquęductu.lib.10.Si vero duci
tur per locum pu.debet esset latitudo 10.pedũ
l.omnes.§.super his.eo.ti.& ita vult Bar.in d.
l.j.& si contra fiat,pœna Imponitur,vt l decer-
nimus.eo.ti.Item debet quis ducere aquam ex
flumine,ita aut vt vicinus non noceat in eadẽ
ripa,vel in alia,vt est text. in l.hoc iute.§. si a-
quam,supra de aqua quoti.& æsti. & in l.2.§.si
quis in suo.& in l. si per publicum. ne quid in
loc.pub. vbi etiam dicitur,quòd si riuus aquę-
ductus priuato nocebit,competit actio priuato
ex l.12.Tab. vt de noxa domino caueatur. Itẽ
debet duci per locum solitum,quia aqua nõ de
bet deduci a suo solito cursu.l.2. in fin. C ad l.
Aquil. & ibi per Bald. & Docto. & l. si seruus
seruum.§.si quis aquæductus. ff.ad l. Aquil. &
nota.in l.j.C.de serui. Et ideo dicit Bal.in ca.j.
§.si quis.de manso.in 4.col.in fin.de contro in
uestit. quòd in isto aquarum ductu non solum
inspicimus principium,sed etiam loca vnde de
currit,& alueos & meatus vnde transit.& si est
uetustissimus aquæ cursus, & secundum eorũ
qualitatem de usu aquæ iudicare debemus pro
hoc quod dixi in princip.huius quęstio.& ideo
non potest duci aqua aliter quàm ducta fuerit
æstate præterita. l. j.§.quod autem.ff. de aqua
quoti. & ęsti. & intelligitur mutari alueus so-
litus,quando aquę cursus mutatur, ita vt aqua
depressior uel altior uel rapidior sit incommo
do uicinorum.l.j.§.quod autem.cum §.se.ff.ne
quid in flum.publ. Et intellige ut dixi de soli-
to cursu æstate præterita. nisi uersetur maxi-
ma utilitas ducentis, & modicum incommodũ
alterius,ut est casus not.in d.l.j.§.sunt qui pu-
tant.ff.ne quid in flum.pub.& no.Bar.in l.quo
50 minus.in 16.q.ff.de flum. † Et incommodi-
tas uicini dicitur, quando unus haberet de a-
qua,& non posset commode uti aqua iuxta so
litum,secus si esset incommoditas uel damnũ,
puta quia pauciores portabunt frumentum ad
molendinum suum propter abundantiam alte
rius,quia istud damnum non consideratur ar.l.
quęro.ff.de iure pa.& l.fi.eo.ti.& ita uult Bar.
elegãter.in d.l.quominus.in 11.q.in fi & Bal.
in l.j.in 11.col.in 14.oppos.C.de sen. quæ pro
eo.quod no.Item si seruitus aquæductus debe
tur ex flumine, & flumen mutauit alueum *b*,
an duret seruitus, & in quo loco,uide quę ple-
nissime dixi supra in 7.q.prin.uersi. item quid
si debetur seruitus aquæductus. Item habens
ius aquę ducendæ potest aquam ducere per
quamcunque partem uult ab initio,ut l.fi.ff.de
aqua quoti.& æsti. & dum dicit ibi, faciat, de-
bet subaudiri ab initio,antequam riuus sit con
stitutus,sed postquam locum eligit,non potest
amplius,ut d.l.fin.ibi,dum ne aquę & istud est
regulare.& pro hoc l.si cui.in fi.cum ibi no.ff.
de ser.& dixi supra in 12.q.principali.uersi.itẽ
quid si non exprimatur. ubi uide.& per Bar.in
d.l.quominus.in 16.opposit.quod intellige ut
statim dixi uersi.pręce.& etiam quę plene dixi
supra de seruit.iti.in 3 col.uersi.quęro nũquid
habens seruitutem itineris in fundo alterius.
in uer.seq.& per ea quæ dicuntur,declarari po
51 test ipse articulus.† Sed est dubium de quęstio
ne quotidiana. quidam habent fundum in quo
fons oritur, & per longissimum tempus, cu-
ius forte non existat memoria in contrarium,
& aqua exiens de dicto fundo per se cœpit di-
scurrere per partes inferiores patientibus il-
lis quorum erat fons,eo quia retinere dictam
aquam erat forte sibi inutile. & habentes præ
dia inferiora cœperunt dictam aquam collige-
re, & ad sua prædia duxerunt pro irrigandis
prædiis multis annis elapsis,post etiam per tan
tum tempus quòd non existat memoria in cõ
trarium, uel habentes prædia inferiora fece-
rint coadunationem dictæ aquæ, & ibi fa-
ctum fuit molendinum, & ibi stetit per lon-
gissima tempora. nunc uero habens fun-
dum superiorem, in quo aqua oritur, uult di-
uertere dictas aquas a loco prędicti molendini,
& eas ducere ad alia loca inferiora, quæ ortæ
erant pro irrigandis illis locis,uel ibi uult fa-
cere unum molendinum per se, quæritur nun-
quid possit, an uero domini inferiores,ad quo
rum prædia discurrere consueuerant, possint
contradicere & petere quòd aqua non diuer-

a Consuetu. Consuetudo in cursu aquę inspicitur, ut ibi & tenet Bar. Cęp. supra in tracta. de seru. ur.c.7.ubi uide omnino.& in l. si manifeste. ubi est casus. C. de seruitu.

b Aleum. Alueus fluminis an sit cõmunis sicut aqua, uide Bar.in tra. de alluui. j.lib. uer. itẽ uidẽdũ est utrum.et Bal.in c. ex literis.penul.colu. de proba.& uide Bar.in tract. Tyb. lib.j.6. char. uer. item uidendũ est utrũ iurisdictio.

tatur a ſuo ſolito curſu. Et primo videtur quòd
dominus ſuperior poſſit dictā aquā diuertere,
nec per inferiores poſſit impediri. quia in re
ſua iure id facere videtur. per tex. in l. fluminū
§. itē videamus. ff. de dam. inf. vbi habetur ꝙ ſi
in domo mea puteum aperio, & venæ putei tui
pręciſę ſunt, id iure meo & licite facere videor
& non teneor ex huiuſmodi facto, etiam ſi tibi
promiſiſſem de dam. infe. quia non pōt æſtima-
ri tale damnum tibi dari ex initio operis mei
in re mea, in qua meo iure uſus ſum, vt l. Procu
lus. in prin. eo. tit. quia licet in ſuo facere quod
quis vult. l. altius. C. de ser. & aqua. & l. qui lu-
minibus. cum ibi no. ff. de ſer. ur. prę. quoniam
in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter. l. in
re mandata. C. man. Secundo hoc videtur pro-
ba in l. Proculus. ff. de dam. inf. vbi dicitur, ꝙ
ſi aqua naſcitur in meo cuniculo, quæ aqua vi-
cino affert vtilitatem, licitu eſt mihi facere in
meo quicquid volo ad vtilitatem meam, & vi-
cinum dicto lucro priuari, dummodo non faciā
animo nocendi ſibi, vt l. j. §. denique el j. ff. de
aqua plu. ar. & ita vult glo. & Bar. in d. §. itē ui-
deamus. Tertio hoc videtur probari in l. ſi in
meo fundo. ff. de aqua plu. arcen. & in d. §. deni
que. vbi dicitur, ſi in meo fundo aqua oritur,
quæ ex fundo tuo venas habet, potes eas venas
in tuo excindere, ita vt ad fundum meum aqua
non perueniat, niſi ſeruitus mihi debita fuerit,
vel niſi animo nocendi feceris, vel vt agrum
tuum faceres. Quarto vbicunque quis recipit
aquam in fundo ſuo ſolitam diſcurrere ad par-
tes inferiores, & ad vtilitatem inferiorum, ſi po
ſtea emerit fundum vicini inferiorem, poteſt ad
ipſum fundum emptum aquam ducere, licet in
feriori lucrum auferat, dummodo ſuperiori nō
noceat, vt eſt caſus not. in l. j. §. illud Labeo. ff.
de aqua quoti. & æſti. Nam ſi aquam quæ alibi
oritur, poſtquam eſt ingreſſa fundū meum, poſ
ſum diuertere ad vtilitatē mei fundi empti, nō
obſtante cōditione vicini inferioris, vt ibi. & ē
gl. in l. ex meo. ff. de ſer. ru. peæ. & l. cū eſſent. §.
j. eod. ti. multo magis potero diuertere aquam
quæ oritur in meo fundo. Quinto pro hoc fa-
cit l. ſicuti. §. Ariſt. ff. ſi ſeru. uen. vbi dicitur, ꝙ
in ſuo alij hactenus facere licet, quatenus ni-
hil in alienum immittat. Sexto hoc probatur.
nam aqua oritur in fundo meo ſuperiori ibi na
ſcendo, & dicitur mei domini illius fundi. l. ſo-
lum. §. meum. ff. de rei ven. & l. de eo §. ſi quis.
ff. ad exhi. cum ſimil. & pro hac parte reperio
ita fuiſſe conſultum per do. Roſ. de Lampugna
no. & do. Chriſto. de Caſtellione, in conſ. quod
incipit, factum ſic ſe habet, quidam notabilis.
In contrarium videtur, quòd imò domines in
cuius fundo ſuperiori oritur aqua, non poſſit
diuertere ne diſcurrat ad fundum inforiorem
prius, per tex. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de
aqua quot. & æſti. vbi videtur eſſe caſus ad lite
ram pro iſta parte. nam ibi tex dicit, ꝙ aquædu
ctus cuius origo memoriam exceſſit iure con-
ſtituti loco habetur. Secundo ad idē l. j. in fi. ff.
52 de aqua plu. ar. † vbi dicit longā conſuetudinē
veluti iure impoſitam ſeruitutem videri. Ter-
tio videtur eſſe tex. in d. l. hoc iure. §. aqua. qui
dicit, aqua quæ in riuo naſcitur, tacite lucriſit
ab eo qui ducit. Quarto hoc probatur, quia re-
gulariter aqua non debet diuerti a ſuo curſu.
l. 2. in fi. C. ad l. Aquil. & l. præſes. & l. ſi manife-
ſte. C. de ſer. Et no. Bal. in d. l. 2. & in l. lapilli. ff.
de re. di, & dixi ſupra in prin. huius q. princip.
Quinto probatur ſic, tempus cuius non exiſtat
memoria, habet uim tituli vel priuilegij. d. l.
hoc iure. §. ductus aquæ. &c. ſuper quibuſdam.
§ pręterea. de ver. ſi. & habet vim ſer. iure con-
ceſſæ. ut l. 2. §. idem Labeo ait ſi in agro tuo. ff.
de aqua pl. ar. Sed ſi fuiſſet conſtituta ſeruitus
per dominum fundi ſuperioris, vel facta vendi-
tio, vel priuilegium de illo iure aquæ ducendæ
non poſſet illum curſum aquæ diuertere in prę
iudicium inferioris, cui eſſet facta conceſſio. l.
incedendo. ff. de aqua plu. arcen. & l. Lucio. ff.
de aqua quo. & æſti. ibi. & ſic per alium. Sexto
probatur in l. j. §. fi. ibi locum velit ducere im-
pune. ff de riuis. Vltimo pro hoc videtur eſſe te
xt. ad literam in l. ſi quis diuturno ff. ſi ſer. ven.
Et pro hac parte reperio plures conſuluiſſe. E-
go vero in hac q. pro veritate & omnium con-
cor. ita puto eſſe diſtinguendum, Aut dominus
qui vult diuertere aquam ne diſcurrat ad loca
inferiora, hoc facit animo nocendi dominis in-
ferioribus, & nullo modo poteſt, vt l. j. §. deni-
que Marcellus. ff. de aqua plu. ar. & ibi gloſſ. in
ver. non haberi. & no glo. in l. fluminum § ſi in
ver. non tenere me. ff. de dam. infe. quæ gloſ. in
§. fi. ſingulariter vult, quòd in dubio non præ-
ſumitur quis feciſſe animo nocendi. l. merito.
ff. pro ſog. circa quod vide quę dixi ſupra in j.
libro de ſolo ſiue area, verſi. ſed eſt dubium an
præſumatur facere ad æmulationem. & itidem
de feneſtra. in j. parte, ibi, ſecunda fallentia. Aut
non fecit animo nocendi, ſed pro ſua vtilitate,
& tunc ſubdiſtinguendum. Aut prædictis non
eſt ſtatutum, ſed generalis conſuetudo in loca
circa prædicta, vel conuentio aliqua inter par-
tes: ſtandum eſt conſuetudini vel conuentioni,
vt dixi ſupra circa princi. huius q. principalis.
53 † Et adde quòd ille qui permitit ſolam patien
tiam, nec per alia verba conſtituit ſeruitutem,
non videbitur ſeu. conſtituere, ſed ſe perſonali
ter obligare, vt l. ſi ſub vnam. § ſi quis uiam. ff.
de verbo. ob. ſecundum Bal. in ca. j. §. ſi quis. de
manſo. in 5. col. in prin. in titul. de controuer.
inueſtit. vide quod no. in d. §. ſi quis viam, & in
l. 3. §. opus. ff. de ali. iud. mu. ca. fa. & quod dixi
ſupra in 2. q. principali. Aut eſt ſententia lata
inter partes vel alios, & dic vt dixi ſupra in ver.
ſed dubium circa prædicta. Aut non eſt ſtatu-
tum, conſuetudo generalis, conuentio, vel ſen-
tentia: & iterum ſubdiſtingue: aut aqua illa diſ-
currit ad fundos inferiores iure ſeruitutis, aut
iure cuiuſdam facultatis. Primo caſu, quando
iure ſeruitutis, ſine dubio dominus ſuperior in
cuius fundo oritur, vel alias, non poteſt aquam
diuertere, & ſi diuertat, poteſt inferior agere
contra eum: vt eſt caſus in l. ſi quis piuturno. ff.
ſi.

si.ser.uen. Et intellige nedum de seruitute ac-
quisita, sed etiam quãdo quis esset in quasi pos
sessione *a* seruit.aquæ ducendæ etiam in quasi
possessione, quando eo anno usus est dicta serui
tute aquæ ducendæ . ut l.j.§. illud tamen.& §.
quod autem.ff.de aqua quot. & æstiu. & suffi-
cit eo anno vno die vel nocte duxisse ad hoc, vt
dicatur esse in quasi possessione . vt d. §. quod
autem.& not. Bal ibi.& in l Celsus.in pep.col.
in fina. C.de usuc. Nam ille qui semel possedit,
cum de suo commodo tractatur, si asserit se pos
sidere, pręsumitur possidere, nisi probetur con
trarium.l.siue possidetis. C.de prob.l.super lon
gi.C.de præd.long.temp.secundum Bald.in d.
l.Celsus.in fi.penul.col.& sufficit ista quasi pos
sessio ad hoc, vt si impediatur vel turbetur, pos
sit agere contra eum, & resistere etiam de facto
vt eleganter declarat Bar. in l.j.§ hoc interdi-
cto.versi.2.not.quòd in istis iuribus.ff. de itin.
actuque pri.& adde quod not.per.gloss.in c.cũ
ecclesia Sutrina.in ver.trium episcoporum. &
ibi per Docto.extra de causa pos. & proprie.&
per glo.3.in cap.cum ad sedem. extra de resti.
spon. Secundo casu quando ducitur aqua iure
fa u'tatis *b*, & non seruitutis, & tunc est lici-
tum superiori diuertere. nec inferior potest a-
gere, neque sibi resistere, vt est casus in l. Pro-
culus.ff.de dam.inf.& in l.se.& in l.fluminum.
§.idem videamus.eodem ti.& in l.j.§. idẽ Mar
cellus.ff de aqua plu.ar.& in l.si in meo.eo.tit.
facit l.viam publicam.cum ibi no.ff.de via pu.
& ibi ita debent adduci omnia argumenta su-
per propria parte deducta. † Sed dubitatio re-
54 manet circa prædicta, quando quis dicatur du-
xisse aquam iure seruitus vel iure simplicis fa
cultatis. Et in hoc tota vis materiæ huius con-
sistit circa quod dic, Aut seruitus est imposita
ab homine ex conuentione vel aliquo titu. in-
ter viuos, vel per instrumentum aut codicillos
vel alia vltima uoluntate, uel per sententiam,
vel est imposita seruitus a l. puta a statuto, vt
infetior possit aquam ducere ad fundum suum
inferiorem, & clarum est, quòd tunc iure serui
tu.dicitur aquam duxisse, & superior non põt
aquam diuertere contra debitam seruitutẽ.ff.
de aqua plu.ar.& per alia iura supra.ad hoc al-
legata. aut non est seruitus imposita ab homi-
ne, vel a lege, & tunc aut est præscripta serui-
tus aquęductus.& idem eadem ratione, per l.si
quis dicuntur.ff.si ser.uen. † Sed in hoc est etiã
55 dubium, quando inducatur seruitus aquædu-
ctus pręscripta, videlicet quanto tempore, &
qu,r, & quot requirantur ad istam præscriptio-
nem inducendam. Dicas breuiter de tempore,
aut loquimur de aqua quę ducitur ex publico,
aut ex priuato. Si ex publico, requiritur tantũ
tempus, cuius non extet memoria in contrariũ
vt l.j.in fi.ff.de aqua plu.ar.& l.hoc iure.§ du-
ctus aquæ.ff.de aqua quot.& æsti. Aut ducitur
ex priuato, & tunc quia regulariter habet cau
sam continuam, præscribitur x.annis inter præ
sentes.& 20.inter absentes.l. si quis diuturno :
præallegata.& no.in l.seruitutes.ff. de seruitu.
de quo dic vt dixi supra in 4. quęst.principali.
& plenius in primo libr.in 7 quæst. principali.
vbi de hoc omnino vide. Quot autem & quæ
requirantur ad istam præscriptionem inducen
dam? dic plura. Primum est, quòd sine possessio
ne vel quasi, non præscribitur.l.sine possessio-
ne.ff.de vsuca.& capitul. sine possessione.de re
gulis iur.in 6.& notat.per gloss.Bald.& Doct.
in l.2.C.de seru.& aqua.& sic requiritur quòd
non sit vsus iure familiaritatis vel simplicis fa
cultatis, vt habetur per Bar.& glo.& Docto.in
l.j.ff.de itin.actuque pri.per Bar.& gl.& Doc.
in l.qui iure familiaritatis.ff.de ser.& per Flo.
in l.seruitutes.eo.tit.& per hoc Ang.& Docto.
in c.bene extra de postu.prælat.& in c.cum ec
clesia Sutrina. extra de causa poss. & proprie.
56 † Et quòd quis fuerit usus iure seruitutis,
compręhẽdi potest ex actibus quos facit, quos
quis per se ipsum non posset facere in fundo vi
cini citra ius & nomen seruitutis, vt pręcidere
sepem, mundare vel mundari facere fossatu-
ram in fundo vicini, vel ducere aquam per fun
dum vicini quæ fieri non possunt regulariter,
nisi iure seruitutis.l.quemadmo.§.j.in fi.ff.ad
l.Aquil.arg.l.cum quidam.§.dicitur.ff.de acq.
hære.& d.l.quoties.& nota. in locis præallega-
tis. & per vicinum actum ducendi aquam ac-
quiritur ista possessio, vt dixi supra in ti.de ser.
iti.versi.vlt principaliter quęro quid requira-
tur ad hoc vt quis sit in quasi possessione ser-
uitutis.dic vt ibi dixi. Secundum requiritur, ꝙ
sit usus illa quasi possessione bona fide, credẽs
illam seruitutem sibi competere, vt d.l.2.& ibi
no.in l.fi.ff.quemad.ser.amit. Tertium requiri
tur scilicet tempus 10. ann.inter presentes, &
20. inter absentes in seruitutibus habentibus
causam continuam, sicut est seruitus aquædu-
ctus regulariter. In habentibus vero causam
discontinuam, requiritur tãtum tempus quòd
non extet memoria in contrarium, nisi allge-
tur titulus, quia tunc sufficit probatio 10. vel
20.ann.ut est gloss.not.multum in l.seruitutes
prædiorum.& ibi Ange.& Flor.& Docto. ff.de
ser.ti.generali.& est gloss.in l.fin.in ver.diu.&
ibi per Bar.& Doct.ff. de aqua plu.ar.& habe-
tur per Cyn.Bal.& Doct.in l.j.& 2.C.de seru.
& aqua. & per Bar. in l.j. §. hoc interdicto.ff.
de itin.actuque pri. Item quando ducirur aqua
ex publico, requiritur tantum tempus, quòd
non extet memoria in contrarium. vt dixi su-
pra.in ver.dic breuiter de tempore. Nec in præ
scribendo huiusmodi seruitutem, requiritur de
necessitate titulus, vt l.si quis diuturno. & ibi
no.ff.si ser.uen.& no.in d.l.j.& 2.C.de serui.&
aqua.& quando dicatur habere causam conti-
nuam, vel discontinuam, vide no.per Docto.in
d.l.seruitutes prędiorum. & l. foramen. & ibi
per glo.& Doct.ff.de ser.vr.præ.& per gloss.&
Doct.in d.l.j. Et prædictis adde omnino quæ di
xi plene supra in j.lib.in.8.q.prin. Si vero non
est seruitus pręscripta, tunc dic, aut habens fun
dum inferiorem in quasi possessione seruitutis
aquę ducendę, ad fundum suum est, & habens
fundum

a Quasi poss. Quasi possessio probatur per vsum 30.diem ad minus. not. per Bar.& Ale. in l.j.§.1. de itin.actuque priu.& plenius in l.sicuti.§.si quæritur. per Bar.si seru.uen. Ang.in l. si qs. §. differentia. de acqui. pos. & in l.3. & ibi Alex. C. de acqui.pos.

b Iure facul. Facultas libera intelligitur, dũ modo iuris ordo seruetur. Bald.in §.ad hæc. de pace iu re. fir.

fundum ſuperiorem vel altius, non põt aquam
diuertere à curſu ſuo, nec põt inferior impedi-
ri vel turbari quominus ducat aquam ad fun-
dum ſuum ſicut prius duxit, ẽt pendente iudi-
cio de aquæ ductu, donec declaretur an poſſit
aqua diuerti vt no. gl. & Bar. in l. j. § hoc inter-
dict. ff. de itin. actuq; pri. & probatur in l. pen. ff.
de aqua quo. & æſti. & ſi ille q̃ eſt in quaſi poſ-
ſeſſione, turbatur ab aliquo, põt extra iudicia-
liter de facto reſiſtere, vt eſt gl. not. in d. §. hoc
interdicto. & ibi hoc tenet Barto. ſed ſi habens
fundum inferiorem non eſt in quaſi poſſeſſio-
ne ſeruitutis, neq; eam præſcribit, neq; ſeruitus
eſt impoſita à lege vel ab homine: tunc dicen
dum eſt, habentes fundum ſuperiorem poſſe a-
quam diuertere: quia tunc aqua non videtur
diſcurriſſe iure ſeruitutis, ſed potius iure cu-
iuſdam facultatis, vt dixi ſuprà in ver. ſecundo
caſu, q̃n ducat aqua iure facultatis. & iſtud eſt
de mente gl. in l. Proculus. ff. de dam. infect. &
Bar. & Pau. de Ca. in l. fluminum. §. item videa-
mus. eo. tit. & Bart. in l. j. §. ſicut autẽ. in fi. ff. de
57 aqua plu. arc. † Dubium in hoc ſolum rema
net, q̃n dicatur aqua diſcurriſſe iure facultatis
tantum, & non ſeruitus. Et in hoc dic, ꝙ aqua
dicitur vel alicui ius aquæ competere iure fa-
cultatis, quando aqua per ſeipſam fluit ſeu di-
ſcurrit, nec interuenit aliquis hominis vſus vel
factum, puta quia per venas ſubterraneas aqua
de fundo ſuperiori diſcurrit ad fundum meum
inferiorem. nam hoc caſu ẽt ſi diſcurriſſet per
mille annos, nõ diceretur mihi ſeu fundo meo
acquiſita aliqua ſeruitus: quia aqua per ſe flu
ens non poteſt inducere præſcriptionẽ vel cõ-
ſuetudinem, cũ in pręſcriptione vel conſuetu-
dine requiratur, ꝙ ĩteruentiat aliquis actus ho-
minis, quo prĩcipiato ſufficiat aquam fluere. l.
qui fundum. ff. quemad. ſeru. amit. vt eleganter
dicit Bald. in c. j. §. ſi quis de manſo. in vj. col. ĩ
ti. de controuer. inueſt. & hoc caſu q̃n aqua per
ſe ſemper fluit, puta per venas ſubterraneas, il-
le ad quem aqua fluit, dicitur lucrũ capere. &
iſte eſt caſus in d. l. Proculus. in d. §. itẽ videa-
mus. & in l. ſi in meo. ff. de aqua plu. ar. quæ ita
debent intelligi. & ita conſului anno præterito
in ciuitate Brixiæ. Eſt & alia rõ per quam nõ
poteſt dici, ꝙ in caſu dictarũ ll. poſſit induci p̄-
ſcriptio, vel conſuetudo per aliquẽ curſum tẽ-
poris, etiã ſi eſſet tm̃ tẽpus, cuius initij memo-
ria non exiſtat in contrarium. Nam ſi quis ha-
bet fontem in fundo ſuo, & aqua per venas ſub
terraneas diſcurrit ad fundum meum, in quo
habeo puteum, quo puteo vſus ſum longiſſimo
tempore etiam per mille annos, tamen nõ poſ-
ſum dicere me præſcripſiſſe vel ex conſuetudi-
ne præſcripta acquiſiuiſſe illam aquã, quia ad
hoc ꝙ præſcribatur hmõi ſeruitus, requiritur
ſnĩa & patientia aduerſarij, vt l. ij. & ibi not. C.
58 de ſer. & aqua. † Et eſt rõ, quia in iſtis in cor
poralibus non eſt dare poſſeſſionem, vt l. ſi æ-
des. §. fina. ff. de ſeruitut. vrbanorum prædiorũ
& l. ſeruus. §. in corporalibus. & ibi gloſſ. ff. de
acquiren. rerum domini. & iſta quaſi poſſeſſio
conſiſtit in ſcientia & patientia aduerſarij, vt
eſt caſus in lege quoties la ij. ff. de ſeruit. & in
lege prima in fine. ff. de ſeruit. ruſticorum præ-
diorum & probatur in l. ij. & ibi per glo. & Do
ctor. C. de ſeruit. & aqua. & not. etiam Paul. de
Caſt. in l. j. §. denique. ff. de aqua pluu. arcen. &
dixi ſuprà in verſi. quot autem & quæ requirã-
tur. & ideo tamen iſtæ venæ ſubterraneę com
muniter ſunt occultę, & incognitæ antè quàm
fodiat vel eas præcidat habens fundum ſupe-
riorem, non poſſum dicere ipſo ſciente & patiẽ
te me vſum fuiſſe aqua putei mei, & ſic contra
ipſum pręſcripſiſſe, & propterea põt ipſas inci
dere. Teneas tamen, ſi iſta etiam non ſubeſſet,
puta quia forte dominus fundi ſuperioris ſcie-
bat per venas ſubterraneas, vel etiam ſuper ter
ram aquam ad fundum meum diſcurrere, poſ-
ſet aquam ducere, & venas ĩcidere, ex quo ſub-
eſt alia ratio, de qua ſuprà videlicet, quia ſine
facto hominibus labitur aqua ad fundum meũ,
& ſic iure tantum facultatis & non ſeruitutis,
vt dictum eſt. & prędicta intellige vera, niſi ha
bens fundum ſuperiorẽ haberet à domino fun
di inferioris, ad quem aqua diſcurrit, puta quia
dominus vtriuſq; fundi conceſſit mihi in feu-
dum fundum ſuperiorem, in quo aqua oritur,
quæ diſcurrit ad fundum inferiorem conce-
dentis quod eſt inferius: quia non eſt veriſi-
mile dominum ita conceſſiſſe, vt eleganter
not. Bald. in dicto cap primo.. §. ſi quis de man
ſo. in iiij. colum. in fine argument. lege qui bi-
nas ædes. ff. de ſeruitutibus vrbanorum prædio
rum. Item prædicta intellige vera, quando a-
qua percipitur ex loco publico: quia tunc
non poſſit aquam diuertere in eius pręiudi-
cium ſiue damnum, vt l. ſecunda. §. merito. &
ibi Bartol. ff. ne quid in loco publi. & idem no.
Bartol. in l Proculus. in fi. de dam. infect. & in
l. j. §. ſicut autem. in fi. ff. de aqua pluu. arcen. &
plenius per eundem in l. quominus. ff. de flum.
& habetur per gl. & Docto. in l. ſi manifeſte. C.
de ſer. & in l. ſi quis argentarijs. §. ſi initium. ff.
de eden. circa quod vide oĩo quæ plene ſcripſi
ſuprà in vj. q. prin. ver. vlti. circa prędicta. vſq;
in finem. Et ex prædictis ſequitur deciſio mul
tarum quæſtionum, & primo quęſtionis ſuprà
formatæ in ver. Sed eſt dubium de q. quotidia-
na, videlicet ſi aqua oritur in fundo ſuperio-
ri, & poſtea diſcurrit ad fundos inferiores,
& domini inferiores vſi ſunt dicta aqua pro
irrigandis fundis ſuis, vel fecerunt coaduna-
tionem aquæ in fundo inferiori, in quo fece-
runt molendinum ſciente & patiente domino
fundi, in quo aqua oritur, an dominus ſu-
perior poſſit aquam diuertere, vt non diſcur-
rat ad fundum inferiorem, in qua ita conclu
do: Aut habens fundum inferiorem aliquid
fecit in fundo ſuperiori, in quo aqua oritur,
puta per foſſatum aquam duxit: vel ſi mun-
daſſet foſſata in fundo ſuperiori ſciente & pa-
tiente domino, & tunc per iſtos actus vel ſimi
les videretur duci aqua iure ſeruitutis potius
quã iure familiaritatis, cũ iſta nõ poſſint in fun
do

do alieno fieri citra ius & nomen ſeruitutis, vt
dixi ſuprà in ver. ꝙ quis fuerit vſus iure ſerui-
tutis,comprehendi pōt. Et ideo dicendum,ꝙ ſi
eſt dominus inferior, in huiuſmodi quaſi poſ-
ſeſſione non poteſt de facto impediri vel aqua
diuerti : & ſi fuit in iſta quaſi poſſeſſione per
longum tēpus, ēt de iure nō poſſet diuerti , ſi
non interuenerunt ea quæ ad præſcribendā ta-
lem ſeruitutem requiruntur , ſm ea quæ dicta
ſunt s̄. Aut habens fundum inferiorem,nihil fa
cit in fundo ſuperiore vicini,puta quia per ve-
nas ſubterraneas aqua labitur,vel quia vicinus
vtebatur aqua in fundo ſuo,& p ipſum diſcur-
rebat,& poſtremo aqua exiens per ſe per fun-
dum ſuperiorem diſcurrebat ad inferiorē,& cū
ſiat potius iure familiaritatis,poterit dominus
ſuperior impune aquam diuertere : & idem te-
neo qn̄ aqua exiens de fundo primo per ſe ſine
facto hominis,diſcurrit ad loca priuata. eadem
rōne probatur in l.Proculus.& l.fluminū §.fi.
ff.de dam.infect.& in l.ſi in meo.ff.de aq.plu.
arc.quæ iura licet loquantur de aqua ſubterra-
nea,tn̄ idem eſt de aqua s̄.terram,qn̄ diſcurrit,
ſi non facto hominis,& nulla ſeruitus debetur,
quia paria ſunt iura ſupra terram & ſubtus ter
ram l.j.C.de interdict.& not.Bald. in l.lapilli.
ff.de re.diu.in ver. ex his colligitur talis diſtin
ctio.Et ad hoc facit quod not.Pau.de Caſt.de
venis coartatis,in l.diuortio.§.ſunt ī fundo.ff.
ſo.ma.Sed ſi facto hominis ducitur aqua prius
per viā vel locū publ.puta quia ducta eſt p foſ-
ſatum,vel per fiſtulas,aut canale vſq; ad fundū
priuatum,per longū tēpus,vel per tm̄ tempus
cuius initij memoria non exiſtit,an tunc dicēs
aquam dicetur eſſe in quaſi poſſeſſione ſeruitu
tis,vel præſcripſiſſe, ita vt non poſſit impediri
aquam ducere ? Et videt̄ ꝙ ſic,per ea quæ di-
xi ſuprà in ver.quot aūt & quæ requirant̄. Sed
tu dicas,ꝙ aut quærit̄ reſpectu loci pub.vel cō
munis,aut priuati proximi, aut primi dominij
ſuperioris,in qua aqua oritur.primo & ſecūdo
loco, non eſt dubiū ꝙ inferiores ſunt in quaſi
poſſeſſione, vel præſcripſerunt ſi interuenerūt
59 ea quæ requirunt̄ in hmōi præſcriptio. † Et
aduertas quia eſt differentia quantū ad tempus
inter locū publicū & priuatū : quia reſpectu lo
ci priuati ſufficit longū tēpus quo ad præſcri-
bendū ſeruitutē contra priua. reſpectu loci pri
uati l.ſi quis diuturno.ff. ſi ſer.ven. & ſæpe di-
ctū ē . Sed reſpectu loci publici requiritur vſus
tanto tēpore,ꝙ nō extet memoria in cōtrariū,
vt dixi ſuprà ī ver. dicas breuiter de tempore.
& probat̄ ī l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff. de aq.
quot.& æſti. & pro hoc eſt gl.in l.ij.in prin.in
ver.lege.ibi,vel præſcripta. quā ita ītelligo.ff.
ne quid in loco pub. quia regulariter per locū
pub.non pōt aqua duci, niſi concedatur à prin
cipe vel municipali,vt eſt tex.cū gl. & ibi Do-
cto.in l.imperatores.ff.de ſer.ruſt.præd. & pro
batur in l.iiij.§ plane.ff.quod ui aut clā.vt no.
in d.l.ij.in prin. vel niſi ſit inducta aqua per tā
tum tempus cuius memoria non extet,vt no.
Bart.in l. quominus.in j.opi.& in j.q.ff.de flu.
& ita intelligo l antepe. quæ incipit, ſuper pu-
blicis locis.ff.ne quid in lo.pub. inquantum lo
quitur in priuato ducente aquam per locū pu-
bli.ſecundum intellectum gl.ibi in verſi. anne-
xa.Et quòd requiratur tantum tempus, ꝙ non
extet memoria in cōtrarium , vt priuatus poſ-
ſit præſcribere locum pub.tenet gl. in l.impe-
ratores.& Bald.d.l.lapilli.in ij.q.de re.diu.vbi
dicit,ꝙ licet quis non poſſit præſcribere ius ha
bendi molendinum in flumine publ. quia iura
publica pupillorum non poſſunt pręſcribi.l.fi.
ff.de vſuca.tamen poſſunt præſcribi per tantū
tempus,cuius non extet memoria , quia habet
uim priuilegij.l. hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de
aqua quot.& æſti. Et hoc tempore dicit poſ-
ſe præſcribi ius habendi molendinum in flumi
ne pub.imo plus dicit quòd xxx.anni ſufficiāt
ſecundum Io.vt no.per glo.inſtit.de re.diu.§.
flumina.in uerſi.omnibus. Sed illa gl. non pro
bat hoc,quia non loquitur de præſcribendo iu
re pub.iure in quo erat licitum vnicuique . ex
quo ius piſcandi eſt commune omnibus , vt d.
l.flumina. Loquitur ergo illa gl.de præſcribē
do contra priuatū qui ſimpliciter habeat prius
ius piſcandi, & tunc bene ſufficiūt xxx. vel xl.
anni.& ita intelligo illam gl.& p hoc eſt text.
cum gl.in l.fi.ff.de vſu.& in l.ſi quiſquam ff.de
diuer.& tempo.præſcr.& hoc procedit quando
fuit in quaſi poſſeſſione iuris piſcandi,alias nō
ſufficeret ꝙ piſcatus fuiſſet xxx.vel xl.ann.vt
no.Ang.in d.l.fi. Nec obſt. pręd ictis l.fin.C de
ſac.ſan.eccl.cum aut ibi poſita,quæ incip.quas
actiones.quia loquitur quando tractatur de p̄-
ſcribendo rem priuatam,quæ ſpectat ad ciuita
tem uel locum pub.& ex prædictis diſtinguen
do ita concludas, aut quæritur de præſcribēdo
locum publ.puta deducendo aquam per viam
pub.& requiritur tantum tempus ꝙ non extet
memoria in contrarium , vt d.§ ductus aquæ.
aut de præſcribendo ius publici contra priua-
tum,puta quòd quis poſſit ſolus piſcari in flu
mine pub.& ſufficiunt xxx.vel xl.anni , ſi fuit
in quaſi poſſeſſione,piſcandi,vt d.l.fi.& ibi An
gel.in princip.ff.de vſufru. aut de præſcriben-
da re priuata contra rempublic. & regulariter
ſufficiunt xl.anni , vt d.aut.quas actiones. Aut
tractatur de præſcribendo iure priuato contra
priuatū puta ſeruitutem, & tunc aut habet cau
ſam continuam vel quaſi, & ſufficit longum tē
pus decem vel xx.ann.vt d.l.ſi quis diuturno.
aut habet cauſam diſcontinuam , & requiritur
tantum tempus , cuius non extet memoria in
contrarium,vt l.j.in fi.ff.de aqua pluuia arc.&
no.gl.in l.ſeruitutes prædiorum.ff.de ſer.ti.ge
nerali. Tertio caſu quando quæritur de præ-
ſcribendo reſpectu primi domini ſuperioris, in
cuius fundo aqua oritur . & teneo quòd nul-
lum ius ſit quæſitum contra ipſum per domi-
num inferiorem . quia quantum ad dominum
ſuperiorem fundi , in quo aqua oritur,non po
teſt dici quòd fuer t,aut ſi aliqua quaſi poſſeſ-
ſio ſeruitutis in fundo ſuo ſuperiori,nihil actū
eſt.ſed ipſe dominus ſuperior vtebat̄ aqua per
fundum

fundum ſuum ſine facto domini inferioris, vt
60 patet ex his quæ dicta ſunt. † Secunda q ex
prædictis deciditur. quidam duxit aquã per fi-
ſtulas vel canalia lignea, vel habebat ius clau-
dendi clauicam certis horis, ne aqua laberetur
ad fundum vicini, ſed vt duceretur ad fundum
ſuum: & ex iſtis fiſtulis ſeu canalibus vel claui
ca clauſa fluere conſueuit certa pars aquæ per
foramina: vel quia clauica claudebatur cũ ſtra-
mine vel ſterquilinio aut terra, ex qua aliquan-
tulum ſtillare conſueuit: quæ aqua diſcurrit per
loca inferiora, & collecta fuit per dominos in-
feriores longiſſimo tempore pro irrigãdis præ-
diis ſuis, vel pro hauſtu aquæ, vel alio vſu domi
nus ſuperior qui habet ius aquæ ducendæ, vult
ita claudere aquam, vt nihil venitus diſcurra ad
loca inferiora. domini inferiores volunt vt di-
ſcurrat illa modica aqua ſicut diſcurrere con-
ſueuit: & videtur quòd claudere nõ poſſit: quia
aqua non poteſt diuerti a ſuo ſolito curſu. l. 2.
C. ad l. Aquil. & l. præſes. & l. ſi manifeſte. cum
ibi not. C. de ſer. & de hoc videtur eſſe caſus in
terminis in l. j. §. fin. ff. de ri. In contrarium vi-
detur, quia dicta aqua non diſcurrit ad fundum
inferiorem iure ſeruitutis, ſed iure familiarita-
tis, ex quo dominus inferior nihil fecit in fun-
do ſuperiori, ſed ipſa aqua: quia commode re-
tineri non potuit, diſcurrit de ſe ad loca iufe-
riora: & quòd poſſit eam ſuperior totam con-
tinere, & ſibi conſeruare, videtur eſſe text. ad
literam in l. 3. in princip. & §. j. ff. de riuis. vbi in
princip. hæc verba ſcribuntur. Nam ſi operis
aliquid facia quis, vt magis aquam conſeruet
vel contineat, non impune poteſt prohiberi.
Deinde in §. 2. dicitur, Seruitus & Labeo ſcri-
bunt, ſi quis riuum qui ab initio terrenus fuit,
qui aquam non contineat cæmentarium velit
facere, audiendum eſſe. Sed & ſi eum riuum qui
ſtructilis fuit, terrenum poſtea quis faciar, aut
partem riui, æque non eſſe prohibendũ: & iſtud
eſt uerius. Quod tamen intellige quando hoc
facit dominus ſuperior ex urgenti neceſſitate,
vel ex magna utilitate. & ita loquitur dicta l.
3. in princip. & §. j. sed vbi non eſt neceſſitas
urgens vel magna utilitas, tunc non poteſt. &
ita loquitur l. prima. §. ſi quis terrenum. ff. de
riuis. ſecundum Bartol. ibi. qui ita concordat di
cta iura. Vel ſecundo poteſt dici & aliter con-
cordari, Aut dominus ſuperior uult facere mu
rum ad latius, ut aqua nõ uagetur, & poteſt, ut
d. l. j. in prin. & §. j. Aut uult fundum riui de ter
reno lapideum facere, & non poteſt ut dicto §.
ſi qnis. ſecundum gloſſ. ibi. uel tertio poteſt cõ
cordari, Aut uult cæmentitiũ facere, & poteſt.
Aut uult de lapidibus ordinatis, & cõpoſitis,
& non poteſt, ut uult gloſſ. in dicto §. ſi quis
terrenum. ſecundum alium intellectum. Item
quòd dixi aquam contineri poſſe, intellige quã
do dicta aqua ducebatur per dominum ſuperio
rem abſque alia obligatione. Secus ſi tenebatur
primo vel pacto vel alia obligatiõe ducere per
canalia lignea, vel clauicæ foramẽ clauderet ter
ra vel ſtramine vel ſterquilinio, & vellet muta-
re formam, puta de ligneis, facere lapideũ, vel
claudere totamẽ cum lapidibus vel ligno: quia
non poſſet in præiudicium inferiorum. ar. l. præ
ſes. C. de ſer. & l. 2. C. ad l. Aquil. cum ſim. Et in-
tellige quando nulla ſeruitus fuiſſet impoſita.
quia ſi eſſet impoſita, non poſſet mutare for-
61 mam. vt eſt caſus in l. 2. ff. de riuis. † Sed cir-
ca prædicta poteſt dubitari, quid ſi habeo ius du
cẽtur aquam per fundum tuum iure ſerui. duxi
per riuum apertum, & tunc uolo riuum ſubter-
raneũ facere. Et videtur quòd non poſſim: quia
ex hoc aufero domino ſolum commodum ap-
pellendi pecus ad dictum riuum, vel hauriendi
aquam ex eod. & ita Labeo videtur dixiſſe in l.
2. in princip. quæ incipit, Labeo. ff. de riuis. In
contrarium uidetur quòd imo poſſum claude-
re: quia quòd dominus ſoli, per quem ducitur
riuus, priuetur commodo hauriendi aquam ex
riuo, uel appellendi pecus ad eum, procedit ma
gis ex occaſione quàm ex iure. Et iſta uidetur
fuiſſe ſententia Pomponij contra Labeonem,
ut dicit Paul. in dicta l. 2. Tu uero pro concor-
dia ita concludas: Aut eſt impoſita ſeruitus fun
do vicini, ut poſſim ducere riuum apertum per
fundum, & tunc non poſſum claudere. & idem
ſi dictum eſt de riuo clauſo, quia non poteſt a-
periri, quia aut eſt dictum de riuo aperto uel
clauſo, & tunc diſtingue, aut claudendo vel a-
periendo riuum non fit deterior conditio do-
mini fundi ſeruientis, per quem duco riuum,
& teneas quòd poſſim claudere uel aperire. &
ita intlligatur opi. Pomponij per l. prima. in
fin. ff. de riuis. Aut fit deterior conditio domi-
ni fundi ſeruientis, & tunc aut eſt maior utili-
tas eius cui debetur ſeruitus, quàm domini fun
di ſeruientis damnum. & tunc aut poteſt clau
dere uel aperire, per d. l. prima. in fin. & ſic etiã
procedat opi. Pomponij. aut eſt magis damnũ
domini fundi ſeruientis, quàm utilitas domini
fundi dominantis, qui ducit aquam per riuum:
& tunc nón poteſt mutare claudendo uel ape-
riendo. & ita intelligitur opi. Labeonis. & not.
gloſſ. magnam in dicta l. 2. ff. de riuis. quam ſe-
quitur ibi Bartol. & ita etiam uult gloſſ. in l. 3.
in princip. in uer aduerſarij. eod. titu. quæ gloſſ.
ſingulariter uult, quòd quando fit cauſa ſeruan
di aquam uel retinendi neceſſario non habet
locum prędicta diſtinctio. de quo uide quod
dixi in quæſt. præcedenti. in uer. & hoc intelli-
62 ge eſſe verum. † Item iuxta prædicta dubitari
poteſt, quòd ſi quis habet ius ducendi aquam
per fundum uicini, & duxit per riuum, nunc
uult nouum carnalem uel fiſtulas in riuo col-
locare, cum nunquam habuerit, an poſſit. Dic
quòd ſic. & ſi impediatur, competit ei inter-
dictum utile de riuis, ſi propter ipſius utilita-
tem hoc facit in commoditate eius, cuius ager
eſt. ut eſt caſus in l. ſeruus. §. ſi quis nouum. ff.
de riuis. & ideo datur utile interdictum non
recte, quia directe datur, quando iã habuit, u
63 dicit ibi gloſſ. in uerbo Vtile. † Sed quid et
contra, ſi primo dixi aquam per fiſtulas uel ca-
nales per fundũ uicini, nunc uolo ducere pera-
uum? ri

uum? Dic ꝙ non poſſum.quia hoc fieret cum
incommoditate vicini ſodiendo in eius fundo.
argu.d.§.quis nouum.ff.de riuis. vbi etiam di-
citur quòd non poſſum dilatare vel attollere
vel extendere riuum vel per alium locum du-
cere.& hoc probatur etiam in l.ij §. quod au-
tem ait.ff.ne quid in flumine pub.& in l.j.§.re
ſtituas.ff.ne quid in loco publico. Et adde quæ
dixi ſuprà in ij.col.huius viij.q.principalis, in
verſi.item habens ius aquæ ducendæ. Tertia
quæſtio principalis ex prædictis decidi poteſt,
ſi aqua oritur in fundo Titij, & diſcurrit ad
fundum Sempronium, & ex fundo Sempronij
ad fundum Gaij, nunquid Sempronius poſſit
aquam poſtquam eſt ingreſſa fundum ſuum, ip
ſam continere vel diuertere ad alium fundum
ſuum inferiorem, ita vt ad fundum Gaij nõ p-
ueniat, ad quem eſt ſolita peruenire. & videtur
quòd poſſit eam continere, vel ad alias partes
ſuas vel alias ducere, vt l.j.§. illud Labeo.ff de
aqua quo.& æſtiu.& eſt gl.in l.ex meo. & in l.
cum eſſent.§ j.ff.de ſer.ruſt.præ.& ſæpius hoc
dictum eſt.Contrarium videtur tenere Bald.in
l.lapilli. in ij.col.circa fi.ver.tu diſtingue. qui
dicit, Aut aqua naſcitur in prædio, & potes eã
mihi impedire, quia beneficio tuo ex prædio
tuo habeo.aut in agrum meum aliunde venit:
tunc cum habeam ego inferior beneficium à
te, nõ potes mihi auferre, eum tibi non proſit,
& mihi noceat. & ſic Bal.videtur Semproniũ,
qui in medio eſt non poſſe aquam diuertere,
quando mihi nocet, & ſibi non prodeſt. & ſic à
contrario videtur ſentire, ꝙ ſi ſibi prodeſt, poſ-
ſe diuertere. Ego vero puto aliter diſtinguẽ-
dum. aut quæritur de impedimento domini ſu
perioris fundi, in quo aqua oritur: aut de im-
pedimento Gaij domini inferioris. Primo ca
ſu conclude, aut eſt impoſita ſeruitus fundo in
feriori certo modo, & ſecundum illum modũ
aqua debet duci, & non aliter.arg.l.ij.in fin.de
riuis.& l.ſi in meo.in fi.ff.de aqua pluu.arcen.
& arg.eorum quę dixi in prin.huius viij. quæ.
principalis.aut eſt impoſita ſeruitus, ſed non li
mitata: & tunc idem, quando vellet diuertere
ſuprà, contra debitam ſeruitutem. Aut nõ vult
facere dominus inferior contra debitam ſerui
tutem: quia fundo ſuperiori nulla debetur ſer
uitus: & tunc dicas, quòd dominus ſuperior
regulariter non poteſt impedire, poſtquã aqua
eſt ingreſſa fundum Sempronij, niſi illa aqua,
ſeu eius diuerſio ſit nocitura fundo, ex quo a-
qua oritur: vt d.l.j.§.illud Labeo dicit.ff.de a-
qua quot.& æſti.vt no.glo.in d.l.ex meo.Secũ
do caſu principali dicas: Aut Gaius dominus
inferior habet ſeruitutem aliquam in fundo Sẽ
pronij ſuperioris, vel in quaſi poſſeſſione ſer-
uitutis dicti fundi Sempronij, non poterit Sem
pronius diuertere aquam contra debitam ſer-
uitutem.vt l præſes.& l.ſi manifeſta.C. de ſer.
& l.ij.C.ad l.Aqui.cum ſim. aut non habet Ga
ius aliquam ſeruitutem, nec eſt in quaſi poſſeſ-
ſione ſeruitutis fundi ſempronij ſuperioris, pu
ta quia aqua ex fundo ſuperior extendit ſe ad
fundum Gaij per modum facultatis, puta quia
Gaius nil fecit in fundo Sempronij. & tũc aut
Sempronius vult diuertere animo nocendi
Gaio.& non poteſt.vt l.j.§.denique.ff.de aqua
plu.arcen.& not.glo.in l.fi.§.ff.de dam. infect.
quod in dubio non præſumitur.ut not gloſſ.&
Doct in d.§.fin. & Bald in l.lapilli.in ii.col.ad
fi.ff.de re.diuin, & ſuprà in d.ver.ego vero. In
hac quæſtione pro veritate & cõcordia ſic di-
ſtinguerem: aut vult diuertere plus aquæ quã
ſit ei vtile, & non poteſt, quia propter exceſſũ
odii, præſumeretur feciſſe animo iniuriãdi ſeu
nocendi, ut eleganrer dicit Bald.in d.l.lapilli.
Aut non vult diuertere animo nocendi, & tũc
aut Sempronius habet aquam iure ſeruitutis
ſibi debitæ ex fundo Titij, in quo aqua orit̃:
& tunc aut illa ſeruitus eſt limitata, puta ut Sẽ
pronius poſſit aquã ducere ex fundo Titii ad
fundum ſuum cauſa irrigandi ipſum certis ho-
ris, & tunc videtur, ꝙ ad illum uſum tantum
poſſit vti, & non vltrà arg.l. certo generi.ff.de
ſeru.ruſt.prędi.quę limitata diſpoſitio limita-
tionis producit effectum.l.in agris.ff.de acqui.
rer.dom.& ſic, quòd vltra illum vſum nõ poſ-
ſit aquam diuertere in damnum Gaii inferio-
res. ergo tamen in hoc eredo contrarium eſſe
verius de iure, quia cum aqua ex fundo Sem-
pronii diſcurrat ad fundum Gaii nõ iure alicu-
ius ſeruitutis, ſed facultatis tantum, eſt in po
teſtate Sempronii aquam retinere vel eam di-
uertere ad alia loca: quia ſua eſt, poſtquam eſt
ingreſſa fundum ſuum, per ea quę dicta ſunt.
Nec obſt.dum dixi, limitata diſpoſitio limita-
tum producit effectum quia illa regula proce-
dit quo ad perſonam Titii ſuperioris, pro qua
limitata eſt, non quo ad perſonam Gaii infe-
rioris, cum qua nihil conuentum eſt. Vnde po
terit dicere Sempronius Gaio, quantum ad te
pertinet, liberas ædes habeo.l.loci corpus.§.
competit.& ibi Flor.ff.ſi ſerui.vendic. Facit l.
ſi prior.§.ſi ſimpliciter.ff.qui pot.in pig.ha. &
64 l.fin.C.de rei ven. † & quia regulariter poſ-
ſum opponere de iure tertij, quando eſt ex-
cluſum ius agentis, vt not.in d.§.competit.&
per Cyn.& Docto. in l.cum ſeruum quiſpiam
C.de ſeru.fug. & per Bartol.plene in l.ii.ff.de
re iudica.& per Bartol.& Bal.in aut. qui rem.
C.de ſac.ſanct.eccleſi.& per Flo.in l.is conſe-
quenter.§ j.ff.fami.ercis.& per no.per Barto.
Bal.& Doct.in l.fin.alienam.ff.de ſol.mat.Aut
eſt ſeruitus impoſita fundo Sempronii per Ti
tium dominum ſuperiorem limitata, ſed ſim-
pliciter, videlicet vt poſſit ducere aquam ad
fundum ſuum, & idem multo magis dicendũ
eſt, vt proxime dixi. Aut Sempronius recepit
aquam in fundo ſuo ex fundo Titii ſuperioris
non iure ſeruitutis, ſed iure facultatis, & tunc
aut Sempronius diuertendo aquam à fundo
Gaii, nihil ſibi prodeſt, & Gaio nocet, & non
poteſt diuertere, quia Gaius non recipit aquã
ex beneficio Sempronii. ita intelligatur Bal.
in d.l.lapilli.ff.de rerum diuiſi. pro quo facit l.
i.§.idem ait aquam.ff.de aqua pluu.arcẽ. Aut
diuertendo

diuertẽdo Sempronius aquam ex fundo Gaij, Gaio non nocet: quia quod tibi non nocet, & mihi prodest, faciliter concedendum est: vt l. ij.§.nec igitur.& ibi not.ff.sol.ma. & arg.l.flumi.§.fin.& l Proculus.ff.de dam.infect. Aut diuertendo prodest sibi Sempronio, & nocet Gaio, & in hoc est maior dubitatio. & Bald.videtur sentire d.l.lapilli, quòd non possit. ego teneo contrarium, ex quo semper facit in suo, & auferre lucrum Gaio, cui nulla seruitus debetur: vt d.l.fluminum. in fi & l. Proculus. & per ea quæ dicta sunt suprà & inquantum dixi in tota ista.quæsti.quòd Sempronius potest aquam diuertere in damnũ Gaij inferioris, vel contra voluntatem Titij superioris: intellige, nisi isti tres fundi fuissent prius vnius tantum, vel nisi fuisset vnus tantum fundus, & postea fuerint diuisi, vel diuitus, inter eos, vel eorum autores, puta cohæredes vel legatarios: vel qa simul emissent dictum fundum, & postea inter ipsos diuisissent, quia tunc quilibet deberet vti aqua, sicut erat & discurrebat tempore diuisionis dicti fundi: quia sic tacite videtur actum inter eos, ex quo ita discurrebat tempore diuisionis, arg.l.qui binas ædes.cum l.sequen.ff. de serui. vrbano.prædior.& l.quod conclaue.cum ibi not.ff. de da.infect.& argumen.eorum quæ dicit Bald.in c.j.§.si quis.de manso.in iiij. colum.in fi.in tit.de controuer. inuesti. & per ea quæ dixi in versi. item prædicta intellige vera. ante versic. ex prædictis sequitur decisio multarum quæstionum. Facit l.alienatio. & l.si aq̃ductus.ff.de contrahen. empt.& l.in his.§.non debeo.ff.de reg iur. & pro hoc facit l. ædiles à
65 iure.in princip ff.de ædil.edict. † vbi dicitur, si vẽditur equus, qui habet sellam vel ornamẽta tempore quo videtur esse vendita sella, & ornamenta, vt dixi & ibi no.per Bar.in l.eum qui.§.non solum.ff.de furtis, & per Guil. Bart. & Docto.in l.si vt certo.§.vsque adeo.ff.commoda.& habetur per Ange.de Aretio institut. de actio.§.in duplum.qui dicit plus, quòd non solum veniunt ornamenta quæ habebat tempore venditionis: sed etiam antè per duos dies vt est casus mirabilis in dicta l. ædiles aiunt.§. vendidi.& ibi etiam de hoc dixi & in l.via constitui.§.fina.& quod ibi not.Bart.ff. de seruitutib.rusticor.prædio. & l.si in vendendo in princip.ff.de conrrahen.empti.cum similibus. In quibus habetur, quòd in dubio res videtur esse vendita vel diuisa libere, & non cum aliqua seruitute: quia illa iura intelligo de seruitutibus quæ habent causam momentaneam, puta itineris. Secus si successiuam, sicut est seruitus aquæductus: vt l.foramen.in princip.§.j ff. de seruitutibus vrbanor.prædiorum vt plenè dixi suprà in j.lib.de titu.de seruitu.itineris seu aditus. vbi omnino vide pro declaratione huius quęst. Nec obst.etiam l. si quis ædes.in princ. ff.de seruitu. vrbano.prædio. vbi dicitur, quòd si plures fundi qui debent seruitutem, efficiantur vnius tantum, seruitus tollitur: quia res sua nemini seruit.l.in re communi. eodem tit. & similib. postea vnus de illis venditur vel diuiditur vendi vel diuidi liberæ. Pro hoc dicta l.si vendendo. in princip. quia illa iura intelligo nisi tempore venditionis vel diuisionis aqua discurreret per fundos prædictos: quia videtur venditio & diuisio facta, vt fundi remaneant, sicut tunc reperiebantur. Sed si aqua tempore diuisionis nõ discurrebat per prædictos fundos, vel erat prius seruitus habens causam momentaneam: tunc esset aliter dicendum, nisi in diuisiõe diceretur, cum accessib.& egressib. vsq; ad vias publicas, & cũ aqs aquarũ quia decursibus, &c. vt plene dixi in dicto titu. de seruitutibus itineris, seu aditus. quæ omnia: perpetuo tene menti quia sunt quotidiana.

66 † Quarta quæstio principalis po est ex prædictis decidi in casu econuerso. Nam suprà dictum est, quando dominus superior vult præcidere venas in fundo suo ortas, & impedire ne aqua discurrat ad fundum inferiorẽ, quid ecõtra. quidam habet fundum superiorem, in quo aqua nascitur, puta profunde per quindecim pedes, quæ discurrit solum ad fundum vicini inferiorem per subterraneos meatus. & quia non transeunt meatus illi fundum vicini, aqua ascendit in fundo superiori per illos quindecim passus, & ducitur à domino superiori per fundum suum. dominus inferior fodit in fundo suo: & ex eo aqua exit ita, vt non possit amplius ascendere ad superficiem fundi superioris, quęritur nunquid possit. & videtur quòd sic, per l.flumina.§ item videamus.cum l.Proculus.ff. de dam.infect.cum alijs similibus suprà ad hoc allegatis. ego teneo cõtrarium, per tex.in d.l.fluminum.§ fina.in fine vbi dicitur, quòd si tam altè fodiam in meo, vt paries tuus stare uon possit, tibi teneor: & sic ibi probatur. si aufero tibi id quod à me non habes, nec à meo peruenit, sed à tuo, & sic infero tibi damnum, hoc de iure facere non possum: quia ibi altè fodiens qui promiserat de damno infecto auferebat lucrum, quod non proueniebat à re promissionis. Nam firmitas parietis vicini, cui erat facta promissio de dam.infecto, proueniebat à re promissionis. Nam firmitas parietis, & illud fundamentum est ipsius vicini, non autem proueniebat à domo ipsius fodientis. ideo hoc facere non potest, secundum Pau. de Cast. qui ibi dicit istum eẽ verum intellectum illius tex. quem gloss.& Doct.non viderunt: sed ita est in casu proposito, dominus fundi inferioris fodiendo in suo fundo, & aquam educendo aufert domino fundi superioris aquam quæ peruenit à fundo superiori ad inferiorem, & non econtra. ergo de iure non põt. præterea hoc ẽt probari põt: quia sicuti ædificando in meo, nõ possum mittere in alienum.l.quẽad.§.si prore. in fi.ff.ad l.Aqui.& l.si vicem.§.si ad ian.ff.qđ vi aut clam. ita videtur & multo magis, ꝙ ædificando in meo non possum auferre illud quod est alienum, nec à me habet originẽ. quia plus videt, esse auferre alienũ, quã simpliciter in alieno immittere. iuxta.l.id quod nostrũ.ff.de reg. iur.

iur.ex quo magis damnũ contingit in auferen
do rem alienam.argumento aut. multo magis.
C.de ſacroſan.eccl.& l.quanto magis.ff. de iu-
reiur. Quod ſingulariter not. quia poteſt trahi
ad deciſionem multarum quęſtionum ſimiliũ.
puto tamen ſi vellet dominus inferior in ſuo
fundo fodere,non cauſa prædictam aquam ha-
bendi,ſimiliter forte vt penum faceret ad cloa
cam,non impediretur, ſi ita clauderet meatus
aquæ ſubterraneæ, ꝙ nõ impediretur aſcenſus
eius ad fundum ſuperiorem.arg.dictæ l.flumi-
num.§.fi.ibi,vt paries ſtare nõ posſit à contra-
rio ſenſu.& arg.dict.§ fi.ver.ait Treba.ibi neq;
enim exiſtimari operis mei initio damnum ti-
bi dari in ea re,in qua iure meo vſus ſum.ff.de
67 dam.infe. † Quinta quęſtio ſimiliter decidi
poteſt, ſi aqua diſcurrat à fundo Titij ſuperio-
ri, & in fundo Sempronij inferiori per venas
ſubterraneas: & quia Sempronius non fodit ĩ
fundum ſuum,tota aqua fluere cõſueuit ex ſu-
periori fundo Titij, nunc Sempronius fodit in
fundo ſuo,& venas aperuit, ita vt tota aquatã
illa quę in venis ſuis naſcitur,quàm illa quæ ex
venis Titij fundi ſuperioris diſcurrat ad fundũ
ipſius Sempronii,& deſinat aſcendere ad ſupſi
ciem fundi Titij, nunquid ita poſſit fodere Sé-
pronius? & ex prædictis cõcludendum eſt: aut
quæritur nunquid potuerit fodere, & aquam
ducere ex venis,quæ ex fundi ſui venis proce-
dit.& ſine dubio poteſt: quia qui fodit in ſuo,
nihil mittit in alienum, nec de alieno aliquid
aufert. Aut quęritur de diuiſione aquæ quæ ori
tur ex venis ſubterraneis fundi Titij ſuperio-
ris & dicendum ꝙ non poteſt,per dictam l.flu
minum.§.fina.in fi.& per ea quæ dixi in quæ-
68 ſtio.præceden. † Sed eſt vltima prædicta quæ-
ſtio,ſi ille qui habet ius aquæ ducendæ, admi-
ſcuit aliam aquam illi quam modo ducere ſole
bat, nunquid poſſit prohiberi.dic quòd ſolum
addita aqua.ſed etiam pro tota ſimul mixta po
terit prohiberi: vt eſt tex.in l.j.§.item quæri-
tur.ff.de aqua quoti.& æſtiu & eſt ratio,quia il
la aqua mixta eſt diuiſibilis: & propterea vti-
le per inutile vitiatur.& ita vult glo.in d.§. ſe-
quenti.& pro hoc facit ratio; quia in diuiſibi-
libus vtile vitiatur per inutile: vt l.ſi ſpõſus.§.
generaliter.ff.de don.inter vir.in l. pedibus.in
prin.& ibi not.ff.de arbitris.& per Bar.& Do-
ctor.in l.j.§.pen.ff.de verb.obli. Quod intelli-
ge verum, quando aqua admixta eſt facto ho-
minis ſecus quando aqua creſcit in facto homi
nis: ſed naturaliter: quia tunc non poteſt pro
hiberi ducere totam aquam.vt eſt tex. notabi-
lis in l. hoc iure.§. aqua quę in riuo.ff.de aqua
quo.ſecundum Oldra.& Alberi.de Roſat.l. Ru
69 tilia Polla.ff.de cõtra.emp. † Vlterius quęro,
ſtatutum eſt in ciuitate, vt quis poſſit ducere
aquam ex fundo ſuperiori per fundũ vicini me
diũ ad aliquẽ fundum ſuũ inferiorẽ, ſoluendo
damnũ vicino,ꝙ cauatio fiat in fundo ſuo. qđ
ſtatutũ valet ꝑꝑ publicã vtilitatẽ: vt dixi ſu-
prà in v.q.prin.per no.in l.fi.C.ſi cõtra ius vel
vtilita.pub.Mõ quis vult dicere aquã per fun-
dum vicini ad ſuum,in quo fundo vicini ẽ fons
vel ſunt venę aquarum. & ſi poterit in eo fode
re vel per ipſum aquam ducere,miſcetur aqua
ſua cum aqua vicini,& vtraq; tranſibit ad fun-
dũ inferiorẽ, nunquid poſſit? & videtur quòd
ſic,quia ſtatutũ loquitur ſimpliciter, ꝙ ꝑ fun-
dum vicini poſſit aqua duci, ſatisfaciendo ſibi
damnũ.ergo ſimpliciter & indiſtincte debet in
telligi xix.diſtin.ſi Romanorũ. Nec diſtinguit,
an ſit damnũ reſpectu terræ fundi, vel reſpectu
aquæ ipſius: ergo nec nos diſtĩguere debemus
l.de pub. Præterea huiuſmodi ſtatutũ eſt fauo
rabile, & factum ꝑꝑ publicam vtilitatẽ: ergo
videtur eſſe in dubio intelligẽdum latè,& am-
pliandum,vbi ſubeſſet eadẽ ratio.iuxta no.per
Bart.in l.ſi Conſtan. in prin.ix.q. primæ partis
principalis.ſolu.mat & per Cy.& Doct. in l.j.
C.de adulter.& per Bald.in l.maximũ vitium.
C.de libe præ.& per modernos in l. ſi vero.§.
de viro.ff.ſol.mat. Sed contrarium dico verius
eſſe de iure. Nam illud ſtatutum debet intelli-
gi, dummodo non fiat damnum vicino in ſuo
aquędu.vt probatur in l.hoc iure.§.is qui ius
aquæ ibi, aquarum riualibus.ff.de aqua quoti.
& ęſti.& l.imperatores.ff de ſeruit.ruſti.præd.
& l.j.§.ſunt qui putant.ff.ne quid in flumine
publico. & facit quod dixi ſuprà iij.q. princi-
pali, circa finem. Item de hoc videtur eſſe tex.
in l.præſes.C.de ſer.& aqua.cum ibi no.per gl.
70 & Doctor. † Item hoc probatur ratione, qñ
priuilegiatus & cauſæ priuilegii ſunt paris po-
tentię, potior conditio eſt posſidentis:vt in c.
impari.de reg.iur. in vi.& l.ſi ſeruum.§.illo.ff.
de verbor.obligat.& not.Bart. & Doct.in aut.
quas actiones.C.de ſacroſan.ecclesi. & facit ad
hoc l.verum.§.pen.ff.de mino.in c.fi. extrà de.
ordi.cogni. Sed ille,per cuius fundum vicinus
vult ducere aquam, habet etiam aquam, quæ
eſt ſimiliter priuilegiata, vel quia eã ducit aut
ducere poteſt ad irrigandos agros: ergo non
debet ſibi auferire ius aquæ ſuæ, vt alteri con-
cedatur: iuxta no.per gl.& Doct.in d.l.præſes.
Item pro hac opinione facit l.fi.§.fina.ibi, ne
quod poſteriori datum eſt, &c.C.qui potio.in
pigno.habe.vbi probatur, ꝙ quando ſunt duæ
dotes,non debemus magis fauere vni quàm al
teri.& ſic non debemus cooperire vnum alta-
re,& aliud diſcooperire.vt ibi no.Bar.& Doct.
& gl.in aut. quomodo oportet epiſ.§. ſed neq;
effuſas in verſi.quia per illum textum.colla.j.
Et pro hoc facit etiam aut.niſi rogati.cum ibi
nota.C.ad Trebel facit etiam ad hoc, quod di-
xi,in quęſti.pręcedenti. Nec ob. quòd ſtatu-
tum loquatur ſimpliciter,vt poſſit aqua duci ꝑ
fundum vicini,ſatisfaciendo ſibi dãnũ,& debet
ĩtelligi de dãno alterius aquæ quæ gaudeat eo
dem priuilegio, per prædicta. Nec obſtat,ꝙ
ſtatutum ſit fauorabile,& in fauorem ductus,
& propter publicam vtilitatem: quia idem fa-
uor eſt in vtroque caſu: & ideo melior eſt con
ditio posſidentis, vt ibi dixi. Quæro nunc de
alia q.quotidiana, Aqua ex fundo meo ſuperio
ri deſcendit ad tuũ inferiorẽ,& inundat totum

fuudum

fundum tuum ex magna abundantia aquarum,
quæritur de duobus. Primo nunquid ego, qui
sum, dominus fundi superioris, cogar retinere
aquam in fundo meo, puta faciendo fossam, &
aggeres, & in eo aquam recolligendo, ne discur
rat ad fundum tuum. Secundo posito, quòd nõ
cogar retinere, an possim te inferiorem cogere,
vt eam in fundo tuo recipias, & fossam facias,
vel alueum, & aggeres, vel patiaris quòd aqua
descendat ex tuo ad alium inferiorem. Circa
quæ dicas, in primis tria esse consideranda.

Primum est, legis conuentio, ut si aliqua in-
teruenit, illa sit seruanda. l. j. §. denique ait. & l.
in summa. §. j. ff. de aqua plu. arc. & l. j. §. si con-
uenerit. ff. depositi. cum aliis similibus alleg. in
glo. suprà in prin. huius viij. quæst. principalis.

Secundum est loci natura, quæ debet inspici,
quæ vt realiter fundus inferior superiori ser-
uiat, vt patiatur hanc seruitutem, & teneatur su
scipere aquam fundi superioris, nisi aliter con-
uentum sit: vt dicta l. in summa. in princ. Agri. n.
naturam seruandam esse dicit dicta l. j. §. non sit
ducta. & semper inferiorẽ superiori seruire, atq;
hoc incommodum naturaliter pati inferiorem
agrum à superiore, compensareque debere cũ
alio commodo. sicut enim omnis pinguedo ter
ræ ad eum decurrit: ita etiam aquæ incommodũ
ad eum defluat: ut eleganter dicit tex. in d. l. j. §.
denique. ff. de aqua pluu. arc. & d. l. in summa. in
prin. eo. tit. Tertium est, quòd debet conside-
rari, quando non esset dicta aliqua lex inferiori
vel superiori. natura. n. loci hoc declarat: q̃a pla-
na sunt loca, ita vt nullus ager posset dici infe-
rior vel superior, tunc loci vetustas, quæ vicem
legis obtinet, & pro lege semper habetur, diri-
mendarum litium causa vtique seruanda est, vt
dicit tex. in d. §. denique ait. vers. si tantum lex.
& ibi gloss. in d. l. in summa. in prin. Quartum
etiam posset considerari, quando aliqua conuẽ
tio non esset, vel natura loci aliquid non decla-
rat, neque subest quid sit seruandum. Circa pri-
mum quando interuenit conuentio de retinen-
da superiori, ne ad inferiorem, vel de mittenda
in fundum inferiorem, dicas illam conuentionẽ
esse seruandam, & per eam seruitutem imponi:
vt d. l. j. §. denique ait. & l. in summa. in princ. ff.
de aqua pluuia arcen. coniuncta l. semper in sti-
72 pulationibus. ff. de reg. iur. † Sed dubitari po-
test, si simpliciter est imposita, vel per conuen-
tionem seruitus, vt superior vicinus teneatur
aquam retinere in fundo suo, vel quòd inferior
teneatur fossa eam recipere, nunquid superior
vel inferior teneatur purgare, vel aggeres face-
re, aut munire? Et uidetur quòd sic: quia qui te-
netur ad vnum, tenetur ad omnia, per quę per-
uenitur ad illud: vt l. ij. cum ibi notatis. ff. de iu-
risdi. omn. iud. Et qui permittit sequentia, vide
tur permittere antecedentia, quibus medianti-
bus ad sequentia peruenitur. vt probatur in l.
iij. §. j. ff. de seruit. rust. præd. & l. refectionis. §. j.
ff. comm. præd. & l. veteres. ff. de it. actuq; priua.
Et facit ad hoc quod not. Bar. in l. j. in prin. in ij.
col. in fi. ff. de noui ope. nunc. Item qui permit-
tit consequens, videtur permittere necessario
antecedens l. illud. & l. pro hærede. §. Pap. ff. de
acquir. hæred. & tex. cum glo. notabil. & ibi Bal.
C. de do. promiss. in l. ij. & pro hoc l. ad rem mo-
bilem. & l. ad legatum. ff. de procur. Sed videas,
quòd imo ille cuius fundus debet seruitutẽ, nõ
tenetur purgare, vel aggeres facere, vel muni-
re, sed solum tenetur pati, ut dominus fundi, cui
seruitus debetur prædicta vel solida facere pos-
sit. vt probatur in l. j. §. denique ait. in princi. &
§. fi. ff. de aqua plu. arc. vbi ita dicit, non ergo co
gemus vicinum aggeres munire, sed nos in eius
agro muniemus. qui tex. intelligitur, quando pa
cto vel uetustate erat inducta seruitus retinendi
aquam in fundo recipiendo aquam ex fundo su
perioris, ut dicit glo. in d. §. fi. in ver. munire. Et
ita intellige quæ dixi suprà in iiij. quæst. princi-
pali. in fi. versi. sed pone quæstionẽ, quam habui
73 de facto. † Et est ratio regulariter, ille qui de-
bet seruitutem, nõ cogitur facere, sed pati: vt l.
quoties. §. ser. ff. de ser. tit. generali. & l. & si for-
te. §. etiam. vers. nam in omnibus seruitutibus.
ff. si serui. ven. excepta seruitute oneris ferendi:
quia in illa debens seruitutem potest cogi face
re, vt l. eum debere columnam. ff. de seruit. vrb.
præd & ita tenet glo. in d. l. j. § fi. in versi. coge-
mus. ff. de aqua plu. arcen. & glo. in l. in summa.
§. j. in ver. vel re. quæ incipit, tu es. eod. titul. &
intelligo tex. illius. §. fin. non solum quando su-
perior vicinus tenebatur aquam retinere in fun
do suo: quia tunc si opus, per quod retinetur,
indiget refectione, non tenetur superior refice-
re, sed pati, quòd inferior reficiat. & ita intelli-
git Pau. de Cast. ibi summarie. §. denique ait. &
probatur in l. in summa. §. item Varus. ad finem
ibi, si velim aggerem restituere in agrum. eod.
titu. Sed etiam intelligo text. in d. §. si quando
inferior vicinus tenebatur in fundo suo recipe-
re aquam prouenientẽ ex fundo superiori: quia
tunc inferior non tenetur mundare, seu purga-
re locum, aut aggerem munire, ne aquæ discur-
rant ad fundum suum, sed tenetur solum pati vt
superior hoc facere possit, cum sit eadem ratio.
l. illud. ff. ad l. Aquil. Et hoc etiam tenet Paul.
de Cast. in d. l. summa. §. apud Labeonem. ibi dũ
text. dicit, hanc inferior vicinus non purgabit.
supplet idem in superiore, cum sit eadem ratio:
& ideo dum tex. dicit in d. l. j. §. fi. non ergo co-
gemus vicinum aggeres munire, intellige vici-
num cuius fundus seruitutẽ debet, siue sit fun-
dus superior, siue inferior: & dũ postea subdit,
quòd nos in eius agro muniemus. expone in a-
gro superiore vel inferiore seruitutem deben-
te. & dum dixit, quòd dominus prædii dominan
tis potest agere contra dominum prædii seruiẽ-
tis, vt patiatur in fundo suo purgari foueas, vel
aggeres muniri, intelligi debet quãdo dominus
fundi seruientis nullam poterat vtilitatem con-
sequi. puta ex munitione aggerum, quoniam ex
illa non posset consequi, nisi laborem & impen
sas, quo casu potest agi per dominum prædii do
minantis simpliciter, vt dominus prædii seruiẽ-
tis patiatur aggeres muniri. Sed si posset aliquã
vtilitatem

vtilitatem consequi, puta ex purgatione foueę,
seu aluei, ex pinguedine terrę quę extrahetur
de fundo suo, quia tunc si ipse dominus prædii
seruientis vellet purgare, præferendus esset do-
mino prędii dominantis non simpliciter, vt do-
minus prędii seruientis pateretur. sed alternati-
ue, vt vel purget, aut purgari permittat, ut l. in
summa. §. apud Labeonem qui ita debet intelli-
gi, secundum Bar. Paul. de Cast. Imol. & Docto.
ibi. ff. de aqua pluuia arcen. & idem tenet Paul.
in d. l. in summa. § item Varus. in fi. Et ex prę-
dictis sequitur, quòd quando superior vicinus
tenetur retinere aquam in fundo superiori, ne
discurrat ad inferiorem, & opus quod retine-
bat aquam, ne inferiori noceret, sit destructum
naturaliter, puta ex superabundantia aquarum,
vel etiam aliter, siue illud opus sit supernatura-
le, quia non manu factum, siue quasi naturale,
quia manu factũ, sed non extat eius memoria,
sed iure seruitutis retinebatur, potest vicinus
cuius fundus debet seruitutẽ, cogi, vt patiatur
opus refici, vel in pristinum statum reponi, vt
est casus in d l. in summa. §. item Varus. & ideo
hoc tenet ibi Pau. de Ca. Item ex hoc etiã sequi
tur, ꝙ si ille, qui habet seruitutem, destruit opus
propter quod aqua retinetur in fundo seruien-
tis, & nocet fundo dominanti, potest cogi ad
ponendum seu restituendũ dictum opus in pri-
stinum statum, vt l. in summa. §. item Labeo. &
hoc tenet Pau. in l. j. §. & si vicinus. eo. tit. & in-
telligitur nocere, non solum quando aqua non
debet aliquo modo descendere ad fundum infe
riorem, & nimis descendit propter destructionẽ
vel repletione foueę, quę aquam in fundo supe-
riori continebat, sed etiã in agro superiori erat
fossa, quę debebat aquam cõtinere, vt paulatim
& moderatè discurreret ad fundũ inferiorẽ, pu-
ta ad ipsum irrigandum: & sic fossa erat in fun-
do superiori propter vtilitatẽ agri inferioris, ir-
rigandi, & sic postea repleta est fouea, ut aqua
vehementior descenderet ad fundũ inferiorẽ, &
sic noceret, vt probatur in d. l. in summa. §. apud
Alphenũ. secundum Iac. de Aret. & Imo. ibi, qui
exponit illũ tex. ibi, dum dicit, aqua descendit. s.
paulatim & moderatè quod no. Item intelligi-
tur nocere, quando nocet contra factũ seu serui
tutem impositam, siue contra loci naturam aut
vetustatem. Secus si natura loci aut facto dam-
num contingat, quia tunc agi non posset, vt l. j.
§. item. & l. in summa. j. responso. ff. de aqua pl.
ar. & ita tenet Azo in summa. eod. ti. qui etiã sub-
dit, quòd nocere dicitur, vt detur actio directa *a*
aquę plu. ar. quando vicino damnum datur. sed
quando quid fit quominus aqua prosit vicino,
cessat hęc actio directa, & datur vtilis, ut d. l. j. §.
sicut autẽ. l. ij. §. item Varus. sicut etiã datur vti-
lis *b*, vbi nemo facit opus, vt d. l. ij. §. apud. &
prędicta procedunt, quando ille qui debet serui
tutem, fecit opus in fundo suo, vel remouit pro
pter quod damnũ dat fundo dominãti. Sed quid
si alius fecerit? dic vt l. quãquam Iulianus. & §.
itẽ si vero ego. & l. si colonus. & l. si tertius §.
Celsus. vsq; ad fi. l. & l. emptor. in fi. & l. vẽditor.
ff. de aqua plu. ar. & vide Pau. de Ca. in l. in sum
74 ma. §. idẽ Varus. in j. oppo. eo. titu. † Secundo
dubitari põt, an non solum dominus prędii do-
minantis possit cogere dominũ prędii seruien-
tis, vt patiatur fundũ suum purgare, vel opus re
fici, vt dixi, sed etiam dominus fundi superioris
seruiẽtis, qui iure seruitutis tenetur habere fos-
sam in fundo suo superiori, ne aqua noceat vici
no inferiori, si illa fossa indiget refectione, pos-
sit agere contra dominum prędii dominantis
ut eam reficiat taliter, quòd non noceat fun-
do superiori seruientis. Et dic quòd sic. ut est
casus valde nota. in l. in summa. §. apud Alphe-
num. ff. de aqua. pluu. arcend. secundum intelle-
ctum Paul. de Castr. & ibi gloss. intelligit illum
tex. aliter in casu e conuerso. qui intellectus etiã
põt esse bonus, & adde secundũ eum ibi, ꝙ quã-
do fundus superior debet seruitutẽ fundo infe-
riori, vt aquã retineat, si habet fossam in fundo
suo seruientẽ, tenetur pati, vt fiat opus iure ser-
uitutis, quatenus est necessarium ad eius usum,
licet ex hoc resultet dãnum. sed si illud indiget
refectione, non tenetur pati, nisi vt reficiatur:
vt d. §. apud Alphenũ. cũ ibi notatis ibi, an ille
75 qui opere manu facto. † Tertio põt dubitari,
an ille qui excludit aquam naturaliter, & iure
seruitutis, recipere fundũ suum tenebatur, ne in
suum veniat, sed in alienũ deriuetur, teneatur
aqua pl. ar. & dicendum ꝙ sic, ut l. j. §. Neratius.
cum gl. ff. de aqua plu. ar. & ideo si aqua de dire
cto pluit in fundum tuũ, & tu opere manu facto
deriuas aquam in meum, aliter quàm per seip-
sam naturaliter flueret, vel si forte opus factum
non esset, vel si flueret non ita rapidè, teneris mi
hi aqua plu. arcẽ. Et ita quando aqua non flue-
bat, nec cadebat de directo in tuum: & tu ne in
tuum descenderet, opus fecisti per quod ipsam
deriuas in meum: & tunc si erat imposita serui-
tus, ut eam tenearis recipere, vel si consueuisti
longissimo tẽpore ipsam recipere, adeo ꝙ non
extet memoria in contrarium, non potes illam
aquã à te excludere, & in meũ deriuare. ut pro-
batur in d. §. Neratius & ibi hoc vult gl. in ver.
solet. quam sequitur Pau. & idem no. in l. in sũ-
ma. § illud etiã. in fi. de aqua plu. ar. sed vbi nul
la seruitus debetur, nec per dictum tẽpus aqua
fluxisset, sed solum naturaliter discurrat, dic vt
dicam infrà in ver. circa secundum quando na-
76 tura loci. † Quarto dubitari etiam potest, si
concessisti mihi seruitutẽ, ut possim opere ma-
nu facto aquam fluentẽ in meo deriuare ex tuo,
etiã si tibi nocet, an intelligatur etiã si vltra mo
dum noceat: & dic, quòd non. ut est text. multũ
notabilis in d. l. in summa. §. illud etiam. facit ad
hoc l. vnius. ff. de ser. vr. prædi. & hoc etiã tenet
Paul. de Castr. in d §. illud. qui hoc inducit per
quæstionem illam, si fiat compromissum in ar-
bitros vel arbitratores cum potestate, ut pos
sim de iure unius dare alteri in parua seu ma-
gna quantitate, debet intelligi, nisi sit nimis ma
gna, & intolerabilis læsio. de quo per Bar. in l. si
societatẽ. §. arbitrorum. ff. pro so. & Bal. & Doc.
in l. cũ antea. de arb. & canon. in c. quintauallis.

a Actio dire.
Actio directa
quæ dicatur: vi
de Bald. in l. ex
legato C. de le.
in l. debito. & i
l. ex asse. ꝑ Bar.
ad Treb. Itẽ a-
ctionis directæ
effectus varios
vide in Spec. de
act. seu pet. §. 2.
ver. in summa.
& seq.

b Vtilis.
Actio utilis præ
fertur directæ.
Bal. in l. fi. v. q.
C. de edic. diui
Adr. tol. in Spe.
de emp. & ven.
§. vij. versi sed
pone statutum.
vbi vide. & in
ti. de procur. §.
fi. in princip. &
vers. sed quęri-
tur. & seq. & ꝑ
Bar. in l. procu.
& Bald. in ca. 2.
§. fina. de lege
Corra.

de iureiurand.& pro prædictis facit,quia in dubio licet concessio facta per principem, intelligatur cum aliquo damno modico:tamen nõ intelligitur de maximo , vt l.qui vniuersa. C.de preci.impera.of.& not.glos in l.seruitutes prædio.§.publico.super verbo,modice ff.de serui. & est tex.cum glo.in l.ij.§.si quis à principe.ff. ne quid in loco pub.& not.glo.fi. in l.sed cũ hærede.ff.ad Treb.& gloss.xxv. q ij.§.rescripta.& Car.Zabarel.in c.mandatis. in vij.not.extrà de rescri.& hoc facit optime l.si quis sepulchrum. in prin.ff.de relĩ.& sump.fune.& quod no.Bar. in l.quominus.in xj.quæst.ff.de flumin. & adde quod not.Pau.de Ca.in l.si Titius.in prin.circa fi.primæ col.ff.de lib.& posth. vbi quòd si princeps concedit ꝙ in publico possim ędificare , & cum præiudicio tertiæ personæ,quòd sufficit ẽt si non exprimatur persona,cui fit præiudicium. arg.d.l.si Titius . Sed circa prædicta ego sic dicerem,aut est facta concessio simpliciter , & intelligitur sine præiudicio magno per prædicta iura. Aut est facta,ut possim aquam in tuũ fundum immittere,etiam si tibi noceat. & tunc intelligitur , etiam si fiat magnum præiudicium: ad hoc vt verba aliquid operentur.ar.l.si quando ff.de leg.j.cum si.non tamẽ intellige de maximo aut intolerabili præiudicio.argu.l.in summa.§.fi.ff.de aqua plu.arc.& pro hoc facit quod no.Io.de Imo.in c.quintauallis extrà de iureiuran.qui dicit , si compromissum est factum simpliciter,poterit arbitror modice lædere,iuxta l. vnde si Neruæ.fi pro so. Sed si est dictum quòd possit lædere partes,intellige de magna, & non de maxima læsione . quia de illa non videtur actum.& similiter si minor iurauerit non cõtrauenire intelligitur si est modice læsus *a* : secus si dicatur ratione læsionis. quia tũc intelligitur de magna,vt ipse not.in d.c.cum contingat.24.

a Modice læ. Modica læsio non facit dari rest. in integ.in Spec.de restit. in integr.§.2. versi.& scias.

77 col.& adde prædictis quæ dicta sunt in j.li. in ti. de ponticello.uer. sed circa prędicta. † Dubitari potest circa secundum , quando natura loci subest,nec aliqua pactio interuenit.dic ꝙ regulariter fundus inferior tenetur recipere aquam prouenientẽ ex fundo superiori, & ista est quædam seruitus naturalis,&lex naturæ:vt l.j.§.sed si vicinus.§.denique ita.& l.in summa. in prin. ff.de aqua plu arc.etiam si aqua fundo inferiori noceat,ut d.l.j.§.toties.ver.ꝙ si natura . Et pone exemplum,si aqua fluens ex monte,vel loco meo superiori, descendit in tuum , eam teneris recipere,nec potes me compellere,vt faciã fossam vel aggeres in fundo meo , per quos aqua retineatur,quia fundus tuus inferior in hoc naturaliter seruit fundo meo superiori , quando aqua naturaliter descendit,ut dictis iurib . Sed ista regula fallit. Primo quando opere manu facto per superiorem aqua deriuaretur in fundũ inferiorem,quæ non flueret, si opus factum nõ esset. Secundo fallit, quando aqua quæ solebat fluere in fundũ inferiorem non rapidè, propter opus factum rapide flueret,ut l.j.§.Neratius.& ibi hoc no.Pau.de Cast.de aqua plu. arcẽ.vel si propter opus fieret quominus aqua flueret, quàm natura solet , si forte minuendo eam aut maiorem fecerit,aut velociorẽ , aut in comprimendo redundare fecit.ut d.l.j.in prin.& §.toties.nisi imposita sit seruitus ad hoc, vt l.j.§.fũdi. Et ibi hoc no.Pau. de Ca. qui dicit i lũ text. limitare omnia iura, quæ dicant actionẽ pluuiæ arcendæ dari , contra illum qui opere manu facto aquam fluentẽ in suo deriuat in fundum vicini,ut aliter discurrat,quàm per se naturaliter discurreret.ut in d.l.j.§.j. quia illa procedunt , nisi imposita sit seruitus illi fundo,in quem deriuat,per d.§.fi. Tertio fallit,quando aqua non fluebat,nec cadebat de directo in tuum,sed alibi,& postquàm ceciderat, descẽdebat in tuum , & tu ne in tuum descenderet , opus fecisti,propter quod aqua deriuatur in meum . & tu non consueuisti eam recipere,sed demum incipit in tuum deriuare . nam tunc potes eam excludere opere facto,& non teneris , licet in meum deriuetur,quando quis põt aquam auertere & curare ne in suum fundũ influat, si modo non animo nocẽdi fiat,sed ne sibi noceat, ut est casus in l.in summa.§.pe.ff.de aqua plu.ar. Et ideo si tu dominus fundi inferioris in ingressu tui fundi vis facere aggeres, uel quid propter quod aqua impediatur,ne in tuũ fundum ingrediatur,& ingrediatur fundũ cuiusdã tertii, qđ non fieret,si ingrederetur fundũ tuũ , potes hoc facere,quia ille tertius non põt agere contra te,vt tenearis aquã recipere,& eã à te nõ excludere,quia quã tũ ad illũ tertium,tuus fundus non seruit naturaliter,sicut seruit fũdo superiori , ex quo aqua descendit,ut est casus no.in d.l.in summa.§.idẽ Labeo.el ij.& ibi hoc tenet Paul.de Ca.& istud procedit, qñ tu dominus fundi inferioris nõ cõsueuisti aquam in tuo recipere per tantum tempus,cuius non extat memoria in contrariũ. vel quia seruitus de hoc non fuisset imposita , aliàs si dicto tpe consueuisset fluere,vel seruitus fuisset imposita,nõ posses eam diuertere.Et iste est casus in d.l.j.in §.Neratius.cũ gl. in vers.cogeť colligere.de aq.pl.ar.Et dixi s.in ij.fall.in fi.qđ est bene notandũ. quia declarat totũ illum ti.ff. de aqua pl.ar. Quarto fallit , qñ superior habebat fossã in fundo suo naturalẽ, non opere manu factã,uel quasi naturalẽ , quia memoria non extabat de dicta fossa, licet ope manu facta fuerit,vel qñ non erat naturalis fossa,sed manu facta,& extabat de ipsa memoria,sed iure seruitutis facta erat. Nã omnibus istis casibus inferior dñs non cogiť dictã aquam recipere in fundum suuũ:& fouea esset rupta,vel aggeres destructi, posset superior cogi, ut pateretur refici , ut supra dictũ est, & probatur in l.j.§.apud Labeo. ff.de aqua plu.arc.& ibi hoc tenet Pau.de cast. Secus si non habeatur dicta fossa iure seruitutis , & extabat eius memoria,& erat manifesta, quia tũc inferior regulariter ipsam aquã cogiť in suũ fundũ recipere.ꝑ prædicta. ĩmo plus ẽt,si fouea esset destructa: puta quia ĩ fundo superiore aquarum cõcursus excauabat locũ,ꝑꝑ quem aqua retinebať, ne descẽderet ĩ fundũ ĩferiorẽ: postea illa excauatio est destructa uel repleta,

vel

uel q̄a aggeres fecerat dñs supior ĩ fundo suo,
postea ex impetu aquarũ destructi sunt, uel ẽt
ipse dominus superior, vel alius autoritate pro
pria destruxit: nunc dominus inferior vult age
re, vt superior patiatur foueam purgare, vel eã
aut aggeres reficere: & certe non potest, quia
illa fouea non erat naturalis, quia de nouo fa-
cta nec quasi naturalis, quia extabat memoria,
nec erat ibi iure seruitutis. sed casualiter posita
vel facta. Et similiter dicendum est de aggeri-
bus. Vnde sicut si ipsos fecisses spõte, posses re-
mouere, ita & si casualiter facti sunt, secus si es-
sent ibi iure seruitutis, vel non extaret memo
ria: ut probatur in d.l. in summa. §. apud Manu
sam. & ibi hoc not. Pau. de Cast. cõiuncto. §. idẽ
ait si in agro. & in d. §. itẽ apud Labeonem. &
ibi hoc no. Ia. de Are. quem sequitur ibi Pau. &
78 in § idẽ Varus. ea. l. † Et ex hoc no. ꝙ si ꝓpter
inundationẽ aquarũ propria autoritate in riuo
siue fouea vel in aggeribus fecisti coronellas,
ne aqua subabũdãs flueret in fundũ tuũ, potes
impunecas similiter remouere: q̄a sicuti uolun
tarie potes ea destruere, nec teneris pati, vt refi
ciantur, nisi seruitus esset imposita, vt d. § itẽ
Labeo ait in agro. & in d. § apud, Manusam. cũ
79 ibi no. quod perpetuo tene menti. † Circa ter-
tiũ, qñ nulla est conuentio a, nec loci natura
seruitutẽ imponit, quia loca sunt plana, & loci
vetustas subest, tunc illa est seruãda tanquã lex
in l. j. §. denique ait. ff. de aqua plu. argu. & l. in
summa. in prin. eod. tit. Sed talis vetustas habet
uim quasi seruitutis impositæ. ut l. j. §. fi. Et no.
ꝙ hæc seruitus acquisita per vetustatem seu ꝓ-
scriptionẽ tantũ operatur regulariter, quãtum
seruitus acquisita per cõuentionẽ, quia sicuti
præscriptione quęrit̃ vtile dominum. vt no. per
gl. & Do. in aut. nisi tricennale. C. de bonis reo
rũ. ita vtilis seruitus, nõ directa, quæritur per ꝓ
scriptionẽ: vt d. §. ff. secũdũ gl. ibi in ver. quasi
seruitute. In hoc tñ differũt, quia seruitus quæ
sita per conuentionẽ, est directa actio conferia
b, vt l. j. §. j & ibi plene per Flo. ff. si seru. uen.
& per Bar. in l. si prius. ff. de aqua plu. arcen. Sed
seruitus quæsita per præscriptionẽ, dicitur vti-
lis, quia competit actio vtilis: ut d. l. j. §. fi. in fi.
& no. Bar. & Do. in d. l. si quis uim. §. directa. ff.
80 de acqui. pos. † Sed circa istã vetustatẽ seu præ
scriptionem quęritur quantum tẽporis requira
tur. Dic aut est talis seruitus aquęductus quę
habet causam continuã vel quasi continuã, tũc
regulariter sufficiunt 10. anni inter præsentes,
& 20. inter absentes l. si quis diuturno. & ibi gl.
& Do. ff. si seruitu. uendi. & l. 2. & ibi not. C. de
serui. & aqua & no. gloss. magna in l. seruitutes
prædiorũ. & ibi per Do. ff. de ser. Aut habet cau
sam discontinuã, & tũc requiritur tãtum tẽpus
cuius initij memoria in contrarium nõ existat,
vt l. hoc iure. §. ductus aquæ ff. de aquo quo. &
æsti. & no. in iuribus præall. vt dictũ est supra in
81 4. q. prin. † Quãdo autẽ dicatur habere seruitus
causam continuam, vel quasi discontinuã, uide
in l. foramẽ. ff. de ser. vr. præ. & quando dicatur
tantum tẽpus ꝙ non extat memoria in contra
rium: an & qñ allegando titulũ sufficiat tẽpus
10. vel 20. anno. vide quæ plenissime scripsi su
pra in j li. in 8. q. prin. & supra eo. in ver. sed du
bium est de quæst. quotidiana de qua plene per
Bart. Imo. & Lu. de Ro. in l. j. §. denique. ff. de
aqua plu. arg. & cõis opinio est, ꝙ sufficiat 10.
vel 20. anno. cũ allegatione vt hic. & vbi etiam
requiritur tantũ tempus, cuius initii memoria
non existat in contrariũ. & dicit Imo. in d. §.
denique. quicquid dixit ibi Lu. de Ro. qui cona
82 tur in hac materia concordare opi. † Sed dubi-
tari põt, an si aqua solita est discurrere ad fun-
dũ vicini per plures riuos, possit nunc transmit
ti in vnum riuum tantũ. & dica ꝙ sic, vt est ca-
sus in l. apud Trebatium. in prin. ff. de aqua plu.
ar. secundum vnã lect. gl. quã sequitur ibi Imo.
& illã glo. omnino vide in ista materia. Itẽ q̄d
si aliquis solebat hortum suum certo tẽpore ir
rigare, & de horto fecit pratum, & vult pratũ
irrigare, & assidua irrigatione vicino nocet, an
teneat̃ dãni infecti, vel aqua plu. ar. & dic, ꝙ nõ
vt est tex. no. in d. l. apud Trebatium. §. si vici-
nus, & ex hoc no. secundum Imo. ibi, quòd vbi
sesuitus aquæ simpliciter horto debetur, trahi
tur etiam ad pratum, quia sit in eodem loco, vel
territorio. ar. l. si seruitutes. ff. de ser. urb. præd.
nisi locum hortus complanauerit, eoq; facto a-
cto aqua citior ad vicinum uenire cœperit, vt
d. §. si. vicinus q̄d intellige secũdũ Pau. ibi, quã
sine hoc poterat fundum colere, secus si nõ pos
set aliter quã explanãdo, quia tũc non teneret̃
ex quo illud fit gratia culturæ: vt l. j. §. de eo o-
pere. ff. de aqua pl. ar. & ar. d. l. apud Trebatiũ.
83 in prin. † Circa quartum & vltimum, qñ nõ est
aliqua conuentio, nec natura loci aliquid decla
rat, nec sua est loci vetuctas, quid tunc de aquis
seruandum est? Dic regulariter, neminẽ posse
aquã, quæ in fundo suo est, in alium fundũ du-
cere inuito uel ignorante domino. l. quemad.
§. si protectum. ff. ad l. Aquil. facit l. per agrum.
C. de serui. & l. diuus. cum ibi no. immo si duca
tur, põt vicinus propria autoritate destruere,
vt d. §. si protectum & l. si uicem. §. si ad ianuã.
ff. quod ui aut clam. & plene dixi supra in 7. q.
prin. Item non potest aliquis aquam ex suo fun
do te inuito ad tuum fundum ducere. l. aquam
& l. præses. & ibi no. C. de ser. & aqua. Nec etiã
potest aqua quis uti in suo lauando stercora,
ita vt fœtor seu malus odor inficiat vicinũ. ar.
l. 2. §. idem ait si odore. cum gl. ff. ne quid in lo.
pu. Nec etiam põt quis aquam perturbare, quæ
decurrit de vno loco ad alium, vt d. l. apud Tre
batium. in princ. ff. de aqua plu. ar. nisi ad illum
usum esset deputata, secundum Ang. & Imo. &
Ludo. ibi. & etiã Pau. quis dicit, ꝙ. si dñs fecit
fossas vel riuos, in quibus cõgregat̃ aqua ad la
uãdũ pãnos, licet postea ꝑ riuos deriuet in fun
dum vicini, dicitur moderate uti, & non tenet̃.
secus si lauaret vẽtres, & sic faceret spurcam a-
quã putredines deriuentur in fundũ vicini: ꝑ
illum tex. & de hoc uide tex. meliorẽ de iure,
in l. cũ supra. C. de re mili. lib. 12. & ibi Bar. no. il
lũ cõtra lauãtes pãnos ĩ summitate fluminis a-

a Conuentio. Conuentio est contractus nominatus ex cõmuni usu loquendi. vide Pau. de Cast. consi. 41.

b Actio conf. Actio confessoria est in rẽ, & competit domino pro seruitute, & sic pro iure incorporali. l. j. in princi. & ibi Bar. si ser. uend. Itẽ datur contra impedientẽ usum seruitutis. l. si quis. §. agi. l. si quis. §. agi. si serui. uẽ. l. & si forte. §. etiam. eo. ti. Itẽ vt destruatur ædificiũ contra seruitutem. l. si eo. eod. ti.

licuiu,quia possent prohiberi,quia per tale la
uacrum communes aquæ deturpantur. Sed la
uando inferiori parte fluminis non potest cor-
rumpi pars superior, & ideo lauans prohiberi
non potest, per illum tex. & not.bene d.l.cum
supra.quia vult quòd cum milites consistũt su
pra ripas fluminus,nullus eorum debet aquam
sordidam reddere,seu multos vel equos sudan-
tes imponere, sed procul in inferiori parte flu-
minis.quod no.cõtra scutiferos lauãtes equos
sudantes in flumine vel alueo pu. ad quem ha-
betur cursus necessitate vel delectatione.& si-
militer not. contra pedisequas vel mulierculas
lauantes pannos vel res immundas per ciuita-
tem aut villam, quod intellige, nisi esset aqua
deputata ad illum vsum vel solitum ita lauari,
vt supra dictum est. Item non potest quis aquã
calidam puta faciendo balneum immittere in
fundum alienum. d.l. apud Trebatium.ff.de a-
qua plu.ar.quia aqua calida noceret fundo vici
no immoderate,vt ibi, aliquando tamen aquæ
calidę sunt utiles & necessariæ pro irrigandis
agris,vt Hierapoli.cõstat n.apud Hierapolitã-
nos in Asia calida aqua agrũ irrigari.& de istis
etiam aquis competunt interdicta,sicut pro a-
quis frigidis,vt est text.nota.in l j.§.idem La-
beo scribit.ff.de aqua quo.& æstiua. Sed vide-
tur quòd nullo modo possit quis aquam ex fun
do suo in alienum immittere,etiam non spurcã
nec calidam. quia licet in suo quis possit uti a-
qua & qualibat re sua.l.in re mandata. C.man.
tamen non potest in alienum immittere.l.sicu
ti §.Arist.si ser.uen.& l.j.§.idem ait aquam.ff.
de aqua plu.ar.& l.quemadmod.§. si protectũ.
ff.ad l.Aquil.vt supra dixi.Sed pro solutione di
stingue, aut aqua primo de fundo vicini in tuũ
fundum deriuatur,& tunc licitum est tibi eun
dem fundum remittere. ita loquitur d.l apud
Trabatium vt dici ibi glo.magna secundũ vnũ
intellectum.aut aqua non peruenit ex fundo vi
cini,sed ex tuo.& tunc aut ego volo facere in
meo,& immittere in tuum fundum tale quid,
quod per seipsum non flueret in tuum, & non
possum.& ita loquuntur contraria & in hoc vi
de quæ dixi supra in j.lib.in ti.de seclario.& in
tit.de aquarolo.& in tit.de aquæ protectu & a-
liarum rerum.aut volo immittere in tuũ id qđ
per se fluit,vt puta faciendo ibi riuos,& dimit-
tendo ibi aquam quę per se discurrit.& tũc sub
distingue.aut faciæ hoc moderate,quatenus ex
pedit ad usum familiæ, & possum.& ita loqui-
turd.l.apud Trebatium.in princi.sedundũ aliũ
intellectum.aut immoderate,ꝙ non possum.ut
nota.in d.§.Aristo. & de hoc uide quę plene di
xi in j.lib.in titu.de seruitute proiiciendi.in 2.
84 quęstio. † Quando autem dicatur fieri immo-
derate,& moderate? Dic moderate,quando ꝓ
usu tantum familiæ:immoderate,quando ultra
usum familiæ.vt no. in d.§ Aristo. & in d.§. a-
pud Trebatium.in prin.vel quando aqua corrũ
pitur,seu interrumpitur,vel immitterentur pu
tredines,vel quando fieret balneũ, ex quo im-
mitteretur aqua calida,vt d.l.apud Trebatium,
in prin.& §.j.cum ibi no. nisi aqua calida pro-
85 desset,vt supra dixi. † Occurrit alia q.an ille,
cui debetur seruitus aquæductus, possit arcum
lapideum facere causa aquæ ducendæ. dic aut
vult facere arcum seu pontem in loco quo alte
ri debetur seruitus itineris, & non potest. Aut
non vult facere in loco,quo alteri debetur ser-
uitus causa transeundi,& potest,vt est casus cõ
iuncta gl.in l.supra iter.in prin ff. de aqua plu.
ar. & similiter dominus prædij seruientis non
potest facere pontem in præiudicium eius, cui
debetur seruitus aquęductus,vt probatur ibi se
cundum vnum intellectum glo.quem sequitur
86 Bar.& Doc.†Sed nunquid habens seruitutem
vel ius aquæ ducendæ possit arcum seu pontem
lapideum facere supra alium aquęductum alie-
num?dicas quòd non, si turbaret eius aquã, ut
d.l.supra iter.in prin.ver.nec is.& ibi hoc not.
gl.& eodem modo non posset aquæductu aliũ
aquæductum facere,si nocet superiori, vt pro-
batur etiam in l.hoc iure § fin.ff. de aqua quo
ti.& est.in l.quo. Quintus.ff.de ser.rust præd.
87 † Sed quid econtra, an ille qui habet serui-
tutem iti. possit facere põtem supra locum per
quem ducitur aqua, inuito eo cui debetur ser-
uitus aquæductus? & videtur quòd sic.per d.l.
supra iter.2.respon.ibi, sed pontẽ.In contrariũ
videtur supra esse text.in 3.responso.ibi,nec is.
Tu vero concorda secundum gl.& Doc.ibi.aut
ille,qui habet seruitutem itineris,potest ire, &
vti sua seruitute sine ponte,& potest põtem fa-
cere.ita loquitur ver.nec is. aut non potest ali
ter transire, & tunc aut vult facere pontem la-
pideum, qui de facili non posset remoueri, &
idem, quia non potest. argu.l.loci corpus.§ si
quis.in fin ff.si ser.uend.& l.fistulam.in fi.ff.de
ser.ur.præ.quæ intellige, quando ille locus al-
teri seruit,puta, quia in eo debetur seruitus a-
quæductus:vt dixi,sed si alteri non seruit,& tũc
habens seruitutem itineris,posset pontem lapi
deũ facere, & ita posset intelligi d.l.supra iter
2.responso. Aut vult facere pontem,puta ligne
um,qui de facili posset remoueri, & potest. &
est ratio in hoc casu, quia ille cui debetur serui
tus,potest facere in prædio seruientis omne id,
sine quo non posset vti seruitute, ut l.seruitu-
tes.§.si domo.ff.de ser.ur.præd.& l.refectionis.
ff.communia præd Item ratio inter põtem de
lignis & pontem lapideum potest esse,secundũ
Bar.in d.l.supra iter.in princi. quia quando est
põs de lignis,non impeditur purgatio riui, ꝙ
de facili tolli potest:quod fieri non posset,quã-
do esset põs lapideus.Et aduerte,quia põs dici
tur proprie de lignis,sed arcus lapideus,non di
citur proprie pons,vt probari videtur in d.l.su
pra iter.in princ. Sed communis vsus loquen-
di aliter se habet,cui standum est secundũ Bar.
& Doct.ibi, vt dixi etiam supra in j.li.in tit.de
88 ponte. † Sed quid si ille, cui debetur seruitus
per riuum aquæductus in fundo vicini,vult iu-
xta pontem facere fossam, in qua congregen-
tur aquę,& ipsas postea ꝑ riuũ ducere? Dic ꝙ
non põt:quia posset aqua ibi corrumpi & dare

damnum

damnum prædio seruiẽti. & probatur in d.l. su-
pra iter.in iiij respon.ibi,aut si specus. secundũ
89 Iac.de Aret.& Doct.ibi. † Item nunquid ille,
qui habet ius aquæ ducendæ de riuo,possit cuni
culum subterraneum facere, per quem ducat
aquam? Et tex.in d.l.suprà iter. in princ.sentit
quòd sic,dum dicit,cuniculum:quasi dicat,si vel
let facere,posset.gl.tenet contrarium, ꝙ quãdo
seruitus debetur per riuum,qui est coopertus,
nec fossam, nec cuniculum cooperte facere pot
test, inuito domino prædii seruientis. per l.j.§.
fi.cum l.seq.ff.de ritu.secundum intellectũ glo.
licet gl. dubitet de intellectu illarum.ll. de quo
dic vt plenè dixi suprà.in vers.ij.q ex prædictis
deciditur vsq; ad ver.iij.q. prin. Et adde prædi
ctis ꝙ ille,qui auertit aquam de publico aquæ-
ductu, quando habet id ex priuilegio principis
vel consuetudine,debet ipsam ducere per castel
lum uel aliud foramen, & nõ per fistulas,ne ma
ceries fistulæ corrumpantur. & contrafaciens
perdit beneficium ducendi aquam,& etiã puni-
tur in corpore: vt est tex.in l.eos.& ibi Bar.hoc
no. C.de aquæductu.lib.xj. & qui trahit aquã ex
flumine pub. debet gratis trahere nihil soluẽdo
pro tali deductione aquæ,ut l. ad reparationem.
90 C.de aquæduc.&,no.gl.in rub.e.ti. † Superest
alia quæst. quis teneatur manutenere riuos, &
eius purgare,& aggeres reficere a, cuius expẽ
sis. In qua ita distingue: aut loquimur de aqua
pub.aut de priuata. Si de publica,videtur ꝙ de
beat conseruari,& manuteneri expensis publi-
cis,secundũ Flo.in l.si fistulæ.ff.de ser. vr. præ.
& dixi supra in j.li.in ti.de aquæductu pro quo
facit,quia in dubio videtur quis facere opus in
vtilitatem reipub.sumptu pu.ut l.ad reparatio-
nem.cum fi.C.de aquædu.li.xj.& l.fin. C.de fa-
bricensibus.& l. cum nauiculariorum.in fi.C.de
naui.& l.ij.C.de cupres.li.xj. Itẽ quia quis non
debet grauari duplici onere.l.j.C. de impo.luc.
descri.lib.x.Sed in contrariũ facit,quia dominis
prædiorũ per quæ transit aquæductus, publica
conceditur immunitas ab extraordinariis mu-
neribus:vt s̃. in dictionibus nomine illorũ præ-
diorum imponentes, ut fossas siue aquarũ du-
ctus repletos purgẽt:ut est tex.in l.j.§.de aquę-
duc.li.xj.& propterea videtur, ꝙ suis expensis
facere teneantur,ex quo propter hoc recipiunt
cõmodum:quia ad quẽ spectat lucrum, deberet
spectare dãnum.l.j.§.pro so.C.de cad.tol.& l.se
cundum naturã.ff.de regul.iu.Item quia qui in
vno releuatur,in alio debet grauari.l.cum qui.
in princ.cum ibi not.ff.de iureiu. Item pro hoc
optime facit l.suo victu.& l.quod nisi.in princ.
ff.de ope.lib.vbi dicitur,illum qui tenetur prę-
stare operas,debere præstare suis expẽsis.& pro
est gl.not.in l. stipulationes commodissimum.
ff.de ver.obl.quæ uult, ꝙ scriptores teneantur
scribere cum suo atramento.& ibi per Ange.&
Io.de Imo.facit ẽt ad hoc quod no.glo. Bald.&
Doc.in l.quoniã liberi.C.de test. & no.idẽ Bal.
in l.liberti libertæq;.C.de ope lib.& quod not.
in l.si non sortem.§.libertus.ff.de condi.indeb.
Ego in hoc arti.ita distinguerem,aut est lex,vel
consuetudo declarans quis debeat purgare locũ
pub.& cuius expensis.& illa est seruanda.l.j §.
fi.cum l.seq.ff.de aqua pl.& l.semper.§.legem.
ff de iure immuni. aut non est consuetudo. &
tunc aut princeps vel superior, cuius est locus
publ.recipit vectigalia vel pedagia fluctuum &
viarũ & pontium à nauigantibus & transeunti-
bus:& tunc tenetur sumptibus de publico ea lo
ca purgari facere. non autem tenentur subditi
sumptibus suis.ar.l.j.C.de Alexandriæ primat.
91 lib.xi. † Item pro hoc facit, quod elegãter di
xit Arch.xxiiij.q.si quis peregrinus.vbi singul.
vult, ꝙ comites & barones, & alii superiores
colligentes pedagia & vectigalia, teneantur iti-
nera & stratas tenere securas propter hoc quia
colligunt dicta vectigalia. alioquin tenentur ad
emendationem perditorum,si indefectu iustitiæ
inueniantur.xxiij.q.j.dominus. & q.v.admini-
stratores.& iij.q.iij qui sine.& in autẽ. vt diffe.
iudi.§ pe.& idem sequitur Bal.in c.j. in fi.pen.
col.in ti.de pac.iur.fir. Idem tenet Host.in sum
ma de censibus.§.ex quibus.& Odof.in aut.ha-
bita.C.ne fil.pro pa.& idẽ tenet Flor.in l.j.§.sũ
ma.ff.de his qui deie.vel effu.quod,intellige qñ
sciuit,& prohibere potuit.aliàs secus. arg. l.ne
quid.in prin.cum ibi no.per gl.& Bart.ff.de in-
cen.rui.& nau.aut princeps vel superior nõ re-
cepit vectigalia:& tunc recipit aliã vtilitatẽ, pu
ta piscationes,vel salinas,vel alias utilitates.iux
ta c.j.quæ sint rega.& idẽ eadem ratione. argu.
c.qui sentit onus.de reg.iur.li.vi.& l.secũdum
naturam.ff.eo.tit.aut non recipit aliquã utilita-
tem:& tũc subditi sumptibus purgare tenẽtur,
prout ex eo vtilitatẽ recipiant, ẽt si sint eccle-
siæ.C.de oper.pub.l.ad corpus. C.de colla.fun.
patrimo.l.j.& in aut. de ecclesiasti.tit.§.ad hoc
sancimus.& ff.ne quid in lo.pub.l.ij.§. viarum.
ver.refectiones.& quod no.in l.si locus. in fi.ff.
quemad.ser.amit.& in l.ij.in fi.C. de naui.li.xi.
Si vero loquimur de aqua priuata. & tunc aut ẽ
propria,& nulli debet seruitutẽ, & domino in-
cumbit onus purgandi sumptibus suis: aut de-
bet seruitutem alteri.& regulariter in omnibus
seruitutibus refectio ad eum pertinet, qui sibi
seruitutẽ asserit:non ad eum cui res seruit, nisi
in seruitute oneris ferendi, ut l.& si forte.§.ẽt.
ff.si ser.ven.de quo dic,ut dixi.ff.eo.in ver.quæ
ro.de alia q.quotidiana.& suprà. in j.li.in tit.de
seruitute oneris ferendi. † & adde quòd si in
92 fundo quis habet usumfructum,alius proprieta
tem.& est aliq ua impẽsa necessaria pro cloaca,
vel ob formulam aquæductus,illa spectat ad vsu
fructuarium,& non ad proprietariũ: ut l.si pen-
dente.§ si quid cloacarii.ff.de vsufruc.& ibi vi-
de per Flo.& quod habetur in l.hactenus. eo.ti.
Item adde,dum dicit Bal.in c.j.§. si quis de mã
so.in pe.col.tit.de contro. inue. ꝙ quis tenetur
mundare de facto triũ suum per sua prædia cur
rentem,per l.j.C.de aquæd.li xi. debet intelli-
gi de riuo pub.& de facto in cura & opera & ex
pensis pub.l. ad reparationẽ eod ti. & adde quæ
suprà dixi. Vltimo circa istam q.prin.adde quę
suprà dixi in j li.in ix.q prin. ubi in genere tra-

a Reficere. Adde Bartol. & Alex. in §.si q̃s ædificium. per gl.in l.j. §.pen. de mor. infer. facit ca. consuluit. de Iudæis. & l.fi. C.eo.tit.

ctatum est, qualiter quis debet uti seruitute,&
93 quæ suprà dixi ex vij.q. prin. † Nono principa
liter quæro, qualiter retineatur seruitus aquæ-
duct.& in ea quis teneri debeat. Dic breuiter, ꝙ
retinetur, quando ipse cui debetur, vtitur re-
pleno eius nomine, non autẽ mercenarius,aut
hostis,aut amicus,aut medicus,qui ad visitandũ
dominum venit, vel colonus vel fructuarius.
Item qui quasi debita seruitute vsus est,& in u-
su retinetur:ut est tex.in l.j.cum ll.seq. vsq; ad
fi.ti.ff.quemad.seruit.ami.ubi gl. & Doc. Item
si in partes agri aqua fluxit,ẽt si nõ ad vlteriora
loca peruenit, tamen omnibus partibus fundi
debetur,& retinetur,vt l.si in partes. eo.ti. facit
l.ij.in prin.& quod ibi no.ff.de acq.pos. Item si
in via publ.est locus,per quem duco aquam ad
prædium meũ, licet regulariter de iure ducere
non possim,ut l.j.§.pen.& l. hoc iure.§.ductus
aquæ.ff.de aqua quo.& æsti.tamen si vnus mihi
concessit, ut possim aquam ducere per locũ pu.
& postea me ducere impediat, sum tuendus in
vsu aquęductus per vtilem actionem contra ip-
sum,qui ius mihi aquæ ducendæ concesserat,vt
probatur in l.ij. secundum nouum intellectum
glo.ff.com. præ. facit ad hoc l.j.§ ait prætor.de
aqua quo.& æsti.& l.per fundum. ff.de ser.rust.
præ.& eo modo qui mihi concessit facere pon-
tem super viam publ. & ædificare molendinum
super suũ, licet iure mero non teneat dicta pro
missio,tamen ille qui promisit, non poterit pe-
tere, vt deponatur pons aut destruatur molen-
dinum,secundum Angel.& Doctor. in d.l.ij.ff.
94 commu.præd.per illũ text.cum glo. † Ex quo
etiam infert ibi Ang.quòd licet ex flumine pu-
blico non possit constitui seruitus aquæductus,
vt teneat de rigore,tamen de ęquitate prætoris
sic,quando flumen non erat perenne, vt ibi,qđ
est notandum. Item quis retinet seruitutem
aquę etiam quando ędificia in flumine sunt di-
ruta, dummodo remaneant aliqua retentionis
signa,quæ possunt esse. Primum, quando ędifi-
cium vel forma aquę ducendę non est reducta
ad pristinam formam. Secundum,quando esset
reducta ad pristinam formam,sed nondum esset
elapsus annus. Tertium, quando esset elapsus
annus, sed remanserunt aliqua ligna in fundo
aquę,puta pali lignei,ut probatur in l. fi.ĩ prin.
& ibi ꝑ Bar.Ang.& Doct.ff.de vsu.& per not.in
l.riparum.ff.de re.di.quando diruto ponte,ędi-
ficio, uel forma aquęductus in signum retinen-
dę quasi possessionis formare vel figere fecit pa
los ligatos in quibusdam partibus fluminis,vel
aquæ, quod signum est ne videatur locum reli-
quisse,quia solent habentes iura aquę vel molẽ
dini in flumine per publicum instrumentum
protestari, quod non obstante destructione ipsi
intendunt tenere & possidere,vel quasi locum,
& alueum fluminis, & ius, & per huiusmodi si-
gna faciant affigere palos, vt dixi, & stantibus
prędictis signis,vel aliquo eorum, nullus alius
poterit ędificare in dicta aqua, vel ius aquę au-
ferre, quia ędificans eum quasi possessione pri-
uaret. Ita singulariter dixit Angel.& Ioan.de
Imol.in l.fin.per illum text. cum ibi nota.ff.de
vsucap.& adde quod not.Bart. in l.quominus.
in xv.quęstion.ff.de flum. quod perpetuo tene
menti in practica pro illis,qui habent molendi-
na,vel alia ędificia in fluminibus, aut aquis,vel
ius aquę ducendę, & permittunt corruere ędi-
ficium molendini vel aquęductus,ut si retinent
aliqua signa de prædictis,vel similia,dicantur re
tinere ius molendini, vel aquæductus, nec eo
turbari possunt. Item si quis in aquæductu suo
impediatur, potest sibi propria autoritate sub-
uenire,& ædificium, uel locum in eo per alium
factum propria autoritate destruere, & hoc mo
do suam quasi possessionem tueri, ut l.j.§.si
protectum.in fi.ff.ad l. Aquil.§.seruitus.§.si ad
ianuam.ff.quod vi aut clam. Item si quis diuer
teret aquam meam,vel mihi debitam,vel impe
dierit,vel destruxerit aquæductum,qua actione
possit conueniri? vide tex.cum ibi nota. in l.si
seruus seruum.§.aquæductum.ff.ad l.Aquil.Itẽ
quomodo retineatur ista quasi possessio serui-
tutis aquæductus, vide ea quæ habentur per gl.
& Doctor.in l.ij.C.de seruitutibus & aqua. &
circa hanc materiam vide suprá in 1.lib.in prin.
in xiii.quęstio.princip.penult.& vltim. colum.
& quæ dicam in sequen.q.prin.quia per ea,quæ
95 ibi dicentur, declarabitur etiam ista q. † De-
cimo principaliter quæro, quomodo, & quali-
ter seruitus aquæductus amittatur. dic multis
modis. Primo amittitur tempore non vtendo,
ut habetur plenè per gl.& Doc.in l.seruitutes.
ff.de seru.& in l.2.C.de ser.& no.ꝙ si aquã quæ
oriebatur in fundo vicini, plures per eundẽ ri-
uũ iure ducere soliti sunt, ita ut suo quisque die
à capite duceret per eundem riuum, cumq; cõ-
munẽ,deinde ut quisque inferior erat suo quis-
que proprio riuo,& unus statuto tempore,quo
seruitus amittitur,non duxit,ius aquæ ducendæ
amisit,nec per caeteros qui duxerunt seruitutẽ
retinuit, nec tale ius caeteris acquiritur, sed si
plurium fundo aqua debita esset, per unum eo-
rum omnibus iis inter quos is fundus commu-
nis fuisset,retinetur. ut est text. in l.aquam.in
prin.& §.1.ff.quemadmo.seruit.amit. quod no.
Item si seruitus debetur tibi maiori,& pupillo,
licet vterque non vtatur,tamen propter pupil-
lum tu etiam maior seruitutem retines. l.si cõ-
munem.in prin.ut ibi no.eo.ti. Secundo,amit-
titur confusione,de qua uide in l.si quis ędes.in
prin.§.1.& per Flor.& l. si communi. & l.vnus
ex seruis.ff.de ser.ru.prę.& l.tria prædia.eo.tit.
& l.vt pomum.§.1.ff.de ser.& l.si cum seruitus.
ff.quemad.serui.amit. & de istis duobus modis
amittẽdi seruitutem, vide quæ plene dixi suprà
in 1.li.in x.& ult.q.prin. Tertio amittitur per-
missione,si debes mihi seruitutem aquæductus,
& permisero tibi ut eum claudas, vel ad alium
locum aquam ducas.arg.l.si domus.ff.de serui-
tutib. vrbanorum prædiorum.& l.si ædes meæ.
eodem titulo.& l.stillicidii.in princip.ff.quem-
adm.ser.amitt.& l.cum meus. ff. si ser.ven.nisi
illa promissio fieret precario necessarie. quia
tunc seruitus non amitteretur. l. si precario.
ff.commu-

ff.communia prędiorum. Quarto amittitur,si
fons aruerit,ex quo aquæductum habeo,& per
constitutum tempus ad venam suam non redi-
erit,vt l.vnus ex sociis.§.fi.ff.de ser.rust.pręd.
Sed si post constitutum tempus ad amittendā
seruitutem ad suam venam redierit,an aquædu
ctus erit amisus?Et dicendū est ipsum amissum
sed restitui deberet:vt est text.no.in d.§.fi.iun
cta l.seq.quę incipit,& addicimus.vt ibi per gl.
& Doc. Quinto amittitur ex recessu fluminis,
vt si aquā ex flumine publico duxerim, & flu-
men recessarit,nō pōt sequi flumen, qm̄ ei lo-
co seruitus imposita non est, quatenus is locus
tuus fit. Sed si alluuiōe paulatim accesserit fun
do tuo,subsequi potes,qm̄ totus locus fluminis
seruiat ductioni.sed si cœperit totū fluere mu-
tato alueo,non pōt:quoniam medicus locus nō
seruit,interrupta est seruitus,vt est tex.in l.hoc
iure.§.si aqua.ff.de aqua quo.& æsti. Circa ꝗ
vide quę plene dixi supra in 7.q prin.ver.item
quid si debetur seruitus aquæductus ex flumi-
96 ne publico.†Sed nunquid propter inundatio-
nem fluminis perdatur seruitus aquęductus?
Dic quòd non.l.adeo.§. insula.in fi.ver.aliud
sane est.ff.de acqui.re.do.& insti. de re.di.§.a-
97 lia causa. † Sed maior est dubitatio,nunquid
possessio, vel quasi aquæ per maiorem inunda-
tionem perdatur.sicut possessio territorij? Dic
quòd nō,quia nihil additum tale facit desinere
quia nec desino possidere terram,si ei crusta ap
plicetur ex fundo vicini , facit ad hoc l.si quis
nec causam.§.fi.ff.si cert.pet.Et istud est necef
sarium satis,maxime propter possessiones,quę
sitæ sunt iuxta Padum,quę inundantur infalli-
biliter intra decemnium in undatione non le-
ui,nec cito transitoria,sed uehementi,& crustā
agrorum exportant , ut ff. de acqui. pos.l.3.§.
Labeo.& ex hoc sequitur,quòd si pręscribo a-
ridam terram,quę est facta locus, est stagnum
per impetum aquarū, uel industria mea,ꝙ in-
terrupta sit præscriptio eatenus quatenus pri-
mi usus qualitas est perempta.quia primo erat
terra nunc aqua mutato elemento. ita not.di-
cit Bal.in l.vnica.in vl.cha.in princ.C.de con-
fe. Sexto amittitur usus alterius aquæ in qua
non sit seruitus cōcessa,si non vtatur aqua sibi
concessa.l.si quis alia.in prin.ff quemad.ser.a-
mit.& is qui nocturnam aquā habet,vsus fuerit
diurna,per constitutionē temporis ad amitten
dū seruitutem nocturnam,amisit,qua vsus non
est,& econtra. Et idem est iu eo qui certis ho-
ris aquæductum habens,aliis vsus fuerit,vt l.si
communem.§ j.ff.quemad.seru.amit.& proba
tur in l.sicuti uia.& in l.si sic constituta. eo.ti.
98 † Sed posset dubitari,an per immissionē alte
rius aquæ de qua nulla seruitus debetur,amit-
tatur seruitus aquęductus.Et dicas,quòd nō ex
quo vtitur aqua debita,& multo maiori,ut pro
batur in l.sicut via.in prin.& l.j.§.item quæri-
tur.ff.de aqua quo.& æsti.tamen vtens amplio
ri aqua simul mixta potest per dominum præ-
dii seruientis in tota aqua impediri , ex quo a-
qua non est diuisa , & postquam est simul iun
cta,est inseparabilis,vt d.§.recte quæritur . Et
est ratio,quia in separabilibus utile per inutile
vitiatur,vt ibi.& l.si sponsus.§. generaliter.ff.
de do.inter ui.& uxorē.& l.Pedius.ff. de rece-
pt.arbit.& nota per Barto.in l.j §.pe.de verb.
ob.& in ca.vtile de reg.iur.li.6.cū simil.& ad-
de omnino quod no Bal.in l.vnica.in pen.cha.
in fi.ver.pone,fui confessus.C.de cōfes. Septi-
timo amittitur diuisione fundi , si aquæductus
debetur in fundo uicini,in loco certo,& finito
& fundus seruientis diuiditur per longitudinē,
quia perinde est,ac si ab initio constituti in ser
uitute duo fundi fuissent,vt l.nā satis § j uer.
sed is ff.quemad.ser.amit.Quo procedit,si ille,
cui seruitus debebatur , alterum fundum , in
quo seruitus non remansit,redemit seu acquisi
uerit:quia per hoc non tollitur seruitus,quæ in
alio fundo est constituta,licet a prin. fuisset v-
nus tantum fundus , & hoc quando locus, in
quo seruitus debebatur,diuiso fundo,vt aquæ-
ductus consistere non posset , secus si remane-
ret ita angustus:quia tūc vterq; fundus libera-
bit,videlicet fundus redemptus propter cōfu-
sionē,vt dixi supra in prin.Alius propter angu
stiā loci.l si tam angusti.ff.de ser.& hoc proba
tur in d.l.nā satis.§.certis.Sed si diuiditur fun
dus seruiens per latitudinē,tunc non amittitur
seruitus nō vtēdo seruitute aquæductus diuisa,
nisi tota aqua non vtatur d.l.nā satis §.si vero
per latitudinem. uel nisi specialiter conuentū
fuerit,vt alter fundus liberetur, ut d. §.si uero
per latitudinem.ver.possunt tamen.Si vero ser
uitus aquęductus debetur in uno fundo,vt per
quamlibet eius partē liceat aquam ducere , &
conuentum sit locū mutare posse: tunc si diui-
detur fundus seruiens per longitudinem,& nō
vtatur seruitute, nisi per vnum de illis fundis ,
statuto tempore seruitus amittitur , quia tunc
perind e est,acsi ab initio seruitus duobus fun-
dis fuerit imposita , vt est casus cū gl. in d.l.nā
satis §.cæterū.ff.quemad.ser.amit. Et prædicta
procedunt,quando seruitus nō est diuisa: puta
quia si constituta sit aqua,vt vel æstate tantum
vtatur,vel vno mēse,vel alternis annis, vel mē
sibus.aut diebus,vel horis tantū nocturnis,vel
diurnis:an vtendo amittatur statuto tēpore, an
vero duplicetur.uide text.cū gl.& Doc. in l.si
sic.ff.quemad.ser.amit.& in l. si diuturnam.ff.
de aqua quo.& ęsti. & vide plura, quæ dixi su-
pra.in j.lib.11.q.prin.ver.itē seruitus regulari
ter amittit.& dixi supra.eo.in 7 q.princi.circa
prin ver.itē cōstitui pōt,vt ducatur. Et de ma-
teria quomodo & quando amittatur seruitus.
vel quasi possessio seruitutis,uide per Bar.in l.
quominus.in 15.q.ff.de flu.& per Bar. Ang. &
Do.in l.si ff.de usuc.& quod no. in l.si quispiā.
ff.de diuer.& tempo. præscrip. Quæritur 11.
principaliter,quomodo procedat in iudicio cir
ca istam materiam aquæductus. dic ut Rofred.
Beneuentanus in libellis suis iuris , vbi posuit
quatuor interdicta in hac materia aquę, in qui
bus etiam ponit libellum & positiones . Pri-
mum interdictum est, quando quis habet

ius aquæ quot.ducendæ ad prædia sua,& ab ali
quo prohibetur aquam illam ducere. & dicit
Ros.quòd habet tria impedientia interdictum
de aqua quo.quod interdictum est prohibitori
um,& causa retinendæ possessionis est inuentũ
sed nõ semper:quia est aliquando restitutoriũ,
puta si aliquid fiat ad impediendum quasi pos-
sessionem aquæductus,vt illud destituat vel de
struere debeat:vt l.j.in princ. §.Labeo.ff.de a-
qua quot.& ęsti.& ad hoc,vt competat hoc in
terdictũ,dicit ꝙ septẽ sunt necessaria. Primũ ẽ
ꝙ sit aqua quo.& quoti.aq̃ intellige ñ q̃ quoti
die fluit,sed etiam eam quã quotidie põt duce-
te,si vellet:vt l.j.§.j.ff.de aqua quot.& æsti. Se
cundum,quòd illa aqua sit usus hoc anno,non
ui,non clam, nec precario, saltem vna die,vel
vna nocte : sed si ante annum hausisti, non ha-
bes hoc interdictum, nisi infra unum annum a
qua per se fluat:vt ff eod.l.j in prin & § quod
ãt scriptum est. & §.quæsitum. Tertium, quòd
illa aqua sit perennis. nulla enim aqua potest
duci,nisi sit perennis.ff.eo.l.j §.loquitur.Quar
tum,quòd aquam illam ducas a capite,non ali
unde. Caput autem aquæ est,unde aqua nasci-
tur,siue ipse fons ex fonte,siue flumine,uel la-
cu habeat principia fossarum, quibus aqua ex
flumine uel lacu primum riuũ ducat.l.j.§.hoc
interdictum.& §.caput.ff.eod.Quintum,quòd
ille qui ducit aquam,putet se iure ducere,si au
tem putat se non iure uti, non habet locũ hoc
interdictum.ff.eod.l.j.§.sed & si iure.§.Arist.
Sextum , quòd in illa aqua ducenda non exce-
dat ampliationis modum,& non ducat per aliã
regionem,quam solitus sit ducere.l.j §. illud.
cum si.ff.eo.Septimum.quòd illa aqua ducen-
do aliam non immisceatur.alioquin non habe-
bit locum hoc interdictum:ut ff.eod.l.j § illud
100 Labeo.& §.item quæritur. †Formam autem
libelli ponit Ros.in hoc interdicto,hoc modo,
Coram vobis domine A.conqueror ego M. de
Alberto de Dauentria Teutonico,qui me pro-
hibuit ducere aquam per fundum meum talẽ,
cuius confines sunt tales, &c. iuxta l.formam.
in prin.cum gl.ff.de censi.quam aquam duco si
cut duxi in hoc anno,non vi,non clam,non pre
cario.Vnde ne me prohibeat vel impediat,ago
contra ipsum Alb. & ad hoc propono interdi-
ctum de aquo quo. & ęsti. uel actionem in fa-
ctum. & ita bene concipies libellum. d.l.j.in
prin.ff. eod. Quidam tamen apponere petunt
interesse,ita dicẽtes:Et quia in 20.interest mea
non esset prohibitum,ideo ipsum Albe.condẽ-
nari peto in meum interesse, & ad hoc propo-
no interdictum prędictum, &c. & hoc proba-
ter in l.j.§.preterea.ff.eodem.Sed dicit Rosre.
quòd non credit, quòd possit peti per interdi-
ctum,licet in illo possit condemnare iudex, si-
cut in aliis superioribus interdictis notaui.
Nec obstat ille §.præterea,quia ibi,propter fa
ctum suum amiserat ius aquę ducendę. Vnde
quia in hoc casu est restitutorium,igitur resti-
201 tuitur mihi illud interesse. †Positiones autẽ,
& capitula siue articuli actoris ita formari de-

a Aestas.
Aestas an &
quando incipia
tur.l.j.§.æsta-
tem.& ibi glo.
de aqua quo.&
æsti.Bart.in l.
2.§.ęstas.ff.ne
quid in loco
public.

bent : Ego Albertus dico quòd aqua quæ exit
de tali fonte uel flumine, est quotidiana,id est,
quæ potest quotidie fluere.Item quòd aqua il
la sum vsus hoc anno,non ui,nõ clam,non pre
cario.Item quòd usus sum hoc anno illa aqua
satis vna die vel vna nocte. Item quòd illa a-
qua semper est perennis,& nullo modo desicca
tur. Item quòd aqua illa oritur ex tali fonte,
vel ex tali flumine, ita quòd ab illo fonte, vel
ex tali flumine,aquam duco. Item quòd illam
duco iure seruitutis credens vti iure meo. Itẽ
quòd duco aquam illam ita, sicut primo duce-
bam.Item quòd aquam illam per eundem lo-
cum duco,sicut & ducere solebam. Item quòd
illam aquam tantum.quam ducere solitus erã,
102 duco sine alia.†Positiones autem vel capitu-
la siue articuli rei ita econtra formari possunt,
Ego M. dico, quòd illa aqua tantum currit in
hyeme, & in æstate desiccatur.& si hoc confite
torio : tunc competit actio confessoria.l.ij.§.
j.ff si ser.vend. & ibi plene per Flo. & Doct.&
per Bart.& Docto in l.& si prius.ff.de no.ope.
nun.si quis vult agere possessorio,prodita sunt
duo interdicta. Vnum est de fonte,quo i com
petit quando quis habet ius hauriendi aquam
de fonte,vel puteo,vel piscina,vel lacu, vel ab
aliquo impeditur. Aliud est interdictū de fon-
te reficiendo, & competit quādo quis vult fon
tem,vel puteum,vel piscinam,vel lacum, quo-
rum aqua vtitur,reficere vel purgare,& ab ali
quo impeditur.ff. de fonte.l.j. & §.deinde ait.
& ita Ioan. ĩ arbore sua actionum posuit duos
circulos, in quibus descripsit hæc duo interdi-
cta.secundum Spec in titu.de causa pos.& pro-
prie.§ priuata.versi. potero plerunq; quis ha-
bet.& Ros.in tit.de fonte reficiendo.in prin.&
aduerte quia ista interdicta de fonte reficiēdo
vel purgando,competūt pro aqua viua,& sunt
directa : quia verba l.& mens cōcurrunt. & ita
loquitur totus tit.ff.de fonte.maxime l.j.§.qui
interdictum.de cisterna.eod.tit.l.j.§ loquitur.
ff. de aqua quot.& æsti. Sed si est aqua non vi-
ua.sicut cisterna.quæ hymbribus cōcipitur, vt
d.§ hoc interdictum de cisterna. sicut in mul-
tis locis communiter non reperitur aqua viua,
vt in Apulēia vel Venetijs . & tunc videtur ꝙ
non competat hoc interdictum. per d.§.Tamē
secundum Rofre.in prædictis ti.ille text.debet
intelligi,quòd non competat aliquod interdi-
ctum de prædictis directe. quia verba edicti de
fonte deficiunt. tamen vtile interdictum com-
petit.& ita etiam tenet Bar. in dicto §.hoc in-
terdictum de cisterna.& illum tex.dicit elegā-
10 ter Bart. facere ad quæst. † Statuto prohibe-
tur sub pœna mulieres portare perlas , modo
quædam mulier portat perlas fictas & contra-
factas, an puniatur pœna statuti . Et dic quòd
non . debent enim naturales & non fictæ esse .
arg.d.§.hoc interdictū de cisterna . & ita aliàs
iudicaui in ciuitate Veronæ. Et adde ꝙ porta-
re perlas vel vestes prohibitas nō est proprie de
lictum,sed quędā abusio s'm Cyn.in consi.suo ,
quod incipit,In studio Azardi.& talis abusio ē
leuis , ideo propter eam quis non esset corpo-
re puniendus.vt no.Bald.in d.l.quicquid.in ij.
col.C. de ser.fu. & talia statuta sunt irrationa-
bilia. ideo non debent extendi secundum Bal.
in l.quod non est necesse.in fin.ff.de ll.& circa
istam materiā statutorum prohibentium por-
tare perlas vel certas vestes,vel iocalia, vide q̄
not.Io.And.in c.ea quæ fiunt à iudice.de reg.
iur.in vi.i mercuria.& per Alber.de Ros.in l.
factum à iudice.ff.de reg.iu. & in suo opere sta
tutorum in ij.parte.quæst.ccvj.& per Anto de
But.in suo tract. & ornatu vtili.& habetur per
tex & gl.xxj.q.iij. per totū & ego dixi plene ĩ
l.mulieris.in prin.in xj.q.ff.de ver.sign.Et ad-
de ꝙ pro isto iure hauriendi aquam,vel ducen
di,quandoquis non permittit me vti,vel amo-
uit ipsum aquæ haustum,vel ipsam aquam,pos
sum implorare officium iudicis,vt faciat me re
tinere,coercens aduersarium & rei competen-
tis formam dans : & hoc quando habebam il-
lū vsum iure seruitutis , alias competeret con-
fessoria,vt dixi in principio huius quæstio.l.si-
cuti.§.Arist.ff.si seru.ven ita dicit Spec.in tit.
de offic. iudi.§ ij. versic.item imploratur loco
11 principalis actoris. † Decimo quæritur quot
sint necessaria ad hoc,vt illa duo interdicta cō-
petere possint.& dic secundum Ros. in titu.de
interdicto , de fonte reficiendo , quòd sex sunt
necessaria.Primum quòd fons sit , siue puteus,
vel lacus,vel piscina. Secundum quòd in illis
sit aqua viua, aliàs non habet locum hoc inter
dictum directe,sed vtile,vt l.j.§.hoc interdi-
ctum. Tertium siue prohibeatur haurire aquā,
siue puteum aperire , vt ibi . Quartum quòd
quis velit purgare fontem,vel lacum, vel pu-
teum, vel piscinam.ff.eod.l.j.§.deinde. Quin-
tum quòd ille qui fuit vsus,fuerit vsus hoc an
no non vi,non clam,non precario.ff.eod.l.j.in
prin.& §.deinde.Sextum ꝙ ita quis vtatur vel
purget eo modo , sicuti consuetus est vti, siue
purgare.ff.eod.l.j.§. hoc interdictum . si vero
quis velit purgare fontem vel coercere aquam
ne fluat,vel dilabatur, non competit hoc inter
12 dictum.ff.eod.l.j.§.j. † Vndecimo quæritur
quomodo debeat formari libellus in his inter-
dictis. Dic interdicto de fonte potest sic forma
ri : Coram vobis,&c.compareo ego B.& con-
queror de M.qui me prohibet vel impedit vti
aqua de fonte,lacu,puteo, vel piscina tali,cui*
tales sunt fines : qua aqua vsus sum hoc anno
non vi,non clam,non pręcario.unde ne me im
pediat vti,sicut vsus sum hoc anno,ago contra
ipsum: & ad hoc propono interdictum de fon-
te,vel actionem in factum : & ista forma libelli
probatur in l.j.in prin.ff.eod.In interdicto ve-
ro de fonte reficien.potest ita libellum conci-
pere : Coram vobis,&c.compareo ego B. con-
tra Titium, qui me prohibet purgare talē fon.
tem,vel reficere piscinam, lacum vel puteum ,
cuius tales sunt fines.vñ ne me prohibeat pur-
gare prædicta, sicut est mihi ius purgandi : vel
non impediat vti,sicut vsus sum hoc anno, nō
vi,non clam, non præcario,ago contra ipsum ,
& ad hoc propono interdictum de fonte refi-
ciēdo,vel actionem in factum, & probatur ista
libelli conceptio in l.j.§.deinde ff.de fonte.&
de his vide Rofred. in hoc interdicto de fonte
reficiendo.& per Specula. in titu.de causa pos.

& proprie.§.priuata.verſicu.porro plerunque
13 quis. † Duodecimo & vltimo quæritur quo
modo formentur poſitiones vel capitula. Et
primo actor poteſt ita formare: Ego A dico ꝙ
in tali loco cuius tales ſunt confines, eſt fons,
vel puteus, vel lacus, vel piſcina. Item quòd in
illis eſt aqua viua, & hoc dicas, quòd eſt aqua
viua, & competit interdictum directe. ſed ſi nõ
eſt aqua viua, hoc non dicas, & competit vtile
interdictum, vt dixi in vij.q. Item ꝙ tu prohi
bes me vti aqua illa non vi, non clàm, non pre-
cario: econtra autem poterit reus ita dicere:
Ego M. dico quòd in tali loco fluit fons, ſed de
ſijt eſſe, & ſi hoc confitetur actor, ſuccumbit.
Item quòd in illo eſt aqua collecta de ſudori
bus, & ſi hoc actor confitetur, ſuccumbit: quia
non competit interdum, niſi pro aqua viua, qđ
intellige de directo. ſed vtile bene competit, vt
ſæpius dictum eſt. Itẽ quòd tu vſus fuiſti hoc
anno aqua illa, vi clàm, vel precario à me. Itẽ
quòd Titius te prohibet vti aqua illa vel pur-
gare fontem aliter quàm vſus fueris. Item vis
quęrere venas, ſiue aperire, vt ff. de fonte. l. j. §.
fin. & de hoc vide per Rofre. in hoc interdicto
de fonte reficiendo. & Specul. in titu. de cauſa
poſſeſſi. & proprie. ver. porro plerunque quis
habet ius.

De ſeruitute Pecoris ad aquam appulſus. Cap. 8.

1 *Pecoris ad aquam appulſus quid ſit.*
2 *Ius pecoris appulſus ad aquam an ſeruitus ſit.*
3 *Seruitus appulſus pecoris ad aquam an nominata, uel innominata ſit.*
4 *Seruitute appulſus pecoris ad aquam qualiter quis vti debeat.*
5 *Seruitute appulſus pecoris ad aquam qua actione aliquis vti debeat: & ut competat, quot neceſſaria ſint, & quomodo libellus & depoſitiones formentur.*

1 PECORIS † ad aquam appulſus, eſt ha-
bere ius appellendi pecoris agri mei per pͥ-
dium vicini ad fontem vel puteum, vt l. 1. §. in
prædiis. ff. de ſeruitu. ruſtic. præd. & inſti. de ſer
uit. §. in ruſtic. & notat Azo in ſumma C. de ſer
2 ui. §. pecoris † ſed dubium eſt an iſtud ius pe
coris appulſus ad aquam ſit ſeruitus. & uidetur
ꝙ non. nam pecora ſunt mobilia. & in pecori
bus & in rebus mobilibus non conſiſtit ſerui-
tus prædialis, ſed eſt quædam facultas, quæ ſa-
pit in dubio realitatem: & ſi aliquis legat mihi
ius pecoris appellendi, cedit hoc legatum à
morte teſtatoris. ita dicit Bal. ĩ l. vnica. §. liber-
tatibus. in penul. q. C. de caducis tollendis. &
pro hoc videtur eſſe tex. in l. Mela. §. fina. ff. de
ali. & cibar. leg. in contrarium videtur, ꝙ imo
ſit ſeruitus præd. ruſtic. per dictam l. j. §. in præ
diis, & ibi gl. hoc tenet. & per dictum §. in ruſti
co. cum glo. ſed tu dic: aut pecora ſunt conſti-
tuta ad agrum ſtercorãdũ, & debent viuere in
fundo tuo. & tunc eſt ſeruitus realis ſeu prædia
lis & ruſticalis, vt in iuribus proxime allegat.
& hoc modo debet intelligi rubri. noſtra. aliàs
ſecus. & ita tenet glo. in d. §. in ruſtic. & Azo in
ſumma. in d. §. pecoris. qui intelligit hanc eſſe
ſeruitutem, quando ex prædio meo nõ poſſem
percipere aliam ſeruitutem, niſi quòd ibi con-
tineantur pecora, vel etiam quando percipio,
ex fundo fructus vel ſegetes cultura pecorum
id eſt boum, per quos colitur fundus, quòd ha
beo neceſſe pecora appellere in fundum vici-
num. & prædicta adde quæ dixi in titulo præce
3 denti in ij. quæſt. † Tertio dubitatur an iſta
ſeruitus ſit nominata vel innominata. ego aliàs
dixi remittẽdo me in titulo præcedenti in iij.
q. & idem dicas in ſeptem ſeruitutibus ſequen
4 tibus. † Quarto dubitatur qualiter vti debet
quis hac ſeruitute. dic quòd non debet appel-
lere maiorem numerum pecorum ad aquam.
& ſi maior numerus appelletur, nõ in omnibus
pecoribus, tunc prohibendum eſſe. Marcellus
ait. quia pecora ſeparari poſſunt, licet Trebatiꝰ
dixerit vniuerſum pecus impune prohiberi: qa
iunctum pecus e pecori cui appulſus debetur,
totum corrumpet pecoris appulſum, vt in l. j.
§. Treba. & §. ſequen. ff. de aqua quotid. & æſti.
& eſt ratio, quia in ſeparabilibus vtile per inu
tile non vitiatur, vt ibi & l. ſi ſponſus. §. genera
liter. ff. de donationib. inter virum & vxorem.
5 cum ſimil. † Quinto & vltimo dubitari põt,
qua actione agi dẽat pro iſta ſeruitute, & quot
ſint neceſſaria vt cõpetat, & quomodo forme-
tur libellus & poſitiones ſiue capitula, & breui
ter dic vt dictum eſt in titulo præcedenti. quia
ea quæ ibi dicta ſunt, locum habere poſſunt et
in iſta ſeruitute. & probatur in l. j. §. ſi quis vti.
ff. de fonte. & hoc ſentit Rof. in titu. de interdi
cto de fonte reficiendo. & ponit tanquam pa-
ria, ſeruitutem pecoris ad aquam appulſus, &
ſeruitutem hauſtus aquæ, & ſimiliter facit Spe
culator in titulo de cauſa poſſeſ. & proprieta.
§. priuata. uerſi. porro.

De ſeruitute iuris paſcendi. Cap. 9.

1 *Seruitus iuris paſcendi quid proprie ſit.*
2 *Pecoris appellatione comprehenduntur omnes quadrupedes, quę gregatim ueſcuntur.*
3 *Paſcua quæ dicantur.*
4 *Paſcuum quotuplex ſit.*
5 *Iuris paſcendi ſeruitus an ruſtica vel vrbana exiſtat.*
6 *Seruitus iuris paſcendi qualiter acquiratur.*
7 *Fundo uendito uel legato an videantur vendita paſcua quæ ſunt, vel in alijs prędijs venditoris debentur.*
8 *Vniuerſitas alicuius uillę ſi rem communem emerit, vt ius paſcendi haberet, & aliquis de dicta villa ſua prædia vendiderit, an ueniat in dicta*
venditione

venditione ius paſcendi, quod dictus venditor habebat.

9 *Venditione molendini per aliquem facta, quo caſu etiam alterius molendini poſtea veniat, et am ſi in venditione de ea mentio facta non ſit.*

10 *Teſtes vbi plures quàm duo haberi poßint, duo de vniuerſitate non ſufficerent.*

11 *Monachi ſinguli in cauſa ſuæ vniuerſitatis teſtificari poſſunt.*

12 *Teſtis examinatus in cauſa vniuerſitatis puta paſcui, ſi ſentiat commodum, & dicat quòd non, an falſum dixiſſe intelligatur.*

13 *Statutum ſi ſit in ciuitate, vt in talibus pratis homines beſtias ad paſcendum intra terminos deſignatos tenere nequeant, & ſic in certa prati parte paſci poterit, & in certa non, & quidam accuſatus fuerit, quòd in dictis pratis beſtias tenuerit, nec fuerit dictum in accuſatione intra terminos deſignatos, ſed ſimpliciter probatum fuerit, an ex hoc condemnatio ſequi valeat.*

14 *Statuti forma ſi magnates non poſſint intrare palatium ante pulſationem campanę ſub certa pœna, an condẽnatio ſequi poſſit, niſi introitus explicite probetur.*

15 *Creditor ſi hypothecaria agat contra ipſum poſſeſſorem, & poſſeſſor confiteatur rem de bonis debitoris fuiſſe, ſed negat fuiſſe obligationis contractæ tempore, quid iuris.*

16 *Tempus aliquod punctualiter vbicunque de ſubſtantia fuerit ad victoriam reportandam, illud tempus liquido & punctualiter probari debet.*

17 *Seruitute iuris paſcendi quomodo quiſpiam vti debeat.*

18 *Seruitus vel paſcendi ius ſi in fundo alieno conſtituta fuerit, an cum omni pecore cuiuſcunque generis paſcere poſſit.*

19 *Seruitus ſi de pecudibus ſimpliciter cõſtituta ſit, & reperiantur pecudes nobiles ſicut ſunt Veronenſes, & ignobiles, ſicuti aliæ Italæ, an omnibus indifferenter ipſa ſeruitus conſtituta intelligatur.*

20 *Paſcuis cũ pecoribus morboſis, ſeu peſtiferis nullus vti poteſt.*

21 *Infectionis timor vbicunque fuerit etiam de ciuitate expulſio fieri poterit.*

22 *Paſcendi iuris ſeruitutem habens in alieno fundo, an ipſam ſeruitutem diuidere debeat.*

23 *Paſcendi ius præter iuſtitiam per tyrannum in prędijs alienis acquiſitum, an in eccleſiam tranſeat.*

24 *Paſcendi ius quanto tempore præſcribatur.*

25 *Iuris paſcendi poſſeßio vel quaſi ſeruitus quomodo probetur.*

26 *Vniuerſitatis x. vel xx. ſi aliquo nemore tanto tẽpore vſi fuerint, quòd non extet memoria in contrarium, in ipſi vniuerſitati ius quæſitum videatur.*

27 *Actus agentium vltra eorum intentionem nõ debent.*

28 *Paſcendi ius villæ vel vniuerſitati cõpetẽs, an per x. hoĩes villæ vel vniuerſitatis probari poſſit.*

29 *Obligationibus facti, obligatio ad intereſſe venit.*

30 *Animal qui in fundo reperit, in quo ſibi iuris paſcendi ſeruitus debetur, an ipſum occidere poſſit, vel retinere, donec damnum reficiatur, quod dedit, vel donec, cuius ſit animal illud, cognoſcatur.*

31 *Seruitus iuris paſcendi quomodo amittatur.*

32 *Iuris paſcendi ſeruitus pro certo pecudum numero ſi vni debeatur, & ipſe ampliori vſus fuerit, an propter hoc ipſa ſeruitus amittatur.*

33 *Seruitus iuris paſcendi cum certo pecudum genere, ſi uni debeatur, & ipſe cum alio genere ſeruitute vſus fuerit, an propter hoc ipſa ſeruitus amittatur.*

34 *Seruitus iuris paſcendi an perdatur, ſi locus ſeruitutem debens per tyrannum occupatus fuerit, qui illis paſcuis vſus ſit.*

35 *Paſcua ſi aliquod commune emerit, & de communi vnius vendiderit fundum ſuum propriũ cum omni iure ſibi ſpectante, an per hoc ſeruitutẽ, vel ſaltem ipſum ius paſcendi amiſiſſe videatur.*

36 *Iuris paſcendi pro ſeruitute qua actione agi dẽat.*

37 *Actio quæ competat illi, in cuius fundo cõtra ſeruitutem debitam quiſpiam paſcitur.*

38 *Fundi, vel pecorum, vel temporis paſcendi ius habens, in alium cogere poſſit.*

39 *Communione ſtare nemo cogitur.*

40 *Prædij ſeruiẽtis dominus an poſſit loca, in quibus alteri ſeruitutem debet etiam ius paſcendi, puta paſcua et ligna, ad culturam reducere inuito domino prædij dominantis, cui iuris paſcendi ſeruitus debetur.*

41 *Et econtra, an ille, cui hæc ſeruitus debetur, inuito fundi domino, poſſit paſcua reducere, ita vt meliora efficiantur.*

42 *Prędij ſeruientis dominus ſi reduxerit paſcua ad culturã, puta ad ſegetes, vites, propter quod paſcua impediuntur ei, cui ſeruitus iuris paſcendi debetur, an cogi poſſit ad reducẽdum prædia ad paſcua, ſicuti tempore ſeruitutis impoſitæ erãt, an vero ad intereſſe agi debeat.*

43 *Obligatio non faciendi, obligatio faciendi dicitur.*

44 *Actiones ſuas remittẽtibus regreſſus dãdus nõ ẽ.*

45 *Actionẽ in noxiali emẽdatio damni eſt in obligatione, & datio dãni pro noxa in ſolutione.*

46 *Paſcere in agro alieno an & quando liceat.*

47 *Paſcere in paſcuis publicis & priuatis, in quibus ipſa ſeruitus impoſita non ẽ, an & quãdo liceat.*

48 *Animal in paſcuis dimiſſum an per illum poſſideatur, qui eum ibi dimiſit.*

49 *Paſtor ſi animalia per inſidioſa loca ad paſcendũ cõduxerit, & ea amiſerit, an de culpa teneatur.*

50 *Paſcui in poſſeſſione ſi quiſpiam fuerit, & eo certo anni tempore utatur, an per hoc ſuam poſſeſſionem retineat.*

1 SERVITVS † iuris paſcendi eſt ius pecoris paſcendi in fundo alieno agri mei cã, ut l. ii. § in prædiis. ff. de ſerui. ruſt. prædiorum. & inſtitu. de ſeruit. § in ruſticorum. & l. ſi nautarum §. fina. de pręſcrip. uerb. & dixi eſſe ius, quia ſeruitutes ſunt iuris: ut inſtitu. de ſerui-

tu.in princ.& l.j. in prin.ff.de ſeruit.ruſt.præ-
dio.& l.hæc autem iura.in princ.codem titu.&
l.ij.§.in prædijs.ff.de ſeruitut.ruſtic. prædior.
2 † Pecoris etiã dixi, quia hoc nomen eſt gene-
rale,& comprehẽdit omnes quadrupedes quæ
gregatim veſcuntur.l.legatis.§. pecudibus.ff.
de leg.iij.& inſtitu.ad l. Aquil.in prin. & ff.eo.
l.iij.& quia lex xij. Tabnl. loquebatur de pa-
ſtu,pecoris,vt d.l.qui ſeruandorum.§.fi.& l.fi.
C. ad l. Aquil. & pro hoc l. Iulianus.§.glans.ff.
de exhiben. & l.ſi pecora paſcenda C.de pact.
dixi paſcendi, quia hæc ſeruitus locum habet
in pecoribns paſcendi,vel quæ paſcuntur,vt ꝓ
batur in l.pecoris paſcendi.ff.de ſer.ruſt.præd.
& in iuribus ſuprà proxime alleg. Dixi in fun
do,quia res ſua nemini ſerui.l.iure communi.
ff.de ſeru.ruſt.prædio.& l.vti frui.ff.ſi vſusfru.
pe. & probatur in d.l.ſi ſeruandorum.§.fi. Vl-
timo dixi agri mei,quia ſi haberem fundũ pro
quo tenerem pecora paſcenda, non poſſet eſſe
tale ius paſcendi, ſeruitus præſertim realis ſeu
prædialis, ſed eſſet ſeruitus perſonalis ſeu ius
perſonale, vt eſt tex.cum gl.ord.in ver.excep.
in l.ſi quis vnas ædes.ff.de vſufru. & text.cum
gl.& ibi Doct.in l.pecoris.& no.per gl.& Do-
cto.in l.vt pomum.ff.de ſer.& per tex.gl.Bart.
& Doct.in l.Mela.§.fin.ff.de ali.& cib.leg.Cir
ca quod vide quæ plene dixi ĩ i.lib.in prin.poſt
diffinitionem ſeruitutis, & tit.de aquædu.ii.q.
3 † Viſa diffinitione huius ſeruitutis iuris paſ-
cendi, quæro primo quæ dicantur paſcua. Et
dic, paſcua ſiue ſaltus dicuntur loca vbi beſtiæ
paſcuntur.l.ſylua cædua.§.fin.ff.de verb.ſigni.
& l.ſi diuortio.§.plane.ff.ſol.mat.& l.i.per to-
tum ti.C.de paſcu.pub.vel priua.lib.xi. & vide
gl.in d.§.plane.vbi dicitur ꝙ paſtio dicitur lo-
cus,vbi beſtię paſcuntur.alleg.d.l.ſi quis vnas
ædes. & eſt tex.in l.inſtrumenta.in fi.de fundo
inſtruct. & ſimiliter ſylua paſcua dicitur, quæ
paſcuis pecudum eſt deſtinata,vt d.l ſylua cæ-
4 dua.§.fi. † Quęro ſecundo quotuplex eſt pa-
ſcuum. Dic duplex. Nam quoddam eſt publi-
cum,& quoddam priuatum,vt probatur in ru-
brica,& per totum tit.C.de paſcu.pu.vel priu.
libr.xi. & de paſcuis publicis dicemus in xii.&
5 vlti.q.princip. † Quæro tertio,an ſeruitus iu
ris paſcendi ſit ruſtica vel vrbana.dic inſpicien
dum eſſe fundum, propter quem debetur iſtud
ius paſcendi: quoniam ſeruitus iudicatur ruſti
ca vel vrbana,prout eſt fundus,cui ſeruitus de
betur,vt no.glo.in verſi. aream.in l.i.ff.de ſer.
ruſti.præd.& ideo ſi fundus, propter quem de-
betur iſta ſeruitus,iuxta no.per gl.in l.pecoris
ff.de ſeru.ruſtic.præd.& ea quæ dixi ſuprà in i.
quæſt.in fi. ſi eſt vrbanus, erit ſeruitus vrbana:
& ſi ruſticus, erit ruſtica. ꝓſſet enim eẽ quòd
in loco non eſſet abundantia terræ, puta in ali-
quo caſtello: tunc eſſet neceſſarium tenere pe
cora cauſa ſtercorandi fundum vrbanũ, in quo
eſſet hortus pro vſu familiæ: vt l. vrbana præ-
dia.cum ibi not.per gloſſ.& Docto.ff.de ver-
borum ſignificatio. circa quod vide quæ plene
dixi in i.lib.in iiii.diui.ſeruitutis.& per ea quæ
6 dicuntur ibi, declaratur iſta quęſti. † Quæro
quarto, quomodo acquiratur iſta ſeruitus.
dic quòd pluribus modis. Primo inſtitutione
vel alia vltima uoluntate, ſi ius paſcendi relin
quatur. argum.inſtitut.de ſeruit.§ fi.& de vſu
fruct.§ i. & l.vſusfructus pluribus modis.ff.de
vſufruct.& l.correptionem.in prin. C.eod.tit.
cum ſimilib. Secundo pactionibus & ſtipula-
tionibus, vel contractibus, puta emptione,vẽ
ditione, vel donatione: vt probatur inſtit. de
ſeruit §.pen.cum glo.in ver.pactionibus.& in-
7 ſtitu.de vſufru.§.ſine iſto. † Sed circa hoc du
bitatur an vendito vel legato fundo,videantur
vendita paſcua quæ ſunt, vel debentur in aliis
prædiis uenditoris. Et in hoc diſtingue: Aut
paſcua erant deputata ad vſum fundi venditi,
& cum eo vno nomine nuncupata: & tunc ve-
niunt etiam paſcua,vt eſt caſus. & ibi hoc not.
Barto.in l.Seiæ tyrannæ.ff.de fundo inſtruc.&
probatur in l.teſtatrix.§.i.ff.ſi ſerui.vend.facit
l.fi.in principio.cum ibi no.ff.de ſerui. vrban.
prædiorum.& d.l.teſtatrix.in princip.& in fin.
& l.i.cum ibi not.per gloſſ.& Bar.ff.de re.dub.
aut dicta paſcua erant deputata ad uſum fundi
uenditi, ſed uno nomine non erant nuncupa-
ta: & tunc illa paſcua fuerunt empta, quę erãt
deputata ad uſum dicti ſundi tantum. & idem
per tex.d.l. teſtatrix.§.i.quia uendendo fundũ
ſimpliciter,præſumitur uendidiſſe totum,& cũ
omni iure ſibi ſpectante, niſi aliquid ſit exce-
ptuatum: ut l.qui tabernam. cum ibi no.ff.de
contrah. emp.& uend.in l.i.C.quę res pig.da.
ſit.& Bal.in l i.C.qui teſta.face.poſſ.& l.ſi do-
mus.§ fin.ff de leg.i. & in l.Titia teſtamẽto.§.
Luc.Titius.de lega.ii. & hoc intellige quando
paſcua, id eſt, ius paſcendi debetur uẽditori in
fundo alieno pro fundo uendito: quia tunc eſt
proprie ſeruitus. ut d.l.teſtatrix §.fi.cum glo.
in uerſi.legatario.in fi.& idem quando paſcua
deberentur in fundo uniuerſitatis: quia tunc
etiam poſſet dici ſeruitus debita uni ad uniuer
ſitatem uendidi fundum proprium ſeu debita
illi fundo: quia licet fundus in quo debetur ius
paſcendi, ſit uniuerſitatis,non tamen dicitẽ ſin
gulorum l.in tantum.§.vniuertſiatis.ff.de re-
rum diui.& l.ſed ſi hac.§.qui manumittitur.cũ
ibi no.ff.de in ius uoc.ſed ſi uendens haberet
ius compaſcendi in fundo communi,iſta non
poſſet dici proprie ſeruitus: quia res ſua nemi
ni ſeruit, etiam communis,ut ſingulis. ut l.in
re communi.ff.de ſerui.urba pręd.& l.utifrui.
ff.ſi uſusfru.pe & ita debet intelligi glo.in d.l.
8 teſtatrix.§ fi.ff.ſi ſer.uen. † Et ex hoc ſequi-
tur ſi uniuerſitas alicuius uillę emit ſaltem rẽ
communem,ut ius paſcendi haberet:& aliquis
de dicta uilla pręuia ſua propria uendiderit, ſi
aliud dictum non eſt, venit in dicta uenditione
ius compaſcendi quod habebat dictus uẽditor.
ut eſt caſus in d.l.teſtatrix.§.i. Et propter hoc
alias iudicaui in quęſtio.mihi ſic commiſſa.
9 † Quidam habebat in flumine Atheſi unum
molendinum magni precii: & quia in illo flu-
mine propè erat alius locus pro molendino fa-
ciendo,

ciendo, vt aliquis non haberet cauſam conſtruē-
di ibi aliud molendinum, & damnificandi ſuum,
emit illum locum ſeu poſtam molendini ſolū,
vt remaneret uacua, ne damnificaretur ſolū mo
lendinum, vendidit molendinum, ſimiliter iudi-
caui quòd in illa venditione veniret etiā illa po
ſta molendini, per d. l. teſtatrix. §. j. ff ſi ſer. ven.
& faciunt ea quæ dicta ſunt. quod eſt not. Præ-
dicta tamen intellige, niſi quantitas prædii ſua-
deret contrarium, puta quia precium conueni-
ret ſolum molendino ac poſtæ molendini. quia
vtrunque multo plus valeret. ar. l. j. cum ibi no.
ff. ad Treb. & arg. glo. notabilis in l. j. § j. in ver.
agendo. in fi. ff. de ſuperfi. & gloſſ. in l. ſemper in
ſtipulationibus. ibi, iter actus intellige etiam a-
ctum ratione rei de reg. iur. & glo. in l. in obſcu
ris. eod. titu. facit c. 1. §. donare. in titu. qualiter
olim feu. pot. alie. & quod no. Ludo. in l. diuor.
§. ob donationes. in 2. col. ff. ſoluto matri. & idē
dico de iure paſcendi, ut non veniat in venditio
ne facta de fundo, quando precium conueniret
ſolum rei venditæ, & non iuri etiam paſcendi,
per prædicta. aut dicta paſcua non erant deputa
ta ad vſum fundi venditi, nec eo nomine nuncu
pabantur cum fundo vēdito, & tunc aut paſcua
ſiue ius paſcendi, non debentur niſi illi qui ha-
bet certum numerum camporum xxv. ſicut eſt
quibuſdam locis ſtatutum. & tunc ſi quis vendi
derit ſimpliciter fundum ſuum pro maiori nu-
mero camporum xxv. etiam non videtur vende
re paſcua, ſeu ius paſculandi, quia illud ius non
debetur extraneo ex forma ſtatuti, niſi habeat
vigore emptionis, quia in ea non eſt nomina-
tus. l. in vendendo. in princip. ff. de contrahenda
emptio. nec vigore ſtatuti, quia illud non loqui
tur niſi in habentibus commodum burſale ſin-
gulis menſibus, puta quando beſtiæ hominum
illius uillæ paſcuntur gratis & ſine aliquo pre-
cio, quod detur communitati. nam tunc licet no
men ſit vniuerſorum, tamen effectus eſt ſingula
ris, vt l. ſicut. §. j. ff. quod cuiuſque vni. no. & d. l.
intantum. §. vniuerſitatis. Et idem dico, quòd
omnis vtilitas peruenerit ad vniuerſitatem, &
ea poſtea diuidentur iure ſingulari eadem ratio
ne. Sed Archid. & Roſ. xiiij. quæſt. ij. c. j. dicit ꝙ
licet in cauſa vniuerſitatis conſtitutiones de vni
uerſitate admittantur, tamen non omnino eis
plena fides adhibetur, & ſic non faciunt plenam
probationem. inducunt Ant. de Butri. in c. cum
nuntius extrá de teſti. qui dicit hoc dictum Ar-
chi. procedere quo ad vniuerſitatem, non quo
ad eccleſiam, quia res vniuerſitatis plus ſpectāt
ad ſingulos, quàm res eccleſiæ ad ſingulos. Et
ſic vult Antonius de Butri. facere differentiam
inter vniuerſitatem ſingularem & eccleſiam.
quæ differentia non placet Ioanni de Imola, in
d. c. cum nuncius. ex quo commodum ita appli
catur vniuerſitati in vno caſu, ſicut in alio, nec
magis ſpectat ad ſingulos in vno caſu quàm in
10 alio. † Vnde ipſe dicit, quòd ubi plures quàm
duo teſtes poſſunt haberi, duo de vniuerſitate
non ſufficerent, & hoc modo intelligatur dictū
Archidia. Sed vbi non poſſent haberi niſi duo,
forte propter facti antiquitatem, tunc in ſubſi-
dium ſtaretur dicto duorum teſtium, ex quo
commodum venit applicandum vniuerſitati. fa
cit in ſimili quod notat Bart. l. de minore. §. tor-
menta. ff. de quæſtio. Ego autem in hoc articu-
lo quantum ad materiam iuris paſcendi, puto
aliter eſſe dicendum, ita diſtinguendo: Si quę-
ritur an homines de vniuerſitate poſſint eſſe te
ſtes, aut eſt quæſtio inter homines de vniuerſi-
tate, illi diſtincte poſſunt in teſtimonium adhi-
beri, & deponere pro vno de vniuerſitate & pro
alio quia tunc ceſſaret cauſæ ſuſcipio, cum præ
ſumatur in dubio teſtis diligere vnū ſicut aliū,
ex quo cenſetur inter eos eſſe par affectio. ar. l.
non ſolum. §. de vno. & quod no. Bart. ff de ritu
nupt. Et ita tenet Card. Zabarel. in c. cum nun-
cius. in fin. extrà de teſti. & pro hoc facit quod
not. Bar. in l. extraneo. §. de quæſtione. ff. de quę
ſtio. & l. qui iſtud. ad fi. ff. de teſtam. pro hoc eſt
tex. cum glo. magna in fi in v. q. & c. conſangui
nei. & glo. & Doct. in cap. poſtremo. de appel. &
qđ not. Bal. in l. cum aliæ. C. de legi. aut eſt quæ
ſtio inter homines aliquos de vniuerſitate & ex
traneum, & tunc alii de vniuerſitate poſſunt eſ-
ſe teſtes, niſi ſentirent aliquod commodum vel
ſentire poſſent, quia ſimilem cauſam haberent,
vt c. perſonas. cum ibi no. extrà de teſti. Aut nō
eſt quæſtio inter homines de vniuerſitate, ſed
inter vniuerſitatem & extraneum, & tunc aut
tractatur de iure paſcendi competenti tantum
vniuerſitati, ita quòd vtilitatis effectus in totū
vel in partem venit etiam in ſingulos de vniuer
ſitate, vel principaliter, quia ſinguli depaſcunt
animalia ſua, & tunc non poſſent teſtificari il-
li, qui ſunt de ipſa vniuerſitate, quia dicerentur
eſſe teſtes in facto proprio. l. omnibus. ff de teſt.
& l. nullus. ff. eo. tit. Idem quando vtilitatis effe
ctus principaliter competeret vniuerſitati, & in
conſequentiam ſingulis de vniuerſitate, puta
quia vniuerſitas locat paſcua, & recipit preciū,
quod diuidit poſtea inter ſingulos, & idem ea-
dem ratione, vt dixi. facit glo. ſingularis. l de iu
re. ff. de municip. & not. l. ex quacunq;. ff. ſi quis
in ius vo. non ie. quod eſt intelligendum, quan-
do ſunt ſinguli capaces illius vtilitatis, aliàs ſe-
cus, ſicut contingit in cauſa monaſterii. quia li-
cet quandoque de bonis monaſterii fiant por-
tiones inter ſingulos monachos, ut c. inſinuāte.
extrà qui clerici, & c. dilecto de præben. tamen
non ſinguli monachi habent ius petendi illas
portiones, vt ibi not. facit quod habetur in c. 2.
11 de ſtat. mon. & c. edoceri. de reſcrip. † Et pro-
pterea ſinguli monachi in cauſa ſuæ vniuerſita-
tis poterunt teſtificari. & hoc videtur Cardina.
Zaba. in d. c. cum nuncius. qui facit differentiā
inter cauſam vniuerſitatis ſecularis, & eccleſia-
ſticæ. Aut tractatur de iure paſcendi, quod com-
petit vniuerſitati tantum quia nullo modo cō-
municatur cum ſingulis de vniuerſitate, nec in
ter eos diuiditur, & tunc quæritur nunquid ho-
mines de illa vniuerſitate poſſint in teſtes ad-
mitti & examinari: & dic ꝙ ſic, per l. intantum.
§. vniuerſitatis. ff. de rerum diu. & l. ſed ſi h. c. §.

qui manumittitur.ff.de in ius vo. Aut quæritur
nunquid dictum eorum faciat plenam fidem, &
sic an sint dicti testesomni exceptione maiores,
& in hoc ego tenerē opi.Archi.videlicet q non
facerent plenam fidē,sed præsumptionem indu
cant quia negare non potest eos non habere ali
quam affectionē ad suam vniuersitatem. quia si
cōmuniter habere consueuerunt,ideo hoc præ-
sumere debemus.ar.l.certi condictio.§ si num-
mos.ff.si cer.pe.& per id quod habetur per glo.
& Doct.in l.j.C. de arb. & ideo non sunt omni
exceptione maiores, ex quo exceptio ista præ-
sumpta pōt eis opponi,vt est gl.no.in c.1.in ver
sic.maiores extrà de consang.& affi & instit.de
inuti.stipula.§.item verborum. Nec facio diffe
rentiam absolute inter vniuersita ē ecclesiasti-
cam & secularem, sicut facere videtur Anto.de
But.in d.c.nuncius.de test.puto tamen q maio
rem præsumptionē faciant,qui sunt de uniuersi
tate ecclesiastica, quàm illi qui sunt de secula-
rirum quia minus iuris habent personæ eccle-
siasticæ quia ius quod habent in vniuersitate ec
clesiastica,nō transmittunt ad hæredes,sicut fa-
ciunt laici,iuxta not.in c. præfati. de offic.or.in
vi.cum si.tum quia personæ religiosæ,seu eccle
siasticæ magis in dubio sunt dignæ quàm secula
res.arg gl.no.lxx.di.monachus.in ver.exami na
ri.Credo tamen si essent plures, fidē plenam fa-
cerent:quia hoc qd deficit in fide,supplet nume
rus a. vt est gl.notabilis in l.iij.§ eiusdē quoq;
principis.in ver.uumerus.ff.de testi. & pro hoc
glo.j in c.cum à nobis.& ibi Doc.extrà ste test.
& tex.cum glo.in c.causam quæ.extrà de prob.
facit quod not.Bart. in l.j.§.idem Cornelio ff.
de quæst.& Bal in l.si quisex argentariis.§ 2.ff.
de eden. In hoc tamen concludo relinquendum
esse arbitrio iudicantis,an illis testibus sit plena
fides adhibenda,qui habet considerare qualita-
tem & conditionem testium siue personatū, &
quantitatem causæ.& si tota vniuersitas magnā
habet in illa causa affectionem,ita ut sit suspicā
dum de illis de vniuersitate testantibus. argu.l.
iij.§.j & § eiusdem q;principis. cum ibi not.ff.
12 de testibus. † Sed pone iuxta prædicta, quòd
testis examinatus in causa vniuersitatis,puta pa
scui,si sentit commodum,dixit quòd non:an in-
telligatur falsum dixisse vt repellatur à testifi-
cando: vel quando colligitur ex præcedētibus,
si repellebatur,dixit falsum aliàs secus. Itē di-
xit Bar.in l.ex quacunque.in iiij. colū.ff.si quis
in ius vocā. non se.de quo dic ut ibi per eum &
Doc.quod perpetuo tene menti. Quarto prin.
acquiritur hæc seruitus uel ius pascendi senten-
tia ar.l.vj.quæ incipit vsus fruct.§ 1. ff.de vsuf.

Quinto acquiritur etiam hæc seruitus lege,
vel statuto. Nam l.acquiritur. i. acquisita est:
quia de iure cautum est,vt quicunque per terrā
transiens,equum suum pabulare voluerit,iuxta
viam in propinquo loco amplecti possit ad refe
ctionem & respirationem equi sui impune, etiā
herba uiridi,& sylua sine vastatione vtatur pro
sua commoditate & vsu necessario. Item dicit
tex.in c.1.§ fi.in ti.de pace tenen.in vsib.feud.

a Numerus.
Numerus maior facit præsumi maiorem veritatem.in Spe. de teste.§.j.versic. quid si oēs. & glos.4. q.3 si testes.§.in testibus. ubi etiam ponit quando præferatur numerus dignitati testium. Et numerus maior facit præsumi maiorem zelū. in Spe.de elect. §.1. ver. publicatione.

quem tex.declara,ut ibi per Doc. Iac. & Alb.&
hoc tenet Bal.qui dicit per illum tex.quòd qui-
cunq; transit per terram cum equo,pōt equum
suum saturare iuxta viam, & potest etiam vti
herba viridi,& sylua sine deuastatione alicuius.
& idem tenet Alber.de Rosa.in l.fi.C.ad l.Aqu.
pro hoc facit,quia de iure diuino licitum est co
medere vuas in agro alterius, sed non exporta-
re,& colligere spicas,& non mittere falcem in
messem alienam.de consec dist. v. discipulos &
plus dixit Bar.in l.2.in fi.per illum tex.C de pa
scu.pub.vel priua lib.xi. quòd milites impera-
toris descendentes ad partes Tusciæ,possunt pe
tere à Tuscis,ut assignent eis prata,quibus pos-
sint eorum equos pascere, non tamen debeant
deuastare prata, ut ibi. Sed contra prædicta op
ponitur,& videtur quòd immo non liceat in a-
lieno pascere equum etiam iuxta uiam.l. Quin-
tus Mutius.ff.ad l. Aquil.So.ille §.fi.in cap 1.de
pace.debet intelligi secundum Andre.de Isern.
ibi,quòd ille qui pascebat,non erat in agro, sed
in via,vnde se appropinquabat ad sepem separā
tem agrum à via,& recipiebat de herba, vel frō
dibus pendentibus supra viam, vel accipiebat
de herba ex sylua ibi propinqua iuxta viā pro
refectione equi sui fessi, quod licet,dummodo
sine damno faciat.& est ratio,quia sibi prodest,
& alteri non nocet.ff.de euict. l. in debitore.in
fi.sed do. Iac.de Alua.in d.c.§ fin dicit,quòd li-
cet ista lectura in se sit uera,tamen non videtur
illi literæ conuenire:quia ille tex.§ fi.præsuppo
nit, quòd transitus fiebat per terram & nō per
viam. Item quia satis modicam dubitationem
habebat,idcirco alii legunt secundum eū, quòd
iste equitans pascebat equum suū in agro iuxta
viam,quod licet,tum quia sibi prodest & alii nō
nocet,tum quia facit hoc ex necessitate, ac etiā
quia iuste credebat dominum permissurū,si hoc
sciret,vnde non dicitur delinquere,ut not.inst.
de ob.quæ ex delic.nas.§.furtum. Item quia li-
cet hoc videatur iuridicum,tamē cum istud sibi
prodest,& alteri non noceat, æquitas suggerit,
vt hoc admittat,ut uidemus in simili,in l.i.sum
ma.§.item Varus.ff.de aqua plu. arce.& ita no.
glo.quæ hoc tenet.xxiij.q.2.cap fin. Sed circa
prædicta communiter sunt statuta, quæ speciali
ter prouident, in quo loco,& in quo tempore li
13 citum sit pasculare. † Sed quid si statutum est
in ciuitate,ut in talibus pratis homines nō pos-
sint tenere bestias ad pascendū infra terminos
designatos.& sic in certa parte prati poterit pa
sci,& in certa nō.& quidā fuit accusatus, q te-
nuerat bestias in dictis pratis,nec fuerat dictum
in accusatione infra term.designatos, & sic sim
pliciter fuit probatū,an ex hoc sequi possit cō-
demnatio Bart formar hanc q.in l.de pupillo.§.
qui nunciat.ff.eo. tit. per quā dicit qn vnum &
idē factū non est prohibitum in qualibet parte
loci,debet exprimi & pbari illa pars loci in qua
factum est punibile. & pro hoc uidetur text. fin.
eum in l.j.in si.cum l.seq.ff.de incēd.ru.& nau.
Item dicit Bar.de tēpore. Pone post mediū mē
sem Martii licet pasculare in certis pratis,& nō

ante

ante. qui accusauit de mense Martij, non dicit
in qua parte dicti mensis: nisi exprimat, & pro-
betur illa pars tẽporis, in qua factũ est punibi-
le, non sequitur condemnatio. pro hoc optime
facit quod not. l. eum actũ. ff. de neg. ge. & pro
hõc ego allego quod no. Ange. in l. in substitu-
tione. de uul. & pup. vbi dicit per illum text. ꝙ
ubi certum & determinatum tempus est de sub
stantia dispositionis, illud punctualiter interue
nire debet, alias dispositio non tenet. alleg. d. l.
cũ actũ. & l. matrẽ. C. de proba. per quem text.
14 Bal. ibi dicit multas quæstiones similes, † & de-
ficeret si ex forma statuti magnates non possunt
intrare palatium ante pulsationẽ campanæ sub
certa pœna, si probatur introitus, non sufficit,
nisi probetur explicite, quòd percussit post so-
num campanæ, vel intrauit ante sonum. l. denũ
ciasse. §. quid tamen. ff. de adult. l. prætor. §. do-
tem. ff. ui bo. rap. Item presbyter a parochiano
petit decimas de quęsitis, & parochianus dicit
se non teneri, quia ille quæsiuit ante consilium
Læteranense. debet enim probare ꝙ ante quæ-
sierit, cum sacerdotis intentio sit fundata de iu
re communi, secundum Cyn. & Angelum in di
15 cta l. in rationem. † Idem dicit Angel. si credi-
tor agit hypothecaria contra ipsum possessorẽ,
possessor confitetur rem fuisse de bonis debito
ris, sed negat fuisse eius tempore obligationis
cõtractæ. Nam creditor debet probare, quòd il
lo tempore fuerit debitoris, quia istud est de sub-
stantia ad fundãdum intentionem creditoris, se
cundũ Cy. in l. & quę nõ dũ. §. quod dicitur. ff.
de pigno. quod dicit esse uerũ in priuato credi
tore agente, secus est in fisco, vt est tex. fin. se-
cundũ unã lecturam in l. j. C. de iure fis. Itẽ pro
hoc allego quod no. idẽ Ang. in l. 2. in 2. col. C.
16 de peti. hære. vbi dicit. per illam l. † quòd vbi-
cunq; aliquod tẽpus punctualiter est de substã-
tia ad victoriã reportandã, illud tẽpus debet ꝓ
bari liquido & punctualiter. allega. d. l. matrẽ.
& d. l. eum actum. & idẽ dicit in loco: vt d. l. non
solum. §. sed vt probari. & idem dicit in procu-
ratore denunciante ut procurator ut l. denun-
ciasse. §. quid tamen. ff. de adult. & idẽ etiã dicit
esse in alia qualitate. l. prętor. §. non autem. &
§. si quis dolo. ff. si quis test. li. es. ius. fu. & idem
uult ipse Ange. in l. j. §. fin. ff. de incen. ru. & na.
qui dicit, ꝙ vbi lex exigit certum locũ uel tem
pus, illud deduci & principaliter probari opor
tet, ut ibi. & l. si quis ex naufragio, eo. ti. & l. li-
bellorũ. ff. de accu. cũ si. & idem dicit Ange. in
l. eũ qui §. Publiciana per illum tex. ff. de pub.
qui subdit, ꝙ cautus sit ille, qui debet probarę
in deducẽdo & probando dictũ tẽpus punctua-
liter alias succumberet. facit l. sed si alienum.
§. in extraneis. eo. titu. & istam sententiã tenet
etiã Bar. in l. matrẽ. circa prin. C. de probat. qui
dicit, quòd quãdocũq; probatio consistit in dif
ferentia temporis uel loci, oportet ꝙ fundus
ex differentia probet differentiam, per d. l. ma-
trem. & per d. l. cum actum. facit l. in illa stipu-
latione, si Cal. & l. hoc iure. & qđ ibi not. Bart.
& Doct. ff. de uerb. obl. & idem in effectu tenet
Bald. in l. fin. in 3. colum. ver. ex quibus conclu
do ibi, vbicunq; iuris ratio. C. de edic. diui A-
dri. tol. & per hoc ẽ facit, qđ no. Inno. in ca. cũ
inhibitio. in vlt. gloss. extra de clang. de spon. &
quod no. Flo. in l. si dominus seruum. in fi. ff. ad
ad l. Aquil. qui dicit per gl. ibi, ꝙ vbi actus po-
test se habere ad habitum, & permissum, sẽper
in dubio intelligitur esse factus ex potestate ꝑ
mittente. & dicit hanc esse notabilem præsum-
ptionẽ, quæ probatur in l. merito. ff. pro socio
& de ista quæstione uide plene per abbatẽ in
c. auditis. in ultima charta. extra de præscript.
& adde l. cũ te. & quod ibi not. Saly. C. de do. l.
17 aut Stichus. ff. de stat. lib. † Quæro sexto prin
cipaliter, quõ quis debeat uti seruitute iuris pa
scendi. & primo dic, quòd debet uti prout in cõ
stitutione seruitutis conuentũ est. ar. l. j. §. si cõ
uenerit. ff. deposi. uel prout est consuetudo uel
statutum in loco. arg. l. qui luminibus. ff. de ser.
urb. præd. & l. an in totum C. de ædi. priua facit
quod dixi supra in seruitute aquæductus, in 8.
q. prin. & ideo quis debet uti illo genere peco-
rum, de quibus conuentũ est in constitutione
seruitutis, & non alio: argum. l. certo generi. in
18 prin. & per totã illã l. ff. de serui. rust. præ. † Sed
quid si simpliciter est constituta seruitus, uel
ius pascendi in fundo alieno, an possit cũ omni
pecore cuiuscũq; generis pasculari? & uidetur,
ꝙ sic, si non est expressa species pecorũ. argu.
l. in tradendis. in princ. ff. com. præ. & d. l. certo
generi. §. fi. & l. si seruitus. in princ. cũ ibi no. ff.
de ser. vrb. præ. quod credo esse verũ, nisi ex a-
liis circunstantiis appareret contrariũ sensisse,
per l. si seruus plurium §. fi. cũ ibi notatis. ff. de
19 leg. j. cum si † Item quid si expressum de pecu
dibus, & reperiuntur pecudes gentiles & nobi
les, quę habent optimam lanã, & magnã curam
& custodiã requirunt, vt sunt pecudes Veronẽ
ses: & reperiuntur etiam alię quæ habent lanã
grossãm, & non requirunt custodiã, ut sunt pe-
cudes Italæ, & seruitus simpliciter est constitu
ta de pecudibus, an possint ab pascua duci tam
pecudes grossæ q̃ nobiles, vel econtra? puto ꝙ
sit inspiciendus locus, in quo sit seruitus con-
stituta, quia si in illo sunt tantum grossę, nõ in
telligeretur de nobilibus. & econtra, si aliquod
damnum uel interesse esset constituenti serui-
tutem: quia in dubio uidetur esse actum de illis
in loco vbi esse consueuerunt. arg. l. semper in
stipulationibus. cum ibi notatis. ff. de regulis.
iur. nec debet applicari numero pecorum vti
in pascendo, quum sit seruitus constituta. arg.
d. l. j. §. Trebatius cũ §. seq. ff. de aqua quoti. &
esti. de qua etiã dicam in seq. q. prin. nec in alio
loco uel tempore, cũ sit seruitus constituta. l.
certo generi. ff. de seruit. rust. præd. l. si eo loco
§. fin. ff. si ser. uen. & l. si cui est uia. in prin. & l.
si quis alia. in prin. ff. quemad. seruitutes amit.
& l. si communem. §. j. eo. tit. sed vbi non esset
conuentio, uel consuetudo, aut statutum, debet
vti secundum naturam seruitutis iuris pascen
di. de qua habetur in l. pecoris, cum l. seq. ff. de
20 ser. rust. præ. † Item non debet quis vt pascuis

cum pecoribus morbosis seu pestiferis:quia a-
lia pecora contagione morbosi pecoris perirēt
seu perire possent.l. Iulianus.in princi.cum ibi
notatis.ff de act.empti. Vnde dicitur,Morbida
facta pecus,totum corrumpit ouile. Ne macu-
let socias,est separanda grege. Et ideo scribit
beatus Hiero.Resecandæ sunt putridæ carnes,
& scabiosa ouis repellenda,ne tota domus arde
at,massa corrumpatur,corpus putrescat,& pe-
cora intereant:vt habetur 24.q.3.resecandæ.&
per hoc est text.in ca.fi.ver. ouem morbidam.
ff.de sta.ho. & ibi gloss. dicit, quòd una ouis
morbida totum gregem inficit. 45. dist. sed il-
lud refert.& facit tex.cum glo.j.ver.iuncta.§.
ex hoc edicta.ff.de dam.infec.& text.in l.2. C.
de sum.trin. per quem dixit ibi Guliel. de Cu.
21 & Bal.& Pau.de Castro.& Doctor.† quòd ubi
cunque est huiusmodi timor infectionis,potest
fieri expulsio etiam de ciuitate.alleg.in auten.
iusiuran.quod præst ab his. in fin. & etiam di-
cit,quòd si aliqua inhonesta mulier venit in vi
ciniam a, possunt vicini facere ipsam expelli.
& idem de leprosis & similib.& de hoc est glo.
in c.j.in ver.expellam.de usuris.in 6.de hoc e-
tiam scripsi in l.ædiles etiam.§.Pedius.in 4.no
ta.ff.de ędi.edic.quod bene nota.quia quotidie
22 potest contingere. † Nunquid autem habens
seruitutem iuris pascendi in fundo alieno, de-
beat ipsam seruitutem postea diuidere? Distin-
gue duos casus aut ambo sunt contenti diuide-
re, aut vnus tantum vult diuidere, alter non.
primo casu subdistingue,aut quæris de diuisio-
ne seruitutis,& ista non potest diuidi, quia est
indiuisibilis.l. si vnus.ff.de serui rust.præ.& l.
si sub una.§ fi.ff.de ver.oblig & hoc vult glos.
fin.in fin.in l.si ex meo.ff.de seruit.rusti.præd.
& hoc tenet Bar.in l.stipulationes non diuidnn
tur.in princip.in.2.op.ff.de verb.obli.& est ra-
tio,quia seruitutes rusticæ reales sunt secundū
indigentiam rei vel prædij dominantis, & usui
in hoc æquiparantur.vt l.ergo.in fin. ff.de ser.
rusti.præ.& no.Bar.in l.ea.§.Cato.in 6.q. & d.
l.stipulationes non diuiduntur.in 4.q.post me
dium colum.de verb.oblig.& ideo sicut usus ē
indiuiduus,l. usus par.ff.de usu & habi.ita etiā
seruitus iuris pascendi uel de ipsis pecoribus.
& in his potest fieri diuisio,videlicet vt citra par-
tem fundi pascantur,& in illa sit seruitus, & in
aliis partibus fundi remittatur seruitus,ut l.ad
certam.ff.de serui.l. si quis duas.§. si quis par-
tem.ff.com.præd.facit l.certo generi in princ.
de ser.rust.præ.& l.si cui via.in prin.ff.quemad
mo.ser.am.non aūt pōt diuidi pro parte incer-
ta pro indiuiso.l.partis.ff.de ser.& l.qui per cer
tum.ff.com.præ.& l.pluribus.§ fin.de ver.sig.
& hoc vult Bar.in prin.secundę opi.in l.stipu-
lationes non diuiduntur.de verb.ob.& simili-
ter non pōt diuidi numerus pecorum nisi pro
diuiso pro pecorum numero, & non alter.arg.
l.usufructuarium.§.in viuariis.& quod ibi not.
Flo.ff.de vsufr.& tenet Bar.in 2.op.dicens, nō
caperet etiam diuisionem pro diuiso,quia si fie
ret talis diuisio,nullus erit vsus,tamen si fieret

a Viciniam. Vicinus non potest retinere meretricem in domo, inuitis uicinis. Vide Gu.de Cu. in l. 2.C. de summa trin.

huiusmodi diuisio inter habentem seruitutem
iuris pascendi,& debentem serui.duta.25.cam-
pos,omnino non compræhenditur uigore em-
ptionis,quia in ea non est nominatur.l.in uen.
in prin.ff.de contrahen.empt.nec uigore statu
ti, quia illud non loquitur nisi in habentibus.
25.campos.immo plus dico, etiam si vendens
diceret, quòd non compræhenderetur ius pa-
scendi,non valeret.arg.l.si ita script. §.de reg.
cum ibi no.ff.de libe.& posth.Aut vendidit.27
campos,vel vltra:& tunc teneo,quando vendi-
tio esset simpliciter facta,nulla mentione de iu
re pascendi, quòd venit ius pasculandi tanquā
connexum.argum.d.§.regula. cum ibi notatis
per gl.& Doct.facit l.alienatio.ff.de contrahē.
empt.& l.traditio.in princi.ff de acqui. re.do.
aut pascua siue ius pasculandi competit uni suo
iure proprio: puta quia emit vel aliter acquisi-
uit ius pasculandi in fundo alterius vel commu
ni,& vendidit postea alium fundum suum nul-
la habita mentione de iure pascendi.& tunc nō
compræhenditur illud ius pasculandi:per dictā
23 l.in uendendo.in principio. †Sed circa prędi-
cta dubitari potest, an ius pasculandi quęsitum
per tyrannum contra ius in prædiis alienis trā-
seat in ecclesiam.& dic quòd non,quia ecclesia
est cultrix & auctrix iusticiæ, nec patitur ali-
quos contra iusticiam in se ferre vel in alterū,
licet priuatus sępe deuiet a iusticia,vt est text.
sing.in c.j.§.& si clientulus.in titu de alte.feu.
Et quia ecclesia non succedit in aliquo turpi
quæstu,c.ex transmissa. exttra de deci. & ideo
debet illis restitui, quibus est iniuste ablatum,
& usurpatum,vel pauperibus erogari.arg.c.cū
tu.extrà de usur.&c.cū sit minus.de Iudæis.fa
cit l.2 & quod ibi nota.C. de epi.audi. Tertio
acquiritur seruitus, siue ius pasculandi pręscri
ptione vel consuetudine præscripta, sicut alia
quælibet seruitus,& ius acquiri potest.ut l.j.&
2.cum ibi not.C.de serui. & l.seruitutem præ-
diorum.cum ibi.no.per gloss.& Doct.ff.de ser-
ui.& l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quo.
& æsti.&c.fin.cum ibi nota.extra de consuetu.
24 cum si.& istud est clarum. †Sed dubium po-
test esse quanto tempore præscribatur.Et dicē
dum est,requiri tātum tempus, cuius initij me
moria non existat in contrarium.quoniam hæc
seruitus habet causam discontinuam.ut dict.§.
ductus aquæ.& l.foramen.in princ.& §.j.ff.de
sertitutib.vrba.præd. nisi allegetur titul. & ad
ipsum probandum deducatur, & probetur ip-
sum fuisse in possessione,vel quasi,huius serui-
tutis,vel iuris pascendi.ut not gloss.not.in d.l.
seruitutes prædiorum.& gloss.j.l.j.§.denique.
el.2.ff.de aqua plu.arcend.& gl.in l.j. & Doct.
in ca.peruenit. extra de censib.& dixi plene in
j.lib.8.q.prin.& supra in ti.de serui.aquæduct.
ver.circa tertium,quando nulla est conuentio.
25 † Sed dubium est qualiter probetur posses-
sio,vel quasi seruitus iuris pascendi.& sic quæ
personæ debeant pasculasse ad hac vt inducat
dicta pręscriptio seu consuetudo pręscripta.
& in hoc distingue:aut singulares personæ præ
ten-

tendunt,ad suam priuatā tantum utilitatem se
prçscripſiſſe,aut uniuerſitatis.Primo casu quā
do sunt ſingulares personæ non eſt dubium,ꝙ
ſi ipſæ fuerunt in quaſi poſſeſſione iuris uel ser
uitutis pascendi per se,vel alius eorum nomi-
ne,sufficit.arg.l.fin.in fin.cum l.seq &l.quod
vulgo meo.in prin.& l. interdum.cum ibi no-
ta.ff.de acqui.pos.Secundo casu,quòd eſt uni-
uerſitas,quæ dicit se præscripſiſſe.& tunc ſi ꝓ
bętur per syndicum,vel alios, qui regunt uni-
iuerſitatem,poſſediſſe sufficeret. vt l.j.§.fin. &
bi hoc notat Barto. & Doctor. & probatur in
l.municipibus.ff.de condit. & de. uel ſi probe-
tur, quòd maior pars uniuerſitatis poſſederit,
vel consenserit, ut aliquis per se poſſideret.l.
metum.§.animaduertendum.ff. quod me.cau.
& no.gloſſ.fin.in l.2.ff.de aquir.pos. vel etiam
ſi probetnr seruum uniuerſitatis poſſediſſe. ti.
d l.j.§.fin.cum l.seq. Sed ſi aliquæ ſingulares
personæ de vniuerſitate poſſederunt,nunquid
hoc sufficiat per vnioerſitatem, vt uniuerſitas
videatur poſſediſſe? vide text.in l. ſicut.§.j.ff.
quod cuiusque vni.no.& ibi gloſſ.in fin. quod
facit ad usum nemoris per beſtias hominū uil-
lę.& ibi Bld.exponit gloſſ. vt ſi ſingulares ho-
mines villæ pasculauerint in nemore,vniuerſi-
ſitas intelligatur, licet non appareat de manda
to eorum.quia patientia uniuerſitatis loco mā
dati habetur,ut ff mand.l.qui patitur quod er-
go pauci poſſederunt,extenditur ad vniuersos.
& ſic extenditur præscriptio seu consuetudo,
secundum gloſſ. de quo per Inno.in c.dilecto.
extrà de offic.archi & hoc quidem uidetur uel
26 le Guil.de Cu.in dicta l.ſicut.§.j. †qui dicit,ꝙ
ſi aliqui, puta 10. uel 20. uniuerſitatis ſinguli
uſi sunt quodam nemore,in tanto tempore cu
ius initij memoria non extat in contrarium,li
cet uideatur acquiſitum ius illis solis,quia præ
scriptio eſt odiosa.leg.quod meo § fin. depo.
tamen ſi ipſi uſi sunt nomine uniuerſitatis, &
tanquam de uniuerſitate,uniuerſitati ius quæ-
ritur.quia cum interrogabuntur,respondebūt
ideo uſi sumus, quia uniuerſitas habet ius. &
ita per tales acquiritur uniuerſitati.facit l.sed
ea.de ll.& l.an in totum.C.de ædifi priuat.& l.
2.C.quæ ſit lon.consue.& hoc inducit consue
tudo.ut ibi. Nec ob.quòd dicitur,præſcriptio
eſt odiosa,ergo non amplianda. quia illud ue-
rum in ipsa acquirenda,sed poſtquam eſt quæ-
ſita,facilius ampliatur.l aperte ff.de iti.ac.pri-
ua.facit.C.de ag.& cen.l.cum sumus.libr.11.
& prędicta intellige uera,ſi prædictę tales per-
sonę hoc fecerint nomine uniuerſitatis. & de
mandato,uel scientia uniuerſitatis, uel regen-
tium ipsum.quo casn nedum poſſeſſio acquiſi-
ta conseruatur, sed etiam de nouo acquiritur.
per d.l.cum l.se.ff.de aquir.pos.& per l.muni-
cipibus.de condi.& demon.coniuncta l.qui pa
titur.ff.man. & dicuntur usę de uoluntate &
scientia eorū quibus cura uniuerſitatis cōmis-
sa eſt:ut l.municipes intelliguntur.ff.ad muni.
& no.per gloſſ.in c.dilectus:el secundo.in ver.
officialibus.extra de teſtib.& intellige, qñ illi
regentes sciebant dictas personas ſingulares
vti nomine eorum,seu uniuerſitatis, alias non
poſſet uniuerſitas poſſidere.ex quo sunt admi-
niſtratores nec sciebant per uniuerſitatē poſſi
dere,quia ad acquirendā poſſeſſionē,requiritur
administratio.l.3.in prin. & l.quēad.ff.de acq.
pos.quia animus debet eſſet apud regētes ciui-
tatē:vt d.l.j.§ fi.cum l.se.eo.ti.& propterea in
practica scis cautus,vt articules & ꝓbes,ꝙ ad-
miniſtratores sciuerint tales nomine uniuerſi
tatis suæ poſſidere. sed ſi ſimpliciter dictæ ſin-
gulares personę vsę fuiſſent dicto nemore,uel
iure pasculādi, absq; mandato,& scientia uni-
uerſitatis,vel regētiū eam.in hoc diſtingue,aut
sunt usę nominibus propriis,& clarū eſt, nihil
acquiſiuerūt uniuerſitati,nec in acquirēda pos
seſſione,nec in acquiſita cōseruāda.l.ſicut.§.j.
27 ff.qđ quisq; uni.no. † quia actus agentiū non
debet operari vltra intentionem eorum.l. non
omnis.ff.ſi cert.pet.aut sunt usæ nominib.pro
priis & uniuerſitatis,vel uniuerſitatis tantū,&
hoc non conſtat,& idem, quia patria sunt non
eſſe,uel eſſe, & non apparere.l.in l.fundi.& l.
tutela.ff.de contrahē.emp.aut cōſtat,ꝙ fuerūt
vsę absque mādato uel scientia uniuerſitatis,
uel gubernantiū eā,& tunc aut tractat de pos-
seſſione uel quaſi,acquiſita uniuerſitate cōser
uāda,& prodeſt uniuerſitati,per tex.in l.gene
ralis.ff.de acqui.pos. & per ea quæ dixi secun-
dū Guil.de Cu. aut tractatur de poſſeſſione uel
quaſi,de nouo uniuerſitati acquirenda,& tunc
videtur ꝙ ius poſſeſſionis uel quaſi, quærere
uniuerſitati non potuerit.per tex.in d.l.j.n.fi.
cū l.seq.ff de acqui pos.& hoc videtur proba-
ri hac ratione: quia ſicut ꝑ ciuē non pōt quęri
ciuitati ratione subiectionis,vt no.Bar.in l.ſti-
pulatus.§.Chrysogonus.ff.de uer.ob. & l.j.ff.
de iure fiſ.ita multominus videtur per ruſticos
poſſe quæri uillæ ſuæ,uel per alias perſonas ſin
gulares uniuerſitati suę.'sed iſta ratio non vi-
detꝫ bona,quia Roſ.& Pau.de Ca.in d.§.Chry-
ſogonus.tenent contrariū, ſcilicet ꝙ per ciuē,
& eius ſtipulationē aquiratur ciuitati,ſicut per
filium patri,quia non eſt minor ſubiectio, quā
filialis,ut l.ueluti.ff.de iuſti.& iu. & nō minus
qui naſcitur ſuę reipu. l.j. §. generaliter. ff. de
u en.in poſ.mit.Vnde Tullius li.1.Officiorum,
Nō ſolū nobis nati ſumus,ortusque noſtri par-
tim patria uendicat, partim amici noſtri.facit
l.poſtlimi.§.filius.ff.de capt. Ego uero teneo,
ꝙ non acquiratur ciuitati,per d.l.j.§.fi.cum l.
ſeq.cum glo. ubi eſt caſus.ff.de acqui.poſ.Nec
ob.dum dixi, per ciuē acquiri poſſe ciuitati ſi-
cut per filium patri, quia hoc non puto uerum
quia non reperitur iure cautum. Et contrariū
notāt cōmuniter Doc in d.l.ſtipulatus.§.Chry
ſogonus.ff. de uerb.ob.Præterea in alia uniuer
ſitate quā ciuitate uel patria,non procedere ſi
26 ne dubio,per prædicta.†Sed aliud dubiū quo-
tidianū pōt occurrere,nunquid ius paſcendi cō
petēs uillæ uel uniuerſitati, poſſit probari per
homines 10.uillæ uel uniuerſitatis. Iſta quæ-
ſtio ponitur per Cy.in l.parētes.in fi.C.de teſt.
qui

qui dicit, ꝙ quãdo disputat̃ de pascuis & ne mo
nibus, in quibus bestiæ singulorũ depascunt, &
singuli ligna incidũt, si inducantur homines de
dicta villa ad testificandũ, eorũ testimoniũ nõ
est idoneum: quia dicitur testimonium in re
propria, ex quo ad eũ spectat cõmodũ. l. j. §. in
propria ff quando ap. sit. coniuncta l. omnibus.
C. de testi. sed si singuli non sentirent aliquod
cõmodum in particulari, sed tm̃ in communi:
quia solũ afferretur cõmodũ in communi, puta
quia animalia solum communis pascebantur,
vel pro communi tm̃ ligna incidebantur, tunc
possent esse testes. arg. l. si autem. §. vniuersita-
tis. ff de re. di. & l. sed si hac. § qui manumittũt.
ff de in ius vo. & etiam ita tenet Ia de Ra. Spe.
& quamplures antiqui & moderni Doct. & idẽ
vult Ia. Bar. & Gui. de Cu. in d. § qui manumit
tuntur. & idẽ tenet in effectu Bal. in d. l. paren-
tes. in fi. qui dicit, ꝙ vtilitatis effectus nõ distri
buitur in singulos, sed pertinet ad bursam vni-
uersalẽ: tunc recipitur testimoniũ singulorũ:
quia bõa sunt diuisa, s. vniuersitatis, à bonis sin-
gulorum: secus vbi vtilitatis effectus distribua
tur in singulos. Ista fuit opin. originalis Cy. in
d. l. j. C. ad l. Aquil. in addi. sua parua, quã qui-
dam non habent: licet Paulus ipsum non alle-
get: imò contra eum cõcludunt. quæ opi. Pau
li licet esse vera, tamen videretur esse limitan-
da, quando ille qui reduxit opus, nõ fuit in do
lo: secus si fuisset: puta quia sciebat se teneri
ad seruitutem, & non posse opus contra serui-
tutem facere: quia tunc videtur ꝙ propter do
lum suum perdat facultatem reducendi rem in
pristinũ statum. arg. l. pen § fi. ff. commoda. &
l. si seruitutem. de pig ac. l. inter causas. §. & cũ
seruus. ff. man. l. quod in pri. ff. de noxa. cum si.
sed certe illa iura loquuntur in actione noxa-
li, in qua interesse præstari potest domino dã-
nũ passo, non seruo, qui dedit damnũ, cũ forte
valeret multo minus quàm sit dãnũ: secus vi-
detur eẽ in casu nostro, in quo nõ interest eius,
cui seruitus debetur, vt damnũ maius sibi resar
ciatur, quã vt res in pristinũ statũ reducat̃. & si
aliquid interesset, plus ẽt illud posset peti, per
l. si cũ dies §. fi. cũ l. seq ff. de arb. Cõis tamen
opi. Doct. videt̃ esse, ꝙ fiat. Aut corpus factum
est reducibile, vel non. vt s̃. dixi. In hoc tñ bre-
uiter cõcludas: aut ille cui debet̃ seruitus, re-
ducto fundo seruientis ad culturam, vult agere
actione l. Aqui. ad emendationẽ damni, & põt,
si fundus nõ esset reducilis ad priorẽ statum. &
istud nõ habet dubiũ. & ita loquitur l. j. & ij. in
prin. C. ad l. Aqui. cũ sim. Aut est reducibilis ad
priorẽ formã, & tũc tene ꝙ similiter possit agi
ad emendationẽ damni, per dicta iura. sed erit
in facultate debentis seruitutẽ, reducere opus
ad pristinũ statũ: & ita põt loqui d. l. ij. in fi. per
ea quæ dixi secundum Pa. aut agere vult actio-
ne l. Aquiliæ, vt res in pristinũ statum reduca-
tur. & tunc aut nõ est reducibilis, & nõ põt, se-
cundum Cy. Bald. Ang. & Saly. in d. l. ij. & istud
est clarũ. Aut res est reducibilis in pristinũ sta-
tũ: & in hoc teneo, ꝙ agere possit, vt reducatur
& pstãdo interesse liberaret̃, p ea q̃ statim dicã
in casu sequẽti: & ita videtur cõis opin. aut il-
le cui debet̃ seruitus, vult agere actione cõfes-
soria: & in hoc stat dubiũ, an possit agere ad re-
ducendũ rẽ in pristinũ statum, vbi põt reduci.
an verò debeat agere ad interesse tantum: quia
in actione cõfessoria venit interesse. l. loci cor-
29 pus. §. in confessoria. ff. si ser. ven. † & quia in
obligatiõibus facti venit obligatio ad interes-
se. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. de
ver. obl. contrariũ tñ teneo, videlicet vt possit
agi confessoria ad opus in pristinũ statũ redu-
cẽdũ. quod sic probatur: qñcunq; factum est in
obligatione ex dispõne legali, semper quis te-
netur ad factum. l. stipulatio. §. sin aũt ff. de no.
ope. nun. & ibi hoc no. Bar. in fi. & idẽ no. Bar.
in l. j. §. j. in ij. col. & l. si prius in x. q. eo. titu. &
Bar. & Doct. in l. stipulationes non diuiduntur
ff. de verb. obli. Sed ista patientia, ꝙ quis possit
cũ suis pecoribus pasculari in fundo debẽti ser
uitutẽ, venit ex dispõne legali. d. l. quoties. de
seru. & l. iij § dari. ff. de vsuf. ergo ad illam præ
cise cogi poterit, nec liberabitur debens serui-
tutem, si vult præstare interesse. Si verò opus
est factũ, eo cui seruitus debetur ignorante, &
sic nec expresse, nec tacite cõsentiente: quia
tunc aut erat ignorãtia facti, quia nesciebat o-
pus fieri, facti puta. quia bene sciebat opus fie
ri in fundo seruientis, sed ignorabat fundum il
lũ sibi seruientẽ, vel ignorabat seruitutem sibi
deberi, & sibi in aliquo non præiudicat: & erit
idem ꝙ est in casu præcedenti, qñ sciuit, & cõ-
tradixit. l. Labeo. & l. sed hoc ita. ff. dẽ aqua plu.
ar. & ibi hoc tenet Bar. & probat̃ in l. Sabin. ff.
cõmuni diui. Aut erat ignorãtia iuris, puta q̃a
sciebat fundũ debere sibi seruitutẽ iuris pascen
di, & sciebat opus fieri contra seruitutẽ debitã.
sed ignorãtia iuris ductus credebat dominum
fundi posse illud opus facere in sui præiudiciũ:
ideo tacuit, & nõ contradixit. & tunc idẽ, quia
ẽt error iuris in hoc casu, vbi tractatur de dam
no suo euitando, sibi nõ nocet. vt dicit gl. not.
quã sequit̃ ibi Bar. & Docto. in d. l. Labeo. ff. de
aqua plu. ar. facit l. iuris ignorãtia. l. ij. & l. erra
30 tum. ff. de iur. fac. igno. † Superest alia q. an
ille qui reperit animal in fundo, in quo sibi de-
betur seruitus iuris pascendi, possit ipsum occi
dere, vel retinere, donec reficiatur damnũ, qd̃
dedit, vel donec cognoscatur, cuius sit illud ani
mal. Ista qõ formatur in persona domini fun-
di, per Spec. in ti. de actore. § j. ver. sed pone, in
ueni pecudem. & per Doct. in l. hoc amplius. §.
de his. ff. de dam. infect. per Bar. in l. ratũ. ff. de
incen. rui. & nau. & Flo. & in l. Quintus. ff. ad l.
Aqui. per tex. gl. An. de Bu in c. si læserit. extrà
de iniur. & dam. da. Ex omnibus breuiter ita
cõcludas. aut volo occidere animal, quia inue-
ni in fundo meo, vel mihi seruitutẽ debenti, &
nõ possum. d. l. Quintus in prin. aut nõ volo ip-
sum occidere, sed verberare, vel vehementius
ipsum deijcere, vel cogere ita, vt aliqđ dãnum
patiatur, & nõ possum, sed debeo ipsum expel-
lere, ac si esset animal meum: aliàs teneor pro
damno

damno d.l. Quintus. in princi.§ j.& iſtud non
habet dubium,niſi eſſet ſtatutũ in loco,qđ da-
ret poteſtatẽ prædictam faciendi. aut nolo ip-
ſum animal percutere vel occidere, ſed retine-
re : tũc aut volo retinere: quia non cognoſco,
cuius ſit animal a, donec intelligere poſſum
eius dominũ,contra quẽ agere valeam, & poſ-
ſum ob hanc cauſam retinere. vt no. fin. Spe. in
d. ver. ſed pone inueni pecudem. & idem tenet
Bald. ſecundũ Ricar. Ma. in l.ij. C. de ſeru. fu. ꝑ
l. capite quinto. ff. de adul.& idem. Lu. de Ro. ĩ
l. hoc amplius §. de his. ff. de dã. infect. aut uolo
animal includere & retinere, donec mihi ſatis-
fiat de dãno, vel ĩtereſſe: & videt̃ ꝗ poſſim: ꝑ. l.
ratus. ff. de ĩ cẽ. ru. & nau.& d.§. de his In cõtra-
riũ videt̃ d.l. Quĩtus: quã ſeqt̃ Ol. Bar.& Doc.
in d. §. de his. tenent ꝗ nõ poſſit includi vel re
tineri. per d.l. Quintus.& idẽ Bal. in d. l.ij. Nec
ob. d.l. ratus & d.§ de his. quia ſecundum Bar.
magis eſt periculum in retentione animalium,
quia facilius pereunt, quã in aliis in d.l. Quin-
tus.& glo.& Io. An.& Bu.& Doct. in d. c. ſi læ-
31 ſerit. extrà de iniu. & dam. da. † Quæto vij.
prin. quomodo ſeruitus iuris paſcendi amitta-
tur. Iſta quęſtio decidi põt ex his quæ dixi in
32 j. lib. in iiij. q. prin. † Sed põt vlterius dubita
ri, an ſi vni debetur ſeruitus iuris paſcendi pro
certo numero pecudũ, & ipſe vſus eſt ampliori
numero, an propter hoc amittatur ſeruitus &
quòd nõ, ex quo plus fecit quã ſibi deberetur.
vt probatur in l. ſi cui via in princ. ff. quemad.
ſer. amit. pro h c optime facit l. j. §. item quęri
tur & § Trebatius. cum § ſeq. ff. de aqua quot.
33 æſti. † Item quid ſi debeatur ſeruitus iuris pa
ſcendi cũ certo genere pecudũ,& vſus eſt ſerui
tute cum alio genere, puta æquarũ vel vacarũ,
an per hoc amittatur ſeruitus? dicas quòd ſic.
& idem qñ debebat vti certo tẽpore vel loco,
& vſus eſt alio loco vel tempore.& l. ſi cõem §.
j.& l. ſi quis aliena. in prin. ff. quẽad. ſeru. amit.
34 † Item quid ſi locus debens ſeruitutẽ eſt oc
cupatus per tyrannũ, qui vſus eſt illis paſcuis,
an perdatur ſeruitus? dicas ꝗ non : vt proba-
tur in l. qui fundum. ff. quẽad. ſeru. amit. cũ his
quæ ibi no. per Bar.& Doc.& pro hoc facit qđ
no. Bal. in l. male agitur. in fi. C. de præſcri. xxx.
anno. vbi dicit regulariter ꝑ tex. in d.l. qui fun
dũ quò Papa Romanus non perdit poſſeſſio-
nẽ alicuius rei ei ſubtractę per rebellionẽ papa
tus : quia Papa vltramontanus ſiue iuſtus ſiue
iniuſtus nomine eccleſię poſſidet.& ſic Roma-
na eccleſia nihil perdit, quia ẽt per ſimplex fa-
ctũ retinetur ſeruitus: d.l. qui fundũ. quod not.
35 † Item quid ſi cõmune emit paſcua, & vnus
de communi vendidit vnũ fundum ſuum pro-
prium cum omni iure ſibi ſpectãte, an pro hoc
videatur amiſiſſe ſeruitutẽ, vel ſaltẽ ipſum ius
paſcendi? & videtur quòd ſic ipſe videatur ta-
cite alienaſſe ẽt illud ius paſcendi per l. teſta-
trix §. j ff. ſi ſer. ven. dicas contrarium, quia in
venditione ſimplici, vel alienatione qualibet,
vel inſtrumento, ſemper intelligitur exceptũ
ius communis ; vt eleganter vult Bart. in l. re-
ſcripta. § ſciendum circa fin. ff. de mu.& hon.
quod no. ad q. de qua fui alias interrogatus, an
ſi commune emit decimam omnium fundorũ
ſuorum, & vnus de commune vendidit prędia
ſua, nunquid videatur vendidiſſe ius decimæ
cum fundis venditis : & dixi, quòd non, ex quo
decima per commune fuerat empta, & commu
36 ni acquiſita & adde quæ dixi ſuprà v. q. princi.
† Octauo quæritur, qua actione agit pro iſta
ſeruitute iuris paſcendi & dic quòd illi, cui hęc
ſeruitus iuris paſcendi debetur, competit actio
confeſſoria. l. ij §. j. ff. ſi ſer. ven. de aqua habe-
tur ibi plene per Flo.& Bart.& Doct. in l. ſi pri
us. ff. de no. ope. nun.& glo.& Doct. in §. æqua.
inſti. de ac.& iſta actio eſt directa, quando com
petit pro ſeruitute conſtituta. ſed ſi competit
pro ſeruitute præſcripta, tunc eſſet vtilis con-
feſſoria in l. j. §. fina. ff. de aqua plu. ar. coniun-
cta aut. niſi tricennali. cum ibi not. per gloſſ.&
Doct. C. de bo. ma. & hoc quando debetur à p̃-
dio alteri prædio. ſecus ſi ille qui habet ius pa
ſcendi, non haberet prædium : quia tunc non
eſſet ſeruitus realis, ſed ſeruitus vel ius perſo-
nale. l. vt pomum. ff. de ſer. ruſt. præd. & dixi in
j. quæſt. principalit. in fi.& hoc caſu ſi illud ius
deberetur ex conuentione, deberetur ex eo cõ
tractu : & ſi deberetur ex præſcriptione cũ ti-
tulo ſimiliter competeret actio ſaltem vtilis. ꝑ
no. in d.l. j. in fi.& d. aut. niſi tricennali. & Bal.
in l. j. C. de vſufruct. & ſi ex forma ſtatuti præ-
ſcripſit, poſſet agi condictione ex illo ſtatuto, ꝑ
37 l. j. cum ibi not. ff. de condi. ex l. † Sed ſi quæri
tur quæ actio competat illi, in cuius fundo
paſculatur contra debitam ſeruitutem : dic
quòd datur actio in factum, puta quia vnus
poſſit paſculare in parte fundi certa, cum cen
tum tantum pecoribus, & alius in alia certa
parte fundi, cum alijs centum vel ducentis
pecoribus, valeret diuiſio, & remoueret ſerui-
tutem in partibus, & pro pecoribus conſtitu-
tam d.l. ad certam. cum alijs ibi alle. aut quę-
ris de tempore, quo debeat paſculari. & hoc
etiam diuidi poteſt, quia tale tempus diuiſio-
nem recipit, vt probatur in l. Lucio. cum leg.
ſequent. ff. de aqua quotidia.& æſtiu.& l. via. §.
j. ff. de ſeru. facit l. ſi ſic conſtituta. ff. quemad-
mod. ſer. amitt.& hoc vult in effectu Bart. in d.
l. ſtipulationes non diuiduntur. in fin. qui ſub-
dit, quòd licet fieri poſſit talis diuiſio reſpectu
commoditatis tẽporis, & ſic modificari, & mo-
dus et adijci. l. iiij. ff. de fur. tamen ipſa ſeruitus
iudicatur indiuidua : quia eius vſus eſt indiui-
duus l. viæ. ff. de ſer. & dic vſum non inferri. ut
dicit ibi Bartol. ſed vſus ſeruitutis reſultat ex
patientia domini promittentis ſeruitutem, &
facto vtentis lege quoties. la ij. ff. de ſerui.& l.
iij. §. dare de vſufr. & quia ſecundum indigen-
tiam fundi dominantis conceditur d. ergo. in fi.
d. ſerui. ruſtico. prædio.& dixi in princi. huius
quæſt. Secundo caſu principali, quando vnus
vult diuidere, alter non : & in primis dicas,
quòd reſpectu ſeruitutis diuidendę non cadit
iſta dubitatio : quia nullo modo poteſt diuidi,
vt

a Animal. Aĩal in dãno reptũ, & retẽtũ, vel ꝑ pignore captũ ſi pereat, dẽt ꝑ officialẽ emẽdari. l. quẽadm. §. magiſt. ff. ad le. Aquil.

38 vt dixi. † Sed quæritur, an vnus poſſit alium cogere ad diuiſionem vel fundi, vel pecorum, vel temporis paſculandi. Et in hoc ſubdiſtingue, aut iſta quæſtio ē inter dominos prædii ſeruientis, aut inter dominos prędii dominantis ſimul. Si eſt quæſtio inter dominos prædii ſeruientis, quia vnus vult diuidere fundū pro parte ſibi ſpectante, alter non vult. & tunc aut ille qui prouocat ad diuiſionem, eſt maior, aut minor. Si eſt maior, poteſt alium prouocare etiam minorem ad diuiſionem. l. ij. C. de fundo dot. & l. inter omnes. C. de prædi. mi. & no. glo. in l. iubemus nulli. in prin. C. de ſa. ſan. eccle. Et eſt ratio, quia nemo cogitur ſtare in communione, quoniam communio ſolet parere diſcordias. l. cum pater. §. dulcisſimus. ff. de le. ij. imò ſi eſſet factum pactum, ut nunquam poſſit fieri diuiſio, non valet. l. & in hoc iudicio. §. ſi conueniat. ff. fa. er. Si eſt minor qui prouocat ad diuiſionem, & tunc regulariter non poteſt petere fieri diuiſionem rei immobilis. l. ſi pupillorum. in princ. ff. de rebus eorum. & d. l. inter omnes. niſi velit diuidere gratia fructuum, vt not. glo. & Doct. in d. l. iubemus. in prin. in ver. diuidere. vel quando ſibi expediret: vt dicit ibi glo. puta quia haberet ſocium rixoſum, vt ſtatim dicam. Si eſt quæſtio inter dominos prædii dominantis, idem quo ad diuiſionem ipſius prædii dominantis communis inter eos. l. via conſtitui. ff. de ſer. ru. præ. & etiā quo ad diuiſionem prædii ſeruientis reſpectu iuris paſculandi, videlicet vt vnus in certa parte fundi, alius in alia, vel vnus cum tot pecoribus, vel certo tempore, alius cum aliis pecoribus cū certo tempore. l. nam ſatis. §. ſed ſi is totus. cum §. ſeq. ff. quemad. ſerui. amit. & per ea quæ dicta ſunt, dum tamen hoc fiat ſine damno & intereſſe alterius. arg. l. ſi ſeruitutes. § publico loco. ff. de ſerui. & l. merito. § ſi quis. in prin. ff. ne quid in lo. pub. & l. ij. §. fi. & l. per quem locum. ff. de ſer. ruſti. præ. & l. Lucio. ff. de aqua quo. & æſtiu. & l. ſi quid. & l. præſes. & l ſi manifeſta. C. de ſer. & aqua. & per no. in l. Gallus. §. & ſi quid tantū. ff. de lib. & poſth. Et aduerte, quando ſolū quæſtio eſt inter dominos prædii dominantis, quia vnus vult diuidere fundum ſeruientis, vel numerū pecorum, vel tempus paſculandi, & alter non vult, & tunc dicendum eſt, vt dixi in princ. Aut eſt maior qui prouocat ad diuiſionem, & alter patitur damnum, ſi fieret diuiſio, quia melius paſcularētur in toto fundo ſimul, quàm de per ſe in aliqua parte, & tunc nō poſſet cogi ad diuiſionem, ex quo dicta ſeruitus eſt ſimpliciter conſtituta. l. ſi ſeruitus. in prin. ff. de ſer. vr. præ. & l. ſi toto generi. §. ſi totus vſq; ff. de ſer. vrba. præ & l. via conſtitui. §. quæcunq; eo. ti. niſi aliqua iuſta cauſa diuiſionis ſubeſſet, ut ſtatim dicam de minore prouocante ad diuiſionē. Aut alter damnum non pateretur: & tunc regulariter
39 poſſet fieri diuiſio a: † quia nemo cogitur ſtare in communione, vt dictum eſt. ar. l. imperatores. ff. de ſer. vr. pr. & vide Alb. in l. teſtatrix. § j. ff. ſi ſer. ven. aut eſt minor qui prouocat, & regulariter non pōt. l. inter oēs. C. de præd. mi. l. ſi

a Diuiſio: Diuiſionem iudex facit, ſi partes diſcordant. Vide Paul. de Caſt. conſi. 92. Diuiſionis libellus quomodo formetur, vide Bart. et Bald. in l. ad officiū. C. cōi. di. et in l. 1. co. ti.

pupillorum. in prin. ff. de rebus eorum. Et idē ſi eſſet eccleſia vel alius, qui prohibitus eſſet alienare. d. l. iubemus. C. de ſac. ſa. ec. Sed hoc fallit, quando ſubeſſet aliqua iuſta cauſa, vt quādo pecora alterius eſſent morboſa, quia tunc deberet fieri diuiſio, vel morboſa repelli. per l. Iulianus. in prin. ff de act. emp & dixi ſuprà in hac vi. q. prin. circa prin. Secunda cauſa eſt, quando alter ſocius eēt nimis rixoſus, vel odioſus, aut moleſtus. l. ſi conueniunt. in fi. & ibi hoc no. Bar. Bal. & Doc ff. pro ſo. & idem not. glo. & Doc. in l. ij. §. nec cogitur. ff. ſol. ma. & Bar. in l. inter pupillos. ff. de aut. tu. Bar. in l. cum ſatis. C. de agri. & Flo. in l. cū ſatis. C. de agri. & cen. li. xi. & Ang. in l. ij. C. de fun. dot. & Flo. in l. i. §. ſi plures. ff. de his qui deie. vel effu. Si vero non eſt quæſtio inter dominos prædii ſeruientis ſimul: & tunc ſi iſta quæſtio eſt, quia domini prædii dominantis volunt inter ſe diuidere fundū ſeruiētis, vel numerum pecudum, vel tempus paſculandi, domini prædii ſeruientis volūt vt fiat aliqua diuiſio, ſed ꝙ omnes ſimul paſculentur, ſicut ſoliti ſunt paſculare, vel econtra domini prædii ſeruientis volunt. & videtur ꝙ diuidere poſſint: quia nemo, vt dixi, cogitur ſtare in cōmunione. In contrarium uidetur, ꝙ nihil debet innouari contra morē veterem & antiquum. l. ſi manifeſte. ff. de ſerui. & aqua. & l. contra conſuetā formam. l ſi præſes. e. ti. & l. an in totū. C. de ædi. pri. Tu dic, ſi ſicut maiores regulariter poſsūt diuidere. ar. l. imperatores. ff. de ſer. ru. prę. & hoc videtur tenere Alb. de Ro. in d. l. teſtatrix. §. 1. ff. ſi ſer. ven. quod tamen intellige, niſi domini prædii ſeruiētis paterentur aliquod dānum ex tali diuiſione, vel domini prędii dominantis, quia tunc poſsūt impedire diuiſionē. Sed ſi ſunt minores, nō poſſunt prouocare ad diuiſionem regulariter. Fallit, quādo ſubeſſet aliqua iuſta cauſa, per ea quæ
40 dicta ſunt. † Alia eſt quæſtio, quæ conuenienter ſubiicitur, an dominus prædii ſeruientis poſſit loca, in quibus debet alteri ſeruitutē, & in quibus debet ius paſcendi, puta paſcua & ligna reducere ad culturā inuito dn̄o prędii dominātis, cui debet̄ ſeruitus iuris paſcendi, & econtra an ille cui debetur hæc ſeruitus, poſſit inuito dn̄o fundi reducere paſcua, ita ut efficiantur meliora, & videtur circa primū dominum prædii dominantis non poſſe reducere paſcua ad culturā inuito illo cui ſeruitus iuris paſcendi debetur: quia eſt contra formā & conſuetudinē ſeruitutis iuris paſcendi impoſitæ. ar. l. pręſes. & l. ſi manifeſte. C. de ſer. & aqua. l. 2. in fi. ff. ad l. Aq. Itē pro hoc l. ſed & ſi quis. §. ſed nec ſeruitus. cū l. ſeq. ff. de vſuf. vbi habetur, proprietariū non poſſe inuito vſufructuario fundo ſeruitutem imponere, ex quo deterior fiat conditio vſufructuarii, & idem probatur in l. locus. §. 1. co. tit. & l. ſi vſusf. §. reſcriptio ff de aqua plu. arcē. l. ſi eo lo. in prin. ff. ſi ſer. uē. In contrariū videtur, ex quo fundum meliorē facit, per tex. l. & ſi forte. § fin. ff. ſi ſer. uend. & l. ſi arborem §. per contrarium. ff. de ſer. vrban. prædio. Ego in hac quæſt. ita diſtinguerem, aut dominus prædii ſeruientis vult

reducere

reducere vſum paſculandi, puta faciendo foſſa-
ta,ne aquis innundaretur,maxime tempore plu
uiali,vel lapides excipiendo,& poteſt etiam in-
uito illo cui ſeruitus debetur,per iura vltimo lo
co alleg. Aut vult reducere paſcua ad culturam,
& mutare formam fundi : puta dum eſſet ager
ſterilis,& incultus , vult reducere ad prata quæ
ſecari poſſint:& tunc ſi vult, quòd in illis pratis
poſſit is,cui debetur ius paſcendi paſculari face
re pecora eodem modo, & per ea tempora qui-
bus ſolitus erat paſculari , & in hoc nõ patiatur
aliquod damnum : imò vtilitatem recipiat , ex
quo meliora paſcua efficiuntur, & idem eadem
ratione.ſecus ſi damnum pateretur , puta, quia
erant pecudes suæ nobiles,ſicut sunt Veronen.
& marceſcerent in pratis pinguibus , tunc non
poſſet ad prata reducere.quia diceretur mutari
forma ſeruitutis in damnum illius,cui ſeruitus
debetur , quod non eſt concedendum, per iura
primo loco allegato. Aut vult reducere ad cul
turam,& ibi ſeminare blada,& ibi vites planta-
re:ex quibus non poſſet ille, cui ſeruitus debe-
tur,commoda percipere: imò per ea impedire-
tur ſuum ius paſcendi:quia dominus prędii ser-
uientis nollet vt tempore culturæ in illis peco-
ra paſcerentur:& tunc clarum,quòd non poſſet
fieri talis reductio ad culturam in præiudicium
ſeruitutis debitæ : per l.ſi via. & l.præſes.C.de
ſeruitutibus & aqua & l.ij.in fin.ff.ad l. Aquil.
cum ſimil.ſuprà alleg.niſi ſeruitus iuris paſcen
di deberetur tantum eo tempore , quo fruges
collectæ ſunt , & paſcua remanerent meliora ,
vel ſaltem non deteriora, quia hoc videtur ꝙ li
citum fuerit domino prædii ſeruientis in ſuo fa
cere,quicquid vult,dummodo non noceat alte-
ri,cui ſeruitus debetur.argum. l.j.§.de eo ope-
re.& §.item ait aquam.ff.de aqua pluuia arcen.
coniuncta l.in re mandata. C.man. & concluſio
breuis eſt in hac quæſtione. Aut dominus prę-
dii ſeruientis reducendo fundum ſuum ad cul
turam,vel ipſum meliorando ſeruituti iure pa-
ſcendi impoſitæ: & non poteſt . aut non nocet ,
41 vel prodeſt,& poteſt,per prædicta . † Sed quid
ecõtra an ille, cui debet ſeruitus iſta, poſſit in-
uito domino fundi ſeruientis iſta paſcua redu-
cere,vt efficiantur meliora ? & uidetur quòd ſic
ad ſimilitudinẽ vſufructuarij, qui poteſt caſum
proprietatis meliorem facere,non deteriorem.
l æquiſſimum.§.fructuarius.in princ.ff. de vſu-
fruct. In contrarium videtur, quòd etiam nul-
lo modo poſſit,etiam meliorando , per l.hacte-
nus.§.fin.in fin.ff.de vſu & habit . Sed tu circa
hoc breuiter conclude:aut ille,cui debetur ser-
uitus,vult mutare formam vel ſtatutum rei vel
fundi,in quo ſibi debetur ſeruitus,puta aliquid
noui addendo vel ampliando vel detrahendo ,
& non poteſt,per d.l.§.fin. cum l.ſequen. & ibi
glo.tenet,& §.fructuarius & ibi glo.Flor.§.ha
ctenus ſi domus & dict.l.ſi.ff.de vſu & habi.aut
non vult mutare rei ſtatutum vel formam , &
tunc ſi nõ nocet domino fundi, teneo ꝙ posſit,
per prædicta iura , & maxime per d. §. fructua-
42 rius.cum glo . † Sed circa prædicta oritur du-
bitatio,quid ſi dominus prædii ſeruientis redu-
xit paſcua ad culturam:puta ad ſegetes , vites ,
propter quod impediuntur paſcua ei cui ſerui-
tus iuris paſcendi debetur,an poſſit cogi ad re-
ducendum prædia ad paſcua, ſicut erant tempo
re ſeruitutis impoſitæ,an vero debeat agi ad in
tereſſe tantum ? & videtur prima facie eum co-
gi poſſe ad reducendum in priſtinum ſtatum lo
ca,in quibus ius paſcendi debetur.arg.l.ij.in fi.
ff ad l. Aquil.vbi dicitur,quòd ſi aquatio deriua
ta eſt in damnum eius cui ſeruitus aquæ debe-
tur,poteſt peti,ut in priorem ſtatum reducatur.
facit l.præſes.& l.ſi manifeſte. C.de ſer. pro hoc
l.j.in prin.ff.quod vi aut clam.& l. ſi colonus.&
l.ſi tertius.§.officium.& per totam l. ff.de aqua
pluu.arcend. In contrarium videtur,vt ſolũ agi
poſſit ad intereſſe.argu.l.loci corpus. §.in con-
feſſoria.ff.ſi ſerui.vend. & quia ſicut in obliga-
tione faciendi ſuccedit obligatio ad intereſſe,
non põt regulariter quis præciſe cogi ad factũ.
l.ſtipulationes nõ diuiduntur. & ibi per Bar.ff.
de uerſi.obl.ita in obligationibus non faciendi.
43 † quia obligatio non faciendi, dicitur obliga-
tio faciendi.probatur in l.ij.§. item ſi in facto.
eod.titu.& ideo videtur , quòd dominus fundi
ſeruientis tenebatur non reducere paſcua ad
culturam,ut dictum eſt ſuprà , nec mutare for-
mam ſeruitutis conſtitutæ, tamen quia contra-
rium facit , ſuccedere debet obligatio ad inte-
reſſe,ego in iſta quæſti. de qua conſultus extiti
altius repetẽdo ita diſtinguerem tres caſus, ali-
quãdo dominus prędii ſeruientis, vel alius,uult
reducere fundum ſeruientem ad culturam.& fe
cit aliquas præparationes tantum, aliquãdo in-
cipit etiam reducere , & reduxit . Primo caſu ,
quando vult reducere fundum,nondum tamen
vere reduxit , ſed fecit tantum præparamenta ,
propter quæ forte turbat illum,cui ſeruitus iu-
ris paſcendi debeatur,puta purgando loca,deſi-
gnando foſſam,vel loca vinearum, vel alia ſimi
lia faciendo.quo caſu poteſt dici, quòd uult in-
cipere,vel quòd incœpit.per tex.l.j §.cœpiſſe.
ff.de polli.& per glo.not.in l.de pupillo. §.nun
ciationem.in verb.inchoet.& l.prætor.§.ſi quis
paratus.in verſi.satiſdare.ff.de no.oper.nunc.&
ibi per Docto. & tunc poteſt ſuccurri ei cui ser
uitus iuris paſcendi in illo fundo debetur, nou.
oper.nunc.ut d.l.de pupillo.§.Sextus. verſ.im-
poſititiam.& hoc,quando ab alio,quàm a domi
no eſſet ſeruitus iſta debita pro prædio vrbano,
iuxta ea quæ dixi ſuprà in iij.quæſtio. princip.
Secus ſi deberetur prædio ius . & d.l.ij.cum gl.
& ibi per Doctor.in l.qui man.eo.tit. poteſt ta-
men contra dominum ſibi ſubuenire per actio-
nem confeſſoriam , per quam dominus prædii
ſeruientis tenetur ad patientiam.arg.l.vti frui.
§.fi.ſi vſusfru.pet.facit l.quoties. la ij.ff.de ſer.
& l.harum.& l.egi.ff ſi ſer.ven. & hoc etiã vult
Barto.in l j.§.ij.ff.de no.ope.nunc. Et per hanc
confeſſoriam poteſt etiam agere ad intereſſe,&
ad fructus.l loci corpus.§.in cõfeſſoria. ff.ſi ſer
uit.vend. Secundo caſu quando incœpit redu-
cere,quod tamen non eſt perfecte. quod quãno
ſit,

ſit,dicit Bar.in l.j.§.j.in fin.ff.de nou. ope.nun. aut opus,de quo quæritur, eſt formiter, vt domus,theatrum , & ſimilia, & tunc non dicitur perfectum,ſed futurum,niſi habeat conſummationem in formam . aut eſt opus ſimpliciter, & informiter, & tunc quicquid eſt factum , poteſt dici opus imperfectum,ut d §.j.eod.tit.& idem & clarius vult Bartol.in l.is qui reipub . in ſi ff. ex quib. cau. ma . Et ego dixi plenius in l.v.§. opere.& l.ædificia.§.perfeciſſe.ff.de verb. ſign. & tunc ſimiliter habent locum omnia remedia, de quibus ſuprà dixi.& plus dico, quòd poterit ille,cui ſeruitus debetur,agere contra reducentem ad culturam,ad deſtruendum opus,ſeu partem operis factam,ſi factum eſt nunciatione noui operis prius facta,per l.1.in princip.& §.1.cũ ibi not.ff.de nou.oper.nunc. in caſu quo locum habeat nunciatio no.oper. ſecundum ea quæ dixi ſuprà in primo caſu.Si autem non eſt factum ſpreta enunciatione,quia nulla facta fuit,dic ut dicam ſtatim in caſu ſequen. Tertio caſu,quando iam dominus prædii ſeruientis reduxit in totum ad culturam magnam partem,ita vt impediatur ius paſcendi , an tunc poterit agi per illum cui debetur ſeruitus , vt cultura reducatur ad paſcua?an vero tantum ad intereſſe?Iſta quæſtio formatur per gloſſ.& Doctor.in l.ij.C.ad l. Aquilli . quæ eſt valde dubitabilis . in qua ita diſtinguerem, compræhendendo omnes caſus , qui veriſimiliter poſſent contingere , videlicet quòd aut facta denunciatio nou. oper. legitime antequam opus illud fieret,& tunc ſi eſt factum ſpreta nunciatione , & eſt ſeruitus vrbana,totum poteſt peti vt deſtruatur. Secus,ſi eſt ruſtica,vt l.j.in princip.cum l.2. & l. qui viam.cum ibi notat.ff.de nou.oper.nunc. Aut non eſt facta aliqua denunciatio noui operis , vel de iure fieri non potuit , quia tunc aut ille cui ſeruitus iuris paſcendi debetur,ſciuit opus fieri, & conſenſit expreſſe , aut non conſenſit expreſſe, ſed eo ſciente & patiente factum opus eſt , aut eo ſciente,& contradicente , aut eo ignorante. Si ille cui debetur ſeruitus , ſciuit & conſenſit expreſſe opus fieri,& tunc non poteſt agere ad de
44 molitionem operis, † quia remittentibus actiones ſuas non eſt dandus regreſſus. l. quçritur.§.ſi operis.ff.de ædil.edict. & regula , quod ſemel placuit.de reg.iur. in vi. nec poterit etiã agere ad emendationem damni vel intereſſe.ar. l. Sabinus.verſicul. ſinautem.ff.communi diui. Si vero eo ſciente , & patiente, & non expreſſe conſentiente opus factum eſt , & tunc aut non fuit deceptus per aliquem errorem vel imperitiam , & nullo modo poterit agere ad demolitionem , vt patiatur aduerſarius opus demoliri, vt ad paſcua fundus deducatur,vt eſt caſus in l. Labeo ait.cum l.ſequent . & ibi gloſſ.Bartol.& Doctores.ff.de aqua pluu. arcend. & probatur in d.l.Sabinus.verſic. & ſi in communi. & l.qui bona.§.ſi quis iuxta.ff.de damn. infecto. & hoc tenet Bartolus in l.quæ dotis.circa finem. ff.ſolut.matrim.poterit tamen agere ad intereſſe & emendationem damni, vt probatur in dicta l. Sabinus.& d.§.qui iuxta.& per gloſſ. & Docto. in d.l.Labeo . Si vero opus eſt factum eo ſciente & contradicente,& in hoc eſt maior difficultas , an poſſit cogi dominus prædii ſeruientis ad reducendum fundum in priſtinum ſtatum , & ſic ad molitionem . Sed dic conſiderandam eſſe actionem,quam vult intentare. Aut enim ille,cui seruitus debetur, ſi non conſenſit , vult vti interdicto quod vi aut clam,vt poteſt,& l.1. & 2.in verb.impetrabis.C.ad l. Aquil. & quando competat,collige ex his quæ no. Bartol.in l. 1.in vltim.colum.ff.de nou.oper.nunc.& Rofr. in interdicto,quod vi aut clam . Aut vult agere actione l. Aquil.& videtur quòd poſſit,per l. 2.in fin. C. ad l.Aquil. In contrarium videtur, quòd actio l.Aquil. datur ſolum ad emendationem damni.Et ita tenet ibi in glo.2.Cy.& probatur in l.j.eo.titu.& inſtit.ad l.Aquil.in princ. cum ſimilib . Cy.autem in d l. 2. diſtinguit.aut eſt opus quod non eſt reducibile ad priſtinum ſtatum,& tunc agi poteſt l.Aquil.ſolum ad damnum ſeu intereſſe , vt d.l.1.& 2.primo reſponſ. C.ad l. Aquil. aut eſt opus reducibile ad priſtinum ſtatum,vt eſt aquæductus à curſu ſuo ſemotus,& tunc poteſt agi actione l.Aquil.vt in priſtinum ſtatum reducatur , & ita loquitur d.l.2. in fin.quæ ita debet intelligi,vt conueniat titulo,ſub quo ponitur.l.imperatores.ff.de in diem addict.& §.quibus.in prima conſtitutione.C.& ita actio erit vtilis , & non directa . pro hoc l.ſi ſeruus ſeruum. §. aquæductus. ff.ad l. Aquil.& ita tenet,& ſequitur Bald. Angel. & Salyc.in d. l. Sed Paul.de Caſt. ibi aliter intellexit dictum text. Dicit enim quòd non poteſt agi principaliter actione l. Aquil.ad deſtruendum opus factum , & ad reducendum in priſtinum ſtatum , ſed debet agi , & in libello principaliter peti, vt condemnetur ad emendationem damni . & hoc venit iure actionis l. Aquil. & ad hoc eſt aduerſarius obligatus], ut l. 1. & 2.;in princip. C.ad l.Aquil. Sed ſi diceret rem ſe velle in priſtinum ſtatum reducere, & non condemnari ad refectionem totius damni,debet audiri.& ſic debet intelligi ſecundum eum d.l. 2.in fine. & ſic cum reus habeat facultatem hoc faciendi vel reducendi rem in priſtinum ſtatum , iſtud eſt potius in ſolutione & obligatione , ſicuti eſt in a
45 ctione noxali . † vbi emendatio damni eſt in obligatione , & datio damni pro noxa eſt in ſolutione, vt l.miles.§.decem. ff. de re iudic.& iſto modo dicit ceſſare ambages , de quibus per gloſſ. & Cyn.in dicta. l. ſecunda . C . ad l. Aquil . qui mirantur quomodo actio l. Aquil. detur vt res in priſtinum ſtatum deducatur. & dicit quòd cum iſta facultas reducendi in priſtinum ſtatum detur reo ex diſpoſitione l.videtur durare iſta facultas quouſque conueniatur iudicati , ſi fuerit condemnatus ad emendationem damni. l. item veniunt.§.idem ait.ff.de petitio.hære. ſed quando venit ex forma contractus , non durat dicta facultas , niſi vſque ad litem conteſtatam. l. ſi quis ſtipulatus.ff.de ſolutio. Sed contra prędictum intel-

lectum

lectum Paul. facit dict.l.ij.in princip.quæ dicit
principaliter poteſt peti, vt in priſtinum ſtatũ
reducatur, eius iudicis curam impetrabis. ſed
Pau. ibi reſpondet per idem quod in ſimili di-
citur l.ſi pacto quo pœnã.ver.ex ſtipula.agens.
C.de pact. Nam verum eſt quòd impetrabis per
indirectum. nam ſi nollet euitare condemnatio
nem dãni dati, poterit reſtituere in priſtinũ ſta
tũ rẽ, & audire iudicis officium ibi. non tamen
quòd ſi facta reſtitutione adhuc agens remane
ret in damno, in illo poſſit etiam reus condem-
nari: vt in ſimili habetur in l.ſi cum dies. in fin.
ff.de arb.& hoc vltimum tenet etiam Sal.in d.l.
2 & iſta eſt opi. Paul. quòd non poſſit agi.l.A-
qui.principaliter ad reducendum rem in priſti-
num ſtatum, etiam quando opus eſſet deducibi
le. aliquando competit actio de paſtu pecoris.
aliquando l. Aquiliæ: & aliquando actio in fa-
ctum. & eſt caſus in l.ſi qui ſeruandarum. §.fin.
ff.de præſcri. ver. Et aliquando competit actio
ad exhibendum.l.Iulianus § glans ex arbore.
ff.ad exhiben.de quibus inde per Roſ.in tit. de
act. quæ vocãtur nomine ſpeciali de paſtu peco
ris. vbi ponit libellum petitionis & quæſtionis
circa prædicta. & Spe.in titu. de offi.ar.iud.§.j.
verſi.quarto circa imminentem.& in tit.de cau
ſa poſ.& proprie.verſi.quarto ſum in fundo. &
46 in titu. de iniur. † Nono principaliter an &
quando liceat paſculari in agro alieno. & dic,
aut eſt ſeruitus impoſita iuris paſcendi conuen
tione, & poteſt ſecundum ſeruitutem conſtitu-
tam.l.j.§.in prædiis.ff.de ſer.ruſt præd.& inſti.
de ſerui.§. in ruſticorum. aut non eſt impoſita
ſeruitus: & tunc aut eſt ſtatutum quòd certo tẽ
pore quis poſſit in alieno paſculari. & idẽ, arg.
l.venditor.§.ſi conſtat.ff. communia prædiorũ.
& l.de quibus coniuncta l. omnes populi. ff. de
iuſti. & iur. aut non eſt ſeruitus impoſita, nec
eſt lex, vel conſuetudo: & tunc aut loquimur in
militibus imperatoris qui veniunt ad aliquas
partes: & tunc dicendum eſt, quòd tempore illo
non debent animalia ſua dimittere vt paſcãtur
in pratis publicis: & ſi magiſter militis non cu-
rauit id obſeruari, in decem libras auri punie-
tur: quę pœna imponeretur etiam deſtruenti-
bus prata priuatorum. l.j.C.de paſ. pu.lib.11.
& ibi hoc no.Bar.& idem eſt dicendum in alijs
militibus eadem ratione, licet male obſeruetur.
dicit tamen Barto.in dicta l.prima per illũ tex.
quòd prouinciales debent prouidere in quo lo-
co animalia militis ſine damno prouincialium
paſcantur: & ideo hoc dicit eſſe vtile pro militi
bus imperatoris deſcendentibus ad partes Tu-
ſciæ: vt poſſint petere a Tuſcis ſibi aſſignari pra
ta quib.poſſint eorum equos paſcere: & intelli
ge ſine iniuria ſubditorum, ſecundum And.de
Barulo in l.2.eo.ti.& ideo non debẽt prata pro-
uincialium moleſtari a militibus principis: vt l.
fi.eo.ti.& dicit Bar.illam l.facere contra ſtipen
diarios Peruſij, vt non poſſint ſtare cum ſuis
equis in pratis pu. vel priuatis: bene tamen poſ
ſent ipſi & alij paſculari iuxta viam: vt c.j.§. fi.
in tit.de pa. te. in vſi. feu. quod declara vt dixi
ſupra.eod.in 5.quæſt.princip.ver.quinto acquĩ
ritur. Aut loquimur in aliis priuatis, & regula-
riter quis non poteſt paſculari cum animalibus
ſuis in agro alieno.l.Quintus.ff.ad l.Aquil.facit
l.diuus.cum ibi no.ff.de ſer.ruſt.præd. niſi iux-
ta viam ſine damno: vt dictum eſt. & de hoc an
& quando ſit licitum paſculari in fundo alie-
no, habetur in d.l.Quintus.& per Albe. in l.fin.
47 ff.ad l. Aquil. † Decimo & vltimo poſſet dubi
tari de paſcuis *a* publicis & priuatis, in quibus
non ſit ſeruitus impoſita, de quibus vide in to-
to titu.C.de paſ.publ.lib.10. & quæ not. in c.2.
§.fin.in.titu.de pa.te.& quæ dixi in præcedenti
quęſt.& ſupra.in 2.& 3.quæſt.princip.& de illo
qui dimiſit equum in paſcuis ſine cuſtode, quẽ
lupus comedit, an teneatur domino, vide gloſſ.
Barto.& Docto.in l.ſi negotia.ff.de nego.geſt.
& Spec.in titu.de locato.§.poſtquam.ver.quid
ſi locaui. & per Angel.& Docto. in dicta l.ſi ne
gocia.& Cyn.Bald.& Docto.in l. precum.C.de
epiſ.au & per Albe.in l.pignus.C.de pigno.act.
& ego dixi in l.quid ſi fugitiuus.§.apud Labeo
48 nem.ff.de ædi.edic. † Item an animal dimiſſum
in paſcuis poſſideatur per illum qui eum ibi di
miſit, vide tex.cum glo.in ver.Oberrauerit.in l.
3.§.Nerua filius.ff. de acqui.poſſ. & ibi Docto.
Item ſi aliquis accepit equũ in paſcuis: quia di-
cit ſe dominum illius equi, an incidat in pœnã.
l.ſi quis in tantã.C.vnde vi. vide ibi gl.magnã,
verſi.quinto quid ſi equum.& Ang.& Doc.ibi,
49 & Bar.& Doc.in d.§.Nerua filius. † Item ſi pa
ſtor conduxit animalia ad paſcendũ per inſidio
ſa loca, & ea amiſerit, tenetur tamen culpa ca-
ſus l. qui petitorio.§. qui rem.ff. de rei ven. &
ibi hoc no.Ang.qui dicit hoc eſſe intelligendũ,
quando duxerit ſciente, vel ſaltem ſcire debue-
rit.l.quod te.ff.ſi cert.pet.& de hoc an & quan-
do paſtor *b* teneatur de mala cuſtodia, & quali-
ter, vide text.gloſſ.& Doct.in l.ſi quis domum.
alias l. Iulianus. §. imperator. cum §.ſeq.ff.lo.
& quod no. Bart. in l. ſi quis ex argentarijs. §.
prætor.ff.de eden. & l. ſi creditor. & l.quæ for-
tuitis.C.de pign.act.Item ſi eſt conuentum in-
ter dominum, & paſtorem de diuidentis fœti-
bus, qua actione ſit agendum. vide l.ſi paſcẽda.
50 C.de pact.cum ibi no. † Item ſi quis eſt in poſ-
ſeſſione alicuius paſcui, & eo tantum vtatur cer
to tempore anni, an per hoc retineat ſuam poſ-
ſeſſionem? dicas quòd ſic l. tertia. §. ſaltus. ff.
de acquiren. poſſeſſio. plura poſſent de paſcuis
& paſtoribus dici, ſed breuitatis cauſa iſta ſuf-
ficiant: quia non eſt prorie materia ſeruitu-
tum, &c.

a Paſcuis. Paſcuorum cõſuetudo inſpici debet. Bal.in ti. de pa.Conſtan. §.mos. Romanorũ. in 3. col. verſi.& no.hoc expreſsũ.& no. in l.j.§.deniq;. el 2. ff. de aqua plu.ar.

b Paſtor. Paſtor tenetur de cuſtodia. in Spec.de act.ſeu pe.§.3.verſi.itẽ not. qđ ſi. in fi.

De ſeruitutibus calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ. Cap. X.

1 *Seruitutes calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ an ruſticæ eſſe dicatur.*

2 *Ius*

2 *Ius calcis coquendæ uel arenæ fodiendæ ultra quã opus fuerit: pro fundo dominantis si promittatur, an talis seruitus constitui poßit.*

3 *Seruitutes calcis coquendę, & arenæ fodiendæ an sint nominatæ vel innominatæ.*

4 *Ius cretæ vel lapidis eximendi si quis habeat, an istud seruitus dicatur.*

5 *Loca, in quibus debetur seruitus, vel ius calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, uel cretæ, aut lapidis eximendi, quomodo nominentur.*

a Cõmoditas. Cummodìtas dicitur respectu usus non respectu fructus. l. cũ in tẽ. & ibi Bar. de rei uen.

1 ISTAE † duæ seruitutes sunt rusticæ, vt ꝓ
batur in l. j. §. in prędiis. & l. ergo. ff. de ser.
rust. præd. & insti. de ser. §. in rusticorum. quo-
niam calx & arena sunt de necessariis ad domũ
culam in agro illius, cui seruitus debetur, faciẽ
dam propter fructus recipiendos. ita dicit glo.
d. §. in rusticorum. in ver. calcis coquendæ. vel
etiam quando deberentur pro alio fundo ru-
stico, ꝑputa si concederetur mihi ius in prædio
tuo, vt in eo mihi liceat calcem coquere vel a-
renam fodere, vt ex his fiant uasa vel instrumẽ
ta, vel granaria, vel ædificia in meo prædio, qui
bus fructus prædij mei reponantur & exportẽ-
tur, uel quid simile fiat, quod ad culturam uel
fructum agri percipiendum necessarium sit. l.
veluti. ff. de ser. ru. præ. & not. per Azo. in sum-
ma C. de ser. §. pecoris. versi. & sic concedi po-
test. Secus si deberetur seruitus pro domo &
pro fundo, vt quia diceretur seruitus vrbana,
quoniam seruitus denominatur a prædio do-
nantis, ut est tex. cum glo. in ver. arena l. j. ff. de
ser. rust. præd. Et quando dicatur fundus rusti-
cus uel urbanus, vel seruitus vrbana aut rusti-
ca, vide quæ dixi. j. li. in 3. & 4. diuisione serui-
tutis. Sed si ius calcis coquendæ debetur vel a-
renæ fodiendę non ad vtilitatem fundi vrbani
vel rustici, non esset seruitus realis, sed ius per
sonale: vt no. & gl. in d. l. veluti. in ver. quid er-
go. & probatur in l. Mela § fin. & ibi per gloss.
Bar. & Doct. ff. de ali. & ci. le. & not. in l. domũ.
ff. de ser. l. pecorum. ff. de serui. rusti. prædio.
2 † Sed hic secundo loco dubitari potest, quid si
promittatur ius calcis coquendæ vel arenæ fo-
diendæ vltrà quàm sit opus pro fundo dominã
tis, an talis seruitus possit cõstitui? Et dic quòd
non. l. ergo. in fi. cum l. seq. eo. titu. & est ratio,
quia seruitutes reales sunt secundum indigẽtiã
prædij dominantis, vt d. l. ergo. § fin. & ita not.
Bar. in l. eadem. in. §. Cato. in. 6. quę. ff. de verb.
oblig. & in l. stipulationes non diuiduntur. in
4. quæst. eod. titu. & dixi supra in d. 4. diuisione
seruitutis. versi. circa istas seruitutes. ibi, item
3 quarta est natura seruitu. † Tertio dubitatur
nunquid istę duę seruitu. sint nominatæ vel in
nominatę. & glo. in l. j. §. in prædij. in uersi. hæc
sunt. in prin. ff. de seru. rust. præ. dicit quòd sunt
innominatæ. Ego tenui supra in lib. j. in 2. diui
sione seruitutis, quòd sunt nominatæ dic vt ibi
dixi. & supra de seruitute aquę ducendæ. in 3.
4 q. princi. † Quarto quæro, quid si aliquis ha-
bet ius creatæ uel lapidis eximendi, an ista sit
seruitus? dic si debetur ad utilitatem prædij ru
stici, erit rustica seruitus, si vrbani, erit vrbana.
Sed si non debetur ad utilitatem fundi, sed ob
aliam causam, puta ut uasa figula venalia face-
re possit: tunc non erit seruitus realia rustica
vel vrbana, sed quędam commoditas *a* ad si-
militudinem usufructus: vt est text. cum glo. &
ibi Doct. in d. l. ergo. §. fi. & l. veluti. ff. de serui.
rust. præ. & probatur per ea quæ dixi supra in
prin. & ideo dixi, ad similitudinẽ usus fru. quia
non usufructus est, vt ususfructuarius habeat
omnes fructus simul, vt institut. de usu & ha. in
prin. quod nõ est in casu, in quo non habet nisi
ius eximendi cretam uel lapidem, sed si habe-
ret ius percipiendi omnes fructus, tunc esset
seruitus ususfru. l. arboribus. in fi. prin. ff. de v-
sufru. & ita not. in d. l. veluti. uersi. sed si ut ua-
5 sa per gl. & Doc. † Quinto & ultimo quæro,
quomodo uocentur huiusmodi loca in quibus
debetur seruitus, uel ius calcis coquendę, are-
nę fodiendę, uel cretæ aut lapidis eximendi.
dic nominantur cretæ fodinę, lapicidinæ. l. di-
uortio. §. si uir in fundo. ff. so. ma. & arenacinę,
in quib. arena foditur. l. sed hi. in prin. & ibi gl.
ff. de publicanis.

De seruitute altius tollendi. Cap. 11.

1 *Seruitus altius tollendi triplex esse dignoscitur.*

3 *Seruitus altius tollendi quare est rustica, & alię sunt vrbanæ.*

3 *Seruitute altius tollendi exemplum quomodo ponatur.*

4 *Seruitute altius tollendi exemplum quomodo procedat, cum quis regulariter poßit tollere domum suam usque ad cœlum, eciam si seruitus imposita non esset.*

5 *Culturæ fauore non potest unus uentum impedire, ne ad alterius prędium transeat.*

1 TRIPLEX † est seruitus altius tollen
di. Vna est seruitus altius tollendi & offi-
ciendi luminibus. uicini. Alia est seruitus altius
non tollendi: & istæ duæ sunt urbanę, de qui-
bus in l. j. ff. de ser. rust. præ. & dixi in primo li.
in duob. titu. Tertia est seruitus altius tollendi,
quæ est rustica l. 2. in princ. ff. de ser. rust. pręd.
& ibi per glo. & Doct. & de ista loquitur rubri-
2 ca nostra. † Pro cuius declaratione primo
quæro, quare ista est rustica, & aliæ sunt urba-
næ? dic quia seruitus denominatur a prædio
prædominantis: ut glo. in l. j. uer. arena. de seru.
ur. præ. & dixi in tit. pręcedenti, & ideo quando
seruitus altius tollendi uel non tollendi debe-
tur prædio urbano, appellatur urbana, & ita ꝓ
cedunt dictæ duæ rubricę primi libri. Quando
uero debetur rustico, nominatur rustica, quia
prædio rustico sit, puta quia est prædium uel
uilla. l. plenum. in prin. de usu & habi. & ita de
bet intelligi ista rubrica, ut uult d. l. 2. in princ.
3 gloss. in fi. † Secundo quęro, quomodo po-
natur exemplum in hac seruitute altius tollen
di?

di? dic poteſt poni domuncula gratia fructuum
parata, quam ille cui debebatur hęc ſeruitus, vo
lebat altius tollere, & officere prædio vicini. l. eo
iure. § ſtabula ff. in quibus cauſ. pign. tac. con-
4 tra. & ita vult glo. in d. l. ij. in princip. † Tertio
quæro quomodo hoc exemplum poſſit proce-
dere, cum quis regulariter poſſit ædes ſuas vel
domum altius tollere vſque ad cœlum, etiam ſi
non eſt impoſita ſeruitus. l. imperatores. & l. cũ
eo. ff. de ſer. vrb. præ. & l. qui luminib. & ibi per
gl. & Doct. eo. tit. & l. altius. & l. ſi ædibus. C. de
ſer. & aqua. ergo ſeruitus non videtur poſſe lo-
cum habere, quia res ſua, & ius suum nõ poteſt
ſibi seruire. l. in re communi. & l. ſi quis ædes. &
l. nemo enim. ff. de ser. vrb. præd. & l. uti frui. in
prin. ff. ſi vſusfru. pe. cum ſimi. dicendum eſt ſe-
cundum glo. in d. l. ij. in prin. quòd in prædiis vr
banis eſt libertas: quia poteſt quis regulariter al
tius tollere. & ita procedunt iura præallega. Sed
in prædiis ruſticis eſt ſeruitus poſſe eleuari al-
tius, quia ubi non eſſet impoſita seruitus altius
tollendi, & officiendi prædio vicini, non poſſet
altius tolli propter vtilitatem ſegetum. l. fin. in
5 fi. C. de fer. & aqua. † Et ratio dubitandi potuit
eſſe, quia fauore culturæ non poteſt vnus impe-
dire ventum tranſire ad prædium alterius d. l
fi. in fi. Et ideo videbatur hoc eſſe introductum
pro public. vtilitate, & non poſſe alio pacto ex-
preſſe contrahentium aliter diſponi, & nec pa-
ctis, videlicet per illam l. 2. in princi. secundum
primam lect. quam etiam ibi Pau. de Caſt. tenet
in d. l. fi. in fi. Vel secundo poteſt dici, quòd iſta
seruitus locum habeat, qñ primus actus fuerat,
ut deberet altius tollere, qa altius ædificare de
neceſſitate eſt seruitus: ſed de voluntate eſt quæ
dam libertas. & ita declarat glo. in d. l. 2. de quo
vide quæ ſuprà dixi in lib. 1. in titu. de seruit. al-
tius tollendi. ubi declaraui quomodo poteſt eſ-
ſe vtilis hæc ſeruitus. Vel tertio poteſt dici se-
cundum eandem glo. quòd hæc seruitus intelli
gatur, quando quis habet poteſtatem altius tol
lendi in fundo vicini ruſtico. quia tunc in alie-
no ius seruitutis conſtitui poteſt. & hanc tan-
quam veram sequitur Flor. in d. l. ij. tamẽ præ-
dicti tres intellectus recte poſſunt procedere se-
cundum quod ſuprà declaraui. cætera circa hãc
materiam uide in duob. tit. de seruit. altius tol-
lendi, & altius non tollendi. & quod no. in l. fin.
§. fin. C. de ſer. & aqua.

De ſeruitute cloacæ. Cap. 12.

1 *Ius cloacæ amittendæ quod ſit.*
2 *Seruitus cloacæ fundo ruſtico quando deberi dicatur.*

1 IVS † cloacæ a amittendæ eſt in l. ius cloa
cæ. ff. de ſer. ſecundum gl. ibi, per l. 2. in prin
ff. de ſer. ruſticor. prędio. quę verba intelligun-
tur de prędio ruſtico dominantis. gloſſ. optime
dicit. Sed ſi intelligeretur de prędio ſeruientis,
deberet addi, de fundo vrbano seruitutem de-
bentis ruſtico fundo, ut eadem gloſſ. in d. l. ij. in
verſicul. domum. in ij. lectur. & vtroque modo
dicitur ſeruitus ruſtica, ex quo debetur fundo
ruſtico, quia seruitus debetur à prędio dominã
tis. l. j. cum glo. in ver. arena. ff. de ſeruit. vrban.
prędio. & dixi in titu. pręceden. in j. quęſtio. &
ideo ſi seruitus cloacę deberetur fundo vrba-
no, diceretur vrbana. de qua dixi ſuprà in j. titu.
2 in titu. de cloacis. † Sed ſi quæritur quando di-
catur ſeruitus cloacę deberi fundo ruſtico. dic
quòd quandoque licet per vicini domum habe
re cloacam. d. l. ij. in princ. ad quam cloacam co
loni agri mei propter neceſſitatem sui corporis
accedunt, quod agro meo expedit: ideoque di-
citur ruſtica seruitus, ut dicit gloſſ. in d. l. ij. in
verſicul. cloacam. Et ita poteſt intelligi d. l. ij.
& d. l. ius cloacę. Sed quando deberetur serui-
tus pro purgando fundo vrbano: tunc diceretur
seruitus vrbana inſpecto fundo dominantis cui
seruitus debetur, & quia iſta materia cloacę
fuit examinata suprà in 1. lib. in titu. de cloacis,
& plenius suprà in titu. de aquæductu. in vltim.
quæſtio. prin. verſi. utile & conuenienter etiam
subiicere. vſque av finem. & aliquid supra de
seruitute vię, in xxxvi. & vltim. quęſti. ideo nẽ
expedit hic aliter declarare &c.

De ſeruitute prætorii uel protecti. Cap. 13.

1 *Prętorium vel protectum habere licere in fundo, quæ ſeruitus eſſe dicatur.*
2 *Prætorium quid proprie dicatur.*
3 *Prętorium, quod alias protectum dicitur quid ſit.*

1 EST † etiam seruitus ruſtica prętoriũ vel
protectum habere licere in fundo, ut ibi re-
cipi poſſint coloni agri mei. l. 2. cum gl. in ver.
2 protectum. ff. de ſeruit. ruſtic. prędio. † Pręto-
rium autem dicitur locus, in quo paterfamilias
reſidere ſolet, & merces & ſpecies tanquam in
horreis retinere. C. de offic. recto. prouin. l. nul-
li. & sumitur hoc ex eo, quia prętorium solet di
ci locus, in quo prętor reddit iura, ut dicit glo.
in l. plenius. in princi. ff. de vſu. & habi. Si igitur
alicui licet in fundo vicini prętorium habere,
in quo sui coloni, ſiue ipſe aut sua familia poſ-
ſint reſidere cauſa ſui fundi ruſtici, dicetur ser-
3 uitus ruſtica. † Protectum vero, quod aliàs
proiectum dicitur, eſt illud quod ita prouehi-
tur, vt nunquam remoueatur, qualia sunt mœ-
niana. l. malum. §. ſi protectum ff. de verbor. ſi-
gnifi. & l. quemadmodum. §. ſi protectum. ff. ad
l. Aquil. & l. ſi duo. §. item videamus. & §. La-
beo ff. vti poſſide. cum ita non ſit licitum pro-
tectum super solo alterius facere, vel habere
in fundo vicini pro vtilitate fundi ruſtici, di-
citur ſeruitus ruſtica. de qua loquitur l. 2. de
seruitut. ruſticor. prędiorum. Et iſta rubrica
declaratur per ea quę dicta sunt in titulis pro-
xime allegatis.

a Ius cloacę. Cloacę meę vſus, an põt impediri per te, ui de Spe. de cauſa poſſ. §. 3. in fi. & §. 4. verſic. ſed nunquid. & cloacę mater ã vide in tit. ff de cloa. per totũ.

De seruitute innominata. Cap. 14.

1 *Seruitutes innominatæ quæ dicantur.*
2 *Seruitutes quæ per quatuor elementa versantur.*

1 POST † vrbanas seruitutes quę nominatę dicuntur, domum primo libro figurauimus, vt ex ea cæteræ seruitutes vrbanæ, quæ nominatæ non reperiuntur, intelligi possint. Nunc verò consequens in hoc libro secundo declaratis rusticis seruitutibus nominatis, alium ordinem adhibeamus, quò alio modo reperiantur facile
2 & haberi & intelligi possint. † Has autem cum circa prædia tantum rustica versentur, per quatuor in primis elementa, terram *a* scilicet, aquam, aerem, & ignem, quantum ad rem pertinet, breuiter ordinandas esse constituimus, ita vt facilius vnusquisque inquirere ac percipere poterit, quando fundo rustico seruitus debeatur, quando illis etiam quatuor elementis nullo iure seruitutis prohibente libere vti valeat.

a Terram. Terra quãtum differt à luna & quantus sit circuitus eius, ponit Plini. na histo. li. 1. non de claro, quia non est materia iur.

De seruitute terræ Cap. 15.

1 *Seruitutes terræ quę sint, & quibus imponantur.*
2 *Religiosi si concedant vt in aliquo loco sepulturam facere possim, & ibi sepelire cœperim, si postea cum eis conueniam ne sepeliam nisi vsque ad certum numerum, & quòd non possim inibi monumentum cum lapidibus, nisi vsque ad certam mẽsuram extruere, an talis conuentio valeat.*
3 *Fundum si quis habuerit, per quam solebat ire ad casas fundo iunctas, & ipsum alteri legauerit, an si legatarius sibi fundum legatum petat, hæredes excipere possint seruitutem dictis casis deberi.*
4 *Casa quid proprie dicatur: & quid capanna.*

QVIA primum apud nos elementum est terra, ideo prius de ipsa in genere videamus, postea specialiter de quibusdam seruitutibus terram concernentibus declarabimus.
1 † Primo & in primis sciendum, seruitutes huiusmodi imponi posse, vt boues, per quos colitur fundus, in vicino agro pascãtur. & ita Nera. lib. ij. membranarum scribit, vt Vlpia. refert in l. iij. in prin. ff. de ser. ru. prę. de qua dixi suprà in ti. de ser. iuris pascendi. Item vt fructus vicini in villa cogantur, coactique habeantur, & vt pedamenta ad vineam ex vicini prædio sumantur, & vicino, cuius lapides fundo tuo immineant, id est, sint iuxta agrum tuum ex parte superiori, posse te cedere ius esse, terram in fundum iacere, saxa posita habere, & in titulum lapides prouoluantur, ibique positi habeantur, indeque exportentur. hæc omnia habẽtur in d. l. iij. in prin. Item potest constitui seruitus gestandi, vel in tuo vuas premendi, vel area tua ad frumenta, cæteraque legumina exprimenda utendi, & habenti prædium rusticum pro eo constituitur. l. Mela. §. fi. cum gl. & Bar. ff. de ali. & cib. leg. Itẽ seruitus rustica cõstitui potest, vt syluæ cedue, & pedamenta vineis nõ desint, si causa fundi rustici dominantis fiat. Item & Mætianus probat seruitutem talem constitui posse, vt tugurium mihi liceret habere in tuo, etiam si habebam pascui seruitutem, aut pecoris appellendi, ut si hyems ingruerit, habeam quò me recipiam: vt si fuerit constituta seruitus propter colentes agrum meum, quatenus in tugurio agri tui recipiantur, vt est tex. cum gl. in ver. habeat. l veluti. ver. item syluæ. ff de ser. ru. præ. Item seruitutes prædiorum tam in solo, quàm in superficie imponi possunt. l. iij. ff. de serui. quod declara, ut ibi, per gl. & Doc. Item seruitutes rusticorum prædiorum, etsi corporib. accidunt, incorporales tamen sunt, & ideo non vsucapiuntur. l. seruitutes prędiorum. in prin. eo. ti. caueri autem vt ad certã altitudinem monumentum ędificetur, nõ potest: quia id quod humani iuris esse desiit, seruitutem non recipit. Item nec illa quidẽ seruitus cõsistere potest, ut certus numerus hominum in vno loco humetur. l. iiij. quæ incipit, caueri. ff. communia. præ. & ideo dicit ibi Paul. de
2 Cast. per illum tex. † ꝙ si religiosi concedant in aliquo loco, vt possim facere sepulturã, & ibi incœpi sepelire: si postea conueni cum eis, vt nõ possim sepelire, nisi usq; ad certũ numerũ, & ꝙ non possum ibi extruere monumentum cũ lapidibus, nisi vsque ad certam mensuram, ista conuentio non valet, & potero sepelire quot uolã, & etiã ornare sepulchrum lapidibus, prout decet. l. 1. §. interdictum. ff. de mor. infer. & ibi etiã Pau. hoc vult. C. de reli. & sump. fun. non obstãte contradictione illorum religiosorũ. sed si vellem ædificare vltra condecentiam possem pro-
3 hiberi. argu. l. si cui. ff. de serui. † Sed in specie nunc quæritur de casis, si quis habet fundũ per quem solebat ire ad casas iunctas fundo, & ipsum alteri legat, an si legatarius petat fundum sibi legatum, possint hæredes excipere seruitutem deberi dictis casis, ut sic possit iri per illum fundum ad dictas casas. Et videtur quòd non: quia nulla seruitus fui ante mortem testatoris, quia res sua nemini seruit. l. in re communi. ff. de ser. vr. præ cum simi. Nec post mortem videtur seruitus aliqua deberi, ex quo non fuit per testatorem imposita, quia res præsumitur libera, vbi seruitus imposita non reperitur. l. alius. & l. si ædibus. C. de seruit Tamen dicendum est contrarium, ex quo testator legauit proprietatem fundi, per quẽ ad casas illas solebat venire: vt l. testatrix. in prin. ff. si ser. ven. & probatur in l. si fundum sub conditione. §. qui fundum. ff. de le. j. & l. fi. in prin. ff. de ser. ur. præ. & per Bart. in l. j. ff. de ser. leg ubi omnino est videndũ de hac
4 materia. † Quæ autem dicatur casa, Bal. in c. 2. si duo fratres in eadem casa. in titul. de fra. de no. benefic. inue. dicit, quòd est vulgare Italicum, & solet dici à cadendo, quando est quędam domuncula. sed nunquid capanna dicatur casa, siue domus? dicit Bal. ibi recurrendum esse ad vulgare: nam illud quod communiter

homi-

homines dicunt,in vulgari eſt inſpiciendũ:proprie tamen non dicitur,domus,quia non conſiſtit ex pariete & ex tecto.ff de uſucap.l. eum qui ædes. quæ dicit eſſe ad ſtatutum. sed uide gl.inſti.de re.di.§.j.in ver.vtilis.quæ declarat, quæ dicatur capanna.

De tugurio. Cap. 16

1 *Tugurium in fundo alieno facere an licitum ſit.*
2 *Tugurium quid dicatur remiſſiue.*

1 TVGVRIVM † an ſit licitum in fundo alie
no facere?dic quòd non regulariter.l. quẽ
admodum.§ ſi protect.ff.ad legẽ Aquil.& l.qui
uicem.§. qui ad ianuam. ff. quòd ui aut clam.
niſi ſit impoſita ſeruitus.l.ueluti.de ſerui.ruſt.
prædio.& ſi fiat non impoſita ſeruitute, poteſt
propria autoritate domini fundi deſtrui: vt d.
§.ſi protectum. & §.qui ad ianuam.quod not.
Sæpe quando in locis,vbi sunt paſcua,conten-
ditur de poſſeſſione vel quaſi, partim faciũt tu
guria aut caſas, vt sub eis ſtent pecorarij sui,
vel coloni,vel fœnum:quia ſi fiat in fundo alte
rius, poteſt dominus propria autoritate & im-
2 pune deſtruere per dicta iura. † Et quid ſit tu
gurium, vide l.tugurij. ff. de verborum ſigni-
ſitio.

De cultura terrarum. Cap. 17.

1 *Vicinus loci priuati ſuperioris ſi ita per ſulcos arauerit,atque per portas,ut ad inferiorem fundum aqua uenerit, an poßit,an uero aquæ arcendæ iudicio cogi poßit,ut in alteram partem aret.*
2 *Opus ſi quiſpiam arando faciat,ex quo aqua pluuia uicino nocere poßit, ſi alter fundus coli non poterit, actione aquæ pluuiæ arcendæ non tenetur.*
3 *Sulcos uel foſſas ſi quiſpiam in uicini inferioris dãnum ſeu ex latere facere poßit, dato quòd non poßit,quomodo ei ſuccurratur.*

DE cultura terrarum breuiter quædam di-
1 camus. † Vicinus loci ſuperioris prati ita
arabat per ſulcos atque per portas, vt ad infe-
riorem fundum aqua veniret, quæſitum eſt an
poſſit. An vero aquæ arcendæ iudicio cogi põt,
ſic vt in alteram partem araret,& ne ſulci vici
ni a inferioris agrũ spectarent. Reſpondendũ
eſt, dominũ fundi inferioris non poſſe facere,
quominus agrum suum ſuperiorem uicinus
quemadmodum vellet,araret,vt eſt tex. in l.vi
2 cinus.in prin.ff.de aqua plu.arc.† Ex quo not.
ſecundũ Bart. ibi, quòd ſi arando aliquis opus
faciat,ex quo aqua pluuia nocere poſſit vicino
ſi aliter fundus coli poterat,non tenetur actio
ne aquæ plu.arc. Sed ſi alio opere fundus pote
rat coli,tenetur de actione.& ita intelligat ver
ſicu.ſequens.sed ſi quos. secundum Bar.& Io.
de Imo.ibi.Gloſſ. autem habuit alium intelle-
ctũ,videlicet, ut lex, vicinus.in prin.inteligatur, ẽt quando ſulci erant nocituri fundo uicini inferioris,ſi nõ animo nocendi facti ſunt,ſed cauſa agri colendi:eſt ratio,quia naturaliter fũdus inferior debet ſeruitutem ſuperiori,vt aquam recipiat.l.j.§.ſi.cũ l.ſeq.ff. de aq.plu.ar. & ideo ſi dominus ſuperior nõ poſſet bene colere fundum suũ ſine sulcis aduerſarijs,ſibi licitum eſt eos facere,vt ibi.& l.j.§.de eo oper. eo.tit.Sed aduerte quòd loquitur quando vicinus habebat fundũ ex latere,& faciebat sulcos ex tranſuerſo animo nocendi fundo vicini, & non propter neceſſitatem,vel utilitatem culture vel aliter. & tertio põt intelligi illa l. vicinus.secundum Pau.de Caſt.quia aut quis facit ſulcos apertos ararro ad ſeminãdũ,& põt facere ſicut vult,ſiue per longum,ſiue per tranſuerſum.ita loquitur l.vicinus in princi. Aut quis vult facere hos non cauſa seminandi,sed cauſa aquã retinendi, qui dicuntur sulci aquarij. & tũc diſtinguit:Aut ſine illis nõ poterat ager coli,& idẽ. Aut ibi poterat,& tunc secus:& ita loquitur uerſi sed ſi quos.probatur in l.j §. eo
opere.eo.tit.quod ſit causa agri colendi & fru-
ctus colligendi quicunq; illi ſint,ſiue frumen-
tũ,ſiue alijs fructus, ſiue opus fiat aratro, ſiue
alio modo:ut eſt tex.cũ gl.& in d.§.de eo ope.
3 §.se.& § Labeo. † Sed quid ſi uult quis facere
sulcos,uel foſſas,in damnum fundi uicini infe-
rioris,seu ex latere,& casu qđ nõ poſſit,quomo
do ei succurretur?dic aut iam fecit.& aqua in-
cœpit decurrere, & poteſt ipsum cogere vt re
pleat sulcos uel foſſas.& ſi nõ replet,cõdẽnari
debet ad intereſſe:d.l. uicinus.uer.sed ſi quos.
Vel põt iudex iubere ut caueat de dã. infec. l.
hactenus.§ ſi.eo.ti. Et etiã manu militari pote
rit repelli ad demoliendũ, & ad planandum o-
pus.l.qui reſtituere.ff.de rei uen.& l.ſtipulatio
§.ſi.ff de no.ope.nun.& no.glo.in d.l.uicinus.
in uer.condemnari. Aut uicinus fecit opus,&
aqua per foſſas nõdum fluxit: & tunc ſimiliter
põt per iudicẽ cogi ut repleat & eſt ratio quia
in illa actione aquæ plu.ar.uenit dãnum futu-
rum.l.supra iter.§ officiũ. & l. hactenus.§ pe.
eo.tit. nec inspicitur ſi nocuit aqua, sed ſi no-
cere potuit,ut dicit glo.in d.l.uicinus. in fine.
in uerbo nunquam fuiſſet.& l.j.§.2.eo.tit.

a Vicini. Vicinus poteſt aquam uenientẽ ex fundo,uel tecto uicini, incurtẽ vel fundũ ſuũ retinere & depellere,ne ſibi noceat. Pau. de Ca.in l.quoties.la j.de ſer. & ſupra. per Barto. Cæp. de ſer ur.c.xij.ca. xlvj. & c.lxvij. &.ſeq.

De ſeminatione plãtarũ Ca 18.

1 *Fundo ſuo unicuique ſeminare herbas, & arbores plantare,uites putare,&c. licitum eſt.*
2 *Aquæductus ſeruitutem per fundum tuum ad fundum meum ſi mihi debeas, non poteris in fundo tuo fodere vel aliud facere per quod aqua corrũpatur.*
3 *Fundi ſui in finibus an alicui plantare licitum ſit: & ſi radices in uicini fundum intrauerint, vel frondes aut rami protendatur,an uicinus eas propria autoritate incidere ualeat.*
4 *Glans ex arbore tua ſi in fundum meum ceciderit, an tibi ipſam auferre liceat, & ſi prohibea,*

quo interdicto teneat.

5 *Glandis appellatione an omnes fructus contineantur.*

6 *Glandem tuam, quæ in fundo meo cadit, si pecus meum comederit, qua actione tenear.*

7 *Hortum uicinus qui certo tempore pratum irrigare solebat, si pratum fecerit, aßiduaque postea irrigatione uicino nocere cœperit, quid iuris.*

POSTQVAM de cultura terrarum dice
re incœpimus, consequens est ut de semina-
tione plantarum, putatione, & insertione ali-
1 qua dicamus. † Et primo sciendum est regulari
ter quem posse in fundo suo seminare arbores,
herbas plantare a, vites & arbores putare, &
alia huiusmodi facere: quia in re sua quilibet
moderator est & arbiter. l. in re mandata. C.
mand. & nemo põt prohiberi uti sua re quocũ
que modo uoluerit: imo si uoluerit, põt agere
actione iniuriarum l. actio. §. fi. ff. de iniu. & l. q
pendẽ. uindemia. nisi probetur seruitus impoli
ta. l. altius. & l. si ædibus C. de ser. not. Bal. in c.
2. in tit. si de feu. fue. controuer. in usi. feu. & c.
cæterum. de iudi. & Anton. de But. in c. nimis.
2 extra de iureiu. † Et ideo sequitur ex hoc, quòd
si mihi debes seruitutem aquæductus per fun-
dum tuum ad fundum meũ, uel hoc anno duxi
aquã per fundum sine vicino, non potes in illo
fundo tuo fodere, serere, succidere, putare, ædi
ficare, vel aliud facere per quod aqua inquine-
tur, vitietur, corrumpatur, deteriorue fiat: & si
hoc fiat, teneberis interdicto de aqua quotidia.
& æstiua. vt est text. in l. j. §. Labeo putat. ff. de
3 aqua quotidiana & æstiua. † Sed circa plantatio
nem arborum quæri põt, an sit licitum alicui in
suo arbores plantare, & in finibus fundi sui: &
si radices intrent fundũ vicini, vel frondes aut
rami protendunt supra fontem uicini, an uici-
nus possit eas propria autoritate incidere, & si
fructus arboris meæ ceciderunt in fundum ui-
cini, vide de his omnibus quæ plene dixi supra
in j. lib. in ti. de arboribus. & in tit. de ser. ne lu-
4 minib. officiatur. in 4. q. † Quibus adde, si glãs
ex arbore tua in fundum meũ cecidit, & extra,
licitũ est tibi tertio quoque die auferre illam,
& si prohibeam, teneor interdicto de glande le
5 genda, † & appellatione glandis omnes fru-
ctus continentur: ut l. vnica. & ibi gloss. Bart. &
Doct. ff. de glan. le. & l. Iulianus. § glans. ff. de
exhi. Itẽ si non patior te tollere glandẽ, teneor
ad exhibendũ, quemadmodũ si tuã materiã in
agrũ meũ delatam tibi auferre non patiar. d. l.
6 Iulianus. § glãs. † Item si immisso pecore, depa
sco glandẽ tuã, quæ in fundo meo cadit, si dolo
malo pecus immisi, vt glandem comederet, te-
neor ad exhibendum: vt d. §. glãs. & ẽt actione
in factum agere poteris. l. qui seruanda. §. glãs.
7 ff. de præscri. verbis. † De irrigatione aliquid di
camus, & si uicinus qui hortum solebat certo
tẽpore irrigare, pratũ illic fecerit, cœpitque, as
sidua irrigatione vicino nocere, ait iurisconsul
tus, neq; damni infecti, neque pluuiæ arcen. eũ
teneri actione, nisi locum complanauerit, eoq;
facto citius aqua ad uicinum peruenire cœpit,
vt est tex. no. in l. apud Trebatium. §. si vicinus
ff. de aqua plu. arcen. & hoc intellige secundum
glo. ibi, quando in alieno aliquid facere tenere
tur. l. si quando. in fi. ff. si ser. uend. & ibi hoc ẽt
vult gl. Sed Pau. de Cast. intelligit illum. §. si vi
cinus nõ alter fundum poterat colere: alioqui
teneretur. l. j. §. de eo opere. de aqua plu. arcẽ.
Vel secundum Ioan. de Imo. ille §. si vicinus in
telligitur quòd ille qui habet seruitutem acti-
uam possit aquam ex fundo uicini ad suum du
cere causa irrigandi, ex quo fuit simpliciter cõ
stituta: trahitur etiam ad pratum quod fit in eo
dẽ fundo. arg. l. si seruitus. ff. de ser. urb. præ. nisi
locus complanetur, ex quo aqua citius decur-
rat, ut in fin. illius §. & adde quæ plene dixi su-
pra de seruit. aquæductus.

a Plantare. Seruitus altius non tollendi non rumpitur per plantationem arboris, secus vero si in seruitute luminibus officiatur. l. ædificia. & in l. si arborẽ in prin. eo. titu.

De sterquiliatione. Cap. 19.

1 *Sterquilitio quid sit, & breuiter totam eius materiam remißiue.*

1 DE sterquiliatione † uide textum cum gl. in l. si quando. §. fi. & quod ibi no. si serui. uendi. & quæ dixi in primo libro, in titulo de sterquiliatione.

De messe & uindemia. Cap. 20.

1 *Messem uel uindemiam cuilibet domino uel colono in fundo suo facere licet, prohibens autem iniuriarum actione tenetur.*

2 *Statuta si dictauerint, ne quis poßit uindemiare uel messem facere etiam in suo, nisi certo tempore, uel ut colonus partiarius non poßit incidere messem, nisi præsente locatore, uel nisi notificatione sibi facta, quibus casibus seruanda essent.*

3 *Fundum alienum an cuilibet ingredi liceat, & uuas uel spicas colligere.*

1 DE messe † & vindemia colligenda, quòd
licitum cuilibet domino uel colono mes
sem & vindemiam in fundo suo uel sibi locato
facere, & pro libito voluntatis: & si ab aliquo
prohibeatur, potest agere actione iniuriarũ. l.
qui pendentẽ vindemiã. ff. de act. emp. & l. iniu
riarũ actio. §. si quis prohibeat. ff. de iniur. nisi
ex forma statuti vel cõsuetudine seruaretur cõ
2 trariũ. † Quæro, in quibusdã locis sunt statuta
ne quis possit vindemiare vel messem facere et
in suo, nisi certo tempore: & ratio statuentium
forte fuit, ne ante tẽpus domini colligerent ꝓ
prias, & postea accusarent saltuarios de dãno
dato uel nisi forte in instrumẽto locationis cõ
tineatur, vt vel colonus, vel partiarius nõ pos-
sit messem incidere, nisi præsente loca. uel saltẽ
nisi prius sibi facta notificatione: quibus casi-
bus conuentiones vel statuta seruanda essent.

l. omnes

l. omnes populi. de instit & iure. & l. 1. ff. depos. 3 † Sed nunquid sit licitum cuilibet ingredi fundum alienum & vuas colligere vel spicas? dic quòd de iure licitum est comedere, & non exportare. & continere spicas, sed non mittere falcem. de conse. di. v. stipulas. & no. gloss. j. di. omnes leges. in ver. fas est. & communiter sunt statuta prouidentia circa hoc, & de consuetudine seruatur etiam illud ius diuinum, veruntamen si antequam quis ingrediatur fundum alienũ, prohibeatur à domino, ingredi non poterit. l. iniuriarum actio. § fi. ff. de iniur. & l. diuus. ff. de ser. ru. prædi. & propterea dicitur d. c. omnes leges. ire per agrum alienum fas est, ius non est. id est, fas est domino non prohibente, ius non est prohibente domino, ut ibi not. & adde quæ dixi suprà de ser. itine. in pe. q prin. & vide tex. cum glo. in l. per agrum C. de serui.

De aucupatioue. Cap. 21.

1 *Aucupari, vel venari in fundo alieno licitum est, et de consuetudine vsurpatur: si tamen dominus volentem ingredi fundum suum causa venandi, vel aucupandi prohibeat, non erit ei licitum.*

2 *Venando vel aucupando in fundo alieno si quispiã aliquid ceperit, an domino fundi restituere teneatur.*

3 *Venator an in fundo retineri possit, vt reddat quod percipit.*

4 *Bestia fera si in laqueum alienum reperiatur, an occupantis erit.*

5 *Bestiam feram si vnus vulneret, & alius capiat, cuius erit.*

6 *Lupus, vel miluus, vel accipiter, vel canis si acceperit auem, vel pecudem, vel aliud animal vnius, et quidam tertius surripuerit de ore lupi, milui, accipitris, vel canis, an priori domino id quod acceperit restituere teneatur.*

7 *Accipitrem vel falconem cum sonaleis argenteis in pedibus iunctis si quispiã acceperit, an priori domino restituere teneatur.*

8 *Retia seu laqueos tendere, aut quælibet alia instrumenta ad capiendas negationes, an licitum sit.*

9 *Nobiles & milites priuilegiati sunt, vt cum canibus & auibus venentur.*

10 *Venari cum armis an licitum sit.*

11 *Venatio clericis et monachis an, et quãdo licita sit.*

12 *Fossas, aprorum vrsorumq; capiendorum causa facere, an licitum sit.*

13 *Fossata siue fossæ, quæ sunt inter viam publicam, et fundum priuatum, cuius esse debeant.*

14 *Sepes in finibus fundi sui, an facere licitum sit.*

1 AVCVPARI † autem, vel venari in fundo alieno licitum est, & de consuetudine vsurpatur: si tamen dominus volentem ingredi fundum suum causa venandi, vel aucupandi, prohibeat, non erit ei licitum: ut est casus in d. l. iniuriarum §. fi. & d. l. diuus. cum gl. & l. iij. §. plane. ff. de acquir. re. do. & instit. de re. di. §. 2 feræ. ver. plane. † Sed quid si vnus in alieno venando vel aucupando aliquid cepit: an teneatur restituere domino fundi? glo. format istam q. in d. l. diuus & ibi firmat quòd non, per tex. in d. §. feræ. & l. fi. §. & sed cum. C. de fur. & idem tenet glo. in d. §. Sed glos. in d. §. feræ. insti. de re. di. §. plane. tenet cõtrarium: sed communiter primę glos. tenentur. & dicit Angel. in d. l. diuus quòd gaudent nobiles & principes, quòd possint venari in fundo alieno. & est ratio, quia solus ingressus est prohibitus, non captura. d. § feræ. cũ aliis suprà alleg. Aliqui concordant dictas glos. vt gl. d. § feræ. & procedat in casibus post prohibitionem. Sed dicit Flor. in d. l. diuus. quòd ista concordia non est tuta: quia priuati prohibitio non impedit translationem dominii. l. ea lege. de condi. ob causam. l. si ita quis §. si ea lege. ff. de verb. ob. no. Bart. in l. qui absenti. ff. de do. Vnde Flor. in d. l. diuus. aliter concor. videlicet aut fundus consistebat in venatione a, vel aucupatione. tunc si quis ibi venetur, vel aucupetur domino prohibente, non facit captum suũ. ita intelligatur glo. d. §. feræ. Aut non consistebat in venatione vel aucupatione: & tunc captũ efficitur capientis. & ita procedant aliæ glo. contrariæ. pro hoc allegat l. venationes. ff. de vsuca. & l. vsufructuarium. ff. de usuf. & per illa duo iura apparet, quando venatio sit in fructu & debeatur vsufructuario. 3 † Sed insurgit aliud dubium circa prædicta, an possit venator adhuc in fundo retineri, vt reddat quod percepit. & glo. §. feræ. instit. de re. di. videtur sentire quod sic. d. l. diuus. dicit quòd non, per d. §. feræ. in l. 3. §. j. ff. de acqui. re. do. & in aut. vt nulli iudi. §. fin. autem. sed aget actione iniuriarum, si intrauit eo prohibente. l. iniuriarũ actio. § fi. ff. de iniur. & idem vult glo. l. iij. § j. ff. de acquir. re domi. & ista opinio est vera, quam tenent Cyn. Bar. in l. j. §. omnia eod. tit. & Ang. in d. l. diuus. qui dicit hoc esse not. quia iam vidit de facto in persona vnius nobilis de Odonibus de Perusio, qui pro apris & capreolis nemus alienum intrauit domino prohibente, & multas venationes cœpit: omnis enim venatio pertinet ad eum, & nulla violentia per dominum fieri potest: sed tantummodo actione iniuriarum contra eum agi poterit volenti ingredi fundum manu resistere. l. quemadmo. circa princ. ff. ad l. Aquil. & no. gl. in l. iij. §. plane. ver. iure prohiberi. ff. de acq. re. 4 do. † Sed quid si fera bestia reperiatur in laqueum alienum? dic quòd erit occupantis. l. in laqueum. ff. eod. ti. Et ideo quòd in laqueo meo detinetur, non efficitur meum: nisi illud manu capiã: ut ibi. & ita tenet ibi Bart. in princ. In his tamen seruanda est consuetudo loci, vel statuti, si reperitur, aliter tenendum est, quod suprà dixi, quia diximus quem posse ingredi fundũ alienum, maxime causa venandi, & aucupandi, quæro an hoc possit iure seruitutis, vel iure cuiusdam facultatis à iure communi concessę, potest ingredi, & propter hoc licet quis pluries iuerit per fundum alienum, non tamen censetur iuisse iure seruitutis, nisi iuerit per xxx. dies infra annum. & semper potest prohiberi, ne vadat, sed

a Venatione. Venatio dicitur ars nequissima. lxxxvj. dist. qui venatoribus.

postquam iuit per xxx.dies,cẽsetur esse in quasi
possessione seruitutis, in qua est defendendus,
per tit.ff.de itin.actuq; pri.quousque actum fue
rit confessoria vel negatoria,vt l.j.in princ.§.j.
suprà eo.ti.& dixi plene suprà de ser.iti. in vlti.
q.prin. Sed in his quæ non solent competere iu
re facultatis, sufficit semel aliquid fuisse gestũ
sciente & patiente domino, vt dicatur fuisse in
quasi possessione seruitutis, ut l.j.§.hoc interdi
ctum.ff.de aqua quo.& æsti.& not.in c.cum ec-
clesia sutrina.extrà de cau.pos. & proprie.& ita
vult Paul.de Cast.in d.l.diuus.suprà de ser.rust.
5 præd. † Quid si quis vulnerat feram bestiam,
& alius capit, cuius debet esse? dic capientis,vt
institut.de re.di.§.illud.& l.naturalem.§.illud.
6 ff.de acquiren.re.do. † Et quæstio quotidiana,
si lupus,vel miluus,vel accipiter,vel canis acce
pit autem,vel pecudem,vel aliud animal unius,
& quidam tertius accepit seu arripuit de cani-
bus vel de ore lupi, aut milui, &c. an teneatur
restituere id, quod recuperauit priori domino.
dic quòd sic,vt est tex.not.ff.de acquirend.rer.
7 do.l.Pompon.in fin. † Sed pone aliam quæst.
pulchram,quidam accepit accipitrem,vel falco
nem cum sonaleis argenteis in pedibus iunctis,
an teneatur restituere priori domino? Vide con
silium Bar.quod incipit,omnimodo cum fuisset
venatum. aliàs dicitur tractatus de falcone edi-
tus per Bar.quem habeo in consiliis consi.cxxj.
8 vbi plene vide. † Nunquid autem sit licitum
tendere retia seu laqueos, aut alia quælibet in-
strumenta ad capiendas venationes? dic quòd
non,nisi ad vrsos, apros, & lupos capiendos,ut
est tex.in c.nemo etiam retia.in tit.de pace ten.
in vsi.feu.qui tex.variis modis intelligitur. Nã
quidam intelligunt solum in possessionibus im-
peratoris.ar.l.2.cum ibi not.C.de noxa.Sed ista
lectura notabiliter seruatur per l.foueas.ff.ad l.
9 Aquil. † Tertio modo alii intelligunt,quòd im
perator hoc statuit,& sit priuilegium militis,&
nobilium,qui cum canibus & auibus venantur.
vt tales habeant solatium, ut alii inferiores ru-
stici non possint venari,nisi ad apros, ursos,&c.
sicuti sunt statuta Ferrariæ. nec congruit titul.
cõtra l.imperatores.ff. de in diem addic.& ideo
Iac de Alua.dat quartum intellectum,quia mul
toties ex talibus venationibus factis in alieno,
domino prohibente, oriuntur rixæ & iniuriæ,
quia armata manu dominus volentes ingredi
potest prohibere,vt no. glo.in l.3.§.plane.ff.de
acquir.rer.do.ex quibus de facili potuisset per-
ueniri ad violationem pacis.de qua loquitur il-
le ti.de pac.te.ideo imperator prohibet expres-
se,ut nemo in alienis agris possit venari inuito
domino,nisi ad apros,ursos, &c. quasi velit ꝙ si
quis contrà faciat debeat puniri tanquam tur-
10 bator pacis,ut eo.tit §.si quis autem. † Potest
etiam quinto modo intelligi ille §. quia in cap.
præced. induxerat imperator prohibitionem ar
morum, & quia in venationibus portantur ar-
ma, dubitabatur, an sit licitum venari cum ar-
mis.& dicit quòd non,nisi ad ista animalia peri-
culosa, & quicquid dicant de laqueo & reti, ta-
men intelligas quòd in prædictis venationibus
sunt necessaria arma.& hoc videtur sentire Iac.
de Ardezoni,de Verona, in sua eleganti summa
feudorum,in tit.de pa.te.& Iac.de Alua.sequi-
tur eum in d.c.nemo retia tu autem coniũgas
quartum & quintum intellectum,& habebis ve
11 ritatem. † Quotuplex autem sit uenatio *a*, &
an, & quando sit licita *b* maxime clericis mo-
nachis,vide glo.ordi.lxxxvi.distin. qui venato
ribus donare. & ibi text. & cap.1.extra ne cle-
ric.vel mona.& capitul.1.& 2.extra de venato-
re.vbi bene not.& adde quòd in diuinis scriptu
ris penitus non inuenimus sanctum aliquem ve
natorem,piscatores inuenimus sanctos, ut dicit
beatus Hierony.in psal.c.& habetur xxxvi.dis.
Esau.& xxxiiij dist.quorundam.& no.Ang.in l.
diuus.ff.de ser.ru. præ. tamen non allegat dicta
iura.& ratio ponitur per glos.in d.ca.Esau.quia
venatio fit cum clamore, & maiori delectatio-
ne,quàm fiat piscatio,ideo est prohibita,& pro-
pter hanc delectationem, nũquam venatoribus
fuit concessa immunitas patrimoniorum. text.
est in l.venatoribus.C.de excu.mu. lib.x.& no.
Ang.in d.l.diuus.vltim. de materia venationis,
& aucupationis. vide in d.ca. qui & venationi-
bus. & ibi gloss. magistra. in d.c.Esau.de cleri.
vel mona.d.c.j.& cle.ne in agro. §.porro.& ibi
gl.& Doc.de sta.mona.& l.j.C.de vena.ferarũ.
lib.xi.& per Ioan.in summa in rubr.de vena.&
per Host.in summa de causa pos. & prop.§.1.&
12 aliis locis supra allegatis. † Conuenit etiam
ex prædictis quærere,an sit licitum fossas apro-
rum vrsorumue capiendorum causa facere, vel
laqueos ponere. & dic si in itineribus fiunt, in
eisq; bos,vel aliud animal ceciderit, factumque
deterius est, vel laquei ponuntur in loco publi-
co,& pecus tuum in eos inciderit, potes agere
contra facientes foueas,vel laqueos ponentes l.
Aquil.nisi denunciassent prius domino,vel nisi
prædicta fuerint in locis, vbi fieri solent, ut est
tex.in l.qui foueas.cum l.seq. quæ incipit,quẽ-
admodum in primo.& ibi Doc.ff.ad l.Aquil.de
foueis.vide quæ dixi supra in 1.li. de fouea.vbi
etiã posui cuius sint foueæ,quæ sunt inter duos
vicinos.vide l.2.§.præterea.& ibi no.ff. pe aqu.
13 plu.arc. † Cuius autem sint fossata, siue fossæ
quæ sunt inter viã pub.& fundum priuatũ,vide
per Bar.in suo trac.Tyberiadis. in prima par.de
alluuione.in 3.& 7.col.& Bal.in l.riparũ.i.j.col.
in fi.& in l.lapilli.in ij.conclu.ff.de rer.di.& ibi
ẽt posuit,quis sit vsus fossarum,& an,& qñ fos-
sæ debeant mensurari cũ agro vendito, & an sit
licitũ facere fossas, ex quibus aqua plu.noceat.
l.vicinus.§.1.vers.sed si fossas.ff.de aqua pl arc.
14 † Et adde quæ dixi s.de irrigatione,de sepibus,
an sit licitũ eas facere in finib⁹ fundi sui. dic ꝙ
sic.l.fi.quę incipit.si qs sepẽ.& ibi not.ff.fi.reg.

a Venatio. Venatio dicitur ars nequissima. lxxxvi.dis.qui venatoribus.
b Licita. Venatio prohibita est tempore quadragesimæ & diebus ieiuniorum. glos. lxxxvi.distinc. q venatoribus.

De montibus Cap. 22.

1 *Mons quid sit, & vnde dicatur.*
2 *Lapicidinę & argentifodinæ, cũ in mõtibus reperiãtur, an in alieno fundo lapides cædere licitũ sit.*

Lapides

3 *Lapides in fundo suo an quis cędere possint, ita vt lapidum fragmenta in fundum alienum perueniant.*

4 *Venas aureas aut argenteas in meo, an mihi fodere licitum sit, & fodiendo sub vicini fundo transire.*

5 *Lapides ex fundo dotali casos an maritus habere debeat, & quid si in cædendo expendit, an expensa sibi restitui debeat.*

6 *Sylua cædua & sylua pascua quæ iudicetur.*

7 *Sylua si creditori pignorata sit, & debitor ex ea nauem, vel aliam materiā fecerit, an illa nauis, vel materia pignori erit.*

8 *Creditor an debitorem prohibere possit, ne ex ea sylua nauem faciat.*

9 *Syluæ vsufructuarius an arbores & pedamenta pro vsu suo incidere possit, ac etiam vendere.*

10 *Emphyteota qui syluam, vel nemus in emphyteosim recipit, an inuito domino syluam, & nemus extirpare possit, & ad prata, vel culturam reducere, ac plantare vites, vel arbores fructiferas.*

11 *Nemus vel syluam si quispiam vendidit cum pacto de retrouendendo, an emptor syluam axtirpare possit.*

12 *Maritus an possit extirpare nemus sibi in dotem datum: & ad culturam reducere.*

13 *Emphyteota maritus, vel feudatarius, vel similes, qui ius in re habent, an arbores fructiferas incidere valeant.*

14 *Emphyteota, vel fructuarius, vel similes si incidant arbores fructiferas eo casu quo non possint, nunquid a iure suo cadant.*

15 *Concesserim si alicui, de nemore meo ligna incidere possit, & ad sui libitum accipere, an postea alteri concedere possim.*

16 *Promiserim si alicui, vt de nemore meo quędam ligna incidere possit, an pro libito suo incidere poterit,*

17 *Miles vnus si in alterius nemore ligna colligere voluerit, an possit.*

18 *Nemore in alieno si capreoli, vel cerui, vel alia animalia capiantur, domino ignorante vel contradicente, an capientis vel domini nemoris efficiantur, & an propria autoritate ea dominus retinere possit.*

19 *Nemore se vsos rustici si dixerint tanto tempore, quo in contrarium memoria non extat, an iuuat eos si dixerint, se acquisiuisse ius vtendi & fruēdi in illo nemore.*

20 *Nemoris alieni rustici vel alii si vsum habuerint, puta quia in eo longissimo tēpore ligna accipere vsi fuerint: quando iste vsus expiret.*

1 QVAERENDVM † est primo quid sit mons. Et dic quòd est locus altus l. si ædes. ff. de ser. vr. præ. quod intellige de magna altitudine secundum Bar. in tractatu suo Tyberiadis. in iiij. col. ver. mons est locus. Et dicitur mons secundum Bart. ibi. & Hug. & Papi. à mouendo per contrarium: quia non mouetur & non intelligas de nobilitate quæ vniuersæ terræ cōgruit. sed quia non mouetur per culturam, id est non colitur. terra enim, quæ colitur bene mouetur & durat vsque ad locum qui colitur vel coli incipit. Pendiciæ ergo montium non cultæ, montis appellatione continentur, nisi certi loci vsus aliter se haberet: si tamen inter montem essent aliqua loca culta, montis appellatione totius continetur illa pars vt ff. de rei vendi. l. in rem.
2 § quæcunque. † Quia in montibus lapicidinę
& argentifodinæ, & huiusmodi materiæ esse cōsueuerunt: quæro an sit licitum in fundo alieno lapides cædere? Et dicas, quòd non, nisi consuetudo, vel statutum aliter disponeret: vt est text. glo. & Docto. in l. venditor §. constat. ff. communia prædiorum. nec potest quis lapides ex fundo alterius exportare, etiam si sit ciuitas, vel cōmune, nisi hoc dictet consuetudo, & prius domino precium competens soluatur, licet ante precii solutionem cædi possint: ut est casus notabi-
3 lis in d. §. si constat. † An autem quis possit in
fundo suo lapides cædere, ita vt fragmenta lapidum perueniant in fundum alienum, uide l. sicuti. §. Aristo. ff. si seruit. ven. & quæ dixi in primo
4 lib. in titu. de seruitu. prohi. † Sed quid si sint
venæ a aureæ aut argenteæ, an sit mihi licitū fodere in meo, & fodiendo transire sub fundo vicini? Et videtur, quòd non, per d. §. si constat. Item quia sicuti quis non potest transire in agrum alienum inuito domino. l. per agrum. C. de ser. rust. præ. ita nec sub agro alieno, quia sicuti prædia supra terram sunt libera domino vsque ad cœlum. l. altius. C. de ser. & l. qui luminibus. ff. de ser. urba. prædio. ita dicuntur esse libera vsque ad profundum. Item pro hoc facit l. j. C. de cessa. lib. x. & l. diuortio. §. si vir in fundo. ff. solu. matrim. Sed Pau. de Cast. qui habuit istam quæstio. de facto inuenis corareis Burgoniensibus, consuluit cōtrarium, videlicet, quòd fodientes non possint a dominis impediri, per l. cuncti C. de metallis. libr. x. coniuncta l. j & l. quosdam. eo. tit. Sed Pilius dicit, quòd propter publicam vtilitatem licet marmora & similia fodere sub fundo alieno, dūmodo dominus non habeat damnum. Nec obst. d. §. in fundo & d. §. constat. quia illa iura loquuntur in lapicidinis quæ reperiuntur sine læsione superficiei, & vbi fodiuntur lapides multum vtiles, qui in paucis locis reperiuntur, & in argento vel auro, & ideo propter publicam vtilitatem videtur concedi vt possit inuenire & fodere etiam sub alieno. quia hoc fit cum magna impensa & labore, nec a dominis superioribus potest prohiberi, si non recipiunt læsionem, vt per glo. in d. l. quosdam. & l. ij. eo. tit. in ver. fisco. quæ dicit hoc esse speciale in metallo, quod magno paratur labore. & propterea procedunt etiam in venis corareis & marmoreis, vt ibi. & ita tenet eleganter Pau. de Cast. in l. diuortio. §. si vir in fundo. ff. sol. matri. vbi dicit ita se consuluisse in ciuit. Burgoniæ. & habetur in consi. 176. cum duobus seq. & ita tenet Lud. de Ro. in cons. 476. singulari. quod incipit regula, quòd rem alienam. per gloss. volens. in d. l. quosdam. & ita ego tenui in l. inter publica. in principio. ff. de verborum sig. vbi limitaui

a Venę. Vena vnica dicitur etiā si sit sub pluribus fūdis continuata, & communis ē omnibus dominis fundorum. Pau. de Cast. cōsil. cxxx. incipi. in causa mota.

prædicta procedere, dum vnus tertius non do-
minus fecisset iam impensam in fodiendo vel
reperiendo venas: secus si vellet etiam incipe
re fodere,& venas reperire: & ille qui haberet
fundum suprà, vellet ẽt incipere fodere: quia
dominus fundi deberet præferri, per dictam l.
altius,& l.qui luminibus. ex quo cessant ratio-
nes suprà allegatæ,s.impensarum eius,qui vult
inuenire venas: & cessat ratio publicæ vtilita-
tis: quia idem faceret dominus fundi, quæ fa-
ceret extraneus, quod est singulare & magnæ
vtilitatis. & adde quæ dixi in d.l.inter publi.in
prin ff.de verb. sign.& suprà in præce.lib.titu.
5 de ser.aquæd.in prin.iiij.q. prin. † Potest ex
prædictis decidi,& de materia lapicidinarũ, an
maritus debeat habere lapides cæsos ex fundo
dotali & quid si expendit in cædendo, an expẽ
sa debet sibi restitui? vide d.l.diuortio.§.si vir
in fundo.& §.si fundus.& ibi Doct.ff.sol. mat.
& l.si ex lapicidinis.ff.de iu.dot.& l.fi. in prin.
ff.de don.inter vir.& vxo. & quæ dixi in d.l.in
6 ter.pu. in prin. † In montibus etiã syluæ qñ-
que reperiuntur:& ideo quæro primo,quæ di-
catur sylua cædua,& sylua pascua. Dic sylua pa
scua est,vt quidam putant,in quæ in hoc est,ut
cædatur: Seruius aũt ait,quæ succisa, rursus ex
radicibus aut stipitibus renascitur.l.sylua cæ-
dua.in prin.ff.de verb.signi.& l. hoc sylua cæ-
dua.in princi.ff.de vsufr. Sylua vero pascua est
quæ pascuis pecudum destinata est: vt dicta l.
sylua cædua.§.fina.& adde secundum Hostien-
sem.& Ioan.And.in c.cum dilecti in gl.j.in no
uella. extrà de dona. quòd foresta dicitur latũ
nemus sine clausura & sine aqua. & ita intelli-
gitur tex.ibi. Quando vero est prope fluuium,
dicitur sylua.Sed qñ concluditur muro vel pa-
7 lis,vocatur barcus. † Deinde quæritur secun
do,quid si creditori sylua pignorata sit, & debi
tor ex ea nauem vel aliam materiam fecerit:
an illa nauis vel materia pignori erit? dicas ꝙ
non: nisi nominatim cautum fuisse, vt pignori
sint quæcunque ex sylua facta natæue sint:vt l.
ff conuenerint.§.si quis cauerit ff.de pign.act.
& ibi per gl.& Doct. hoc tamen limitat singu-
lariter Guil.de Cu.quando debitor nõ esset sol
uendo,vel esset extincta actio personalis,& tũc
in subsidium nauis intelligitur esse pignori ob
ligata,per l.qui occidit.§.j.ff.ad l.Aquiliã. qui
tex.parum facit secundum Raphael.Fulg.in d.
§.si quis cauerit. dic tñ magnam esse autorita-
tẽ Guil. cũ nemo contradicat, & magis ipsum
mouet imperialis autoritas. quàm ille text. &
8 hoc dictum est bene no. † Quæritur tertio,an
possit creditor prohibere debitorem,ne ex syl-
ua nauem faciat Bar.& Doct.in d.§. si quis ca-
uerit.in fine. tenent ꝙ creditor debet vti re pi
gnorata,tanquam bonus paterfa.l.ea igitur.ff.
de pig.act.vnde distinguitur, aut sylua erat cæ-
dua:& debitor vult cædere secundum modum
consuetum,& non potest per creditorem pro-
hiberi.per l.item si fundus.in fi.ff.de vsufru. &
l.cum tabernam. in principio.ff.de vsufru.pig.
aut non erat cædua,& volebat vltra modũ con
suetum cædere: & tunc per creditorem potest
prohiberi,per d.iura.dicit tamen Rofr. in d.§.
si quis cauerit.in fin.ꝙ arbitratur ipsum credi-
torem per hypothecariam posse aduocare pos-
sessorem syluæ.& consequenter ne cædat: quia
tunc creditor debet fructum percipere,non de
bitor:vt l.si pignus.§.si prædio.ff.de pig.act.&
9 l.si cũ venditor. in prin.ff.de eui. † Quæritur
quarto,nunquid vsufructuarius syluę possit in-
cidere arbores & pedamenta pro vsu suo,& ẽt
vendere.dic, quædam sunt arbores nõ altiores
sylua.& istæ continentur sub nomine syluę: &
ideo pedamento succidi possunt, sicut ipsa syl-
ua: vt l. ex sylua cædua.ff.de vsufru. Quædam
sunt arbores quę in altitudine syluã excedunt.
& de his fructuarius nõ sumit ramos,sed peda-
menta succidit l.sed si glandes.quæ sequitur di
ctam l.ex sylua cædua prima materia. licet ali-
quæ essent grandes arbores ibi. nã syluæ debẽt
cædi cum alijs,cũ aliæ essent maturę. Quædam
sunt arbores vetustæ: & tunc non pedamenta,
nec rami succidi possunt arboribus etiam euul
sis, vel vi ventorum deiectis ad vsum suum &
velle: vt est tex.cũ gl.in d.l.arboribus.in prin
cip.quæ intelligit d.tex.quando sylua non erat
cædua: quia tũc põt sumere etiam ex sylua ꝓ
vinea sua, dummodo fundum deteriorem non
faciat: vt d.l. ex sylua cædua.in fi.& in hoc ca-
su tm̃ habebit vsuarius, quantũ vsufructuarius
secundum glo.ibi sed quando est sylua cædua,
tunc plus habet vsufruct.quàm vsuarius: quia
vsufructuarius,potest cædere,& vendere,& lo-
care in vltima necessitate sua: vsuarius autem
non potest vti,nisi pro se & necessitate sua: vt
instit.de vsu & habi.in prin.& §.j.& l.diuers.in
princ.ff.eo.ti.vbi habetur etiam ꝙ vsufructua
rius syluam potest cædere & vendere: puta qñ
esset in remoto: quia si non posset vendere,nul
la esset vtilitas syluæ,& perinde esset ac si non
10 haberet vsumfructum syluæ,vt d.l. † Quęri-
tur quinto an emphyteota, qui recipit in em-
phyteosim syluam vel nemus,an inuito domi-
no possit extirpare syluam & nemus,& reduce
re ad prata vel culturam, & plantare vites vel
arbores fructiferas. Istam q. format Nico.de
Ma.& Bal.in l.j.in fine.C.de iure emphy.Et vi
detur primo,quòd sic: quia qui accipit in em-
phyteosim, accipit ad meliorandum: sed hoc
modo melioratur.sed Nicol.de Ma.dicit con-
trarium: quia melioratio permittitur,dummo
do non mutet formam.l.si cuius.§.vsufructua-
rius.ff.de vsufruct.& l.hactenus.§.Neratius.eo
dem ti.& secundum hoc emphyteota areæ non
poterit ibi domum superædificare: quia forma
areę mutaretur.l.repeti.§.fi.ff. qui.mo.vsusfr.
amitt.sed Bald.in d.l.j.in fin.dicit hoc credere
verum esse: quia tacite inest vt possit meliora-
ri: vt auten. si quas ruinas.C.de sac.san.eccle.
& l.ij.C.de alluuio,& palu.& l.inter vtile.§.fi.
ff.de minor. Et si tu dicis, non potest muta-
ri forma. Respondetur secundum Bald. forma
superficialis mutari potest in melius: quia iste
contractus ad hoc est inuentus, vt meliorare-
tur

tur.& absurdum esset dicere, vt qui debet rem
æternaliter possidere, non possit rem meliora-
re meliori forma introducta sub maiori : tamẽ
Bald.concludit in d.l.j.in fin.quòd mutatio syl
uæ extirpando fieri non potest : sed in ędifican
do domum fieri potest . & est ratio : quia do-
mus potest reduci ad ariũ demolita domo, sed
vinea extirpata non erit sylua , vt prius erat.l.
quæsitum.§.illud fortasse. de legat.iij.& ita te
net Bal in d.l.j. Sed Flor.in d.l.hactenus.§.Ne
ratius.ff de vsufru refert omnia prædicta,& tan
dem concludit,quòd adhuc est perplexus quid
teneat.Ego vero in hac quæst.ita dicerem:Aut
loquimur in area,& stocum Bald.vt emphyteo
ta posse domum ędificare , nisi aliud de mente
contrahentium appareat : aut loquimur de syl
ua : & tunc si de hoc specialiter est conuentũ ,
illi conuentioni standum est l.ij.C. de iure em
phyte.coniuncta l.j.§.si conuenerit.ff. deposi.
aut nulla est conuentio : & tunc aut est statu-
tum vel consuetudo in loco,& illi standum est
l.semper in stipulationibus.de regu.iur.& Pa-
duę obseruatur de facto: quia emphyteotę ex-
tirpant nemora,& syluas, & nulla est conuen-
tio, statutum , seu consuetudo . & tunc aut nõ
est vtile,si fiat pratum, vel terra aratoria : quia
forte maior est vtilitas,vel erit, vel tanta perci
pi poterit ex nemore , quanta ex pratis & ter-
ris aratorijs : & tunc non posset emphyteota
syluam extirpare : ex quo non est melioratio ,
immo potius deterioratio, & maxime quia in
instrumento inuestituræ solet apponi clausula,
ad meliorandum,& non peiorandum. & ita po
test procedere opinio Bald.aut extirpando syl
uam fundus efficitur valde melior, & tunc aut
est in contractu emphyteotico dictum vt pro
victu soluere teneatur tot plaustra lignorũ de
illo nemore : & tunc non posset reducere ip-
sum ad prauata vel culturam : quia non posset
soluere dictum. & sic tacite videtur actum ĩter
eos,vt nemus nõ destruatur,vt l.debitor.§.ve-
risimilem.ff.de contrah.emp. & l legata.§.ue-
risimilem.ff de vsufr.leg.aut nõ fuit dictum de
illo nemore : & idem credo , maxime quando
emphyteota non haberet alia nemora, ex qui-
bus non posset soluere.per dicta iura eadem ra
tione.aut pensio debet solui in pecunia, vel in
alijs rebus,quæ in sylua nõ reperiuntur, & ẽ:si
esset maior vtilitas extirpando syluam, tenerẽ
quòd posset , ex quo habet ad meliorandum .
Nec obst.quòd mutetur forma quę non sit re-
ducibilis facilitate ad suam materiam.l.repeti.
§.muta ff.qui.mo.vsusfr.amit.& l.hactenus.§.
Neratius.ff. de vsufr. & illa iura loquuntur in
vsufr.qui habet iura debilia, quę faciliter cor-
rumpuntur, & finiuntur.l.corruptionem.C.de
vsufr.& §.finitur.inst.eo.tit. & sic minus iuris
habent quàm emphyteota . & ideo in vsufru-
ctuario dicendum est ipsum non posse extirpa-
re,& formam mutare : quia mutata forma, mu
tatur vsusfr.qui propter hoc perit,vt dictis iu-
ribus non sic in emphyteota,qui habet plus iu
ris videlicet vtile dominium & perpetuum.l.
iij.ff.de ser.coniuncta.l.i.§.qui in perpetuum.
11 ff.si ager.uec. † Quæritur 6 aliquis uendidit
nemus uel syluam cum pacto de retrouenden-
do,iuxta l.ii.C.de pact.inter emp.& l.qui fun-
dum.ff.de cõtrah.em.an iste emptor possit syl-
uam extirpare. Et in hac.q.puto esse conside-
randa uerba pacti de retrouendendo si enim di
cerent quòd teneatur dictam syluam uel ne-
mus retrouendere : tunc iudicarent ipsum nõ
posse extirpare : quia non posset seruare pactũ
de retrouendendo.& sic illa iura non loquunẽ
de sylua,sed de fundo simpliciter . & tunc aut
est pactum ad certũ tempus breue , puta v. vel
vii.vel viii.annorum , ita quòd esset maior vti
litas emptoris habere ligna quàm fructus fun-
di ad culturã reducendi , & maius esset damnũ
venditoris.& idem per ea quę dicta sunt in præ
ce.q.Aut est pactum in perpetuum,& tunc aut
emphyteota sciebat vel verisimiliter scire de-
bebat venditorẽ debere retrouẽdere,& vt con
sequeretur emptor maiorem vtilitatem ante-
quam reuenderet fecit extirpare totam syluã:
& non posset,& tenetur ad damnũ & interesse
ipsi emptori retro ementi. arg.l.i.§ i.& quod
ibi no.Bar.ff.si quis tes.li.es.ius.fu.& l. nomen
debitoris.§.i.ff.de leg.iii.cum ibi no. & l.si fi-
liæ meę.& quod ibi no.ff.so.ma.& qđ no.Pau.
de Cast.in l.si filio.§ fi.eo.ti. Aut emphyteota
nesciebat,nec verisimiliter scire potuerat ven-
ditorẽ habere animũ de proximo retro emen-
di:& dubium esset an possent syluã extirpare:
& tunc diceretur,aut venditor cõtradicit:quia
asserit se cito retro emere.quia tũc non possit
extirpare eadẽ ratione.ar.l.si fundũ.cũ ibi no.
C.de rei ven.Aut dñs nõ cõtradicit vel ẽt igno
rat,& tunc distingue,vt dixi de emphyteota in
12 præced. q. † Quæritur vii. an maritus possit
extirpare nemus sibi datum in dotẽ, & reduce
re ad culturam.Dicas ꝙ sic: quia ꝑꝑ hoc red-
dit fundũ fructuosiorem : quia ex cultura plus
percipit quã ex nemore,vt probatur in d.l.di-
uortio.§.si vir in fundo.cõiuncta gl in ver.fru
ctuosiorẽ.ff.sol mat.& l.fi.ff.de iure do. Sed si
non efficeretũ fundus fructuosior,tũc vt dixi in
13 duabus q.pręced. † Quæritur viii.an maritus
emphyteota,uel feudatarius,vel similes qui ha
bent ius in re,an possint arbores fructiferas in
cidere.& uideẽ ꝙ sic : quia hñt utile dominiũ.
l.i ff.si ager.uec.& c.i.§.rei autẽ.in ti.de inue-
sti.de re.ali.fa.sed in re sua quilibet est mode-
rator & arbiter.l.in re.man.C.man.In contra-
riũ facit l.diuor.§.si in fundo.ff.sol.mat.& l.si
uir in fraudem §.conductor.ff.de iure fis.l for-
ma §.si vites.ff.de censi.l.si ita.§.fi ff.de usufr.
& l.creditor la.j ff.de pig.ac.& hanc ult.parte
Dyn.Bart.& Doct.in d.§.si fundũ.& Bar.in d.
§.& si cõductor.& Bal.in aut.qui rem.in fi.pe.
col.C.de sa.san.ecc. Ang.in l.si colonus.ff.arg.
fur.cęl.& idẽ dicas ĩ patre quo ad bona filii, &
in usufructuario. & ꝑ Ang.in l.fi.§.finautẽ le-
gata.in fi C.de bo.q̃ li.& ꝓbaẽ in d.l.æquisissi
mũ.§ usufructuarius . & idẽ ẽt dicas & multo-
magis in usufructuario.l.fi.ff.de usu & ha. Sed
prędicta

prædicta omnia limita, nisi prædicti velint in lo
co demortuarum vel incisarũ alias plantare, vt
dicit Ang. in d.l. si colonus. per d.§. conductor.
& idem Pau. de Ca. in d.l. diuortio.§. si fundũ.
& pro hoc opt. facit l. agri. & l. vetus fuit q. cũ
duabus se. ff. de vsufr. & l. ex sylua cædua. eo. ti.
14 † Sed potest dubitari circa prædicta, an si
emphyteota vel fructuarius vel similes incidũt
fructiferas arbores eo casu quo non pñt, an ꝓ
pter hoc cadant à iure suo. & videtur ꝙ sic. q̃a
deteriorant rem sibi concessam à domino. per
aut. qui rem C. de sac. san. ecc. & ita tenet Bar.
in d.l. diuortio.§. si fundum. Inno. dicit ibi, ꝙ
hoc est speciale in fundo ecclesiæ. Lu. autem de
Ro. ibi tenet opi. Bal. quando emphyteota vel
feudatarius fuit monitus vt desistat ab incisio-
ne, & non desistit, per text. in c. j.§. quicunque
aduocatus. in titu. de pa. te. in vsi. feu. Et licet il
le tex. loquatur in alia materia, tamen eius rõ
multum facit pro opin. Bal. quam puto veram,
per l. eadem. cum ibi no. C. loca. per c. quia pro
pter. extrà de loc. & per no. in d. autem. qui rẽ.
& per l. hoc amplius.§. fi. ff. de dam. infect. & ꝑ
l. ij. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. & insti. eo.
15 ti.§. fi. cum si. † Quæritur ix. si concessi alicui
vt possit de nemore meo ligna incidere, & ad
sui libitũ accipere, an possim postea alteri con
cedere ligna? Dic quòd si ligna nemoris vtri-
que sufficiunt, alias non arg. l. ij.§. fi. ff. de serui.
rusti. præd. & l. Lucio. ff. de aqua quot. & ęstiu.
pro hoc vide quæ dixi in j. lib. in iij. qõ. princi.
ver. & quod dixi ꝙ dominus possit imponere
16 seruitutem. † Quæritur decimo, est permis-
sum alicui, vt possit incidere de nemore meo
quædam ligna, an poterit pro libito suo incide
re in eodem Guil. de Cu. in auten. qua in pro-
uin. C. vbi de crimin. agi oportet. dicit in fi. po
ne, tu habebas bona iuxta nemus meũ, recipie-
bas ligna de nemore meo iniuste, absentasti te,
& dixisti famulis tuis vt inciderent sicut tu, q̃
habebas ius. ipsi fecerunt vt fuit eis dictum, &
iniuste: quod remedium mihi dabitur? Dico
ꝙ agetur contra istos tñ, & si isti petent dila-
tionem ad certificandũ dominum, dabitur. & si
postea non venerint, condẽnabuntur. & si non
sunt soluendo, fiet in residuo executio contra
dominũ ꝑ d. aut. qua in prouincia. in qua ita p̄t
poni casus, quod dicit esse no. quia quotidie de
17 facto potest euenire. † Quæritur xj. si vnus
miles vult in nemore alterius colligere ligna,
18 vide Host. in sum. de cõsu.§. qualiter. † Quę-
ritur xij. si in nemore alieno capreoli, cerui, vel
alia animalia capiunt domino ignorãte vel cõ
tradicẽte, an efficiantur capiẽtis, vel domini ne
moris, & an propria autoritate dominus possit
ea retinere: vide Ang. & Docto. in l. diuus. ff. de
ser. rust. præd. & quod dixi suprà de vena. & au
19 cupatione. † Quæritur xiij. si rustici dicunt se
fuisse vsos nemore tempore quo non extat me
moria, an iuuat eos vt dicantur acquisiuisse ius
vtendi fruendi in illo nemore. Cy. format hãc
q. in l. fi. in iiij. q. C. de præscr. lon. tẽp. x. vel xx.
an. Et videt̃ dicere ꝙ nõ: quia vsusf. perdit̃ lõ-
gissimo tp̃e. l. corruptionẽ. C. de vsufr. ergo eo
tp̃e quo ꝑderet̃, nõ acq̃rit̃. facit l. Titio cũ mo-
rietur. ff. de vsufr. & tñ cautela est vt rustici nõ
dicãt se habere vel acq̃siuisse ius vtẽdi fruẽdi:
sed dicãt sibi cõstitutã fuisse seruitutẽ per ius,
vel habere ius ꝙ possint incidere ligna in dicto
nemore qñcũq;. iuxta l. iij. in prin. ff. de ser. ru.
præ. Et ad ꝓbãdũ istã cõstitutionem seruitutis
vel iuris, allegent & prohibẽt se vsos fuisse di-
cto iure accipiendi ligna per tñ tempus, cuius
initij memoria nõ existat. q̃a tale tẽpus habet
uim constitutionis & ti. seu priuilegij. l. hoc iu-
re §. ductus aquę ff. de aqua quo. & esti. & c. su-
per quibusdam.§. præterea. de uer. sign. & ca. j.
de pręscri. li. 6. immo plus allegando titulum, &
probando possessionem uel quasi, per x. an. in-
ter pręsentes, & xx inter absentes, probaretur ti
tu. & seruitus constituta, ut probatur per glo.
no. in l. seruitus prędiorum. & ibi per Doct. ff. de
ser. & per gl. Bar. & Doc. in l. j.§. denique. el. 2.
ff. de aqua plu. arc. & per ea quę habentur per
gl. & Do. in l. qui in alie.§. sed si non adierit. ff.
de acqui. hęre. & per gl. & Cano. in c. peruenit.
extra de censi. & adde quę dixi supra in ti. de ser
ui. aquędu. ver. circa tertiã quãdo nulla est con
20 uentio. † Quęritur 14. & ultimo, si rustici uel
alij habẽt usum nemoris alieni, puta quia in eo
consueti sunt accipere ligna longissimo tempo
re, quando expiret iste usus. uide Cyn. & Doct.
in d.l. fi. in 4. q. C. de pręscrip. long. tempo.

De collbius. Cap. 23.

1 *Collis quid sit, & unde dicatur.*
2 *Mons a colle in quibus distinguatur.*

VIDIMVS de mõtibus in genere, uerum quia colles etiã mõtis dicũtur (scribitur. n. est montis collis) ideo de ipsis etiã collibus dicẽdum est. & dicit Bart. in tractatu Tyberiadis, in 5. col. uersicu. ab altitudine montis dici potest.
1 † Proprie autem collis dicitur a colendo, quasi
mediocres montes qui coluntur, vt exponit gl.
scripturę diuinę sub psalmo Dauid. &c. 13. uer.
illo, Montes exultauerunt ut arietes, & colles
sicut agni ouium. Sunt enim montes magnę al-
titudinis, & communiter inculti. Colles uero
mediocris altitudinis, & cõmuniter sunt culti.
& intelligio colles habentes altitudinem pro-
priam non continuatam cum montibus haben-
tibus maiorem altitudinẽ. Si enim continuare-
tur tunc si essent culti, dicerentur pendicię mõ
tium. Horum causa in nonnullis partibus locus
magnę altitudinis licet cultus, dicitur mons, &
locus paruæ altitudinis licet incultus, dicitur
2 collis. † Distinguitur autem mons a colle altitu
dine, uel cultura ex æstimatione colentium. l. j.
ff. de flumi. & propterea per cœlum figurantur hi qui suæ uitæ sublimitate supra cæteros gradiuntur. per montes hi figurantur, qui non sunt altæ uitæ. per colles homines intelliguntur inferioris uitæ. ut est text. cum glo. uersi. cœlum, montes, & colles. C. de sum. tri.

De ualle. Cap. 24.

1 *Vallis quid dicatur.*
2 *Aequalitas plani qualis esse debeat.*
3 *Plani appellatione quid contineatur.*
4 *Vallis improprie quid dicatur.*

1 VALLIS † dicatur locus collibus vel
montibus circundatus, a uallo, vallas, quod
est circundo: & est locus planus paruæ vel me
diocris magnitudinis: planus vero dicitur a Græ-
co quod est latum seu latitudo, secundum Hu-
go. dicitur enim planicies, id est coęqualitas,
secundum Papiam. Duo ergo requiruntur. pri
mum quòd sit latum, secundum quòd sint eius
partes æquales. i. ęqualiter planæ, ita quòd v-
na aliā non superexcedat. distinguitur itaque
vallis a plano ex circundatione: pōt. n. planus
esse non circundatus mōtibus: nec altitudine
alia. Item differt a latitudine: quia si sit locus
parue latitudinis mōtibus, vel collibus circun
datus, dicitur vallis. Si autē est magnæ latitudi
nis, dicitur planicies. hoc aūt opinione circun-
colentiū æstimatur. ar. l. j. ff. de flu. Differt etiā
ab æqualitate: quia vallis dicitur etiam si habet
concauitatē. planus autē æqualitate æquipara-
2 tur. † Aequalitas autē plani qualis esse debeat,
dubitari potest. puto non omnimodā æqualita
tem requiri. sed sufficit si notabiliter in vnam
partē non vergat. facit l. cui dēs. ff. de ædi. edic.
Notabiliter aūt in vnā partem vergere proba
biliter dici pōt, quando inde aqua multum de
terra aufert, ita quod vsum & culturā deteriorem
faciat. ar. ff. de aqua plu. ar. l. j. §. fi. & ff. de ædi.
edi. l. j. §. sciendū. Fossæ autem agrorū, & viarū
ripæ ipsius plani sunt, & loquor de plano tota-
li, vt si de plano Tyberis loquamur. sicut enim
fossæ quæ sunt in fundo, fundi sunt: ita quę sūt
in totali plano, sunt plani. l. prędia. §. ita lega-
tum. ff. de fun. inst. & sic statuta quæ loquūtur
in his quæ in plano Tyberis committuntur, o
cum haberent etiam in his quæ in dictis foueis
3 & ripis committererentur. † Quid ergo si com
mitterētur in eo loco qui per attractionē aquæ
versus flumen vergit, an in plano Tyberis dice
tur commissum? Videtur quòd non. dicit. n. lex
pe. ff. de flu. ex quo a plano vergere incipit. sed
dictio a, separationē denotat. ff de act. emp. l. nō
autem. §. fi. ergo ille locus sic vergens, est sepa-
ratus & distinctus a plano. Dic si quæratur an
talis locus appellatione agri contineatur: & di
cendum est quod non, per actionem prædictam. Si
vero quæritur an totalis plani Tyberis appella
tione contineatur: aduertendum est si quoddā
flumen planum vadit, ita vt ab vtraq; parte flu
minis planū Tyberis appelletur: quod in dicto
loco fieret, in plano facto esse diceretur. qui-
nimmo etiam quod in ipso flumine fieret, in ta
li plano sub totali appellatione nominato fa
ctū esse diceretur. cū. n. in ipsum flumē aditus,
& exitus aliter quam per ipsum flumē non habea-
tur, merito ipsius plani appellatione contine-
tur, vt in simili in multis casibus iura dicunt.
Sic etiā ager, cum totos qui sunt ab vtraq; par
te, vnius plani appellatione contineret: ergo &
ipsum flumen. alias flumē mediū diuideret, nec
esset vnus planus, sed plures. ar. ff. de ver. sig. l.
recte dicimus. facit ad hoc, quia quod fit in aqua
putei, an ipsa re factū videtur. l. is qui in puteū.
in prin. ff quod vi aut clā. & habetur per Bar. in
trac. suo Tyberia. in 5. col. ver. ual. dicitur. Sed
ibi etiā Bar. dicit, quid si ab alia parte fluminis
essent montes vel colles? dic quod tunc ille locus
propter aquæ attractionē vergens. plani appel
latione nō contimetur: sed vbi planus desinit,
& locus ille ripæ fluminis cedit. vt d. l. pe. ff. de
flu. etiā si ipsum flumē aliunde habeat aditū. ar.
4 ff. vti pos. l. si duo. §. si supra ędes. cū si. † Et ad-
de prædictis quod valles ēt dicuntur illæ quæ non
suut mōtibus vel collibus circuudatæ, sed sunt
in locis inferioribus vel concauis aquosis, & vt
plurimum concauatis, de quibus dicam infra in
elemento aquæ. in tit. de valli, aquo.

De aqua. Cap. 25.

1 *Aquę seruitutis materia.*
2 *Quicquid solo superponitur, ipsi cedit, secus tamen in aqua.*

1 AQVA † secundum nos est elementū, ideo
post terram de aqua consequenter pro ma
iori nostra perfectione videndū esse putaui. Sed
vt in omnibus ordinē seruemus, prius a mari tā
quā digniori exordium capiamus, post reliqua
quæ in primis ad seruitutē aquę pertinent, vt
etiam ordo requirit, breuiter perquiramus: si
tamen prius vnū dixerimus, quod in aqua mira
2 bile videmus. † Nā licet regulariter quicquid
solo superponitur, cedat solo. l. adeo. §. cum in
suo. ff. de acqui. re. do. tamen locus est in aqua,
quæ est s̄. solum: quia tunc solū cedit aquæ quæ
s̄. imponitur. d. l. adeo. §. insula. ibi, cuius & ip-
sum flumen. & est speciale in flumine & in ma-
ri, & in certis aquis, in quibus locum habet ius
alluuionis, secūdum Bar. in tra. de alluuio. in 6.
col. & Bal. in l. si plures. in 8. col. in fi. C. de ser.
vide etiam Bal. in l. lapilli. in prin. ff. de re. diui.

De mari. Cap. 26.

1 *Mari, quod natura omnibus patet, seruitus priuata imponi non potest.*
2 *Domum quis vendere potest, hoc acto, quòd emptor ibi talem artem exercere non poßit.*
3 *Mari vel maris in littore an quis ædificare valeat: & an ædificium suum afficiatur, & quando.*
4 *Ciuitates in mari fundatæ ipsorum ædificantium sunt.*
5 *Mare, vel aliquē maris vsum, aut iurisdictionem, an aliquis præscribere valeat.*

6 Mare

6 *Mare an aliquis tanto tempore præſcribere posſit, cuius initij memoria in contrarium non extet.*
7 *Veneti, qui gulphum maris Adriatici, cuius memoria in contrarium non extat, poſſederunt, ipſum mare quo ad eius iuriſdictionem præſcripſerunt, & ſimiliter Ianuenſes in mari ſuo.*
8 *Maris proprietas aliqua præſcriptione, vel conſuetudine preſcribi non poteſt.*
9 *Mare poſſediſſe, vel quaſi, vel aliquam in eo iuriſdictionem habuiſſe, quomodo quis dicatur.*
10 *Veneti in mari Adriatico an poßint imponere gabellas, & merces conductas contra Venetorum ſtatuta confiſcare.*
11 *Mare, in quo aliquis non exercuit iuriſdictionem, ut poßit dicere ipſam præſcripſiſſe, an ſit alicuius dominij ratione, vel ſaltem quo ad iuriſdictionis ius, vt maleficia quæ ibi commituntur, punire poßit: & an gentes, quæ ibi ad habitandum accedunt poßint iudicare.*
12 *Iuriſdictio quanta ſit in territorio mari cohærenti, & vſque ad quod ſpatium.*
13 *Inſula propinqua, uel modico ſpatio di ſtare quæ dicatur*
14 *Miliaria cētum per mare, eſt minus duabus dietis.*
15 *Inſula maris ſi eſſet in mari alto à qualibet regione diſtans vltra centum miliaria, quid iuris.*
16 *Inſula Sordiniæ Italia dicitur: licet ab Italia modico freto diſtet.*
17 *Iuriſdictionem in terra habentes, habent etiam in mari vſque ad centum miliaria tantum, vltra vero ſolum imperatoris iuriſdictio eſt.*
18 *Papa ſi in mari moriatur, in illa ciuitate ſucceſſoris electio fieri debet.*
19 *imperator ſi mihi ciuitatem aliquam donauerit, omnes eius pertinentias donare videtur.*
20 *Dilectum ſi eſſet commiſſum in mari inter duas ciuitates punctualiter æque diſtantes, in cuius confinio ipſum delictum commiſſum eſſe dicatur.*
21 *Maris in eadem particula ſi plures habitent, vel ad ipſos pertineat, & ibi delictum commißum fuerit, quis primo cognoſcere debeat.*
22 *Contentio ſi oriatur de his quæ in mari geſta ſint, vel ad mare ſpectent, qualiter iudicandum, vel faciendum erit.*
23 *Mare quid ſit.*
24 *Maris fines an reperiantur.*
25 *Mare qualiter deſignabitur.*
26 *Territorij alicuius appellatione an etiam mare cōpræhendatur: & diſtrictus per illam ciuitatem.*
27 *Ciuitates maritimæ an etiam in mari diſtrictus habeant.*
28 *Mari exiſtens, quod per ciuitatem maritimam regitur, puta per Venetos, vel Ianuenſes, an extra diſtrictum eſſe dicatur.*
29 *Mare rubrum an reperiatur.*

1 MARI, † quod natura omnibus patet, ſeruitus priuata imponi non poteſt. l. venditor. in prin. ff. com. præ. quia maris cōmunis. eſt vſus omnibus hoībus, vt aeris. l. litera. §. j. ff. ne qd in lo. pu. & inſt. de re. di. §. j. & l. iniuriarū ac.
ſi quis prohibeat. ff. de in iu. Sed a principe imponi ſeruitus mari poteſt, vt dicit gl. in d. l. uēditor. in prin. per l. ſeruitutes §. pe. ff. de ſerui. Sed licet priuatus in mari ſecuiturem cōſtituere non poterit, tamen ſe & ſuos hæredes per ſtipulationes uel cōtractus obligare poteſt, ut nō niſi in aliqua parte maris liceat ſibi uel hæredibus piſcari, uel aliquid aliud facere: vt eſt text. cū glo. in d. l. uenditor. in prin. & idē intelligit ibi Pau. de Ca. in qualibet alia aqua publica, eadem rōne. Et eodē modo pōt quis ſe obligare ad non impediendum alium priuatum in aqua publica uel lo. pu. aliquid facere, nō erit tñ ſeruitus realis, uel prædialis, per notata in l. ut pomū. ff. de ſer & l. pecoris ff. de ſer. ur. præ. & l.
2 Mela. §. fi. de ali. & ci. le. † Et ſimiliter pōt quis vendere domum hoc acto, ꝙ emptor nō poſſit ibi exercere talem artē, & valet iſta conuentio ſecundum Bar. Ang. Flo. & doct. in d l. vēditor. in prin. & per Pau. de Ca. in l. quoties. la j. ff. de ſerui. Et his caſibus non poterit promittēs, uel eius hæredes contrauenire ſuæ promiſſioni: & ſic contra factum ſuum propriū, quatenus intereſt eius, cui facta eſt promiſſio, licet res publica pro ſuo intereſſe, poſſit contrauenire. l. iuriſgent. §. ſi paciſcar. & l. ius publicū. ff. de pact. ſecundum doct. in d. l. uēditor. in prin. Sed ubi non eſt a principe mari ſeruitus impoſita, nec a priuaro aliqua obligatio conſtituta: tunc mare paſſim omnibus patet. vt dicta. l. venditor. in princ. eius vſus eſt communis eſt omnibus hominibus, vt aeris. dicta l. littora. cum ſi. Et ideo ſi quis in mari prohibeatur nulla lege priuata vel publica contradicente, vel in mari retia immittere, vel ducere, pōt agere actione iniuriarum. l. actio. §. ſi quis prohibeat. ff. de iniur. & l. ij. §. ſi quis in mari. ff. ne quid in loco publi. immo plus qui pōt in mari piſcari etiā ante ædes meas, uel prætorium meū, nec ipſum prohibere poſſum, & prohibēdo ſimiliter teneor actio. iniuriarum, ut eſt tex. in d. §. ſi prohibeat. uerſ.
3 ſi quem tamen. † Sed quæratur nunquid in mari, vel littore maris, poſſit quis ædificare, & an ædificium efficiatur ſnum, & quando. & dic ꝙ pōt, & ædificium ſtatim fit ſuum, cū pilas iactauit, nec requiritur rei perfectio. l. ergo. §. fin. ff. de acqui. re. do. Nam & ille eſt tuendus, qui in littore ædificat vel in mari, ff. ne quid in lo pu. l. 2. §. aduerſus. vbi utitur verbo præſentis temporis, ſcilicet ædificat. ergo ſufficit ſi in præſenti ędificet, & opus proſequatur, non autem eſt opus quod nō perfecit. & ita vult Bar in l. quominus. in. 5. col. in fi. ff. de flu. vbi ēt declarat qñ quis dicatur opus proſequi. & propter-
4 ea dicit Bal. in rub. ff. de re. di. in 3 col. † quòd ſic faciunt Veneti, qui ſunt fundati in mari. & de iuregētiū ciuitates fundatę in mari, ſunt ipſorū ædificantiū. l. interim, in prin. eo. ti. & hac ratione dicit eleganter Bal. quòd Veneti prærēdunt libertatē [a]. quia nō ædificauerūt in ſolo alicuius, ſed ſi quis in ſolo iuriſdictionali alicuius ędificat, illius dicit̄ ſubdit⁹. vt no. Spe. in ti. de ędi. do. ver. qd ſi petit̄ ciuitas. Et p̄dicta ve-

[a] Libertatem. Veneti dicūtur de populo Ro. Bar. in l. hoſtes. de captiuis. nec recognoſcūt ſuperiorē ex præſcriptione. Bar. ibi. & Bal. in l. j. ff. de re. di. & ſūt domini maris Adriatici. & littorum eius, ſcilicet in genere, non in ſpecie: quia littora ſūt ciuitatum adiacētium littori. Bal. in l. pen. C. de cond. in ſer. & vide Bar. in l. quominus. [2. q. de fluminib. & in l. ſanæ. ff. de iniur. & Saly. in l. 3. C. de nau. fœno. & p Bar. Cæpo. in l. eum qui vectigal. de ver. ſign.

ra intellige,nisi in mari aliquid fiat, quo port⁹
statio, iterue nauigantium deterius fiat.l.j.§.si
5 in mari.ff.ne quid in flu. pub. † Sed nunquid
possit aliquis præscribere mare,vel aliquem v-
sum maris,aut iurisdictionē? & videtur ꝙ nō,
quia nō est scriptum loco & tempore. quia lo-
ca iurisgentium longæ possessionis præscriptio
ne acquiri non possunt: vt est casus in l.fin. in
prin. & ibi hoc not.Ang. & Doctor.ff.de vsuc.
6 † Sed an possit prescribere tanto tempore cu-
ius initij memoria non existat? & videt̃ simili
ter ꝙ non,ex quo mare est cōmune omnibus,
vt dixi. ergo videtur ꝙ contra fontes & non-
dū genitos impossibile sit præscribi posse:quia
non valenti agere nō currit præscriptio.l.j.in
fi.C.de anna.præscrip.Item quia istud videtur
contra ius naturale,ergo prescribi non.potest.
arg.d.l.fin.in laura sanguinis.ff.de regu.iur.In
contrarium videtur, quod immo tanto tempo
re possit acq̄ri: quia in mari ita est iurisdictio,
sicut in terra.vt no.in c.vbi periculum. de ele.
in vj. in ver. territorium ergo præscribi potest
l.viros.C.de diuer.officijs.libr.xij. & ita nota.
Bald.in Rub.de re.di.in ij.col. Item quia pos-
sessio vel quasi, cuius non existat memoria,
habet vim tituli seu priuilegij,aut constituti l.
hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quo.& æsti.
& c super quibusdam.§.præterea. extrà de ver
bo.sig.& c.j.de præscrip.in vi.& hoc vult text.
cum gl.in l.vsum aquæ.ff de aquæduc.lib.xj.&
glo.fi. secundum primum intellectū.l.diligen-
ter.eod.ti.Sed per titulo & priuilegium posset
per principem concedi,vt quis etiam priuatus
habeat iurisdictionem in mari l.venditori.in
principio.cum glo.ff communia prædio.& di-
xi suprà in prin. ergo possessio vel quasi, dicti
temporis perditur sicut priuilegium, vel alius
titulus. sed quia mare & alia flumina per con-
suetudinem possunt præscribi & acquiri,vt no
tat gl.in d.l.vsum. ergo potuerunt etiam per
possessionem tanti temporis,cuius non existat
memoria,quæ habet vim consuetudinis, præ-
scribi.vt d.c.j.de præscri.in vi. coniunctio c.fi.
& ibi no.extra de consue.& ita tenet Barto. &
Ang. Doctor.in l.sane si maris.ff.de iniurijs.&
Bald.in rub.ff de re.diui.in ij.col.& Ange.in l.
fi.ff.de vsucap.& in consi.quod incipit, thema
super quo consilium quæritur, &c.ita etiam te
nui s̄.in.j.lib.in v.q.prin.& ex prędictis sequi
7 tur, † ꝙ Veneti, qui gulphum maris Adriati-
ci,cuius non extat memoria, possiderunt, ip-
sum mare quo ad eius iurisdictionem præscri-
pserunt. & similiter Ianuenses in mari suo. vt
no.Docto.in dictis locis.Sed prædicta intelligo
vera,qñ allegatur titulus seu priuilegium im-
peratoris vel quòd credāt se,vel maiores suos
habuisse ius in mari ar.eorum quæ no. Bart.in
l.Celsus.ff. de vsuca.Bald. in l.iudicis.C.de rei
vē.Secus si confiteretur se & maiores suos nū-
quā habuisse aliquē titulū,vel nec aliquod ius
sed tm̄ præscripsisse per dictū tempus. nā tunc
non sufficeret quia potius corruptela esset quā
pręscriptio.vt in aut.ut nulli iudi.§.j.& ibi gl.
col.ix. & quanto longiori tēpore possedissent,
tanto maiori culpa tenerentur,vt c.fi.extrà de
consue.quia licet præsumptio esset iuris, & de
iure: tñ admitteretur probatio, & contrarium
per confessionē partis.vt no.in aut. sed iam ne
cesse quę est in corpore vnde sumitur.C.de do
na.ante nup.& gl.in l.in contractibus.in princ.
C.de non nu.pecu.sicut dicit in simili. Inno.&
Doct.in c.quia plerisq;. extra de immu. eccle.
& c.cum Bertoldus.extrà de re iudi.& quia es-
sent in mala fide.c.fi.de præscrip.& c.malæfidei
possessor.de re.iu.in vi. & licet præsumatur bo
na fides de xxx.ann.l.fi.C.unde vi.& ibi p Bar.
in fi. tñ contra istam præsumptionē potest pro
bari mala fides, maxime ex confessione partis
8 possidentis. † Item prædicta intellige quo ad
vsum & iurisdictionem,non autem quo ad pro
prietatem: quia illa non potest pręscribi ali-
qua præscriptione vel consuetudine.l.diligen-
ter in fi.C.de aquæduc.lib.xi.quia sunt de iure
gentium & publico,& in vsu publico,vt mare,
flumina nauigabilia nullo tempore acquirnn-
tur,nisi concessio Cæsaris aut senatus interue-
nerit.& hoc tenet glo.in l.fi.ff.de vsuca. quam
sequitur Angel.in l.sane si maris.ff.de iniuriis.
Sed hoc intelligo quando quis vellet se funda
dare in præscri.simpliciter: sed si vellet se fun
dare in ti.seu priuilegio Cæsaris,& ad ipsum p
bandum allegaret rationē vel quasi,tanti tem-
poris,cuius non extat memoria:sufficeret etiā
ad acquirendum dominiū.cap. super quibusdā
§.præterea.de verb.sig.& per cap.iij.de præsc.
ī vi per l.hoc iure.§.ductus aquæ. de aqua quo
ti.& æsti.iuncta glo.notabili in l.seruitutē præ
diorum cum ibi not.& per Doct.ff.de serui.&
adde omnino quæ dixi s̄ in titu.de serui.aquę-
du.in viii.q.princ.ver. & ex prædictis sequitur
decisio multarum q.usque ad ver.& q. ex præ-
dictis deciditur.vbi posui quāto tempore præ-
scribantur loca publica, & ius pascendi in flu-
9 minibus. † Sed dubitari potest quomodo q̄s
dicatur possedisse,vel quasi mare, vel aliquā in
eo iurisdictionem. dic ille qui habet imperium
in mari,dicitur mare possidere. qd' patet p ll.
quæ permittunt soli principi disponere de his.
ff.de verb.obl.l.continuus.§.cū quis ff.de con
trahen.emp.l.sed & Celsus. in prin.& l.quomi
nus.ff.de flum.& ita eleganter no.Bar.in tract.
Tyberia.in titu.de alueo.ver.publice iurisgen
tium.& idem in effectu tenet Bal.in l.si plures.
in iiij.col.in princi.C.de con.inser. quod tene
menti.quia hoc allegaui contra Brixienses,qđ
lacus gardę esset totus de territorio Veronen-
si: quia semper Veronenses & principes qui
dominati sunt Veronæ, exercuerunt imperiū
& iurisdictionem super toto lacu & ita fuit iu-
dicatum per excelsum consilium togatorū Ve
netiarum.& idem dico de gulpho maris, quod
custoditur per Venetos, & super illo exercue-
runt atque exercēt iurisdictionem in dicto gul
10 pho. & ita etiam obseruatur. † Sed nunquid
hoc prætextu possint Veneti nauigantes p ma
re Adriaticum in gulpho cum mercibus impo
nere

nere gabellas, & confiſcare merces conductas
contra Venetorum ſtatuta? Bal. format in ru.
de re.diu.in ij.col.ad fi.ver ſed nunquid. & vi-
detur quòd non, per l.C.not vecti. impo.non
poſ. Item quia ius confiſcandi nulli competit,
niſi prin. C.de bo.va.l.j.lib.x & ca j.in ti.quæ
ſunt regalia in vſi. feu. In contrarium videtur,
ꝙ ſecundum Bal. totus mundus hodie hoc iu-
re vtitur, & derogatum eſt ll.contrarium facit
l.colonus.§.nauem.ff.loca. Item quia iſta ſpe-
cialis confiſcādi conſuetudo ſpeciali principis
permiſſioni comparatur, vt no.in ſimili.in aut.
de mā princi.§.iudicare.col.iiij. Item quia Ve
neti in eorum imperio habent regalia, & iura
fiſci, nec ſuperiorem ſaltem de facto recogno-
ſcunt. ideo in mari prædicto poſſunt impone-
re gabellas & confiſcare merces & bona ſicut
in ciuitate Venetiarum: quia tantam iuriſdi-
ctionem habent in mari, quantam in ciuitate
Venetiarū. per ea quę no. Bart.in tract.de inſu
la.in j.& ij.colū.& dicam in q.ſeq. Sed vbi non
eſſet iſta conſuetudo, vel vbi non haberent im
perium, vel ſi haberent, recognoſcerent ipſum
à ſuperiore, tunc non poſſent imponere gabel-
las, vt in toto titu.C.no.vecti.impo.non poſſ.
11 † Quid autem de mari in quo aliquis nō ex-
ercuit iuriſdictionē tanto tempore, vt poſſit di-
cere præſcripſiſſe aliquam iuriſdictionem, an li
cet ſit nullius ratione dominij, an ſaltem quo
ad iuriſdictionis ius, ſit alicuius, vt maleficia q̄
ibi committuntur poſſint punire:& an gentes,
quæ ibi ad habitandum accedunt, poſſint iudi-
care. Iſta quæſtio formatur per Bar.in eo.trac.
de inſula, in ij.col.qui dicit, ꝙ pro deciſiōe hu
12 ius q.eſt videndum, † an ille qui habet iuriſ-
dictionem in territorio cohærenti mari, & vſq;
ad quod ſpatium. & videtur dicere ipſe quòd
non. quia mare commune eſt omnibus, vt ſæ-
pe dictum eſt. In contrarium dicit eſſe verita-
tem: quia ſicut præſes prouinciæ debet purga
re prouinciam malis hominibus per terram, l.
congruit.ff.de offi.præ.ita per aquam.l.j.C.de
claſſibus.tit.x.& ibi Bart. dicit per illum text.
ꝙ ſicut quis poteſt punire delinquētem in ſuo
territorio, ita delinquētem in mari, quod ſubij
citur illi ciuitati vel prouinciæ. allegat l.Cæſ.
ff.de pub.& ita no.Bart.& Ioann. And.& Do-
cto.in c. vbi periculum in verſic.territorio. de
elect.in vj.& vide per Ang.omnino in l.ſane ſi
maris.ff.de iniu.& Bal.in l.arbor.§. de veſtibu
lo.ff.communi diui. & Ange.in l.inſulæ Italiæ.
ff.de iudicijs.qui dicit, quòd per illam l.fuit de
ciſum Piſis de conſilio Bart. quòd delictum cō
miſſum in mari propinquo portui ciuitatis Pi-
ſarum, deberetur ibi puniri: quia eſt particu-
la maris, quod intelligebatur ſubiacere ciuita
ti Piſarum. imò plus dicit ibi Ang. ſi illa parti-
cula maris eſſet in remoto mari, ſi tamen nulli
loco terreſtri erant propinquior, vbi exercere
tur imperium, debet Piſis puniri. Et idem dicit
de alijs ciuitatibus cum ſimilibus caſus acci-
deret.l.j.C.de claſſi.lib.xj.quam dicit non eſſe
alibi. Circa quod adde quę dicam in ſeq.q.&
ex hoc apparet ſecundum Bart.in d.tracta.ſi in
mari quis habet iuriſdictionem, multo magis
habet etiam in inſulis quæ ſunt in dicto mari.
Inſulæ *a* enim illius prouinciæ propinquæ q̄
modico ſpatio diſtant, illius prouinciæ eſſe di-
cūtur.d.l.inſulæ Italiæ. & l.notionem §.j.ff.de
verb.ſign.& notat Ang. & Doctor.in d.l.inſu-
13 læ. † Quæ autem dicatur inſula *b* propin-
qua, vel modico ſpatio diſtare, dic ſecundum
Bartol.in d.tractatu, per centum miliaria. vici-
nus enim tunc dicitur.l.iiij.§. ſi tam vicinum.
ff.de dā.infe & extrà de reſcri.ca.nonnulli.vbi
dicitur quòd in duas dietas non dicitur locus
14 remotus. † Conſtat autem quòd centum mi
liaria per mare, eſt minus duabus dietis. & ꝙ
vſque ad centum miliaria dicatur locus propin
quus, probatur in l.quicunque.de epiſc.& cler.
& hoc ſingulariter tene menti quòd habentes
iuriſdictionem in territorio cohęrente mari, di
cuntur habere iuriſdictionem etiam in mari, &
in inſulis quæ ſunt in mari vicino vſq; ad cen-
tū miliaria: & poſſunt ita capere & punire de-
linquentes in mari vſq; ad centum miliaria, ſi-
cut in terra in ſuo territorio. Quod no. quia ha
bui de facto pro Venetis contra Ianuenſ. quia
dominus Lauredani cœpit Mauritiū Catoniū
Ianuenſem, qui capi non poterat, quia nō erat
in mari Venetorum, & petebat xxxiij.milia du
catorum pro damno ſibi dato. Ego inter aliàs
feci vnam poſitionem, ꝙ mare in quo captus
fuerat, non erat propinquius alicui loco terre
ſtri ſeu territorio: quam ipſi modo no. & con-
feſſus eſt creditor non potuiſſe capi, ex quo nō
erat in gulpho Venetorum. & allegaui Bart. &
Ang. de quibus ſuprà ꝙ de modico venerūt ad
15 concordiam. † Sed quid ſi inſula maris eſſet
in mari alto à qualibet regione diſtans vltra
centum miliaria? Bar.in d.tractatu.l. inſula.in
ij.col.dicit, ꝙ hoc caſu non pōt nobis dici vici-
na vel propinqua, per l.pen.§ Paul.reſpondit.
ff.de acqui.re.dom.& l.inſulam.eo ti.& per no
tata in ſimi.inſti.de re.di.§.inſula & ideo con-
16 cludit, ꝙ inſula Sardiniæ. † Italia dicitur, li-
cet ab Italia modico freto diſtet. Si autem nec
alteri inſulæ eſt vicina: tunc nō poſſumus dice-
re, ꝙ aliquis in ea habeat iuriſdictionē *c*, niſi
imperator qui eſt dominus totius mundi.l.de
precario.ff.ad l.Rho. de ia. Vnde dicit Bart. ꝙ
talis inſula occupanti concederetur quo ad do
minium. ſed ſi quo ad iuriſdictionem pro magi
ſtratu vel rectore ſe geſſerit abſq; prīcipis iuſ-
ſu, intellige in illa inſula remota: incideret in
l.Iuliam maie.l.iij.ff.ad l.Iu.ma.& hoc ſm iu-
ra ciuilia. ſed ſecundū iuſgentium gentes quæ
dictā inſulam occuparent, facerent ſibi regē.l.
ex hoc iuregētiū.de iuſt & iu. & illos manu re
gia regeret l.ij.circa princ.ff de ori.iur.& hoc
ſeruandū eſſet inter gentes, qñ nec iure Roma-
17 no nec alio iure vtuntur. † & ex prædictis no
tat Bart. velle habentes iuriſdictionem in ter-
ra, habere etiam in mari vſque ad centū milia-
ria tantū: vltrà vero ſit ſolum iuriſdictio impe
ratoris. ſed Ang.in d.l.īſulæ Italiæ. d. iudicijs.

a Inſulæ.
Inſulæ maris ſunt ſubditæ ciuitati magis vicinæ.l.īſulæ & ibi Doc.& Bar. ff.de iudi.& vbi ēt Bar. dicit de piratis ſe reducētib. ad īſulas q̄ a cōueniri pñt ī ciui.vicina inſu. adde ēt Bar. ītra.Tyb.ij.pte de inſula. ī prī.

b Inſula.
Diſtans à terra vltra cētū mili. nullius ē, niſi occupātis: vid̄ Barto.ī d.tra. Tyb.

c Iuriſdictio.
Imperator hēt iuriſdictionē gñalē. Ba.ī c.ad hoc in 4.co.de pact. iur.fir.et Bal.in l.ij. C.ī q.b. ca. co.li.xj. vbi dicit ꝙ hēt dominiū gñale & vniuerſale ī oīb. ſed ñ pticulare. Vide Bart.ī extraua. ad reprimē.verſi.totius vrbis.& Alexā. cōſi.lxxvj.ji.pte. & Abb.in c. venerab.de ele.

vt dixi in quæſt. præced. vult quòd habeant etiã
iuriſdictionem in mari & eius inſulis valde re-
motis, dummodo alii loco tereſtri non ſint ma-
gis propinqui. Facit ad prædicta glo. j. in c. quo-
niam. & quot ibi no. extrà de deci. Et adde quæ
18 not. Barto. in l. ij. C. de naufr. lib. xi. † Vnde ex
hoc ſequitur ſi Papa moritur in mari, in illa ci-
uitate, debet fieri electio ſucceſſoris Papæ ſecũ-
dum Io. An. in c. vbi periculum. de ele. in vi. &
19 Ange. in l. ſane ſi maris. ff. de iniuriis. † Item ſi
imperator donat mihi ciuitatem, videtur dona-
re & omnes pertinentias, de quibus loquitur
Inn. in c. cum ad ſedem, extra de reſtit. ſpo. & tã
in mari q̃ in terra: quia mare ſicut terra diſtin-
guitur. ut no. in d. c. vbi periculũ. & l. j. C. de claſ
ſi. li. xi. & l. de precario. ff. ad l. Rho. de iac. & ita
not. Bal. in l. beneficiũ. in 2 col. in prin. ff. de cõ-
20 ſtit. prin. † Sed quid ſi inter duas ciuitates pũ
ctualiter æque diſtantes eſſet delictum cõmiſſũ
in mari? dic, tunc dicetur eſſe commiſſum in cõ
finio, quod eſt cõe vtriuſq; ciuitatis. l. arbor. in
prin. & §. de veſtibulo. ff. cõmuni di. Et ideo pa-
riter ad vtranq; ſpectat cognitio criminis, & cõ
tractus, ſicuti quando punctualiter in confinio
plurium ciuitatum in terra delinquitur vel cõ-
trahitur. ſecundum Angel. in d. l. ſane ſi maris.
21 † Sed quid ſi in eadem particula maris plures
habitent vel pertinent? tunc quilibet poterit
recognoſcere, & erit locus pręuentioni. l. ſi quis
poſtea. ff. de iudi. & præueniſſe intelligitur quã-
tum ad imperium ille, qui delinquentem capit
in mari. Nam per perſonalem capturam intelli
gitur iuridſictio eſſe conuenta. ſecundũ Io. Aud.
in c. j. de ob. in nouella: quẽ ſequitur Ange. in d.
22 l. ſane ſi maris. in fi. † Sed ſi oritur contentio
de his quæ geſta ſunt in mari, vel ad mare ſpe-
ctant, qualiter erit iudicãdum vel faciendũ? dic
quòd maris conſuetudo ſeruanda eſt, ut eſt tex.
no. in aut. de vſu. nauti. § fi. col. xi. & hoc no. gl.
quod intelligit quando non repugnat iuris legi
bus. & ſic dicit debere intelligi l. de precario. &
quòd maris conſuetudo ſit ſeruanda, tenet Bal.
in d. l. obſeruare. §. antequam. per illum text. ff.
de offic. proconſul. & hoc inducit in argumen-
tum ad curſum brauii Venetorum, cum fieri de
beat per mare, ſicut vſitatum eſt. & alii ſimili-
ter per mare cum balliſtis ſolent ludere, alibi
conſuetum eſt. Et vide apud Muranum quæ eſt
prope ciuitatem Venetiarum, ubi fiunt pulchra
vitrea. Vltimo pro complemento à patria ma-
ris ſubiicio aliquas quæſtiones, quæ licet non
tangant proprie ſeruitutis materiam, vtiles ta-
23 men erunt pro ipſius declaratione. † Et primo
quæro quid ſit mare. ſecundum Bar. in tractatu
de inſula, in princ. eſt collectio multarum aqua
rum ſalſarum. proprie enim mare ab amaritudi
ne dicitur, & oportet vt cum mari contineatur.
alias enim licet mare appelletur mare, tamen
non eſt, ſed potius ſtagnum vel lacus, & tunc nõ
eſt iuris priuati uel publici, ut de flumine dicit.
24 † Secundo quæro an reperiantur fines. dic ꝙ
ſic. ut no. in c. vbi periculum. de electio. in vi. &
no. Bal. in l. ſi teſtamentum. C. de condi. & dem.
25 ſub ditione. † Tertio quæro qualiter deſigna-
bitur mare. dic per terram propinquam, cui ma
re magis adhæret & ſub qua diſtingui cõſueuit
ſecundum Bal. in d. l. ſi teſtamentum. alleg. in aut.
26 vt omnes obe. iudi. § primo. † Quarto quæro
an appellatione territorii alicuius ciuitatis com
præhendatur etiam mare & diſtrictus per illam
ciuitatem. & videtur quòd ſic, maxime in fauo
rabilibus, ut no. in d. c. vbi periculum. & ibi per
27 dominum Marcũ & Doc. in § porro. † Quin-
to quæro an ciuitates maritimæ etiam in mari
habeant diſtrictus. dic quòd ſic. vt not. Io. Mo.
28 in d. c. vbi periculum. † Sexto quæro an exi-
ſtens in mari quod regitur per ciuitatem mari-
timam, puta per Venetos, vel Ianuẽſes, dicatur
eſſe extra diſtrictum. dic ꝙ non, imò poteſt ius
reddi, ſicut Venetiis & Ianuæ. vt per Bal. in l. i.
29 C. de ſen. ex bre. reci. † Septimo & vltimo quę
ro, an mare rubrum reperiatur. dic ꝙ ſic. Text.
eſt in l. & ſi non ſic. § fin. ff. de au. & ar. leg. Cæte
ra circa materiam maris vide quæ ſcribit Bart.
in tractatu de inſula. & quę dicam in tribus ſe-
quentibus titul.

De littore maris. Cap. 27.

1 *Littus maris eſt, quatenus hybernus fluctus maximus excurrit.*
2 *Littora ſub cuius imperio eſſe dicantur.*
3 *Littore maris quæ fieri licitum ſit.*
4 *Terra quæ eſt in mari, vel arena maris, cuius eſſe dicatur.*
5 *Fundum in alicuius ſi fluminis impetu lignamina vel vegetes, vel aliæ res proiectæ ſint, quid de illis fieri debeat.*

1 LITTVS † maris eſt, quatenus hybernus
fluctus maximus excurrit. l. littus. ff. de ver.
ſignifi. & inſt. de re. di. §. flumina. ſicut mare na-
turali iure commune eſt omnium, ita & littora
maris communia ſunt l. j. in fi. ff. de re. di. & inſt.
eod. titulo §. 1. & propter hoc nemo littus ma-
ris accedere prohibetur, dummodo á villis &
monumentis & ædificiis ſe abſtineat. l. nemo. ff.
2 de re. diui. & d. § primo. † Littora in quibus
populus Roman. habet imperium, populi Rom.
eſſe dicuntur. l. littora. in princ. ff. ne quid in lo-
co publico, quod intellige quo ad iuriſdictio-
nem vel protectionem. ſed quo ad vſum, ſunt
communia, ut d. § 1. & ibi gloſſa in verſicu. per
hoc. & gloſſa in d. l. littora. quo vero ad domi-
nium ſeu ad proprietatem, ſunt in bonis nul-
lius, vt §. littorum. inſtit. de re. di. & ita etiã vult
Bal. in rubric. ff. eod. tit. in iiij. col. verſi. ſed quid
ſi ædificiũ. ſicuti nullius iuriſdictio eſt Cæſaris.
& ſic iſta tria ſunt diuerſa, proprietas, vſus, &
iuriſdictio, ſeu protectio. ut dicit Bal. ſecundum
3 Iac. de Ra. in l. quædam. ff. de re di. † In littore
maris licitum eſt caſam ponere, in qua piſcato-
res ſe recipiant. l. riparum. §. fi. ff. de re di. & lici
tum eſt ædificare in mari, vt fecerunt Veneti. vt
dixit Baldus in rubrica. de re. di. in iiij. colum.

&

& dixi in titu.prece.in prin. & quod quis in lit-
tore maris ædificauerit, ipsius erit, sed sublato
ædificio vel collapso, iure quasi postliminij, re
uertitur locus in pristinam causam. & si aliud
in eodem loco ædificauerit, eius fiet.l.intãtum.
in prin.ff.de re.di.& l.quæ in littore. in princi.
ff.de acqui.re.do. secus si pro parte tantum es-
set collapsum, vel si fundamenta in totum remã
sissnet, vel pro maiori parte. vt ibi secũdũ Bald.
& quia dixi licitum esse in littore ędificare, in-
tellige nisi vsus publicus impediretur.l.in litto
re.ff.ne quid in loco publ. Item intellige quan-
do ædificando nemo sentit damnum. l.2.§. ad-
uersus.eo.tit. & intelligitur quis ædificare, quã
do in littore pilas iactaueri. non autem requiri
tur rei perfectio.l.ergo.§ fi.ff. de acquir.re.do.
vt dixi in tit.præc.ver.sed quæritur enim in ma
ri. Item licitum est in littore maris retia desic-
care, & ex mari ad littus deducere.l.riparum.in
prin.ff.de re.di.& insti.eod.titu.§.littorum. Itẽ
lapilli & gemmæ cæteraq; in littore inuenta iu
4 re naturali statim nostra sunt. † Item quid de
terra, quæ est in mari, vel arena maris? dic idem
quod dixi de mari vel littore. vt d.§. littorum.
in fin.& ideo licitum est cuilibet accipere gem-
mam vel arenam maris, & efficitur occupantis,
& exportãtis.secus est de lapidibus, & alijs quæ
in littore ex causa naufragij vel ex vehiculo a-
licuius ceciderunt, quia nõ licet ea capere. imo
qui accipit animo sibi acquirendi, magis quàm
fur est.vt l.j.& 2 ff. de incen.ru. & nau. de qua
materia vide in l.eum.& aut.nauigia.C.de fur.
& Fede.de Sen.in consi 102.quod incipit, domi
ne Francisce. Idem esset quando ex vi fluminis
ligna vel rates vel aliæ res ad littus maris, vel
ad fundum alicuius peruenerint.& ibi dicit ele
5 ganter, † quòd si in fundum alicuius proiecta
sunt lignamina vel vegetes, vel alię res ex im-
petu fluminis, si agro noceant, si dominus agri
vult fas & licite facere, consilium est, vt per iu-
dicem fieri faciat proclamationes in locis vici-
nis, vt dominus res illas tollat intra certum ter-
minum, alias illæ res pro derelictis habeantur,
& occupanti concedantur: maxime si illæ res
sunt viles. ex causa nãque quis compelli potest
agere: vt no.in l.5.C.vt nemo inui. Hic autẽ sub
est causa, quia illæ res nocent agris alienis. di-
cit tamẽ quòd securior via esset, vt post aliquod
tempus post dictam proclamationem venderen
tur dictæ res, & preciũ pauperibus erogaretur.
arg. cap. cum tu. extra de vsu. cum si.quę not.
quia sæpe contingit vbi sunt flumina rapida, &
torrentia.

a Portus. Portus est de regalibus principis. Bald. in c.j. in princip. quæ sint rega.

De portu. Cap. 28.

1 *Portus, statio, & angiportus quid proprie sint.*
2 *Portus & flumina publica sunt, licet ciuitates Italiæ de consuetudine ea sicut imperium, præscripserint.*
3 *Portus omnis in solo insulæ est.*
4 *Portus maris hominum ingenio fabricati an omniũ populorum publici sint, an vero ædificantium.*
5 *Testamentum factum in portu ciuitatis Soldani an dicatur factum in terris Soldani.*
6 *Moles in mari proiectę causa faciendi vel muniendi portu, an iaci possunt.*

1 PORTVS † est a locus conclusus, quo im
portantur merces, atque inde exportantur.
ea quoque nihilominus statio est conclusa atq;
munita: inde angiportus.l. portus. ff.de vsufru.
Et dicitur locus cõclusus, id est, locus vbi lacus
morantur & stant secundum glo. ibi. Statio ve-
ro dicitur a stando. & ideo stationis verbo is lo
cus demonstratur, vbicunque naues tutè stare
possunt. vt l.j §.stationem.ff. ne quid in flu.pu.
2 Angiportus dicitur strictus portus. † Portus &
flumina publica sunt.l.nemo.in fi.ff.de re.di. &
insti.eod.§.j.& ideo ius piscandi commune est
omnibus in portu fluminibusque.inst.de re.di.
§. flumina. quo ad iurisdictionem, portus sunt
Cæsaris, vel illius domini, vel ciuitatis, vel terri
torij, in quibus sunt. vt c.j in prin. in titu. quæ
sint regalia.in vsi.feu.& ideo vectigalia seu red
ditus illius portus prouenientes ex mercibus.
sunt de regalibus & dicuntur publica vecti-
galia: vt d.c.j.& l.inter publica.§.fi.ff. de verb.
sig.& propterea spectant ad Cæsarem, vt d.c.j.
quod intelligo, nisi dominus ciuitatis vel terri-
torij illius loci, in quo est portus, habet regalia:
quia tunc ad eum spectant illa regalia. & quan-
do Papa, vel Imperator facit aliquem regẽ, quæ
runtur sibi omni regalia quasi specialiter cõces
sa, secundum Bal.in d.c.j.circa fin. & vide quæ
statim dicam infra ver. sed quæro iuxta prædi-
cta. Hodie vero ciuitates Italiæ sibi de consue-
tudine præscripserunt merum imperium. & ita
portus, & flumina licet de iure communi sint
principis.vt d.cap.j.pro quo facit gl.magna in
fi.§.iusiurandum.in aut. de defen.ciui.secundũ
Bar.in l, quominus.in 2.col.in fi.ff.de flu.& di-
3 cam in titu.seq. † Et adde quòd omnes portus
in solo sunt insulæ.l. Cesar.ff.de pu.& ideo dicit
ibi Bar. si quis in portu insulæ ciuitatis Pisanæ
deprahẽdatur.potest puniri in ciuitate, sub qua
est insula. Circa quod vide quæ dixi in ti. de ma
4 ri. † Sed quæro iuxta prædicta, an portus maris
ingenio hominum fabricati sint publici omniũ
populorum, an vero ædificantium.& videtur quod
sint publici: per ea quę supra dixi. In contrariũ
videtur quòd sint ædificantium.l.in tantum. in
pri.ff.de re.di. Item videtur quòd sint commu
nes, sicut aqua est communis. dic secũdum Bal.
in ru ff.de re.diui. in 6.col.in pri.quòd ædificia
5 sunt ædificantium, sed portus sunt publici. † Et
ex his insurgit vna pulchra dubitatio, an testa-
mentum factum in portu cuiusdã ciuitatis Sol-
dani, dicatur factum in terris Soldani. Et Bald.
ibi dicit, quòd tempore suo hoc fuit reuocatũ
in dubium. & dicatur quòd nõ, quia portus est
publicus, & ita Christianorum, sicut Saraceno-
rum.nam hoc est introductum de iuregentium.
Consequentia autem inferebatur ex prædictis.
l.hoc legatum.de leg.3.sed Bal. in l.iustitia. an-
te fi.

te fin.prin.ff de iusti.& iu. dicebat se consuluis-
se super testamento cuiusdam facto in Barbaria
duobus testibus, ipsum valuisse, quia cum non
appareat quæ forma testandi ibi seruetur, præsu
mitur quòd seruetur ius gen. tanquam æquissi-
mum.ar.l.omnes populi. in fi.ff.de iust. & iure.
Idem vult Bartol.in l.j.C.quemad. test.ape.qui
similiter dicit, quòd de facto consultus fuit su-
per quodam testamento vnius mercatoris de
Ancona, facto in terra Soldani Babyloniæ, & di-
xit valere testamentum factum secundum me-
rum ius gentium, quòd præsumitur ibi vigere,
nisi contrarium probetur, cum sit tale ius gen.
apud omnes, sicut consuetudo in dubio præsu-
mēda. nam istud ius gent. est bonum & æquum,
ideo seruandum. & potius seruare debemus ius
can. quàm ciuile, quia istud inhæret iuri. sed sub
lege diuina sunt omnes populi & nationes, sed
ius ciuile non uiget vbique locorum. facit cap.
quod super. extra de voto. & adde quæ no. Bart.
& Doc. in l. qui a latronibus. in princi. ff. de test.
& Ang. & Doct. in d. l. ij. C. quemadmo. test. ape.
6 & Doc. in l. si non speciali. C. de testam. † Re-
periuntur etiam moles in mari proiectæ causa
faciendi vel muniendi portū, quas in mari quis
iacere potest, maxime ea de causa. vt l. ij. §. ad-
uersa. ff. ne quid in loco publico, & si maritus
haberet in dotem ciuitatem vel territoriū iux-
ta mare, & iaceret moles in mari pro portu fa-
ciendo vel muniendo, vel pro muniendis muris
ciuitatis vel castelli dotalis, diceretur impensa
necessaria, vt l. j. §. inter necessaria. ff. de impen.
& de istis molibus loquitur Virgilius in primo
Aene. dum de Carthagine loquens dicit, Mira-
tur molem Aeneas, magalia quondam. et ciui-
tas Neapolitana habet istam molem in mari,
quæ vulgariter el molo appellatur, quam Al-
phonsus rex mirifice instaurauit, intra quam
est notabilis portus ciuitatis Neapolitanæ.

De naui. Cap. 29.

1 *Seruitus naui imponi non potest, vt cum in portu erit, semper merces deferre teneatur.*
2 *Seruitus nauigandi, si locus perpetuus in tuo fundo sit, vt ad fundum meum perueniatur, imponi potest.*
3 *Seruitus aquæductus cur ex lacu fieri non possit.*
4 *Arbores si dominus cædere voluerit, & nauta arboribus nauem ligare velit, quid iuris.*
5 *Nauigationis tempus esse dicitur a Calendis Aprilis vsque ad Calendas Octob.*

1 SERVITVS † naui imponi non potest,
vt cum erit in portu, semper teneatur defer
re merces, quia seruitus non potest imponi, quę
de facili extinguitur, & sic nec naui ex quo de
facili cōsumitur & modicum durat, licet ex no-
uis tabulis conficiatur. vt not. Angelus in dict. l.
foramen. Nec obst. quòd domo imponitur ser-
uitus, & tamen aliquando ruit. quia illud raro
contingit, ideo non considerandum. l. nam ad
ea. ff. de legi. & ita vult gloss. & Angel. in dicta l.
foramen. in fin. & ex prædictis sequitur seruitu-
tem iumentis imponi non posse, nec homini-
bus, quia de facili moriuntur, & perpetuam cau
sam nō habent. & ideo lex appellat operam seu
ministerium serui, non seruitutem. & intellige
in prædictis seruitutem imponi non posse iure
propriæ seruitutis, sed bene possunt valere iu-
re obligationis personais, per nota. in l. vt po-
mum. ff. de seruit. & l. pecoris. ff. de seruitu. rust.
2 prædio. & l. Mela. §. fi. de alim. & cib. leg. † Ser-
uitus autem nauigandi, si locus qui tuus in tuo
fundo est, vt perueniatur ad fundum meum, im
poni potest. l. via constitui. §. si lacus. ff. de serui.
3 rustic. prædior. † Sed quæ est ratio, quòd ser-
uitus aquæductus ex lacu fieri non potest, vt d.
l. foramen §. omnes. & tamen seruitus nauigii
imponi potest, ut ibi. Respondeo secundū Hen-
ricum, quia quandoque erit nauigium, quando-
que vero non. aquæductus vero continue, vel
hoc fauore nauigii. Vel dic & tertio, quòd per
nauigium non minuitur aqua, sed per aquædu-
ctum sic. ita nota. gloss. in d. §. omnes. & d. l. via
constitui. §. si lacus. in versi. nauigandi. licitum
est nauigantibus naues ad ripas applicare, fu-
nesq; arboribus ibi natis religare. l. riparum. in
princ. ff. de rer. diui. & insti. eo. §. riparum. eo. ti.
4 † Sed quid si dominus vult incidere arbores,
& nauta vult ligare nauem arboribus? vide gl.
in dictis iuribus. & Bal. in l. lapilli. in pen. col. in
fi. ff. de re. di. & quod dicam in tit. de ripa. Nauis
vsufru. legato, nauigatione uti potest. licet nau-
fragii periculum immineat. nauis enim paratur
vt nauigetur. l. arboribus. §. nauis. ff. de vsuf. dū-
modo nauigetur tempore nauigationis, & non
alio. ff. de rei ven. l. non vtique. §. fi. & l. nauis. &
5 C. de offici. rec. prouin. l. ciuitas. † Et dicitur
tempus nauigationis esse à Calendis Aprilis,
vsque ad Calendas Octob. ut l. quoties. in fi. C.
de uaufr. lib. xi. & not. glo. fi. in l. qui petitorio.
de rei ven. dicit tamen Bart. in d. l. quoties. in fi.
& in hoc standum esse consuetudini, si facit il-
lud, quod fecisset diligens nauicularius, quan-
do illa lex non seruatur in tempore, quod est
aptum maxime apud Venetos, qui omni tempo
re nauigant. Redditus nauigiorum sunt de rega
libus, sicut plaustrorum. c. j. quæ sint regalia. &
ibi not. Bal. hodie secus est in Italia, quia ciuita
tes de consuetudine sibi hoc præscripserunt, vt
dixi in titul. præceden. versic. hodie ciuitates. &
de priuilegiis nauiculariorum, & quando priui-
legio vti liceat, uide l. semper. § nauigatores.
cum glo. ma. ff. de iure immuni. & Host. in sum-
ma. in titu. de peregri. & de materia nauigatio-
nis & nauiculariorum, vide in toto tit. C. de na-
uicula. & tit. seq. de prædiis naui. & in aliis seq.
videlicet in ti. de nauibus non excu. & de nauf.
& de classi. lib. xi. & toto titū. ff. nau. cau. sta. &
titulo. ff. & C. de nau. fœn. & in aut. de nau. vsu.
coll. ix. & ff. ad l. Rhodia de ia. l. 1 & 2. & l. sca-
pham. ff. de euic. Bal. in l. 1. §. de exercitoribus.
ff. nautæ. cau. stab.

De lacu. Cap. 30.

1 *Lacus est, qui perpetuam aquam habet.*
2 *Stagnum est, quod temporalem continet aquam ibi stagnantem.*
3 *Lacu uel ex stagno aquæductus seruitus concedi non potest.*
4 *Seruitus aquę tollendæ per totum ex lacu, an imponi possit.*
5 *Interdictum de fonte, in lacu etiam locum habet.*
6 *Lacuum seu stagnorum alluuione si uni aliquid detrahatur, & alteri addatur, quid iuris.*
7 *Lacus fructus si a Perusÿ cōi emerim, commune autem habebat ibi proprias naues ad piscandū, quarum etiam usus uolo, quid iuris.*

1 LACVS † est, qui perpetuam habet aquā.
l.j.§.lacus.vt in flu.pub.na.li.& gl.in l.fora
men.§.j.in ver.lacus.ff.de ser.vr.præd.dicit, La-
cus est, qui viuam habet aquam, non tamen in-
de exeuntem.alle.d.§.lacus appellatur.sicut est
lacus Gardæ, qui habet aquam exeuntem & fa-
cientem initium & hoc attestatur Plinius di-
cens, Lacus est Italiæ, natus in agro Veronensi
2 initium omne transmittens. † Stagnum *a* est,
quod temporalem continet aquam ibi stagnan-
tem, quæ quidem plerunque hyeme agitur.d.l.
j.§ stagnum.& not.gloss. in d.l.foramen.§.j.in
versi.lacu.& de vtroque habetur per gloss.in l.
3 vicinus.§.lacus.ff.de aquæ plu.arcen. † Ex la-
cu vel stagno seruitus aquæductus concedi nō
potest.d.l.foramen.§.j. Et ibi ponitur ratio in
tex.& glos.sed seruitus nauigii imponi potest.l.
via constitui.§.si lacus.ff.de ser.rust.præ.& quę
sit ratio differentiæ, ponitur in glo.& dixi in ti.
4 præce.ver.seruitus autem nauigandi. † Sed an
seruitus aquæ tollendæ per totum ex lacu im-
poni possit, vide tex.glo.& Doct. in l ij.ff.com-
5 munia præd. † Interdictum de fonte habet lo-
cum etiam in lacu.l.1.in princ.ff.de fonte.& di-
cam infra de fontibus. Lacus nec crescit nec de
crescit, licet quandoque aqua crescat vel decre-
scat.l.vicinus.§.lacus.ff.de aqua plu.arc.& ideo
lacus & stagna licet interdum crescant, interdū
decrescant, suos terminos tamen retinent.ideo
in his ius alluuionis locum non habet.l.lacus &
stagna.in prin.de acquir.re.do.& l.Rutilia Pol-
6 la.ff.de contrahen.empt. † Sed circa hoc con-
clude: Quidam lacus & stagna priuata sunt, tūc
non est dubium quòd per alluuionem neq; vni
detrahit, neque addit: sed locus ille qui aqua la-
cus vel stagni inundatur, remanet eius cuius
primo fuerat.d.§.lacus.& d.l.lacus. Quidā sunt
lacus & stagna publica, & hoc duob.modis esse
potest.quandoque enim sunt publica, id est rei-
pub.ut ibi nullus piscari possit, nisi ille cui resp.
commiserit, ut in lacu Perusino: & tunc idem si
priuatus.l.sed & Celsus.ff.de contrah.emp.quā
doque sunt publici, & in vsu publico. quia per
eum quilibet transit, & in eo piscatur quilibet
ad placitum: tunc addit & detrahit per alluuio
nem sicut flumina pub.ff.de ver.sig.& l.littus.
ff.vt in flu.pu.na.li.l.j.& ita not. Bart.in tracta.
Tyberia in iiij.col.ver. de lacu vero & stagno.
& vide Barto.& Doc.in d.l.lacus. & d.l.Rutilia
7 Polla. † Sed pone, emi à communi Perusii fru-
ctus lacus: commune autem habebat ibi pro-
prias naues ad piscandum, quarum vsum volo:
commune negat, quid iuris? dic quòd debeo ha
bere, quia redigor ad instar vsufructuarii vel
conductoris, ff.loca.l.si ædes.§. illud facit.ff.de
vsufruct.l.item si fundi.§.si uiuarios.secundum
Bal.in l.fundo.C.de verb. signifi.in lacu Perusi
no.vide glo.in l.eo.ff.de fun.instru.

a Stagnum. Stagnum publicum an potest piscari impune, uide Specu.de causa pos.& proprie. in princi.in 8. col. in uer. octauū est, ut liceat.

De fluminibus. Cap. 31.

1 *Flumen quid sit, & de eius multiplici differentia.*
2 *Torrens est quod hyeme currit.*
3 *Flumen à riuo in quo differat.*
4 *Flu publici cuius sit vsus, si proprietas esse dicatur.*
5 *loco pub. sicut sunt flumina, &c. ædificare non licet.*
6 *Fluminis publicorum vsus communis est, sicut viarum publicarum & littorum.*
7 *Statutum si dixerit, quòd gentes loci teneantur sequi vsque ad alueum nouum fluminis, an ultra alueum desiccatum gentes sequi teneantur.*
8 *Fluminis caput est, vnde aqua nascitur.*
9 *Flumen si in agrum meum lignamina duxerit, an mea efficiantur, rem ssine.*
10 *Villæ alicuius uel castelli dominus si locauerit dictam uillam, uel territorium, uel terrena loca, an riuos aquarum, uel pontes, uel alia syluestria loca locasse uideatur.*
11 *Concedam si tibi castrū cū toto territorio, an in ea concessione locus syluestris, uel usus ueniat.*
12 *Castro concesso munitiones quæ ad castri defensionem existunt, concessæ intelliguntur.*
13 *Flumina nunquid ueniant in concessione feudorum negalium, si forte usque ad tale flumen concedantur, uel de tali flumine usque ad tale.*
14 *Dictio ad, cuius naturæ sit.*
15 *Flumen si nauigabile sit, prætor concedere nequit aquæductum ex eo fieri.*

1 FLVMINA † quædam sunt perennia,
quædam torrentia. Perenne est illud, quod
2 semper fluit. † Torrēs est, quod in hyeme cur-
rit.si tamē alibua æstate aruit, qui aliás per hye-
mem fluebat, non ideo minus perenne.l.j.§.itē
fluminū.ff.ne quid in flu.pu.facit l.j.§.duo sunt
genera ff.de aqua quot.& æsti. Fluminū quædā
sunt publica, quædam non publica. Flumen est,
vt Cassius diffinit, quod perenne sit.d.l.j.§.flu-
minū. Sed omnia pene flumina perennia sunt.
l.nemo.§.si ff.de re.di. Et dicitur perenne, pro-
pter ea flumina, quæ ad tēpus fluunt, ut Rapo,
Melōcellon, & quæ sunt priuata, vt dicit gl.&
est in §.flumina.inst.de re.di.qui dicit, flumina
omnia publica sunt. debet intelligi fluminibus
perpetuis, vt est Padus & Rhenus secūdū glo.
ibi, priuata vero flumina sunt, quæ manu extra
cta sunt.l.j.§.si fossa.ff.de flu.& no.gl.in d.l.ne
mo.

mo.§.j. & d.§. flumina quæ exemplificant de
foſſatis in agris poſitis,quæ creſcunt & decre-
ſcũt. Fluminum quædam ſunt nauigabilia,quæ
dã non.l.j.§.in fluminum.cũ §.ſe. & l. quomi-
3 nus.ff.de flum.& l.j.ff.ne quid in lo pu.† Flu-
men a riuo magnitudine diſcernendũ eſt, aut
exiſtimatione circũ colẽtiũ.vt l.j.§.j.ff.de flu.
quẽ text.not. ad probandum ꝙ ſit flumen.aut
in cuius territorio ſit:quia recurrendum eſt ad
æſtimationem ſeu opinionem circumcolentiũ,
& propterea debent accipi teſtes fluminis , &
etiam eſt faciendum quando dubitatur de ali-
quo opere , de quo non extat memoria. vt per
Mar.Sil. & Rapha. Ful. in l. ſi arbiter.in fin.in
4 ver.audiſſent.ff.de prob. † Dicamus primo de
flumine publico, & primo cuius ſit proprietas
a & uſusfru.Et dic proprietatem eſſe Cæſaris:
qa flumina ſunt de regalibus. c.j.quæ ſint reg.
& l.flum.In prin ff.de damn.infect. & ibi Ang.
tenet hoc.Sed hodie ciuitates Lombardiæ cum
ſibi de conſuetudine vel ex priuilegio pacis
Conſtantiæ acquiſiuerint merum imperium &
regalia,vt dicit gl.not.in aut. de defen.ciui.§.
iuſiurandum.in gl.magna.in fi.& per Bal.in c.
j.in prin.in fi.2 col.in ti. de pace te.& late per
Ange.de Are.in l. illud. la 2.de ap. licet Bal.in
c.domino guerram.ante fi.in prin.in tit.hic fi-
nitur lex,incipit cõſue.re.aliter dixerit,& quæ
ſunt in Lombardia,ſunt illius,in cuius territo
rio fluunt.& ita tenet Bar.in l.quominus. in 2.
co.in fi.ff.de flu.qui plus dicit, quòd etiam ci-
uitates totius . Italiæ præſcripſerunt ſibi merũ
imperium,& flumina ſecundum ciuitates Lõ-
bardiæ. poteſt etiam iuuari titulo de pace Con
ſtantiæ,& adde quę dixi ſupra de portu.ver.ho
die uero ciuitates Italię.& titu.de nauigio cir
ca fin. aliæ uero ciuitates extra Italiam quę ſi
habent regalia,dicuntur habere proprietatem
fluminũ quæ ſunt in earum territorio,& nõ a-
liæ.& hoc vult Ang.in d.l.fluminum.in prin.
5 † Et ex prędictis ſequitur,ꝙ ſicut in loc.pu.re
gulariter non licet ædificare.l.j.& 2.ff.ne quid
in lo.pu.ita nec licet in flu.pu.ædificare niſi au
toritate pub.puta principis vel ſenatuſcõ.l.2.§
ſi quis a principe.ff.ne quid in lo.pub.& l.ſi in
pub.§.fi.& l.qđ principis iuſſu.ff. de aqua plu.
arẽ. vel autoritate populi,ꝑ cuius territorium
diſcurrit,ſi ille populus habet regalia,vt popu
lus Bo.vnde in flumine Rheni licite concedet
poteſtatẽ ædificãdi molẽdinũ priuato, dũ tamẽ
ſine incõmodo cuiuſcũq; fiat. d.l.fluminum.in
prin.& hoc no.An.& Doc.Idẽ ſi concedatur ꝑ
l.municipalẽ,id eſt ſtatutũ d.populi.l.2.in uer.
j.ff.ne quid in lo.pu.& l.prohibere.§.plane.ibi
no.lex mun.ff.quod ui aut clam. Idem ſi cõce-
datur per adminiſtratores ciuitatis quę habet
regalia.d.§.plane. Et vide quæ ibi no.Bart.ſed
ſi populus aut ciuitas non haberet regalia, ſeu
merũ imperiũ,non poſſet cõcedere ius ædificã
di in flu.pu.ex quo publica flumina ſunt de pa
trimonio Cæſaris.d.c.j.quæ ſint regalia. ſecun
dũ Ang.in d.l.fluminũ.& dixi ſupra.circa prin.
& prædicta intellige in flum.pub. nauigabili,
ſecus ſi eſt flumen non nauigabile. nam flumi
na pu.ſunt iuris communis,quia de iure cõmu
ni in flu.pu. ſine cuiuſpiam iniuriã abſque alia
impetratione ædificari poteſt,ſi non eſt nauiga
bile, nec ſpecialiter uetetur per principẽ vel ſe
natũ,& ſimiles.l.quominus.ff.de flum. & vide
quæ no.Bal.in rub.ff.de re.di.in 5. col. cũ ſeq.
vbi ponit an & quando quis poſſit in flu.pu.æ-
dificare.& adde prędictis omnino quæ plene di
xi s̃.in ti.de ſer.vrb.in q.x.cũ q.ſe.vbi plene e-
xaminaui an & quando loca puta uiæ & flumi-
na poſſint uendi ſeu alienari:& quando ædifica
tur in flu. pub. an debeat caueri de dam.infec.
6 vide in d.l.fluminum.in prin.& ibi Doct. † V-
ſus autem fluminum publicorum cõis eſt, ſicu
ti uiarum publicarum,& littorũ.vt probatur in
l.2.§.j.ibi.loca enim publica utique priuatorũ
vſib.deſeruiunt.ff.ne quid in loc.pu. Et iſta cõ
munio hoc inducit,ut ius piſcandi *b* omnibus
commune ſit,vt in fluminibus & portu §.flu-
mina.inſtit.de re.di.& ibi gl.& Doct. & Bal.in
l.lapilli.2.q.ff.eod.ti. & uide quæ dixi ſupra de
ſer.aquædu.in 8.q.princ.uer.& ex prædictis ſe-
quitur deciſio multarum q.circa fin. Item iſta
communio inducit,ut locus ſit præoccupatio-
ni.l.2.§.j.ne quid in lo.pu. & per hoc patet de
ciſio,de duobus plauſtris inuicem ſibi obuian-
tibus, quia deferendum eſt ei, quod primo uiã
intrauit,quia præoccupauit ſibi uſum & appro
priauit.Sed ſi ſimul,erit gratificationi:& ſi via
eſt capax amborum curruum,inuicem ſibi ce-
dere debent,ſecundum Ang.& Doct.in l.flumi
num. & de dictis plauſtris ſibi obuiantib. vide
gl.& Doct.in l.per agrũ.C.de ſer.& gl.in d.l.2.
§.j.§.ne quid in lo.pub.& idem dicas de duab.
nauibus inuicẽ obuiatibus , iam flumine vel ri-
uo,eadem ratione. Fluuius eſt ipſa aqua fluẽs,
quæ eſt eadem,ſicut vinũ,licet de dolio in doli
um ſit mutatum.ita dicit Bal.in ru.ff.de re.di.
in 13.col.in.fi.ver.fluuius autem.allegat quod
no.in l.ſi uſusfr.ciuitat.ff.qui.mo.uſufru.amit.
& quæro quomodo agnoſcatur quando alueus
ſit mutatus. dic quando deſinit eſſe prima for
ma,id eſt quando ſic excreuit , quòd aqua alia
fluit.l.adeo. §.quòd ſi in toto.ff. de acq.re.do.
ſed non credo ſimpliciter eſſe verum,quòd flu
men ſit aqua fluens, imo conſtat ex aqua & al-
ueo.l.pe.& ibi gl.ff.de flu.& facit quod dixi ſu
7 pra de lacu circa prin.† Sed pone ſtatutum di-
cit , quòd gentes loci teneãtur ſequi uſque ad
alueũ nouũ fluminis,& an vltra alueum deſic-
catũ teneantur ſequi gentes:uide Guil de Cu.
in l.de quibus.ff. de legibus , vbi etiam decla-
rat , ſi flumen mutauit alueum , an ius quod
primo habebatur ſuper eo remanet . & de iſta
mutatione aluei fluminis , vide quæ pleniſſi-
me ſcripſi ſupra in tit.de ſerui.12.quæſt. princ.
8 † Caput fluminis dicitur vnde naſcitur aqua
text. eſt in l.j.§.hęc interdicta.verſi. caput.ff.
de aqua quo.& æſti. vt eſt text cum gloſſ.in l.
ſeruitus aquæ.ff.de ſer ruſt.præ.& ita vult Bar.
in tractatu de inſula.in 7.col. qui dicit quòd ca
put fluminis eſt,vnde flumen originem cepit,

P 2 vt

a Propriet. Flumina dicuntur eſſe Imperatoris vniuerſaliter.ſed in dominio particulari ſunt locorum vicinorũ.Bald. in l.pe co.4 C. de cond. inſer.

b Ius piſcandi. Flumine pub. ut liceat piſcari & nauigari & ſimilia,vide Specula.de cauſa poſ & proprie.§.3.uer.6. & ſeq. vſq; ad fin. & ne quid in flu.publi.

vt si ex fonte, ipse fons sit caput, & ibi dicitur
esse prin. seu initium. in d. uer. caput & eodem
modo pes, & finis fluminis dicitur locus, vbi
terminatur, scilicet mare, in qđ intrat, uel ali-
quod flumen. ff. de flu. l. fin. ff. de ser. ru. prę. &
habetur plenius per Bal. in l. j. in 11. col. uer. &
est notandum quòd agri. ff. de reg. di. flumina
publica dicũtur communia, eo quòd omnibus
animantibus permittitur his vti publice, sicut
communibus, & lauando, & bibendo, vel simi-
lia faciendo. vt no. gloss. in l. lapilli. ff. de re. di.
Item aqua fluminum publicorum est commu
nis *a*, quia conceditur occupanti, & animalib.
irrationalibus: vt no. glo. in d. l. lapilli. ff. de re.
di. & propterea dicit ibi. Bal. ꝙ licitum est ex-
portare aquam de flumine, & exportantis effi-
citur, nisi propter hoc efficeretur omnino de-
terior nauigatio. l. quominus. ff. de flu. & simi
liter ex aqua fit sal, si ex trahitur de flumine,
vel mari, vel arena, & efficitur occupantis. qđ
no. Nam flumina censitorum uice fungũtur, vt
ex priuato in publicum addicant, & ex publico
in priuatum: & sic, vni dant & alteri. l. ergo. §.
9 flu. ff. de acqui. re. do. † Sed nunquid si flumen
ducit lignamina in agrum meum, an effician-
tur mea, vel quid iuris sit? vide quę scripsi su-
pra de littore maris in fin. & Bald. in rub. ff. de
re. di. in xj. col. in fin. versi. sed & nunquid tra-
bes & ligna. & vide Doct. maxime Pau. de Ca.
in l. hoc amplius. §. de his. ff. de dam. infect.
10 † Si dominus alicuius villę uel castelli, loca
uit dictam villam, vel castellum, vel territoriũ,
vel terrena, non videtur locare flumina, vel ri
uos aquarum, nec pontes, nec alia loca sylue-
stria ad culturam penitus inhabilia, nisi inquã-
tum aqua est expediens ad culturam, & de re-
siduo dictæ aquæ poterit vti dominus pro colli
bus & prædijs suis. vt est casus menti tenendus
l. j. C. de manci. & colo. li. xj. & ibi hoc no. Bar.
singulariter. & idem tenet Ludo. de Ro. in suo
singula. 68. quod incipit. sed no. mirabilem ca-
11 sum. qui plus dicit, † si concedo tibi castrum
cum toto territorio, in ea concessione non ve-
nit locus syluestris, nec usus, per d. l. j. Sed ad-
uerte ne decipiaris, quia si Lu. intellexit verbũ
concessione plenaria, puta donatione, uel uen-
ditione, sicut capitur in l. fi. ff. de dona. forte nõ
diceret verum, quia eo ipso quòd princeps do-
nat castrum cum territorio, donare videtur e-
tiam loca syluestria & flumina, per c. j. cũ ibi
plene no. per Bal. in tit. de capita. qui cu. vendi
dit. & per ea quę no. Bal. in c. j. §. ad hoc. in tit.
de pa. iura. fir. & c. j. §. si quis de manso in co. 3.
12 ti. de controuer. inuesti. † ubi dicitur quòd cõ
cesso castro, intelliguntur concessę & munitio
nes, quæ sunt ad defensionem castri ibi positæ
perpetua patris sui destinatione, quanuis non
sint infixę vt machinæ, ballistæ, & similia. quod
no. Sed si intellexit verbum Concedo, pro lo-
catione, vel emphyteosi, sicut loquitur d. l. di-
ceret uerũ, & ita loquitur Bar. ibi, & ita saluari
põt dictũ Lud. quia verbum Cõcedo, generale
est, & accipitur secundum naturam contractus
cui adijcitur. vt not. Archi. in c. j. in verbo Con
cedat. de usuf. lib 6. facit c. j. de iniu. eo. li. In di
uisionibus regnorum veniunt & cedunt flumi
na secundum Archi. 14. q j. ecclesias. quem se-
quitur Bal. in c. j. §. si quis de manso. in pen. co
lum. ad fin. in titu. de controuer. inue. & Albe.
13 de Ro. in rub. C. fini. regun. † Item nũquid flu-
mina ueniãt in concessione feudorum regaliũ
si forte concedantur vsque ad tale flumen, uel
de tali flumine, vsque ad tale? & Arch. format
istam q. in d. c. ecclesia. qui dicit, quòd per illã
dictionem de, & vsque, utrũque flumen uenit,
14 & vnde incipit, & vbi fluit. † De dictione ad, sa
tis põt dici, quòd sit adiunctiua secun dũ eum,
vt refert & tenet Bald. in d. §. si quis de manso.
pe. col. & Albe. in d. rub. C. fi. regun. Si flumen
est in confinio duarum ciuitatum uel territo-
riorum, in dubio commune præsumitur esse, &
iurisdictio cuilibet ciuitati competit, vel in ip-
so flumine vsque ad medium fluminis, quia om
nia sunt in confinio eorũ, qui ab utraque parte
possident. l. arboribus. ff. cõi di. l. 2. §. præterea.
ff. de aqua plu. arcen. & l. adeo. §. fi. ff. de acqui.
re. do. Vnde circa ea quę committuntur in ip-
so flumine, quilibet habet iurisdictionẽ usq; ad
medium fluminis. & ita tenet Barto. in tractatu
Tyberiadis. in 10. col. uer. item uidendum est.
& idẽ no. Bal. in c. ex his. in pe. col. ad fin. extra
de probat. quod intellige nisi appareret contra
rium. puta quia alter dominorum, uel una tan-
tum ciuitas totũ flumen possedisset, dominan-
do ipsum. ut dixi supra. de mari, uer. sed dubita
ri põt. uel nisi esset flumen priuatum unius, qa
tunc idem iudicari deberet, sicut de fundo pri-
25 uato, ut statim dicetur de flumine priuato. † Si
flumen est nauigabile, nõ põt prætor concede
re ductum aquæ ex eo fieri, quia flumen minus
nauigabile efficiat. Idemque est & si propter
hoc aliud flumen fiat nauigabile. l. si plures. §.
fi. ff. de dam. infect. & ibi Doct. & l. quominus.
& ibi per glo. & Bar. plene. ff. de flu. Nemo ta-
men poterit ędificare in flumine publico etiã
non nauigabili, puta faciendo clusam molen-
dini, immittendo trabes. uel cæmenta in ripa
uicini eo inuito: quoniam immittens habet so-
lum usum, uicinus autem proprietatem & u-
sum: ergo eo inuito usufructuarius ædificare
non potest, quantumcunque conditionem pro
prietarij meliorem faciat. l. usuf. nouum riuum
ff. de usuf. & l. fi. ff. de usu & habi. & ita uult An
ge. in l. fluminum. in prin. ff. de dam. infe. & ha
betur per Barto in d. l. quominus. & ad de quæ
dixi supra in titu. de seruitute aquæduct. in 5.
q. princip. & in j. lib. 3. q. prin. & quæ no. Bal. in
ru. ff. de re. di.

a Est communis. Fluminis publici aqua an potest impune duci ad fundum uicini, uide Spec. de causa poss. & proprie §. 4. uer. aliud quoque. & infra.

De flumine priuato. Cap. 32.

1 *Flumina priuata quæ dicantur.*
2 *Fossata an cauari debeant & mundari per colonũ, uel dominum.*

Diximus

1 DIXIMVS † de flumine publico, nunc di
camus de priuato. Priuata flumina sunt
quæ ad tempus fluvt, vt Rapo, Meloncellon. l j.
§. fluminum. ff. de flu. Item illa quę sunt manu
facta. l j. §. si fossa. ff. eodem titulo. & ita no. glo.
in l nemo. § j. ff. de rerum diuisione. ideo etiam
dicuntur flumina priuata, vt fossata in agris po-
sita, quæ crescunt & decrescunt. in l. prima. §. 2.
ff. de flu. & d. l. nemo. in fin. & not. glo. in §. flu-
mina. institu. de rer. di. & dixi suprà circa princ.
& idem not. Bal. in l. lapilli. in 2. conclusione. ff.
de re diui. qui dicit quòd priuatum flumen est,
quatenus in suo ingreditur, & non semper fluit,
vt sunt gurgites, & quædam fossata, quæ conti-
nuationem non habent. Quæ enim crescunt, pu
blica sunt. d. l. nemo. §. 1. & vide Bal. in d. l. lapil-
li. in 2. col. ad fi. Item flumen priuatum dicitur,
quando esset in dominio vnius tantum, puta q̀a
incipit ex fonte qui in agro suo oritur, & discur
rit per sua prædia vsque ad flumen publicum,
vel mare. argum. l. si quis diuturno. ff. si ser. ven.
Item potest dici flumen priuatum, cum proprie
tas vel iurisdictio competit vni tantum domi-
no, vel ciuitati, tanquam eius: quia respectu alio
rum, est priuati iuris, illius domini vel ciuitatis,
in cuius territorio est, vel qui in eo habet iuris-
dictionem, & propterea per alluuionem, hoc est
per additionem vel detractionem, quæ fit à flu-
mine, non additur vel detrahitur iurisdictioni,
sicut dictum est de lacu. ff. de contrahen. empt.
l. Rutilia Polla. & ff. de aqua plu. arcend. l. vici-
nus. § lacus. & ff. de acquiren. re. dom. l. lacus. &
ita vult Bartol. in tracta. Tyberiadis. in x. colum.
versi. item videndum est. Cuius autem sint ista
flumina priuata & fossata, vide suprà in titu. de
2 fossatis siue foss. † Et nunquid fossata debeant
cauari & mundari per colonum vel dominum,
vide plene per Barto. in l. pen. ff. de impen. in re.
do. fac. & Bar. in consi. cclxv. quod incipit, com-
mune Lucignani locauit. Cætera circa materiã
fluuiorum vide in toto tit. ff. de flum. cum duo-
bus tit. seq. & Bar. in l. quominus. ff. de flumi. &
trac. Tyberia. & Bal. in rub. ff. de rer. diui. in l. la-
pilli. §. riparum. eo. tit. de ser. aquæduct.

De insulis. Cap. 33.

1 *Insula tribus modis accipi potest.*
2 *Insula aquis circundata quotuplex sit.*
3 *Insula quot modis contingat.*
4 *Insula quando esse dicatur.*
5 *Insulæ maris, sicuti Corsica & Sardinia, vel etiam fluminis cuius sint.*
6 *Insula casualis seu accidentalis qualis esse dicatur.*
7 *Insula in medio fluminis nata, cuius esse dicatur.*
8 *Insulæ portus cuius sint.*
9 *Insulæ vsus respectu cuius sit.*
10 *Insulæ dominium per comparationem quomodo acquiratur.*
11 *Insulam quoad iurisdictionem an quis occupare possit.*
12 *Insulæ possessio qualiter acquiratur.*
13 *Insulæ mensuratio qualiter fieri debeat, ut cuius sit, cognoscatur, & pro quanta eorum quantitate; qui prope ripam prędia possident.*
14 *Insula quando desinat esse insula.*

QVIA insulæ in mari & fluminib. sunt, ideo
postquam de mari & fluminib. diximus, cõ
1 sequenter etiam de insulis dicamus. † Et in pri
mis sciendum est, insulam tribus modis accipi
posse: Vno modo pro domo in mari posita, quia
in salo, id est, in salso posita est, secundum Isido.
& not. glo in §. insula. insti. de rer. diui. & glo. j.
in d. l. insulam. de verbo. obli. & Bart. in tract. de
insu. pro qualibet domo. ut l. 2. §. si quis insulã.
ff. de acquir. re do. & l. 3. § effracturæ. in ver. in-
sul. de offic. præfe. vrb. & ita accipitur l. ita stipu
latus. in princ. ff. de ver. obl. & de istis insulis hic
tractare non constitui: quia istæ non sunt pro-
priæ insulæ, ut dicit glo. in d. §. effracturæ. Ter-
tio modo dicitur insula, locus vndique circunda
tus aqua, vt in §. insula. & ibi glo. hoc dicit. & l.
adeo. § insula. ff. de acqui. re. do. & no. Bar. in tra
ctatu de insula. in princ. & ista insula dicitur in-
crementum *a*, distinctum ad differentiam allu
uionis, quæ est latens incrementum, ut not. An-
gel. in l. si fundi. §. j. ff. de vsufr. & de ista tracta-
bimus hic, quia est insula proprie. ut not. glo. in
2 d. §. effracturæ. † Secundo sciendum est, quotu
plex sit ista insula aquis circundata. & in primis
est duplex. Vna quæ in mari nascitur, quæ raro
accidit. Altera quæ in flumine nata est, quæ fre
quenter contingit. l. adeo. §. insula. ff. de acquir.
re. do. & insti. & de re. di. §. insula quæ. in princ.
quæ declara ut per Bald. in trac. de insula. quem
posui super d. l. adeo. § insula. Item insula quæ-
dam est naturalis, quæ semper fuit, ut Corsica,
Sardinia, Creta, quæ dicitur Candia, & similes.
alia est casualis & accidentalis, quæ in flumine
sæpe nascitur, sed in mari rarissime, secundum
Bal. in rub. de re. di. in x. col. ver. nunc videamus
3 de alueo. † Tertio est videndum quot modis
insula contingat. & dicas tribus modis. Primo,
cum circundatur ager, qui non erat alueus. Se-
cundo, cum alueum derelinquit sic cum, & inci
pit circunfluere. Tertio, cum paulatim eminen
tem locum facit supra alueum. l. ergo. §. tribus.
ff. de acq. re. do. & not. Bar. in tracta. de insula. in
4 v. col. ver. in flumine. † Quarto oportet intel-
ligere, quando dicatur esse insula. & dic quando
est nata. ut d. l. adeo. §. insula. & not. quod dixi,
quando est nata, ut dicunt illa iura, non quando
est nascitura: quia per hoc apparet quòd nõ in-
spicimus insulam, quando incipit apparere: sed
tunc, cum opi. circumcolentium incipit reputa
ri. ar. l. 1. §. 1. ff. de flu. quæ declara ut per Bald in
5 tract de insula. v. col. † Quinto inspiciamus cu
ius sit insula maris, uel fluminis. & primo de in
sula maris dic, naturales insulæ, ut Corsica, Sar-
dinia *b*, sunt principis, non in dominio patri-
moniali, sed in dominio iurisdictionali. l. insulæ

a Incrementũ. Adde Bar. ff. de act. emp. & inst. de contrahend. empti. §. si post emptionem. & in l. Iulia. §. si Titius.

b Sardinia. Sardinia est insula subiecta ecclesiæ Rom. c. si diligenti. & ibi Doc. de præscr. vbi Abb. Sicul. lxiij. dist. c. tibi domino. & c. ego Lud. xcvj. distin. Constantinus.

Italiæ.ff.de iudic.& no.in l. vtilitatis §.vniuer-
sas.de offi præsi secundum Bal.in rubr.ff.de re.
di.& Bald.in c.j.in titu.quæ sint regalia qui di-
cit quòd insulæ sunt principis, quæ intellige
6 quo ad iurisdictionem:ut dictum est. † Casua-
lis vero siue accidentalis, quæ in mari nascitur,
quæ raro accidit, in nullius bonis est respectu
proprietatis:sed occupanti conceditur.d.l.adeo
§.insula.sed respectu iurisdictionis, est sub iuris-
dictione illius,quod illud mare distinguit, ut d.
l.insulæ Italiæ.& ibi no.& vide ad hoc etiã Bal.
in d.rub.in x.col.ad finem. & pro hoc l. Cæsar.
& quæ ibi not.Bar.& Doct.ff.de pub. & quæ di-
xi supra de mari.ver.& ex hoc not.ac singulari-
7 ter tene menti.cum ver.seq. † Insula vero quę
in flumine nata, si quidem mediã fluminis par-
tem tenet,communis sit eorum,qui ab vtraque
parte fluminis prope ripã prædia possidẽt, pro
modo latitudinis cuiusque prædii: quòd si alte-
ri parti proximior sit,eorum est tantum, qui ab
ea parte prope ripam prædia possident: sed si ab
vno latere proruperit flumen, & ab altera par-
te nouo riuo fluere cœperit, deinde nouus iste
riuus in veterem se conuerterit, ager qui à duo
bus riuis comprænhensus,in formam insulæ reda
ctus est,eius est scilicet,cuius & fuit text.in d.l.
adeo.§.insula & institut. de rer.diui.§.insula.&
not.Bar.in tract.de insula.in prin.& vide l.insu-
la.cum ibi not.ff.de acqui.re.domi.& quæ not.
Ang.in l.fluminum.in prin.ff.de dam. infect.&
prædicta intellige de insula nata in flumine,
quæ solo cohęreat: sed si supra aquam staret,vt
quandoque accidit publica esset.ff.de acqui.re.
do.l.pen.§.j.& ita not.Bart.in tract.de insula.v.
col.ver.in flumine.in fi.illius ver. quæ not.quia
ita vidi in lacunis territorii Paduani,in quibus
sunt certæ insulæ, quæ non cohærent solo, sed
aquæ,& mouentur de loco ad locum per dictas
8 lacunas. † Cuius autem sunt portus insulæ,dic
eius insulæ esse videntur.l.Cæsar ff.de pu.& di-
9 xi supra de portu & mole maris. † Sexto quia
diximus cuius sit insula respectu proprietatis &
iurisdictionis, nunc dicamus cuius sit respectu
vsus:& dic quòd vsus insulæ est publi. ff.de acq.
re.do.l.pe.§.j.quod intellige si insula est ita, ꝙ
tota possit dici ripa, vel ripæ accedere propter
attractionẽ aquæ.ff de flu.l.pen. sed si insula es-
set magna, ita ꝙ in ea essent prædia culta, tunc
puto solũ ripas esse in usu pub.non prædia,eadẽ
ratione qua cætera prædia. Item prædicta vera,
nisi essent agri limitati.ut ff. de.flumin.l. i.§.si
insula.& ita tenet Barto.in tractatu de insula.ix.
10 col.ver.sit eorum. † Septimo videamus quo-
modo acquiratur dominium insulæ, per occupa
tionem, dic quando eo animo quis ingreditur
insulam, ut totam occupet *a*.non tamen ẽ ne-
cesse quòd omnes glebas insulæ circundet.l.iij.
in prin.ff.de acqui poss.& not.Bar. quòd ille di
citur occupare, qui sic incipit occupare, quòd
potest obseruare,& possidere, aliter dicitur oc-
cupasse.arg l.in laqueum.ff.de acqui re.do,& si
plures præoccupant debellando, victor qui ste-
tit per tres dies in possessione dicitur. arg. l.iij.

a Occupet. Occupans rem per vim, an teneatur de periculo rei quæ erat eodem modo peritura penes dominum. glo.Bar. & Bal. in l.si de possessiõe.C.vnde vi. Et occupans per vim etiam si confirmetur à superiore põt conueniri. Bar. in l.iiij.C.vnde vi.

§.cum igitur.ff.de vi & vi ar.ille qui non potest
tenere nisi capiat aliquem locum principaliter,
non dicitur occupasse.arg.d.l.in laqueum.& est
argumentum, quòd si unus teneret ecclesiam,
alter campanile,quod est fortiliciũ, ille qui est
ingressus ecclesiam, vnde de facili possit expel-
li,non dicitur adhuc adeptus corporalem posses
sionem beneficii:si tamen ille est ita in castella-
tus,quòd euadere non potest,tunc cum ipse nõ
dicatur tenere,sed teneri,ut patet ex not in l.j.
§.penul.de ui & ui arma.dicam ipsum possessio
ne priuatum, & sic etiam in possessione esse, &
tamen non possidet,facit l.si quis antea. ff.de ac
quiren.posses.secundum Bald.qui ita singulari-
ter not.in rub.ff.de re.di.x col.quæ perpetuo te
11 ne menti, quia facit ad plura. † Quo autem
ad iurisdictionem, an possit quis insulam occu-
cupare, vide Bar.in tract.de insula 2. col.& Bal.
xv.colum.& quod dixi in titu. de mari.vers.sed
12 quid si insula maris esset in mari alto. † Octa-
uo etiam quæramus qualiter possessio insulæ
acquiratur, dic si nascatur insula in medio flu-
minis,est communis iure dominii inter eos,qui
prope ripam prædia possident:ut dixi in v.q.ta
men non est communis iure possessionis: quia
cum sit separata insula, à primo fundo per pos-
sessionem primi fundi,illa non videtur posside-
ri,nisi apprænhendatur, & occupetur.l.adeo.§.
insula.ibi,quòd si alteri propinquior. ff.de acq.
re.do.& l.iij.in prin cum gl.in verbo qualibet.
ff.de acquir.poss. Potest ergo, & debet appræhẽ
di possessio insulæ.l.cum hęredes.ff.de acquirẽ.
poss.& ita tenet Bartol.in tractatu de insula, in
viij.col.versi.communis sit eorum.& l. quomi-
nus.ibi aduerte tamen ad unum.ff. de flumi.vbi
omnino vide. Et adde quòd in dubio prædia ex
vtraque parte pro indiuiso possident insulam,
& habent dominium certum.l. pro regione.ff.
de acquiren.re.domi.& not.gloss.in §.insula.in
13 verbo,ab utraque parte inst.de re.di. † Nono
est necessarium etiam intelligere, qualiter fieri
debeat mensuratio insulæ:ut cognoscatur cuius
sit,& pro quanta quantitate eorum, qui prope
ripam prædia possident. Et dic hoc declarari ꝑ
iurisconsultũ in l.inter eos.ff.de acquir.rer.do.
videlicet ut quatenus est latitudo prædii iuxta
ripam,eatenus per directam lineam extendatur
supra insulam. Si ergo finis agri iuxta ripam est
largus, licet postea prædium in se arctetur, vel
econtra solum latitudo,quæ est iuxta ripã,attẽ-
ditur:& ſm illam debet duci linea recta.l.inter
eos.Sicut.n.diuidit alluuio inter eos, q ab utra
que parte prædia possidẽt:ita illa pars insulæ ce
dit prædiis,quæ sunt ab vna parte,& debẽt diui
di:& ita vult Bar.in trac.de insu.x. col.vers.pro
modo latitudinis cuiusq; cũ ver.seq. Et ex hoc
vltimo dico not. ꝙ idem iuris est de insula nata
in flumine,qđ in alluuione,quæ prodest ad mul
ta:& ista mẽsuratio põt fieri accepta chordula,
vt no.glo.in d.§.insula.& l. non solum §.sed vt
probari.ff.de no.ope.nun.Potest etiam fieri per
peritos in arte, & rusticos: vt per gloss. not.in-
stit.de rer. diui.§.præterea per alluuionem.l.j.
de

de vend.inspi. & l.semel.C.de re mili.Vbi habe
14 tur,quòd peritis in arte standum est. † Deci-
mo & vltimo intelligamus,qñ insula desinit es
se insula. Dic quando aquis desinit circundari,
vt l.insula in fi.ff.de acqui.re.do.& tenet.Bart.
in tractatu de insula. Cætera vide plene p Bar.
in tractatu de insula.& l.quominus.ff. de flu.&
Bal.in rubrica.ff.de re.diui.& quæ not.gloss &
Doct.in l.adeo.§.insula.& l. inter eos.& l.insu
la.de acqui.re.do. & l.j.ff. de flumi. & insti.de
re.diui.§.insula.

De alueo. Cap. 34.

1 *Alueus proprie est fluminis uenter.& alia multa de alueo.*
2 *Alueus quomodo publici iuris esse intelligatur.*
3 *Flumen si alueum omnino dimittat,quid iuris.*
4 *Fluminis impetus si abstulerit mihi simul & semel,vel successiue totum agrũ meum,non applicando uicino,sed sibi ipsi flumini alueum,seu lectum fecerit, & postea in breue tempus uel longum alio impetu locum mutauerit,an ager meus mihi de æquitate restituatur, an uero ipsi vicini lucrari debeant.*
5 *Alueus si mutatus fuerit, an nouum flumen dicatur.*
6 *Alueus mutatus uel relictus quando dicatur.*

1 Alveus †proprie est venter fluminis,vt di
cit Bar.secũdum Hug in tract.de alueo. in
prin.& sicut stomachus continet vinum,ita al-
ueus supra se continet aquam : nunc alueũ le-
ctum fluminis vulgariter appellamus, quia ibi
flumen cubat.vt dicit Bal.in ru.ff. de re. di.12.
col.in prin.ver. nunc veniamus ad videndũ.in
quibusdam etiam locis canale fluminis. Alueus
pluribus modis dicitur. Primo naturalis,id est
cõsuetus.ff.de flumi.l.j.§.ripa.& ibi nota quòd
naturalis cursus æstate discurrit potius,quã in
hyeme.l.j.§ is autẽ.ff.ne quid in lo.pu. secun-
dũ Bar.in d.tra.de alueo,circa prin. Itẽ dicitur
alueus naturalis,id est antiqus,ad differentiam
noui:& ita põt accipi.l.adeo.§.insula.ff. de ac.
re.do.& §.insula.insti.de re.di.Item dicitur al-
ueus nouus in dictis iuribus ad differentiã ue-
teris.Vnde & si per multos annos steterit, no-
uus appellatur, donec alius nouus superuene-
rit.l.ex usu cum l.se.ff.de tri.& ole.le.& per no
ta.in l.cum quid.ff.si cer.pet.alias dicitur no-
uus insolitus.l.rem non nouam.C.de iud.Item
dicitur alueus prior in comparatione sequen-
tis.d.l.adeo.§.insula.probatur in l.j.§.priorem
ff.de aqua quo.& æsti.& ideo si flumen se celas
set,alueus derelictus non esset alueus prior, &
tunc haberet locum d.§.insula. vt probatur in
d.l.j.§.hac æstate. vt no.Bart.in d.trac.2.colu.
ver.prior quidem. Item alueus dicitur qui non
est naturalis, & appellatur inundatio secũdum
Bar.in d.tra.de alueo,in prin.2.col.Item alue9
dici põt,qui non est modo,sed iam fuit:per l.in
sula.in fi.ff.de ac.re.do.& l.diuortio.in prin. ff.
de neg.gest.& idẽ Bar.dicit in d.tra.in 2.co.qui
scribit hoc facere pro notario,& testib.dicenti
bus:talis filius Titij,cum Titius esset mortuus:
quia subintelligitur quondam.de quo per Bal.
& Doct.in l.eius qui in prouincia. in prin.ff.si
cer.pet.& per Ant.de But.& Doc.in c.ex parte
B.de fo.cõpe.Iste alueus est iuris publici,quan
diu flumini seruit,quia eiusdẽ iuris est,sicut est
flumen.l.adeo.§.insula.ver. nouus aũt alueus.
præallegato.& instit.eod.§ insula & hoc tenet
Bal.in.d.ru.x.col.in prin.& Bar.in tra.de alueo
7 col.ver.cuius & ipsum flumen. qui dicit hoc
esse mirabile. nam regulariter quicquid super
imponitur,solo cedit hoc solum autem cedit a
quæ quæ super imponitur:& est speciale in flu-
mine & mari,& cæteris aquis:& idem vult Bal.
in l.si plures.in 3.colũ.in fi.C.de cond.inser.&
2 dixi supra.in tit.de aqua.†Quomodo autem in
telligatur alueum esse publici iuris? dic ꝙ om-
nes gentes isto iure vtuntur, & talia loca sunt
publica,& in domino eius, qui ibi habet impe-
rium,secundum Bar.d.7.col.ver.publici iuris.
Bal.in d.l.si plures.3.colũ.in prin. & dixi supra
de mari.ver.sed dubitari potest, alueus flumi-
nis an dicatur esse communis non solum. Vbi
omnino vide per Cy.in l.quædã.ff. de re.di v-
bi hæc plenissime & eleganter examinat. & ali
quid per Bal.in ca.j.circa principium.quæ sint
rega.& adde opt.tex.in l.j.§ non.n.in flumine
qui dicit in fi.impossibile esset vt alueus flumi-
nis publici,non sit publicus.& hoc est vtile sci
re,vt intelligamus an quilibet de alueo flumi-
3 nis possit arenam extrahere,& exportare.†Sed
quid si flumen alueum omnino dimittit? Dic ꝙ
alueus desinit esse publici iuris,etiam si dimit-
tat cum impetu,& omnibus videntibus, & eo-
rum efficitur qui iuxta alueum habent prædia
sua.l.hadeo.§.si toto.ff.de acqu.re.do.iusti.eo.
ti.§. insula.& ita vult Bar.in ru.de re.di.12.co.
4 † Sed pone ꝙ impetus fluminis abstulit mihi
simul & semel vel successiue totum agrum me
um,non applicando vicino,sed sibi ipsi flumini
fecit alueum seu lectum: & postea in breue tẽ-
pus, vel longum alio impetu locum mutauit,
a, nunquid ager meus mihi de æquitate resti-
tuetur,an uero vicini lucrabuntur? Quidam di-
cunt quòd mihi debet restitui,per d.§.ꝙ si to-
to.alij dicunt contrarium,si in totum perdidi.
Pro prima opi.facit l.Articilinus.ff.de ser.rust.
præ.& est casus secũdum vnam lec.in l.si ager.
cũ l.se.ff.qui.mod.usus fr.amit.nec est simile de
alluuione,quia ibi est iã ius, sed in alueo nihil
est quæsitum priuatum,sed solũ,vt ita dixerim,
militi. Cum ergo flumẽ habeat quodammodo
istum alueum pro derelicto,æquum est agrum
restitutũ ad suum dominum reuerti,magis quã
ex lucratiua causa circũcolẽtibus applicari: ar.
d.l.adeo.§.j.& hanc opi. tenet Dy.secus si pau
latium & vicino adijciẽdo,quia tũc est alluuio,
& ideo nihil recupero de rigore, vel æquitate,
ꝙ alterius factũ est:& ita tenet Bal.in rub.ff.de
re.di.12.col.ver.sed pone ꝙ impetus. Vel põt
aliter distingui secundum Bart. in tract. de al-

a Locum mut. An aluei mutatio tollat ius, vide Guil.de Cu. in l.de quibus. ff.de legi.

ueo.2.colum.Aut flumen receſſit cum impetu
& reſtituitur primo domino. Et ita loquitur
d.l.adeo.§.quod ſi toto.& ibi gl.3.& ibi ſo. Et
eſt ratio,quia magis videtur eſſe inundatio, q̄
alueus:vt dixi circa princ.aut non receſſit cum
impetu,& tunc aut apparet forma primi agri,
& domino reſtituitur,ut in 2.ſol.glo.Ratio eſt
quia non deſinit, ex quo remanet forma. Aut
forma non apparet,& tunc aut de rigore loqui
mur,& non reſtituitur primo domino,ſecundũ
Azo.in d.§.quòd ſi toto.Quæ tamen Bar.intel
ligit. niſi flumen fecerit ibi alueum per x. an-
nos inter præſentes,& 20.inter abſentes. Sicut
enim quilibet hoc tempore præſcripſiſſet, ita
& flumen cum habeat titulum de iuregent.l.in
bello.§.ſi quis ſeruum.ff. de capti. Item ſicut
recuperat fundum, ita & partem fundi. facit l.
quę de tota.ff.de rei uendi. Contra iſtud tamẽ
facit quod not.Bald.c.j.§. ſi quis de manſo. 6.
colum.uer.ſed nunquid aqua.in tit.de contro-
uer.inueſti. vbi dicit, quòd aqua per ſe fluens
non poteſt inducere pręſcriptionem vel con-
ſuetudinem,per l.per fundum.ff.quemad.ſeru.
amit.& dixi ſupra in ti.de aqua.in fi.& per ean
dem rationem ęquitatis uidetur habere ius ac
quiſitionis aluei dimiſſi,vel eius qui adderetur
per alluuionem.& dicit Bart.quòd iſta eſt mẽs
5 d.§.quòd ſi toto.ſi bene inſpiciatur.† Quid au-
tem ſi alueus eſt mutatus,an dicatur nouũ flu-
men?Pone enim quòd princeps conceſſit mihi
ut poſſim in tali flumine colligere pedagium,
an potero alueo mutato?Quidam dicunt quòd
non,per gl.in §.inſula.ver.nam etiã.ff. de acq.
re.do.In cõtrarium uidetur,quia idem videtur
eſſe flumen.arg.l.filiæ.§.fi.de cond.& demõ.Si
vno impetu receſſit,dicitur nouum flumen,ſe-
cus ſi paulatim.ff.de aquæ quot.& ęſti.l.hoc iu
re.§.ſi aquæ. In ponte *a* aũt indiſtincte loco
mutato alius erit pons.ff.de eo q̄d cer. loco.l.
3.§.item Iulianus.& l.fin.ff.de ſer.ru.præ. Nã
põs dicitur a pono ponis,& ſtabilitate.Et ideo
amoto ponte a loco ſuo,non idem pons eſt.Ita
vult notabiliter Bald.in rub.ff.de re.di.in 2.co
lum.in fin.verſic.ſed an mutato. Quibus adde
quę not.Bar.l.quominus.16.quęſt.ff. de flu.&
vide etiam text.& ibi Bart.in l.hoc iure.§.ſi a-
6 qua.ff.de aqua quo.& æſti. † Sed dubitari poſ-
ſet circa prędicta, quando dicatur alueus mu-
tatus vel relictus.Bartol.in tracta.de alueo,cir-
ca princi.verſi.relicto.dicit quòd requiritur ꝙ
ſit in totum & perfecte relictus & mutatus, q̄d
conſtare poteſt in hyeme, ſicut per contrariũ
alueum eſſe conſtat in ęſtate,quando aqua eſt
minor, quaſi arguendo a minori, quia ſi ſic in
æſtate de qua minus videbatur,detinetur talis
locus flumine occupatus.ergo multo magis de
tinetur in hyeme.ſed hoc argu.non conclude-
ret,in agro Veronenſi circa flumen Atheſis,q̄
communiter in hyeme eſt paruus,ſed in ęſtate
maximus,nõ propter pluuias, ſed ꝓpter lique
factas niues in montibus,adeo in eo tutum cõ-
trarium eſſet inſpiciendum, videlicet inunda-
tio aquarũ æſtiuarum.Item intelligitur alueus
derelictus & mutatus, ſi aliquãtulũ aqua fluat
per alueum antiquum,ſi tñ aqua eſt ita modica
ꝙ fluminis nomen perdiderit, quod ex opinio
ne circuncolẽtium diſcernitur:l.j.§.j.ff.de flu.
ſi enim aqua inde currens,nõ eſt flumen,ergo
ille locus fluminis,ꝙ alueus ſit relictus ſine ſpe
reuertendi. Nam ſi ideo,quia aqua ducitur ad
molendinũ,ceſſat ire ad alueum, nõ per hoc ef
ficitur priuatus alueus,cum in poteſtate ſit du
centis eam aquam in alueum remittere: & ſic
ſufficit ꝙ poſſit ire per alueũ, licet non uadat.
l.j.§.quotidiana.ff.de aqua quo.& æſti. & ideo
ſi reperitur aliquod flumen,quod aliquo tem-
pore fluat,& aliquo non, ſicut dicit Bart.ſe ui-
diſſe Curſiæ,vbi eſt flumẽ quoddam cuius no-
men eſt Turpituto,qui ſepẽ annis fluit, & qui
ſeptem occultatur,& ſic factũ: & ꝙ poſſit eſſe,
allego tex.in l.vnus ex ſocijs.§.fi.cũ l.ſequen.
ff.de ſer.ruſti.prædi.Certe illo tempore quo oc
cultatur,non dicitur alueus derelictus propter
conſuetudinem reuertendi:arg.l.naturalem.§.
in his autem.ff.de acquir.re.do.Tertium requi
ritur, quòd flumen ueterem alueum reliquer-
rit,& per alium locum perfecte fluat.l.adeo.§.
quod ſi toto fluere cœperit.eo.tit.quod verbũ
eſt præteriti ſubiunctiui,ſignificans rem perfe
ctam.l.j.§.j.ff. quod quiſque iu & l.ſi quis ſti-
pulatꝰ ſit Stichũ.in prin.de ver.ob.& hoc ideo
contingit,quia non dimittitur alueus,niſi alius
aſſumatur.Sed ſi contingat ꝙ flumen occulte-
tur,& per alium locum non flueret, etiam al-
ueus derelictus eorum eſſet, qui prope prædia
poſſiderent:& idem ſi probaretur in iudicio ſo
lum,quòd alueus eſt diuiſus,licet non probet,
ꝙ alio loco fluere cœperit: nã tunc agens obti
neret,quia ſufficit primum ſi a primo incipias,
ſcilicet ab alueo relicto,ſed ſi inciperes a ſecũ
do ſcilicet quòd alio loco cœperit fluere tunc
requiritur utrunque,quia poteſt eſſe quòd per
duo loca fluat,& in quolibet retineat nomẽ flu
minis: & ita contingit in multis locis Atheſis,
qui diſcurrit per territorium Veronenſe, facit
ad prædicta l.quemad. & ibi nota. ff.de acqui.
poſſeſ.& l.potuit.C.de iure delibe. & Barto.in
tract.de alueo.2.colum.vbi idem voluit. verſi.
fluere cœperit.cætera circa iſtam materiam,vi
de plene per Bar.in d.tracta.de alueo. & Bal.in
rubrica.ff.de rer.diui & text.in d.l. adeo.§.in-
ſula.& l.ergo.§.tribus ff de acquiren.re.domi.
& §.inſula.ff.de re.diui.& l.j §.ſimili modo.cũ
§.ſe.ff.de fluminibus.

De alluuione *b*. Cap. 35.

1 *Alluuionis materia, remiſſiue.*

1 ALLVVIONIS † materia,quę ampla eſt &
ſubtilis,poſt aluei materiã, de qua proxi-
me diximus. ſatis conueniret, quia ex alueo
paulatim relicto procedit.l.alueo.§.pręterea.
ff.de acquirend.rer.do.& inſtitu.de reg.diui.§.
pręterea per alluuionem. Verum quia ſubti-
liter & abunde declarata eſt, etiam per xxij.
quæ-

a In ponte. Ponte deſtructo in quo pedagium exigi conſueuit, non põt exigi cõſuetũ pedagiũ,nec etiam eo refecto alibi ſuperius vel inferius. ſecus ſi in eodẽ loco. Bald.in l.pen.in 4.co.C.de condi.inſer.ver.itẽ ſeruitus & Bal.in l.ſi eũ C. de priuilegio fiſci.

b De alluui. Adde Spec.de loca.§. nunc aliqua.verſiculo 131.& uer.ſeq. & Flo.in l.item ſi fundi.§.huic vicinus.ff. de vſufr. & Salyc. in l.j.C.de iur.emph.Et late ꝑ d.Iaſon. May. in 14.co.in fin. verſi.ſed vt iſta magis clareat. ff. de leg.

quæſtiones per Barto. in ſuo eleganti tractatu
Tyberiadis.in prima parte,quę etiã de alluuio
ne inſcribitur, ideo ſuperuacuũ eſſe putaui hic
de ea ſcribere,cum ſufficere videatur Bar.com
memoraſſe, ad quem unuſquiſq; recurrere po-
terit:& ad ea prę́ſcribit ẽt Bal.in ru.ff.de re.di.
8.col.in prin.ver.nunc de rebus ſingulorum,&
l.nemo.eo.ti.& c.j.§.ſi quis de manſo.& maxi-
me in 4.col.ver.ſeq.in §.ſeq. qui incipit,rurſus
in tit.de contro.inue.in uſi.feu.& in dictis duo
bus §. ponitur quando incrementum alluuio-
nis incipit in fundo feudali. Adde etiam l.hoc
amplius.§.de his. & quæ ibi no.per Doct.ff.de
dam.infect.vide l.adeo.§ præterea.& l.ergo.§
alluuio.ff.de acqui.reg.do.& §. præterea,inſti.
de re.di.& totũ titulum C.de alluuio. & Paul.
de Caſt.in l.item ſi fundum.§.2.ff. de uſufru.

De ripa. Cap. 36.

1 *Ripa eſt, quæ flumen continet naturalem rigorem curſus ſui retinens.*
2 *Flumen ſi inter duos montes diſcurrat,an a culmine ipſorum montium ripæ eſſe dicantur.*
3 *Ripæ mutari quando dicantur.*
4 *Ripæ cuius eſſe dicantur,ſi uia publica eßet in medio inter flumen & agrum uel domum,ſicut eſt Veronę apud pontem nauium, in contrata caudæ longę.*
5 *Statutum Paduanum loquens de cohærentium pręſentatione, an locum habeat,etiam ſi uia in medio exiſtat.*
6 *Ripa fluminis,unus de populo aliquod nouum ædificium facere non poteſt,inuito eo,prædijs cuius adhæret, & ſi fecerit, ripæ dominus autoritate propria deſtruere poteſt.*
7 *Ripæ an cum fundo commenſurari debeant.*
8 *Foſſæ ſi in agris eßent inter fundum,cum ipſe fundus uenditur,an in menſura ueniant.*
9 *Foſſæ, quæ inter fundum ſunt, qualiter cum fundo menſurari debeant, an ſcilicet menſurari debeat ſuperficies,quæ a latere foueæ exiſtit,an uero cũ toto agro, ſicuti ſi plane foſſæ eſſent.*
10 *Ripa prædij uerſus flumen ſi naturaliter ſe extendat, quid iuris.*
11 *Banna malorum in flumine commiſſorum ſi alicui conceſſa fuerint, non uenient banna in fluminis ripa commiſſa.*
12 *Ripę ſi propter aquarum inundationem eleuatæ eſſent, nunquid etiam deprimi poßint.*
13 *Ripa qualiter munienda uel reficienda ſit.*
14 *Vadi autem materia, quo flumen tranſitur, remißiue.*

1 RIPA † eſt quæ flumen continet,natura
lem rigorem curſus ſui tenens.l.j.§.ripa.
ea putatur eſſe, quæ pleniſſimum flumen con-
tinet.l.pe.eo.tit.& dicitur ripa,a rapio rapis,eo
quòd vel ab una parte rapiatur, uel impediat,
ne aqua prædia rapiat & deuaſtet. vt dicit Bal.
in rubri.ff.de re.diui.in 12.uerſi.de ripa aliquid
dicamus. Coſinia ripæ ſunt a loco. quo primũ
à plano vergere incipit uſque ad aquam.dicta l.
2 penul.in fin. † Sed quid ſi flumen diſcurrat in-
ter duos montes? videtur quòd a culmine mon
tis ſint ripæ,ex quo vergit vſque ad aquã. Glo.
in d.l.penul.tenet contrarium.quia non vergit
per attractionem aquæ:& ſic non omnes pendi-
ciæ montium dicuntur ripę,quando naturaliter
uergunt uſque ad aquam:& ita tenet etiam Bar.
in tract. Tyberiadis.in 4.col.ſed ſi per attractio
nem aquæ vergeret, quatenus vergeret uſq; ad
aquam,eſſet ripa:ſed ſi nihil vergit per attractio
nem aquæ,quia ſaxum eſt uſque ad aquam,tunc
ripæ erunt uſque ad locum quo pleniſſimũ flu-
men excurrit. Ita vult glo.in d l.pen.per illum
3 tex.& per l.litus.ff. de verbo. ſigni. † Quando
autem dicantur ripæ mutari.dic ſi flumen natu-
raliter creuit, vt perpetuum incrementum na-
ctum ſit, vel alio flumine admixto, vel aliqua
alia ratione, dicendum eſt proculdubio ripas
mutaſſe, quemadmodum ſi alueo mutato alia
cœperit currere:ſed quãdo vel pluuiis,vel hym
bribus,uel mari, vel quãuis ratione ad tempus
excreuit,ripas non mutat. nemo denique dixe-
rit Nilum qui incremento Aegiptum cooperit,
ripas ſuas mutare vel ampliare,nam cum ad per
petuam ſui menſuram redierit, ripæ aluei eius
muniendæ ſunt.in l.1.§.ripa.ff.de flum. & adde
quæ dicam infra. Item dubitari conuenienter
poteſt,cuius ſint ripæ fluminum. dic reſpectu
proprietatis ſunt illorum, quorum prædiis ad-
hærent.l.riparum in prin.ff.de rer.di. & §.ripa-
rum.inſti.eo.tit.& ideo arbores ibi natæ eorun
dem ſunt:ut ibi dicitur.& not.Bart.in l.quomi-
3 nus.7.q.de flumi. † Sed quid in via publica eſ-
ſet in medio *a*, inter flumen & agrum vel do-
mum,ſicut eſt Veronę apud pontem nauium in
contrata caudæ longæ? Reſponde idem,ut ripæ
ſint eorundem.ar.l.maritus.ff.de acqui. rer.do.
& ita uult glo.in d.§.riparum.in ver.adhærent.
5 & Bar.in d l.quominus. in vij.q. † quod facit
ad ſtatutum Paduanum, loquens de præſenta-
tione cohærentium, ut locum habeat etiam ſi
via ſit in medio. de aqua dic ut dixi ſupra, de
ſer.vię.x.quæſtio.& eadem ratione dicit Barto.
in tract.Tyberiadis,in 3.col. Idem eſſet de foſ-
ſis, quæ ſunt inter viam & fundum: illæ enim
foſſæ ſunt eorum quorum prædiis adhęrent,per
d.l.maritus.& gloſ.§ riparum. ad fin.1. colum.
ſed videtur quòd iſta proprietas ſit inutilis,cum
riparum uſus ſit publicus,ut ſtatim dicam.ſicut
dicimus ſi quis perpetuum uſumfr. in aliqua re
habeat,proprietas eſt inutilis.l. 3.§. ne tales.ff.
de uſu.ſoluen.hic loquitur de certo uſu,ſcilicet
ponendi retia & ſiccandi & applicandi: tamen
ſi ibi ſunt arbores fructiferæ,proprietas non eſt
inutilis,quia ſunt ſuæ: & ſic fructus ſimpliciter
erunt ſui.ut dicit Cy.& Bald. ſecundum Iacob.
6 de Aret.in d.l.riparum. in fin. † Et ex prædi-
ctis ſequitur, quòd vnus de populo non poteſt
in ripa fluminis aliquod nouum ædificium face
re,inuito eo,cuius prædiis adhæret:& ſi fecerit,
poteſt dominus ripæ propria autoritate deſtrue
re.l.quemadmod.§.1.ff.ad l.Aquil, & ita nota.
Bar.

a In medio. Ripa cedit fundo.l. riparũ. ff. de re.di. Inſtit. eo.tit.§ riparũ. vbi gloſſ. dicit verum,etiam ſi via eſt media. & Bar.in l.quominus.8.q.ff.de flum.

Bart.in l.quominus.in vij.q.ff.de flu. Item ex
prędictis etiam sequitur. quando venditur fun
dus,veniunt ēt ripę & fossę seu fossata,etiam si
via sit in medio.no.Bar.in tract.Tyberiadis.in
iij.col.l.riparum.ff.de re.di.& plenius per eun
dem Bal.in rub.eiusdem ti.xij.col.vbi omnino
7 vide. † Sed dubium est an ripę commensura-
ri debeant cum fundo: puta si vendidi fundum
a & affirmatiui esse centum iugerum. & videt̃
ꝙ sic : quia ripę & fossæ sunt venditoris,vt di-
xi,& cedunt in venditionem.vt l.idq; ff.de pe-
ricu.& commo. rei ven.& l.fundi.in prin.ff.de
act.empt.& ita tenet Vber. de Bo.Ricar.& Cy.
in addi.in d.l riparum.sed Bart.in tract.Tyber.
in iij.col. aliter dicit. & pro prima parte affir-
matiua alleg.l.prædia.§.ita legat.cum ibi not.
ff.de fund.instruc.In contra.alle.l.littora.ff.de
contrah.emp.vbi dicitur,ꝙ littora & uię publi
cæ non mensurantur cum re vendita:& postea
concludit,ꝙ ripę non debeant commensurari,
nisi dictũ sit sicut dicimus, in limitibus fundi,
qui cohærent vijs publicis.l.id quod.§.j.ff.de
peri.& commo.rei vend.& assignat rationẽ,q̃a
ripæ non venduntur,sed magis accedunt rei vẽ
ditæ: quod apparet: quia per se vendi non pñt,
cum riparũ vsus sit publicus de iuregen.vt d.l.
riparum. Nã proprietas sola per sola per se eẽt
inutilis:vt suprà dixi : per se non censetur & al
teri ceditur.& hoc vult dicere tex.in d.l.id qđ
§.j.& quod dictum est de ripis,idem dicẽdũ est
de fossis,vt illæ non debeant mensurari si sunt
extra fundũ : quia similiter est earum vsus pu-
blicus,sicut viarũ: quia quilibet potest anima-
lia sua ducere ibi ad bibendum de illo fossato.
8 † Sed si essent fossæ in agris inter fundũ,tunc
quia proprietas earũ & vsus est ipsius domini
fundi,cum fundus venditur,venit in mensura.
& ita tenet Bald.in d.l.riparũ.& in rubr.eiusdẽ
9 ti.in xij.col. † Sed dubitari põt,qualiter istæ
fossæ quæ sunt inter fundũ , mensurentur cum
fundo , scilicet an mensuretur superficies quæ
est à latere foueæ,an mensuretur,cũ toto agro
sicut planæ essent. Bart. format istam quæst.in
d.trac.Tyberia.in iiij.col.ver.sed dubitatur.&
dic ꝙ ager dicitur ab agendo, secundum Vgo.
& sic ab actu,quia per eũ possunt boues & alia
duci,quę ēt important nomen actus : si igitur
fouea esset ita ampla,& eius latera ita lata , vt
laborentur vel laborari possent cũ bobus,tunc
etiam essent mensurandæ.si vero vt accidit sæ
pe, ripa fouearum sunt ita , vt per eas iri & agi
non possit , tunc foueæ non mensurantur cum
fundo, sicuti si planæ essent : & ita obseruant̃.
Item dico de ripis quę in fundo essent,vt siq̃-
dem cũ bobus earum superficies venit mensu-
randa : secus si essent ita erectare , vt coli non
possint : tunc.n.non mẽsuraretur solum , quod
ripa continet,sicut si in fundo murus esset,ea-
dẽ ratiõe. & prædicta vera sunt,nisi aliter actũ
sit expresse vel tacite.l.id quod.§.j.de pericu.
& commo.rei vendi.Et tacite dicitur actum ut
ad mensuram vendatur aliquod prædium mon
tuosum, saxosum, vel riposum. licet enim hoc

a Fundũ. Adde Bar.ĩ l.Iuli.§.si Titi.de act.em. & Bal. ĩ l.sicut periculũ.ĩ fi.C. de act.em.ꝑ gl. no.ĩ l.qui liber tatis.§.fin.ff.de euic.

proprie ager non dicatur , quia per eum agi
non potest , tamen mensuratur : sic.n.actum
videtur . De concauitate vero sulcorum qui
fiunt causa culturę vel aquæ deriuandæ causa,
mensura non est habenda l.j.§.de eo opere ff.
de aqua plu.ar.quia culturæ causa factum dici-
tur , vt ibi . Foueæ vero agris ad perpetuã rei
vtilitatẽ fieri dicuntur.l.impensa.ff.de impẽ.&
quia dixi ꝑdiũ riposum, vel mõtuosum esse mẽ
surandum , intelligendũ si essent ripæ fluminũ
quę à plano incipiunt vergere vsque ad ripam
per attractionem aquæ . sed si inter duos mon
tes fluit flumen,pendicię montium non sunt ri
pæ,quando naturaliter vergũt ad aquam.l pe.
& ibi glo.ff.de flum. & dixi suprà circa prin.&
10 adde quę no.Bald.in rub.de re.di. † Item ẽt
dubitari potest extra prædicta,quid si ripa præ
dij versus flumen naturaliter se extendit, quia
forte ibi erat lapicidina crescens , de qua dicit̃
in l.diuortio.§.si vir in fundo ff.so.ma. & tex.
in l.fi.in prin.ff.de fundo do.& euidenter vide
tur apud montem Piscinũ in lapicidinis mar-
moreis, vel forte terræmotu in flumine vbi ri-
pa erepta corruit, & ipsa iuncta prædio rema-
nens , fluminis alueum per eum locum cessare
fecit Bartol.in tract. de allu.viij.col.versi. sed
quæro quid si ripa.dicit totum locum domino
prædij accedere, sicut per alluuionẽ.omnes.n.
istæ accessiones quæ diuina natura operãte ob
ueniunt nullo facto humano interueniente , e-
iusdẽ naturæ sunt.l.item si fundi.§.j.ff de vsu-
fru.Et hoc videtur sentire Azo in summa insti.
de rerum diuisione. Siue enim flumen prædio
meo addat , & propter hoc ab eo recedat sim-
pliciter,nihil addendo nobis accrescit.l. mari-
tus.ff.de acqui.re.dom. Istud autem incremen
tum quando ripa naturaliter excrescente con-
tingit,potest dici alluuio,quia latens incremẽ
tum est. Quando vero ruina,vel terræmotu ac
cidit,potest dici incrementum aluei recedẽtis,
quia cum repentinè fiat,nõ est alluuio.l.adeo.
§.j. de acqui.re.do. & §.præterea per alluuio-
nem.insti.de rerum diui. Sed contra prædicta
posset opponi, appendices sequuntur naturam
sui proprij & naturalis subiecti , ergo si flumi-
na sunt publica, ripę fluminũ quę sunt appen-
dices,similiter debent esse publicæ, & non sin
gularum personarũ quarum prędijs adhærent.
l.riparũ ff.de rerum diuisio. Sed dic ꝙ diuersa
est ratio in ripa quàm sit in ipso flumine , nam
ripæ homi ũ cultura & cura recipiunt incre-
mentum , flumina in seipsis fluunt , & riparum
incommoda pertinẽt ad vicinos, si modo ripæ
latiores fiant , ergo secundum naturam est, vt
commoda & incommoda sequantur eosdem.l.
11 secundum naturam ff.de rer.diui. † Itẽ non
interest reipu. ꝙ ripę sint publicæ.& ex his se-
quitur , ꝙ si concessa sunt mihi banna malorũ
in flumine commissorum , non venient banna
cõmissa in ripa flu.l.j.§. in flu.ff.de flu.secũdũ
Bal.in rub.ff.de re.di.col.vj.ver.sed dubitatur.
riparum autem vsus publicus est iuregentium
sicut ipsius fluminis.l.riparum.ff.de re.diu.in-
stit.

stit. & §. riparum. eo. tit. & propterea naues ad eas ligare, & funes ponere, retia ex flumine deducere, & in ripis siccare cuilibet licet, & sic ꝑ ipsum flumen nauigare, vt in dictis iuribus dicitur. & dixi etiam suprà, de littore maris. not. Bald. in l. quominus. in vij. q. ff. de flu. Ex hoc sequuntur plures conclusiones. Prima est, ꝙ licet proprietas riparum sit ipsorum quorũ prædiis adhærent, tamen non possunt facere de ripis quicquid volũt, sicut alii domini in re sua. l. in re mandata. C. man. quia vsus est publicus. & ideo deteriorare non possunt, argu. l. pen. & fi. ff. de vsufr. & habita. Secunda conclusio, ꝙ si ripa fluminis quę adhæret præd o tuo ita est naturaliter ordinata, quòd aquam ad me pellit, & possum ad meum molendinum aquã ducere sine aliqua clausura: tu formas dictæ ripæ vis mutare, ita vt per hoc aqua ad me non veniat, non potes, ex quo vsus est communis. vt no. Bart. in l. quominus. in ix. q. Tertia conclusio, quòd licet ripæ ꝓprietas sit eius cuius prædio adhæret, & propterea possit in ripa molendinum construe:e, aut tigna vel trabes immittere, tamen si propter hoc vsus publicus nauigantium impediretur, diuertendo aquam vel alio modo, non posset. ut not. Bal. in rubr. ff. de re diui. col. vi. ver. ex his appa. Quarta conclusio est, quòd dominus ripæ non potest in ea aliquid facere, propter quæ impediatur iter pedestre nauigationis, quod est iuxta aquam, quo itur cum funibus trahendo nauem, quod restoria dicitur, vel piarda vulgariter, vel de eo, per quod descenditur, vel itur ad aquam siue naues, vt est text. cum gl. ĩ l. i. §. si pedestre iter. ff. de flu. Quinta cõclusio, quòd habens proprietatem rupæ, non potest in ea aliquid constituere propter quod vsus piscationis impediatur, forte si ibi erat solitum piscari vel siccari retia arg. eorum quæ habentur in d. l. riparũ & d. §. riparũ. cum se. cum gl. & ita vult Bald in rub. ff. de re. diui. vi. col. qui dicit quòd hoc intelligitur esse verum, si ibi publice piscatur, & utile & consuetum est piscari. Non. n. si uni singulari prodest, censendum est publicum commodum vel incommodum, & ideo aptitudo littoris est consideranda. Aptitudo enim facit aptũ, & ab aptitudine sumit formam denominationis qualitas rerum, aptitudine deficiẽte forma rei videtur mutata. l. quid tamen. §. agri. ff. quib. mo. vsusfr. amit. Sexta conclusio, quòd vicini quorũ prædiis ripæ adhęrent, etiã si uia pub. est in medio non possunt ibi ripas claudere, & ibi hortulos facere, si incommodatur usus pub. dictarum riparũ. Septima cõclusio, quòd vicinus non potest conclusam vel restim in ripa mea infigere vel appogare. vt no. Bart. in l. quominus. in vii & x. quæst. ff. de flu. & Bald. in l. lapilli. in pen. col. in fi. ff. de rerum diui. Octaua cõclusio, quòd ille qui habet in vtraq; ripa fluminis publici domum, non potest pontem priuati iuris facere. l. fin. ff. de flu. & adde quę dixi suprà, de seru xii. q. Nona cõclusio, quòd quis non potest ligare nauem suam cum catena in ripa alterius, si impedimento est: licet cũ
fune ligare possit: vt per glos. in §. littorũ. in-
sti. de re. di. secundum Bal. in d. l. lapilli. penul.
col. in fi. quę no. quia si habes molendinum, nõ
potes ipsum ligare cum catena quę trahatur ꝑ
uiam pub. ita ut impediatur aditus publicus,
nisi consuetudo loci seruaret contrarium. ar-
gu. l. an in totum. C. de ędi. prin. cum simi. De-
cima conclusio, quòd flumen quod est princi-
pale, non trahit ad se ripam, nisi quo ad vsum
necessarium fluminis, non autem quo ad usum
extraneum l. riparum. ff. de rer. diui. & no. Bar.
12 rub. eodem titu vi col. in fine. † Sed si ripæ
sint eleuatæ propter inundationem aquarum,
an possint etiam deprimi? uide quę dixi suprà
de ser. aquædu. iiii q. principali, in fin. & viii. q.
principali. uer. quæro nũc de alia q. ordinaria.
in uersi. circa secundum. in fi. Quæ autem pos-
sint fieri vel non fieri in ripis per dominos vel
alios, uide plene per Bar. in d l. quominus. &
13 Bal. in d. l. lapilli. pen. col. † Vltimo de mate-
ria interdicti de ripa munienda vel reficienda,
uide in l unica. ff. de ripa munienda. & plene ꝑ
Rofr. in l. libellis suis in titu. de interdicto, ut li-
ceat ripas publici fluminis reficere uel muni-
re. ubi ponit quòd requirantur ad hoc ut com
petat illud interdictum, & liuellum & positio-
nes, dic ut ibi per eum, & de materia ripæ ui-
de Bar. in d. l. quominus. & in tract. suo Tyber.
& Bal. in rub. ff. de re. diui. in xi. & xii col. & in
d. l. lapilli pe. col. in d. l. riparum. & uide tex. in
14 l. si finita. §. de dam. infect. † De vado autem
quo flumen transitur, uide per tex. glo. & Do-
cto. in l. fi. §. de ser. rust. prędio. & l. si prius. §
cet. ff de aqua plu. arcen.

De aggeribus. Cap. 34.

1 *Aggeres valla fluminum esse dicuntur.*

2 *Agro meo in inferiori si magna aquarum abundantia fuerit, ex agro superiori proueniens, an aggeres & foueas mihi habere liceat, vt aqua versus aliam partem uadat, & ager meus euacuetur.*

3 *Aggeres in fundo suo si uicinus ex vetustate uel pacto habeat, an dominus superior, inferiorẽ cogere possit, ipsos aggeres minuere.*

4 *Aggerem qui in fundo uicini superioris, erat si aquæ uis deiecerit, per quod effectum est, ut aqua pluuia alicui noceat, quid iuris.*

5 *Flumẽ publicũ si multũ excreuerit, et prædia mea inundauerit, an aggerẽ adhibere valeã, uel aliã munitionem facere, vt prædium meum tuear.*

6 *Aggerib. in meis si ego propter aquarũ inundationẽ coronellas fecerim eleuãdo ipsas, ne aqua excedens aggeres consuetos fundum meũ inundaret, an eas etiam pro arbitrio meo propria autoritate impune remouere possim.*

7 *Aggeres rumpentes fluminis Nili, qui in Aegypto est, qua pœna puniantur, vbi etiam quid de aggeribus Papi apud Ferrariam.*

8 *Aggeres si quispiam non rumpat, sed arbores incidat quæ in aggeribus existunt causa aggerum conseruandorum, qua pœna puniatur.*

a Aggeres. Ad
de Bart.in l.per
Bithyniã .C. de
i nu. ne. cõ.cc.
li.x. & no.in ru
bri.C. de Nili
agg.nõ rumpẽ.

1 AGGERES † ſunt *a* valla fluminum:vt
l.j.C.de Nili agg. non rumpen. Chomata
eſſe dicuntur aggeres & inſtrumenta qui-
bus aqua diuiditur. Choma.n.dicitur diuiſio.
nam diuidunt ſcilicet aggeres ſeu chomata lo-
ca adinuicem,vt eſt tex.cum gl.in l.ſaccularij.
2 §.in Aegypto. & §.fi.ff.de extraord.cri. † Si
in agro meo inferiori magna ſit abundantia a-
quarum proueniẽs ex agro ſuperiori, an liceat
aggeres & foueas habere,vt aqua verſus aliam
partem vadat,& ager meus ea euacuetur. Re-
ſpondeo,licet,ſi aliqua alia cõuentio non inter
uenit,vt eſt tex.cum gl.in l.j.§.deniq; ait.ff.de
3 aqua plu. ar. † Sed quid ſi vicinus inferior ha
bet aggeres in fundo ſuo ex vetuſtate vel pa-
cto,an dominus ſuperior poſſit cogere inferio-
rem aggeres minuere? dic ꝙ non . ſed in agro
ſuo põt minuere.l.j §.fin.& ibi glo.& Doct.ff.
de aqua plu.ar.vide quę dixi ſuprà tit. de ſeru.
4 aquæd.iiij.q.princ.in fi. † Quid aũt ſi aggerẽ
qui ĩ fundo vicini ſuperioris erat,vis aquæ de-
iecit,per quod effectum eſt, ut aqua pluuia mi-
hi noceat? Varus ait ſi naturalis ager fuit,poſ-
ſe me vicinum cogere aquæ pluuiæ ar.actione,
vt eum reponat vel reponi faciat: Idem ſi ma-
nu factum ſit,neque memoria eius extaret.l.in
ſumma,§.Item Varus. in prin.ff de aqua pluu.
arc.Vtilis tamen actio mihi competit aduerſus
vicinum,ſi velim aggerem reſtitui ĩ agro eius,
ſi mihi prodeſt,& ſibi non nocet : vt d.§.item
Varus.in fi. ſed ſi memoria extat,in fi. tenetur
aquæ pl.ar. & ſi agger manu factus ſit,etiam ſi
memoria non extat,cogi poteſt vt reponat. vt
d.§.item Varus. ver. ſi ſed extet. Si agg.iuxta
flumen in priuato facti ſint, in arbitrio aquæ
plu.arc.veniunt etiam ſi trans flumen nocẽt,ſi
memoria eorum extat,& fieri non debuerunt.
5 l.quæ principalis.§.fi.ff.de aqua plu.ar. † Sed
quid ſi flumen publicum multum excreuit,ꝓ-
pter quod ſolet mihi dare damnum , & prædia
mea inũdare,an poſſim aggerem adhibere, vel
aliam munitionem facere , vt prædium meum
tuear. Dic quòd ſic.tex.eſt valde no ĩ l.j.§.ſed
ſi aliquam.ff ne quid in loc.pu.& vide Bart.in
l.quominus.ix.quæ.ff.de flum.& quæ dicam in
6 quæſti.ſeq. † Quæſtio eſt quotidiana, ſi pro-
pter inũdationem aquarum ego in aggeribus
meis feci coronęllas , eleuando ipſas , ne aqua
excedens aggeres conſuetos, inundaret fundũ
meũ,quas facere potui,vt dixi in quæſt.præce.
nunquid eas pro arbitrio meo & propria auto
ritate poſſim impune remouere . ego teneo ꝙ
ſic : ſi autoritate mea propria factæ ſunt,nec te
neor pati vt reponantur,niſi ſeruitus eſſet im-
poſita,per text.in l.in ſumma.§.idem ait ſi in
agro tuo.& §.apud Manuſam.cum ibi no.ff.de
aqua plu.ar.& idem tenui s̃.de ſer.aquæd.viij.
q principali,in quæſt.quæ incipit,quæro nunc
7 de alia quæſtione quotidiana. † Circa ſecun-
dum in fi.quæro,qua pœna puniuntur rumpen
tes aggeres fluminis Nili qui in Aegypto? Re
ſpondeo,pœna ignis vt flammis concremẽtur.
tex.eſt in l.vnica.C. de Nili agg.non rumpẽ.&
ibi Bar.de Sal.enumerat alios xij.caſus, in qui-
bus quis flammarũ pœna patitur. Aut ſunt ag-
geres quos quilibet in ſuo prædio facit, quan-
do certis temporibus aqua Nili egreditur flu-
men per prædia,vt aquam in ſuo prędio conti-
neat,& tũc rumpens illos aggeres punitur pœ
na extraordinaria. vt eſt tex cũ glo. de vtroq;
in l.ſacculârij.§.in Aegypto ff.de extraor.cri-
min. Aut ſunt aggeres alterius fluminis. & gl.
in d.l.j.dicit idem eſſe de ęquitate ſecũdũ Vgo.
ſed Pe.quem ſequitur Cy.& Saly. ibi dicit hoc
non eſſe verũ , quia non eſt alibi tanta cura a-
quę,ſicut ĩ Aegypto, vbi eſt Nilus, quia in Ae-
gypto nunquam pluit.vt dicit gl.in d §.in Ae-
gypto. Item quia interpretatione legem pœnę
ſunt moliendæ.l. interpretatione.ff. de pœnis.
Item pro hoc facit dicta rubri.C.de Nili agg.
non rumpen.quæ aliquam ſpecialitatem nota-
re voluit in aggeribus Nili. Dicit tñ Cyn.in d.
l.j.quòd ſi aggeres Padi apud Ferrariã deſtrue
rentur,habebit locum pœna ignis prędicta , ex
quo ibi eſt magnũ periculum,quia propter mo
dicam aggerum motionẽ poſſet nouus alueus
fieri,& terra tam habitata quã fertilis occupa-
ri, quando flumen Padi creſcit,cum ſit eadem
ratio. Et ita ſequitur ibi Sali.& ſic voluit Cyn.
quòd in pœnalibus fiat legis extenſio per idẽ-
titatem rationis , de quo dic ut per Doct.in l.ſi
8 vero.§.de viro.ff.ſol.matri. † Sed quid ſi ali-
quis non rumpit aggeres,ſed incidit arbores ,
quę ſunt in aggeribus cauſa aggerum conſer-
uandorũ? Dic quòd pœna extraordinaria co-
erceri debet.vt eſt text. cum gl.in d.l.ſaccula-
rij.§.fin. Reliqua circa materiam vide quę dixi
ſuprà in titu.de ſeru.quemad.viij.q.prin. quæ-
ro nunc de alia quęſt.prin. quotidiana.

De torrente. Cap. 38.

1 *Torrens eſt,qui in hyeme currit,& perenne nõ eſt.*
2 *Torrentia cuius exiſtant .*
3 *Inſtrumenta antiqua ſi reperiantur, in quibus prę diorum poßeſſores a latere emerunt prædium,et pro fine foſſatum appoſitum fuerit , nunquid ad illos pertineat .*
4 *Torrens flumen ſi vicinus auerterit , ne aqua ad eum perueniat , & hoc modo effectum eſt,vt vi cino noceat , an aquæ pluu.arcẽ.act.contra eum agi poſſit .*

1 TORRENS † eſt qui in hyeme currit,
& perẽne nõ eſt l.j.§.ij.ff. de flu. Et dicitͤ
torrẽs à torreo,quod ſignificat ſiccare atq; are
facere, Et hoc iõ,ꝗa in ęſtate ſiccatur, flumen
torrẽtis nomẽ accipit. Vulgariter aũt apud nos
progni,torrẽtia uocaͭ,quę in foro Iulij & ter-
ritorio Triuiſino maxima ſunt, & nõ diciͭ flu-
men publicũ,ſed priuatũ. quia flumina quę in
hyeme currunt , & non in ęſtate,priuata ſunt :
vt dicit Rofr.in libel.ſuis ſuꝑ interdicto ne ꝗs
in flum.pub.quẽ ſequitur Bar.in trac Tybe.in
viij.col.verſic. flumen.qui dicit, quòd ex quo
ſunt priuata per alluuionẽ nemini pñt tribue-
re

re: ſi enim curſum mutāt, ſemper ſolum rema-
net cuius primo erat, non poteſt per alluuioné
adijcere apponendo ita ꝙ prædium extẽdatur,
ſed ſupponendo poteſt adijcere, ſi pinguedo a-
gri ſuperioris adijcitur agro inferiori.l.j.§.de-
2 niq; ff.de aqua plu.arc. † Cuius autẽ ſunt iſta
torrentia? Bar dicit in d.ver. flumen.hanc qõ.
eſſe facti.poteſt.n.probari ꝙ alicuius prædium
aqua diſcurrit, & foſſam fecit, vel inter prædia
plurium aqua fluxit, tunc ſm terminos anti-
quos inter prædia diuiſa erunt talia foſſata. Vel
poteſt probari qualiter antiquè ſunt poſſa: ſed
vt ſæpe accidit, ſi nihil ſufficiens poteſt proba-
ri, tũc putat illorũ q prope ab vtraq; parte præ
dia poſſident, cuiuſcunq;, vſq; ad mediũ argu.
eius quod dicitur de inſula & de alueo dimiſſo
l.adeo.§ inſula. & §.quòd ſi toto.ff.de acquir.
rerum do.& probatur l.ij.§. præterea. cũ gloſ.
ff.de aqua plu.arc.quæ tamen intelligit, niſi ea
foſſata eſſent in vſu pub. quia tunc dicerentur
publ.l.ij.§. hoc interdictum.ff.ne quid in loco
pub. & expreſſe probatur in l.j.§.foſſa.ff. vt in
3 flum.pub. nauigare. † Sed quid ſi reperiũtur
inſtrumenta antiqua, in quibus poſſeſſores p̄-
diorum à latere emerunt prædium, & pro fine
appoſitum fuit foſſatum, an ad illos pertineat?
Videtur ꝙ non: ipſam rem enim emimus, non
eius fines: & pro hoc facit, quia fundi nihil eſt,
niſi quæ inter ſe continet.l.fundi.in principio.
ff.de actionib.empti.Bart.in loco præallegato,
tenet contrariũ, ſcilicet ꝙ fines appoſiti, id eſt,
foſſata intelliguntur eſſe eorũ, qui à latere præ
dia poſſident. vt ſuprà dictũ eſt. Nec ob. ꝙ fines
nõ emuntur, quia fateor. ſed tñ eſt poſſibile ꝙ
rei venditæ accedũt: ſicut ẽt ſi poneremus pro
fine viã, quæ quo ad quid, fundo accedit.ff.de
acqui.re.do.l.maritus. Nec ob.d.l.fundi.in prĩ.
quia regula ꝙ fundi. nihil eſt, niſi quod ĩter ſe
cõtinet, patitur exceptioné per aliquas leges,
vt in aquæductu qui eſt extra prædiũ.ff.de cõ-
trah.emp.l.aquæduc.& in l.liminibus prædior.
& in foſſis.l.ij.§.præterea.ff.de aqua pluu.arc.
4 † Põt dubitari, ſi vicinus flumen torrens auer
tit, ne aqua ad eũ perueniat, & hoc modo effe-
ctum eſt vt vicino noceat, an agi cõtra eum aq̃
plu.arc.actione poſſit. Et dicendum eſt ꝙ non,
quia nõ fecit vt tibi noceat, ſed ne ſibi noceat:
tex.eſt no. in l.in ſumma.§.idẽ Labeo ait ſi vi-
cinus.ff.de aqua plu.arc. Nã licitum eſt in ſuo
aggerem vel aliam munitionem facere, ne flu-
men ſibi damnũ det, & prædia ſua deuaſtet.l.j.
§.ſunt qui putãt. ver.ſi aliqua.ff.ne quid in flu.
publ.& adde quæ dixi in titu.præced. ver.ſed ſi
flumen.cum verſi.ſeq.

De uallibus aquoſis. Cap. 39.

1 *Valles ſi excreuerint, & alienũ occupauerint præ-
dium, illius ſunt valles, cuius prædium erat: &
ſi decreuerint, illius erit prædium, cuius erant
valles.*
2 *Vallibus cuilibet piſcari licet, vel cannellas, aut
herbas incidere, vel paſci, ſi publicæ fuerint.*
3 *Vallibus ſi terra cum herba reperiatur, & cannel
læ natæ, quę de loco ad locum moueãtur, tori ap
pellatę, an ipſi tori publici aut priuati erunt.*
4 *Opus ſi quiſpiam fecerit, vt aquam excluderet, ne
ad fundum ſuum ueniret, quæ ex paludis inun
datione in agrum eius fluere ſolebat, ſi ipſa pa
lus aqua plu.amplietur, eaque repulſa opere fa
cto agro ſui vicini noceat, aquę pluu.arc.actione
tollere cogitur.*

1 SI † valles a excreuerunt, & alienum oc-
cupauerunt prædiũ, illius ſunt valles cuius
erat prædium: & ſi decreuerunt, illius erit prę
diũ cuius erant valles, vt probat̃ in l.ſi vicinus.
§.lacus. ſm ſecundã gl.ff.de aqua plu.ar. & ita
Bar.exemplificat illũ tex in vallibus Rauennẽ.
Sed ſi valles eſſent publici, iudicandũ eſſet ſi-
cut de flumine pu. eadem ratiõe vt habetur in
l.lacus.ff.de acqui.re.do. & vide quę dixi de la
2 cu in ti.de flu.ver flumina publi. † Et ex præ
dictis ſequitur, ꝙ in eis licitum ſit cuilibet pi-
ſcari, vel cannellas aut herbas incidere, vel pa-
ſculari, ſi ſunt publica, ſecus ſi ſunt priuata. ar.
3 §.locorum.inſt.de re.di.cum ſi. † Sed quid ſi
in vallibus reperitur terra cum herba & canel-
lis natis, quæ de loco ad locum mouẽtur, & to-
ri vulgariter appellant̃: an erũt publici vel pri
uati tanquã inſula? dic ꝙ erunt eiuſdem iuris
eſt aqua, ſi aqua vallium erit priuata, iſti tori ſi
militer erunt priuati. ſi publica publici. de quo
dic vt dixi ſuprà de inſulis.v.q. in fi. & de iſtis
toris vide ẽt quæ dicam infrà de piſcaria. in fi.
de alijs autem vallibus non aquoſis vide s̃.ti.
4 de vallibus & planerijs. † De paludibus etiã
aliquid dicamus. Si opus quis fecerit vt aquam
excluderet, ne ad fundũ ſuum veniret, quæ ex
vndatione paludis in agrũ eius fluere ſolet, ſi
ea palus aqua plu.ampliatur, eaq; aqua repul-
ſa, eo opere agro ſuo vicini noceat, aquę plu.ar
cẽ.actione opus cogitur tollere: vt eſt text. in
l.j.§.ij.qui incipit, Neratius ſcribit.ff.de aqua
plu.ar.agri vel loci vſufr. legato ſi fuerit inun
datus, vt ſtagnum iam ſit aut palus, procul du
bio extinguitur.l. quid tamen.§ j.ff.qui.mo.
vſufru.cum concord. Cętera circa iſtam mate-
riam vide in toto ti.C.de allu.& palu.

a Si valles. Ad-
de Bar.in tract.
Tyb.li.j.car.3.
ver. vallis vero
dicitur.

De fonte. Cap. 40.

1 *Fonte aquæ ſi quiſpiam vſus fuerit, nec ui, nec clã,
nec præcario, quominus utatur, uim fieri prætor
prohibet.*
2 *Seruitus aquæ hauriendę ex fonte conſtitui põt.*
3 *Fontis caput ipſe fons dicitur.*
4 *Fons ſi exaruerit, ex quo aquęductum habeo: iſq;
poſt conſtitutum tempus ad amittendam ſerui-
tutem ad ſuam venam redierit, an aquæductum
amiſerim.*

1 SI † quis fonte aquæ eius anno vſus fuerit,
nec vi, clam, nec precario, quominus vtat̃.
vim

vim fieri prætor prohibet.l.j.in prin. ff.de fon. & in tota illa l.declarantur hęc verba. Item potest aquam purgare, restituere, & coercere, vt vtatur eo modo quo eo anno vsus est. d.l.j.§. deinde ait prætor.& coercere dicitur aquã continere sic, ne fluat vel dilabatur. d.l.j.§. coerce-
2 re. † Seruitus aquæ hauriendæ ex fonte constitui potest: vt d.l.j.§.j. & olim constitui non poterat seruitus aquæ ducendæ vel hauriẽdæ, nisi ex capite vel fonte. Hodie vero ex quocunque loco constitui potest: vt est tex. cum gl. in l. ser-
3 uitutes aquæ. ff. de ser. rust. præ. † Caput autem fontis, dicitur ipse fons. l.j.§. caput. ff. de aqua quoti. & ęsti. & dixi supra de flumi. ver. caput fluminis. licet fons oriatur in agro tuo: tamen si longo tempore duxi aquam etiam ex fundo tuo, non est necesse vt doceam quo iure duco: & ita titulum allegare nõ cogor. & si impediar a te vel ab alio aquam de dicto fonte ducere ad fundum meum, possum agere vtili actione, exẽplo aliarum seruitutum: vt est tex. no. & ibi gl. & Doct. in l si quis diuturno. ff. si seru. vendi. si fundo Seiano confinis fuerit, ex quo fonte per fundum Seianum aquam iure ducebam, meo facto fundo Seiano, manet seruitus. l. si mihi. §.
4 si fundo. ff. de ser. rust præ. † Si fons *a* exaruerit ex quo ductum aquæ habeo, isq; post constitutum tempus ad amittendum seruitutem ad suam venam redierit, an aquæductum amiserim? dic ꝙ sic: sed restituitur: vt est tex. in l. vnus ex sociis. § fi. cũ l. seq. quæ incipit, Attilicinus. ff. de ser. rust. præ. & vide quæ dixi supra de alueo. versi. sed pone quòd impetus fluminis. & ver. sed dubitari. Habens fontem in superiori fundo, neq; ventrem, neq; pannos lauabit in riuulo descendenti, si propter hoc aqua deturbaretur omnino. l. apud Trebatium. in prin. & ibi Ang. & Doct ff. de aqua plu. ar. & idem no. Bar. in l. cum super. C. de re mili. lib. 11. vt tex. in l. solicitatores. in fi. ff. de extraor. cri. de ista materia fontis hẽtur per Spec in ti. de causa poss. & proprieta. § priuata. & per Rofr. in libellis suis tit. de interdict de fonte. & vide quę plene dixi supra in tit. de seru. aquæduct. in xj. q. princip. vbi etiam posui de aqua quoti. & æsti. & aqua quæ ex castello ducitur, & de aqua plu. arc. & de cloacis. & vide quæ plene dixi supra in titu. aquæ haustus. 7. quæst. principali, vsque ad finem illius titu.

a Si fons. Fons si desiccatur currit præscriptio aquæduct. Bal. in l.j. 22. oppo. C. qui admit. per l. Atticilinus. de serui. rust. prę. Sed si aqua reuertitũ in fontẽ de æquitate conualescit seruitus. gl. & Bar. in l. foramẽ. circa medium. in versic. ex quo sequitũ sequens illatio. ff. de ser. vr. prędior. & l. vnus. §. si fons. de serui. rust. præ. vbi præscribitur seruituti etiam si iustum fuit impedimentũ non vtendi: sed datur restitutio ex clausula generali.

De riuis. Cap. 41.

1 *Riuus est locus per longitudinem depressus, quo aqua decurrit.*

2 *Riuos manutenere, & etiam expurgare an quis teneatur.*

1 DE † riuis est etiam aliquid dicendum. Riuus est locus per longitudinem depressus quo aqua decurrit. l. prima, §.j. ff. de riuis fluminum. flumen a riuo magnitudine discernendum est: aut æstimatione circuncolentium. l.j. § j. de flu. & hoc nomine riui aqua fluens continetur. vt dicit ibi gl. seruitus naturaliter nõ manufacto opere, lædere potest fundum seruientem, quemadmodum si imbribus crescat aqua in riuo, vt ex agris in eum fluat, aut aquæ fons iuxta riuum, aut in eo ipso inuentus postea fuerit: vt est tex. in l. si mihi. §. seruitus. ff. de serui. rustico. prædiorum si per fundum ius est mihi aquam de riuo ducere, hæc iura tacite sequentur, vt reficere mihi riuũ liceat, & adire quàm proxime possim ad reficiendum eum cum fabris meis. Item vt spatium relinquat mihi dominus fundi, quo dextra & sinistra ad riuũ eã: & quo terram, lignum, lapidem, arenam, calcẽ, iacere possim: vt est text. elegans in l. refectionis §. fin. & ibi per gl. & Doc. ff. communia prædiorum. & facultas refectionis causa accedẽdi, ad ea loca, quæ non seruiant, tributa est his, quibus seruitus debetur, nisi in cessione seruitutis nominatim concessum sit, per quam partem accedere deberet. vt est tex. valde notabilis in d. l. refectionis. in prin. quod facit ad multa. & ibi per Doct. nec iuxta eum nec supra eum, (si forte sub terra aqua ducatur) locũ religiosum dominus soli facere potest. ne seruitus intereat: sed & depressurum & eleuaturum riuum, per quem aquam iure ducebam potestatem haberes: nisi ne id faceres, cautum sit in dicta l. refe-
2 ctionis. secund. & 3. responso. † Quis autem teneatur manutere riuos & etiam expurgare, vide quæ plene dixi supra de seruit. aquæduct. versicu. superest alia quæstio quis teneatur. Reliqua quæ ad materiam riui spectant, vide in to. ti. ff. de riuis. & quæ plene dixi in ti. de ser. aquędu. in xj. q. prin. vers. quartum est interdictũ de riuis. vbi posui quot sunt necessaria, vt istud interdictum competat & libellum, & positiones actoris, & rei.

De piscatione. Cap. 42.

1 *Piscari cuilibet in mari licitum est, quòd natura omnibus patet.*

2 *Piscari quilibet in littore potest, etiam ante ędes meas & ostium, & si ipsum piscari prohibeam, actione iniuriarum teneor.*

3 *In fluminibus & portu ius piscandi omnibus commune est.*

4 *Piscatũ aliquem fuisse per 20. vel 30. annos an sufficiat, ad hoc vt superuenientem peohibere possit piscari.*

5 *Ius aquæ ducendæ ad piscariam meam vel cisternam si mihi concedatur, an seruitus realis sit.*

6 *Piscium vsumfructum qui in viuarijs existunt, si quispiam babeat, illos occidere potest, & alios substituere propter eorum difficilem discretionem.*

7 *Fundus si vendatur, in quo pisces in piscinis existunt, illi pisces non sunt ædium, neque fundi, nõ magis quàm pulli, aut cętera animalia, quæ in fundo sunt.*

8 *Valles*

8 *Valles aut paludes si quispiam conduxerit, vt ibi piscari posset, & in eis reperiatur certa pars terræ ab aluco eleuata quæ tori appellantur, piscesque omnes in hyeme sub eis se reducãt, vt in vallibus Paduæ contingit, an licitum conductori sit, dictos toros aperire, & omnes pisces accipere.*

1 PISCARI † cuilibet licitum est in mari, quòd natura omnibus pater. l. venditor.
in prin ff. communia prędiorum. similiter licet
in littore maris. l. nemo. §. fi. & §. riparum. ff. de
re. di. quia littora communia sunt omnibus si-
2 cut aer. l. iniuriarum actio. §. fi ff. de iniur. † Et
potest piscari in littore ante etiã ædes meas &
ostium: & si ipsum piscari prohibeam, teneor
actio. iniuriarum, vt ibi. & l. ij. §. si quis in mari. ff. ne quid in loco pub. nisi conuentum esset
vt in loco illo maris piscari non posses: quia valet talis conuentio. vt est casus no. in d. l. venditor. in princ. & dixi plene suprà de mari circa
prin. & ideo cum primũ pisces quis in mari vel
in littore ceperit, sine dubio eius, in cuius potestatem perueniunt, fit acquisitio, sicut de feris captis etiã dicitur l. quod ĩ littore. ff. de ac.
re. do. In mari piscãtibus, licitum est casam in
littore ponere, in qua se recipiãt. d. l. riparum.
3 † In fluminibus & portu ius piscandi est cõmune omnibus: vt §. flumina. insti. de re. diui.
quod fallit in pluribus. Primo quando flumẽ
est priuatum, aliter non l. iniuriarum actio §.
fi. in fi. ff. de iniur. Secundo fallit, quando ius
piscandi est priuatum: puta quia est venditum
per principem, sicut in lacu Gardæ contingit,
in quo sunt aliquæ piscariæ priuatæ, quę fuerũt
venditæ per dominos Veronæ. ar. d. §. fi. cum l.
seq. quæ incipit, siue sit maris. & argu. c. j. circa
fin. ibi piscationum redditus. in tit. quæ sint regalia. in vsi. feu. Tertio fallit, quando esset facta conuentio cum vicino, vt in domo sua piscari non possit: vt d. l. venditor. in princi. ff. com
munia præ. quæ l. habet locum etiam in fluminibus publicis: vt dixi in titu. de mari, in princip. Quarto fallit, quando princeps vel ciuitas
prohiberet, ne quis in flumine piscari possit,
vt est in lacu. Quinto fallit, quando esset consuetudo vt piscaretur solũ pro vsu publ. & non
pro priuato, vel pro priuato, sed certo tempore tm: quia consuetudo uicem legis sustinet d.
l. venditor. §. si constat. Sexto fallit, quãdo quis
pręscripsisse ius piscandi, quia tunc alius in eo
loco piscari non posset. & ista præscriptio ꝓcederet sine dubio, si fuisset in possessione piscandi per tm tempus, cuius initij memoria nõ
existat: quia per tantũ tempus pręscribuntur
loca publica. l. hoc iure. § ductus aquæ. ff. de aqua quo. & æsti. & no. Bal. in l. lapilli. in. ij. q. ff.
de re. di. † Sed nunquid sufficiat quem piscatũ fuisse per xx. vel xxx. annos, ad hoc vt super
4 uenientẽ prohibere possit piscari? vide gl. ordi. in § flumina. in ver. omnibus. instit. de re. di.
& quæ suprà de ser. aquędu. ix. q. princi. ver. ex
prædictis sequitur. Si ager cuius vsusfructus
tuus sit, flumine vel mari inũdatus sit, vsusfructus amittitur, cum etiam proprietas eo casu
amittatur: nec piscandi retinere quidẽ poterimus vsumfructum: vt est text. valde nota in l.
si ager. ff. quemadm. ser. amit. & per illum text.
dicit no. Bal. in d. l. lapilli. in pri. ꝙ si starem mille pannis super fluctibus maris, nihil perpetuæ
5 proprietatis acquirerem. † Quid autem si cõceditur mihi ius aquæ ducẽdæ ad piscariã meã
vel cisternam, an sit seruitus realis? Dicas ꝙ
sic: quia debetur à fundo meo. iuxta not. in l.
pecoris ff. de seruitu. rustico. prædio. & l. ut pomum. ff. de seruitut. vt dixi suprà in titu. de seruitu. aquæduct. ij. q. princip. versic. item quid si
6 conceditur mihi. † Si quis habet vsumfru. piscium qui sunt in viuarijs, potest pisces occidere. & alios substituere, propter difficilem corum discretionem. l. vsufructuarium. uenari. §.
7 si in uiuarijs. ff. de usufruct. † Si uenditur fundus, in quo sunt pisces in piscinis, illi pisces nõ
sunt ædium, neque fundi non magis quàm pulli aut cætera animalia quę in fundo sunt l. Iulianus. §. fina. cum tribus ll. sequen. ff. de actio-
8 nibus empti. † Si quis conduxit ualles aut paludes, ut ibi possit piscari, & in eis reperiatur
certa pars terræ eleuata ab alueo, quæ tori uulgariter appellantur, & pisces omnes in hyeme
se reducunt sub eis, ut in uallibus Paduæ contingit, an sit licitum conductori aperire dictos
toros, & omnes pisces accipere. Et dicas quòd
non quia isto mõ ius piscandi destrueretur, nisi
alios reponeret, ar. d. l. usufructuariũ. §. si uiuarijs & ar. l. si merces. §. cõductor. ff. loca. & hoc
uidetur aperte probari in l. uideamus §. itẽ ꝓspicere debet. eo. ti. Præterea hoc ẽt probatur,
quia cõductor tenetur ante omnia ẜm legẽ, id
est, cõuẽtionẽ facere: & si quid in l. prætermissum fuerit, id ex bono & æquo pręstare dẽt: ut
dicit text. inst loc. §. conductor. sed ex bono &
æquo est, ut conductor piscinę non destruat totam piscinã, quia debet habere fructus piscandi, & nõ omnes pisces, ita ut piscaria cõsumat.
facit l. j. & ij. ff. de usufr. & idem dico si locaretur ius piscandi in flumine uel fonte aut piscaria: qa non posset oẽs pisces tollere, nisi aliter
cõuentum esset. qđ no. quia est quotidianum.

De aere. Cap. 43.

1 *Aer eiusque vsus communis est, sicut mare & maris littora.*
2 *Locus ex soli odore si pestilentiosus fiat, scilicet ex fœtore terræ etiam priuatæ, vtputa quia ibi sulphuraria fiant, an faciens interdicto ne quid in loco publico teneatur.*
3 *Fabri an in domo sua ita malleare possint, vt ex mallei sono doctoris vicini mentem disturbent.*
4 *Aer quando malus est, nunquid quis ibi stare vel venire teneatur.*
5 *Fumo corrupto si quispiam aliquẽ per emerit, pœna extraordinaria tenetur.*
6 *Vsufructus odorum vel aromatum an constitui possit.*

Aream

7 *Aream si quispiam habeat in qua frumentum uentare solet, ut a palea excutiatur, an uicinus in suo ædificare poßit, ita ut illi areę ipsum uentū auferat.*

8 *Gonellæ magni Buffonis facetia, qui cum esset bannitus sub pœna capitali ne Ferrariam accedet, emit unum plaustrum Paduæ, & terram Paduanam in dicto posuit, quam ascendit, & postea Ferrariam profectus, dicebat se esse in territorio Paduano.*

9 *Auis uel aliud quodpiam animal, cum est in arbore, in aere esse dicitur, non autem in terra.*

1 AER † eiusq; vsus communis est, sicut ma-
re & littora maris. l. iniuriarum actio. § fin.
ff. ne quid in loc. pu. & tanquam commuue per-
petuo in totum occupari non potest: vt dicit
Bal. in l. lapilli. in princ. ff. de re. di. & si aliquem
vti aere prohibet, actione iniuriarum tenetur:
d. §. fi. Non potest itaq; quis nobis aerem vel so
lem tollere, nisi ædificando. iuxta ea quæ dixi su
pra in lib. 1. in titu. ne prospec. offi. iiij. q. vbi po-
sui de Diogene philosopho qui stabat ad solem.
nam aer supra domum nostram debet esse liber
vsque ad cœlum: ut est tex. cum glo. in l. j. §. pe.
& l. fi. ff. quod vi aut clam. ideo non est licitum
facere pontem supra viam publ. vel flumen pu.
vel fundum priuatum. l. pe. ff. de flu. & no. Ros.
in ti. de interdi. ne quid in loco pub. fia. ver. vij.
in fin. & Specul. in tit. de causa poss. & proprie.
§. in confessoria. §. item quæritur habeo domū.
2 & Bal. in l. lapilli. in vlt. col. ff. de rer. diu. † Sed
quid si ex odore soli locus pestilentiosus fiat,
scilicet ex fœtore terræ etiam priuatæ: ut quia
fiant ibi sulphuraria, tenebit interdicto ne quid
in loco pub. ut est text. cum gloss. nota. in l. 2. §.
idem ait si odore. ff. ne quid in loco publi. idem
si corrumpat aerem apponendo stercus, vel ape
riendo cloacam. l. j. §. j. ff. de cloa. & l. pe. §. pen.
ibi hoc no. glo. quòd ui aut clam. & ideo prætor
introduxit duo interdicta de cloacis purgandis
ad salubritatem ciuitatis: nam cœlum pestilens
& ruinas minantur immundiciæ cloacarum. di-
cta l. j. §. j. de cloa. & l. de pub. § si quis riuos ff.
de no. oper. nunc. & propterea aliàs iudicaui in
ciuitate Veronæ, quòd vnus pelliparius nō pos-
set facere mollititium in domo sua, ob maximū
fœtorem qui exhalabat ex eo & nocebat vici-
nis. idem dic de similibus artibus fœtentibus.
3 † Nunquid autem fabri possint malleare in do-
mo sua, ita vt ex sono mallei disturbent mentē
doctoris vicini, vide Bal. & Doc. in l. j. C. de stu.
libe. vr. Ro. lib. x. & per Cano. maxime per Ioā.
de Imol. in c. vestra. extra de loca. & quid si es-
set vicinus infirmus, collige ex his quæ no. in di
4 ctis iuribus. † Quando autem est malus aer:
nunquid teneatur quis ibi stare, vel venire, vide
glo. & Docto. in c. si vero extra de iniur. & l. de
ætate. ff. ad Treb. & quæ plene dixi suprà de ser.
aquæduc. circa fi. vbi posui materiam de cloac.
& adde quòd propter bonum aerem & sic cœli
opportunitatem fundus magis æstimatur: & si
minoris ipsum vendiderit, ex hoc solo forte pos
set in integrum restitui: quia est in loco vbi est
optimus aer, sicut ex eo, quia fuit maiorum suo
rum. iuxta l. si emptionem. ff. de mino. & proba
tur in l. j. §. sed si rem. versic. & aliàs videamus.
ibi, vel opportunitatem cœli, vel illic educatus
sit, vel parentes sepulti. ff. si quid in fraud. patr.
5 quod bene no. † Si quis fumo corrupto aliquē
peremerit, pœna extraordinaria tenetur. l. soli-
6 citationes. §. j. ff. de extraord. cri. † Nunquid
vsusfructus odorum vel aromatum constitui
possit? dic non proprie. licet ad senatusconsul-
tum erit descendendum quod de cautio. loqui-
tur. l. si sane. ff. de vsufruct. ea. re. quæ vsu consu.
7 † Si quis habet aream a in qua solet frumen-
tum ventare, vt excutiatur à palea, an possit vi
cinus ædificare in suo, ita vt ventum auferat il
li areæ? casus est in l. fi. C. de serui. & ibi p Do-
cto. & Ang. in l. imperator. ff. de serui. vrbanor.
8 præd. † Sed pone q. quæ fuit de facto in perso
na Gonellæ, qui magnus bufonus vulgariter
appellatur: nam dum esset bannitus sub pœna
capitali ne Ferrariam accederet, emit vnum
plaustrum Paduæ, & terram Paduanam posuit
in dicto curru, quem ille ascendit. & postea ac
cesSit in ciuitatē Ferrariæ, & dicens se non esse
in territorio Ferrarię, sed Paduæ, ex quo tange
bat territorium Ferrarien. Sed dicit Ange. in l.
qui sella. ff. de seru. rust. præd. quòd non fuit bo
num consilium, per illum text. qui vult quod quis
dicitur ire per fundum alterius, quādo sella vel
lectica vehitur. & adde quę no. Bartol. & Doct.
sed pro Gonella facit gloss. instit. de iure gen.
na. & ciui. in princ. in ver. cœlo. vbi exponit, id
est aere, vt sunt aues quæ in arboribus in aere
nascūtur ut. §. apū. insti. de re. di. & sic ille tex.
9 cum gl. probat. † quòd qui est in arbore, dici
tur esse in aere, & non in terra: tamen dicen-
dum est ipsum esse sub territorio in quo est ar-
bor.

a Aream. Vicinus nō potest ędificare in solo suo iuxta aream uicini, q̄ fit ad triturandū granū, ne p ędificiū impediatur usus areæ: quia uent retineatur. l. fi. §. fin. & ibi Bar. & Bal. C. de ser. & Pe. de Vbal. in tract. de societat. 6. part. ul. q. quod est uerum secundū Bal. ibi, si area in alio loco fieri nō possit. Itē uerū, si uentus non possit uenire nisi ab ea parte a qua ædificetur. ut ibi per Bar. & Bal. & supra per Bar Cæpo. de serui. ur. c. 26. & c. 27. & c. 29. & ibi dic uerū, nisi pactū sit in cōtrāriū.

De igne. Cap. 44.

1 *Ignem iuxta parietem communem an facere licitum.*

2 *Domum si tibi locauerim, ne ignem in domo haberes: attamen tu habuisti: si fortuito casu incendium ortum fuerit, an tenearis.*

3 *Locatorem inter et conductorem si conuentum fuerit, ne in domo fœnū aut palea poneretur, & conductor posuerit: deinde si seruus igne allato succenderit, quid iuris.*

4 *Domum inferiorem habens, an poßit facere tam grandem fumum vt superiori noceat.*

5 *Ignis fornacis & furni an vicino nocere debeat.*

6 *Ignem in stipulam ad paludem si quispiam immiserit, & alicui damnum dederit, quid iuris.*

7 *Ignis piscatorum si naues in periculum aliquod duxerit, quid iuris.*

8 *Ignis si dolo immittatur in alienas ædes, vel frumenti aceruum, quid iuris.*

9 *Aedium appellatione, omnes ædificij species continentur.*

10 *Ignis pœna vel alia, an contra incendiarios locum habeat.*
11 *Incendio quod in domibus vel hospitijs sine dolo fit, an dominus teneatur: si domus erat alienæ, vel de rebus alienis in domo combustis.*

VLTIMO loco superest de igne quarto elemento aliqua dicere: & de igne loquamur qui apud nos est versus: quia varijs ex causis fit, ideo eũ percurramus. Et primo de igne
1 familiari. † Nunquid sit licitum facere ignem iuxta parietem communem? dic aut per talem ignem torretur, aut damnificatur paries communis & non potest: vt est casus in l. quidam Hybetus. in prin ff. de ser ru. præ. Aut non torretur, uel non damnificatur, & potest. ut ibi à contrario sensu. & arg l. fistulam. §. fi. eod. tit. & l. si seruus seruum. §. si furnum. ff. ad l. Aquil & ex hoc not. plures conclusiones. Prima, quòd non licet facere ignem iuxta murum communem, in quo non sit caminus, si ex illo igne posset inferri damnum muro: vel quia est subtilis, vel quia sit ignis immoderatus, quod not. pro pauperculis, quę sępe ignem faciunt prope murum, quia non habent caminum. Secunda cõclusio, non licet facere caminum *a* in muro subtili, si flamma ignis nocere posit muro. Tertia conclusio, si est factus caminus in muro communi, & de voluntate vicini, non potest in eo fieri ignis talis, qui vicino nocet: quod not. contra nobiles & potentes, qui solẽt facere magnum ignem, si noceret, vel timeretur ne noceat uicino. l. si seruus seruum. §. si furnum. ff. ad l. Aquil. Quarta conclusio, si murus esset grosissimus, tamen non licet ita magnum facere ignem, ut timeatur ne flamma ascendat caminum, & inferat periculum vicino, per d § si furnum. quod not. contra facientes nuptias. Quinta conclusio, si quis habet in parte superiori domum & alter inferiori non potest superior facere ignem ita magnum, ut sit dubitandum ne solarium super quo ignis ponitur, accẽdatur, vel offendatur. l. sicuti §. Aristo. & quod ibi no. ff. si seruit. ven. quod similiter no. contra facientes nuptias, quibus hoc euenire contingit, quando coquinam faciunt in solario. Sexta & vltima conclusio, si in prędictis casibus timetur damnum, potest peti cautio damni infecti *b*: & si damnum datum est, quia paries sit exustus, potest agi actione in factum. d. l. si seruus seruum. § si furnum. ff. ad l. Aquil. & prædictis adde quæ dixi suprà in primo lib. tit. de for
2 nace. & titu de balneo & stupha. † Quid autẽ si locaui tibi domum, & conueni in locatione vt ignẽ in domo non haberes, & tamen tu ignẽ habuisti, & fortuito casu ortum est incendium, an tenearis? Dicas quòd sic: quia non debuisti contra conuentionem habere, & culpa pręcessit casum, ideo teneris etiam de casu, ut est casus not. in l. videamus § j. ff. loca. Sed si esset actum ut ignem innocẽtem haberes, tunc non teneris de casu fortuito, ut supra calus est in d.
3 § j. † Quid si inter locatorem & conductorẽ conuenitur, ne in domo fœnum aut palea poneretur, & cõductor posuit, deinde seruus igne allato succendit? Dic quòd tenetur conductor ex locato, nec liberabitur dando seruum pro noxa. quia ipse conductor causam prębuit, inferendo aliquid contra conuentionem, & ipsum idem, si quilibet extraneus ignem iniecerit ea ratione: vt est tex. not. in d. l. videamus. §. fi. cum l. sequ. quam perpetuo tene menti: quia
4 idem esset in alijs similibus casibus. † Quia ex isto igne generantur fumi, potest dubitari, an habens domum inferiorem, possit facere tam grandem fumum, ut superiori noceat. & hic est tex in l sicuti. §. Aristo. & § fin. ff. si ser. ven. de quo dic ut dixi suprà in titu. de fumo. Et quid si esset fumus qui malum odorem redderet, & vicino noceret, prohiberi posset ne talem fumum mitteret. arg. eorum quæ dixi suprà in ti.
5 præceden. † Secundo principaliter quæritur, quid de igne fornacis & furni. dic vt habetur in l. si seruus seruũ. §. si fornacarius. & § si fur-
6 num. & ibi glo. & Doc. ff. ad l. Aquil. † Tertio quæritur, quid de igne in stipulam ad paludem immisso. dic si quis immiserit huiusmodi ignẽ comburendi causa, & vberius euagetur, & progressus ignis alienam segetem, vineam, aut nemus, vel domum combusserit, requirẽdum est, an imperitia eius aut negligentia id acciderit: nam si die ventoso, culpæ reus est: nam qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur. in eodem crimine est, & qui non obseruauit, ne ignis longius procederet: at si omnia quæ oportuit obseruauit, sed subita vis venti longius ignem produxit, caret culpa. text. est not. in l. qui accidit. § j. ff. ad l. Aquil. de quo dic vt ibi
7 per gloss. & Doc. † Quarto quæritur, quid de igne piscatorum. dic piscatores prohibentur ne nocte lumine ostenso fallant nauigantes, quasi in portum aliquem delaturi, eoque modo in periculum naues, & qui in eis sunt deducant, sibique exercendam prædam darent. Et si aliter faciunt, puniri debent, ac si ipsi raperẽt ea quæ nauigio perempta essent: ut est text. in l. ne pi-
8 scatores. ff de incen. rui. & naufra. † Quinto quæritur de igne, qui aliquando dolo immittitur in ædes alienas, vel in aceruum frumenti. dic si quis ædes vel aceruum frumẽti iuxta domum positi combusserit, vinctus, verberatus, igni necari iubetur, si dolose hoc commiserit. Si vero casu, id est negligentia, aut damnum resarcire iubetur, aut si minus idoneus sit, leuius
9 castigabitur. † Et appellatione ædium omnes species ædificii continentur: vt est text in l. qui ædes. ff. de incend. rui & nauf. quæ l. locum habet etiam in eo qui combussit torcularia, secũdum Bart. qui dicit ita de facto uidisse obseruari. Et idem tenet Flor. in l si quis fumo §. j. in fin. ff. ad l. Aquil. qui dixit idem esse in eo, qui
10 combussit tentoriam pannorum. † Sed nunquid ista pœna ignis, vel alia contra incendiarios locum habeat de iure Canonico, vide tex. gloss. & Docto. in cap. magnæ. extrà de senten. excom. & ca. fi. de sepul. & ca si quis domum. de

a Caminum. Caminus ĩ muro cõi fieri non põt p sociũ altero inuito, nisi murus sit valde grossus. Angel. Fl. Pau. de Ca. ĩ l. quidã Hyb. & ibi uide Bart. ff. dẽ se. vr. p̃. & Pe. de Peru. in trac. de soci. vj. part. 4. col. in fin. sed Fl. in d. l. quidã. dicit post Bald. ibi, & Bart. ꝙ si fieret solum tubus camini ad portandum fumum, non ad ignem retinendum, potest fieri, quia murus non decoqueretur, & cessaret ratio deteriorationis.

b Cautio dam. Cautio de damno infecto præstari debet etiã per diuitem, secundum Alex. contra Pau l de Ca. in l. j. ff. qui satisd. cogan.

iniu.& dam. da.pro declaratione d.l.qui ædes. vide Bartol.in d.l.iij.ff.de offic. præfec.vigil.& Cyn:Bal.& Saly.in d.l.data opera.C.qui accuſ. non poſ.& Ange.de Aret.in ſuo tracta. maleficiorum.in gloſſ.in verſic.incendiario. in prin.

11 † Sexto & vlti.quæritur de incendio *a*, quod fit in domibus vel hoſpitiis ſine dolo,an dominus teneatur ſi domus erat aliena,vel de rebus alienis in domo combuſtis, vel pro domibus ciuis combuſtis,& etiam aliis caſibus:& quia iſta non eſt materia noſtra ſeruitu.ampla & profunda eſt : contentus ero ſolum me remittere ad ſcribentes de ea: & ideo vide in primis textum & gloſſ.& Docto.in l. ſi vendita.ff. de periculo & commodo rei venditæ. & ibi plene per Saly. & tex.& Doct.in l.iiij §.j.ff.de offic.præfec.vigi.& tex.& Doct.in l.cum duobus.§.damna.ff. pro ſocio.& l.in iudicio.C.loca. & Cyn.& Bal. & Salycet.plene,& Docto.in d.l.data opera.& per eundem Salyc. late in l. qui fortioris.C.de pignor.action. & Flor. in l.ſi quis fumo.§.j.ff. ad leg.Aquil.& pleniſſime per Angel. de Aret. in trac.malefi.in d.glo.in verſic.incendiario.& plene ac eleganter per ſolennem doctorem do. Pet. de Alas de Padua in diſputatione ſua quæ incipit,exorto incendio in vna contrata.& vide etiam tex.in l.ex conducto §.fin.& l.videamus.§.ſi ff.loca.& in toto tit.ff.de incen. rui.& naufr.& l.in eum.C.de fur . & per Cyn. in l.ad comparandas.C.manda.& per Alb.de Roſ.in l. fiſtulas.§.ſi quis fundum.ff.de contrahen.emp. & per tex.& Doct.in c.ſi. extra. de ſepul. & ca. tua nos.de ſent.excõ.& c.ſi quis domũ.de iniu. & dam.dato.& xij.q.ij.cum deuotiſſimã.& 21. q.vlt.c.ſi quis mẽb orum.& c.peſſimã.& 24.q. iij.c.q̃ſquis ꝑ domũ. vbi plene de hac materia.

a De incend. Incendium nõ imputatur habitanti qui ſit ſolitus eſſe vigil & diligens, q̃a nõ præſumitur eſſe in culpa. Bal.in conſil.quidã riſtorus. & Alex. in l.ſi quis.§.ſi. de edendo. Et Bal. in l j.C.de poſt.dicit quòd ſi frequenter é contingens, q̃a non ſit habita diligens cuſtodia, & tunc eſt culpa.ſi vero de raro contingentibus, & tunc caſus inſolitus non annumeretur culpæ.

FINIS TRACTATVS DE SERVITVTIBVS TAM VRBANORVM QVAM RVSTICORVM PRAED.

BARTHOLEMAEI CAEPOLLAE VERONENSIS I. V. DOCTOR.

TRACTATVS DE VSVCAPIONE, Pro emptore, Pro donato, Pro dote Pro suo, Pro soluto, Pro legato, Pro derelicto.



De usucapio pro emptore.

SVMMARIVM.

1 *Dominium ex usucapione acquiritur.*
2 *Continuatio rub. a remotis non est bona.*
3 *Præscriptionis appellatione uenit etiam usucapio.*
4 *Actor proprie transigere dicitur, reus autem non.*
5 *Statutum de transigente loquens, non comprahendit nisi actorem.*
6 *Vsucapio pro emptore quare dicatur.*
7 *Rubricæ pro emptore, & aliæ specialis quare factæ sint.*
8 *Vsucapionis appellatione an præscriptio ueniat, & econtra.*
9 *Præscriptio quotuplex sit.*
10 *Præscriptiones quo iure inuentæ fuerint.*
11 *Præscribens an in foro conscientiæ teneatur.*
12 *Præscribenti an per denunciationem Euangelicã denunciari possit.*
13 *Præscriptiones imperator augere & tollere potest.*
14 *Præscriptiones consuetudine mutari possunt.*
15 *Præscriptionis materiam cum ignorante mitius agitur, quàm cum ignorante ius naturale.*
16 *Præscriptiones quare temporibus limitatæ sint.*
17 *Præscriptiones quare introductæ sint.*
18 *Præscriptio nunquid in odium uel in fauorem introducta fuerit.*
19 *Vsucapio uel præscriptio an fieri dicatur illius uoluntate, cuius res est, quæ præscribitur.*
20 *Præscriptio a consuetudine in quo differat.*

IN GLOS. rubri. ibi, De iure agendi. dic supra de act. & obl. in glo. ibi, nunc defendẽdi. Ista glo. sentit quòd ex usucap. non acquiri
1 tur ius agendi, quod est falsum. † Quia ex vsucapione acquiritur dominum. l. traditionibus. supra de pac. & l. 3. ff. de vsucap. & illud dominium est directum vt not. per glo. & Docto. in aut. nisi tricennale supra de bo. mater. & in d. l. traditionibus ex quo dominio oritur ius agẽdi. l. in rem. in princ. ff. de rei ven. & l. vnica supra de alie. iud. mu. causa fa. & propter hoc ista continuatio non est bona, nisi defendendo gl. dicas secundum Saly. quòd gl. se retulit ad frequentiam facti, quę se habet vt possidentes cõuenti. opponant excep. præscrip. non possidentes ex iure præscrip. quęsito agant. facit ad hęc l. nam ad ea. ff. de leg. Et alia ratione ista conti-
2 nuatio non videtur bona, † quia fit nimium a remotis contra l. 2. ff. de stat. hom. Ideo glo. secundo continuat sic: dictum est supra de pręsc. libertatis specialiter: nec sequitur de præsc. alia
3 rum rerum. † Ex qua gl. nota quòd appellatione præscr. venit etiam vsucapio, sed improprie sicuti econtra, appella. vsucap. venit præscri. x. vel 20. annorum, vt est text. institu. de usuca. in pri. in verbo, vsucapiantur. quod no. pro statutis loquentibus specialiter de vsuca. vel præsc. Vel tertio potes sic continuare: visum est supra de his quę sunt de iure gen. id est, manumis. l. manumissiones. ff. de iusti. & iur. & l. ex hoc iure gentium. eod. ti. & insti. de iure natu. gen. & ci. §. ius autem gentium. iuncto tex. insti. de li. in prĩ. modo sequebatur videre de his quę sunt de iure ciuili, vt est de vsucap. & præscr. vt insti. de usucap. in prin. & pro ista continuatione facit tex. insti. de usu & habit. in pri. Vel quarto potest continuare clarius, secundum Cy. dictum est supra de acquisi. rerum per modos de iure gentium acquisito. vt in iuribus prealle. verũ quia ẽt per modos iuris ciuilis res acquiruntur. s. per vsuc. & præsc. ideo subiicitur ista rubrica. Vel quinto põt continuare & latius secundum Saly. hoc modo. dictum est supra qualiter dominia acquiruntur tã ex contractibus iuris gentium, quã iuris ciuilis: tam ex contractu emphyteotico, quàm ẽt ex vltimis voluntatibus: sed quia alij modi acquirendi supererant de iure ciuili, vt vsucap. & pręscrip. ideo de illis annectit. Et primo de vsucap. pro empto. quia ista frequentius accidit. Secundo de illa quæ pro transac. propter aliquam similitudinem quam habet cum emp. quod declaratur in glo. & ibi aliquid dicã. In ea. glo. ibi, Et transigenti actio
4 quam remittit. ita gloss. sentit clare, † quòd proprie actor dicitur transigere, quia est ille qui remittit actionem: reus autem non dicitur proprie transigere. & de hoc est glossam in terminis. in l. 2. supra de transac. & ratio videtur esse: quia transigere est ab agendo se retrahere, id est, recolendo raro se habere, & sic desistere. vnde reus non proprie dicitur transigere, quia

ipſe non incœperat agere, vel velle agere : ſed
largo sumpto vocabulo, etiam reus dicitur
5 tranſigere:vt no.in d.l.2.† Ex quo nota,quòd
ſtatutum loquens de tranſigente, non videtur
comprahendere niſi actorem, per iſtas gloſſ.
quia verba ſtatuti debent intelligi proprie &
ſtricte.l.3 § hæc verba.ff.de neg. geſt.& l.j.§.
his qui nauem.ff de exerci. & l. conſtitutioni-
bus ff ad muni.cum ſimilibus.sed in contrari-
um facit, quia transactio non poteſt fieri ſine
actore & reo:vt l.transactio supra de tranſac.&
hoc in gloſſ. patet.vnde cum iſta ſint correlati
ua,ſtatutum loquens de vno, extenditur ad a-
liud etiam in pœnalibus.l.j C.de cupreſſis.lib.
11.& ibi hoc vult Bartol.& l. fin. & ibi etiam
Barto.ff.de acceptila. & l.fi.& ibi Docto.ſupra
de indic.vidui. tol. & habetur per Bartol. in l.
cum emptor ff.de reſcind.vendi.& per Bald.in
l.ſi conuenerit. ff.de pac. & in aut. ſi quas rui-
nas supra de ſanc. eccle.& per Doctor.in l.ne-
mo martyres eod.titu.not.per Bald.& Saly. in
rubri.ſupra de reb.cre. & iureiur. Nec obſtat
quod dicit gloſſ.in l inuicem.ff.de reg.iur.quia
ibi eſt alia ratio diuerſitatis inter dantem & ac
cipientem : de quo plene dixi in tract. meo de
æquiparatorum argumentatione.sed ſi ſtatutũ
loqueretur de transa. non eſſet dubium, quòd
compræhenderet tam actorem quàm reum, vt
6 probatur in titu.ff.& C.de tranſac.†Extra glo.
quæro quare dicat̃ & appellat̃ vſuc.ꝑ emptore
dic ſm gl.in l.ſi is qui ꝑ emptore. §.fi ff.de u-
suc.qa usuc.ꝑ emp.denominat̃ a ti.caulato ex
parte vſucapt. & ab eius facto, quod non eſt in
aliis.nam titulus pro ſoluto cauſatur principa
liter a facto tradentis: & idem in titulo pro do
nato,vt dicit Saly.in l. venditionis. in præaile.
7 verſicul. & ibi dicam infra ea. † Secundo
quęro quare iſtæ rubricę vſque ad titul. infra
de vſucap.transformanda,ſunt factæ ſpeciales.
de iſtis titu.specialibus videlicet pro empt. &
tranſac.&c.reſpon.quia ſicut regulariter acqui
ritur dominium quando res ex aliquo titulo a
domino traditur,vt habetur in l.traditionibus
supra de pact. ita quando tractatur de vſucap.
& præſcrip. quia acquiritur a non domino, re-
quiritur titulus habilis ad translationem do-
minij,quia ſine titu.non procedit vſucapio, vt
inſtit.de vſucap.in princip. nam iſta regulari-
ter procedunt a pari:videlicet ſicut ille qui eſt
dominus tradendo cum titulo transfert domi-
nium d. l. traditionibus. ita qui non eſt domi-
nus,tradendo cum bonafide & titulo transfert
vſucapiendi conditionem.l.clauibus ff.de con-
trahen. empt.& quia tituli habiles ad transfe-
rendum dominum, & vſucapiendi conditionẽ
ſunt plures & diuerſi : ideo de ſingulus titulis
factæ fuerunt speciales rubricę & tituli seu tra
ctatus : & quia titulus emptionis eſt vulgaris
& magis in vſu,ideo incipit ab iſto,& addit de
titulo pro tranſac. quia etiam eſt ſufficiens ad
translationem dominij, & etiam ipſius domi-
nij vſucapionem. de quo titulo tranſac.loqui-
tur solum l.penul.infra eodem,aliæ vero leges
huius tituli loquuntur de vſucapione tantum
& ſic iſta rubrica habet duas partes, ſicut de
duobus titulis habilibus ad vsucapiendum, fa-
cit mentionem,& licet in ff.nouo habemus ti-
tulum generalem de vsucapione, & titulo spe
ciales : tamen in C. non habemus niſi specia-
les. Tertio quæro, quia dixi super gl. huius
7 rubricę. † ꝙ appellatione usucapionis venit
etiam præscriptio, & econtra, largo modo lo-
quendo, quotuplex ſit iſta vſucapio vel præ-
scriptio,& quæ ſit illa. Respondeo,quòd re-
peritur vsucapio, quæ proprie procedit in re-
bus mobilibus cum titulo & bonafide, vt inſti-
tutio.de vsucapio.in princip.& l.j. infra de v-
sucapio.transform. & ex iſta acquiritur domi-
8 nium directum, vt ibi nota. † Item eſt pręs-
scriptio 10. vel 20. annorum, quæ dicitur e-
tiam longi temporis, & iſta competit in rebus
immobilibus cum titulo & bona fide, & illa
quæ eſt 10.annorum, datur inter præsentes,&
illa quæ 20. inter abſentes, vt inſtitutio.de v-
sucapio.in principio. & in toto titulo. infra de
præscriptio. longi temporis, 10. vel 20.anno-
rũ. & ex ea acquiritur dominiũ utile: vt not.
gloſſam, & Doctor. in aut. niſi tricennale su-
pra de bonis mate.& in l. fina. in fin. supra de
edi di.Adria.tol.& de iſtis tantum loquitur ti-
tulus generalis.ff.de vsucap.adde tamen quòd
vbi gloſſam, facit mentionem de vtili domi-
nio,debet intelligi de quaſi dominio,quod ac-
quiritur ante pręscriptionem completam, vt
nota. Ange.in l.ſi minor.§.ſi seruus.poſt me-
dium.ff.de empt. de quo quaſi dominio habe-
tur per text. gloſſam, & Doctor, inſtitutio.de
actio.in §.sed iſta:& in toto titu.ff. de publi.
Item eſt pręscriptio 30. vel. 40. annorum, &
iſta eſt longiſſimi temporis, quę currit ſine ti-
tulo & bonafide de iure ciuili. vt in l. ſi quis
emptionis titulo infra de præscript. 30 anno-
rum. & de iſta non loquitur ille titulus gene-
ralis, nec aliqua lex fforum, quia non fuit in-
uenta illo iure fforum:nec iure C.antiquo sed
per leges nouas, vt infra de præscript. 30. vel
40.annorum: vt nota.gloſſam, in l. qui cadit.
ff. ad l. Aquil. & in l. Iulia. ex quibus cau.ma-
io.& in aut.vt eccleſia Romana. §. j. in verbo
antiqua.colum.2.& gloſſam,magna inſtitutio.
de perpe. & tempora. præscript. in princip. in
l.Pomponius. §. cum quis.in uerbo, uitiis. &
do Ludo.de Ro.ff.de acquiren.pos. iſta tamen
gloſſam, solet allegari in contrarium, ut ibi
per eam.ff.de acquiren.poſſes.& eſt text.& ibi
Bald.in cap.uigilanti.extra de præscrip.& hoc
uult Bart.in l.prætor. in §. qui interdictum. ff.
de not.ope.num.& in l.in omnibus.ff.de actio.
& obl.& Raph. in l. ſi curatoris supra de iure
delib.& Ludo. de Ro.in d.§. hoc interdictum.
& Pau.de Caſt.hic.& uide text.in d.c.uigilan-
ti.qui ita dicit, Efeſinus enim l. lector solum
propter uitandum miserorum segniciem,& lõ
gi temporis errorem,& confuſionem, primus
tricennali,uel quadrigenali præ scriptioni ui
gorem l.impoſuit.& licet ibi gl.in uerbo Efeſi
nus

nus dicat,ſi imperator forſitan fuit vel iuris pe-
ritus,qui hanc l.primus edidit : tamen hoc non
eſt verum, inquantum loquitur de iuris perito,
& ſentit quòd fuit tempore florum.ſed inquan-
tum dicit ꝙfuit imperator: tamē dicit per præ-
dicta,ſed fuit imperator Græcus, ſecundum Io-
an.Andr.ibi,& Doct. & iſta præſcriptio quæ di-
citur longisſimi temporis, non appellatur vſu-
capio,quia nullum per eam dominium acquiri-
tur proprie loquendo : ſed exceptio tantum : &
procedit non ſolum in actis realibus , ſed etiam
perſonalibus perpetuis : perſonales enim quæ
ſunt perpetuæ originaliter,& in progreſſu, non
tollebantur tempore.l.obligationum fere.§.pla
cet.ff.de action.& obligationibus. ſed leges no-
uæ non perdiderunt originalem. nam quia ſem
per durant in ſubſtantia: non obſtante lapſu tē-
poris : ſed perdunt effectum : quia vſuca . exce-
ptio,& licet non acquiratur dominium, tamen
acquiritur effectus dominii. qui cauſatur ex ex-
ceptione.& iſto modo intelligi poteſt gloſſa in
l.traditionibus.ſupra de pact.& glo. fin in l.in-
ter officium.ff de rei vend.& glo.in aut. niſi tri
cēnale ſupra de bo.mat.& gloſſ.inſtit.de vſuca.
in prin.in verb . rerum. quæ loquuntur de effe-
ctu dominii qui acquiritur ex præſcrip. & quod
not.Bal.in l j.ad fi. primæ col. ſupra de vſufru-
ctu.& in l.ſi duo patroni.§.j.ff.de iureiuran.ſed
per vſucapionem perdit dominus directum do-
minium:& transfertur de domino in vſucapien
tem per præſcriptionem longi temporis : non
perditur dominium directum , ſed transfertur
vtile dominium in præſcribentem:ut not.in au
ten.niſi tricennale ſecundum Paul.hic in fin.de
quo vide gloſſ.xvj.q.j.vnde dum dixit Bald.in
præludiis feu.in xiiij.col. quòd per præſcriptio
nem longi & longisſimi temporis dominium di
rectum non vſurpatur,ſed quædam qualitas do
minii in omne probatur , quæ appellatur vtile
dominium: verum dixit contra præſcript.longi
temporis : ſed non longisſimi , & ideo ille qui
pręſcribit dominium rei alterius, dicitur prio
ris domini dominium occidere , ſicut ille qui
pręſcribit libertatem,dicitur occidere ſeruitu-
tem,ut notat glo.fin.in l.ſi ędes.§.fina. ff.de ſer
uitu.vrbanor.prędior.& ibi Paul. de Caſt.dicit
quòd illa gloſſ.ſemper allegatur ad hoc . ſed tu
dic , quòd eſt alia ſimilis,in l.iij.§. ex pluribus.
ff.de acquirend.poſſeſ.in verbo ,occidere in fi.
10 † Quarto quęro quo iura fuerunt inuentę
pręſcriptiones.dic tam de iure cano. quàm ciui
li,vt probatur in iſto tit.cum ſeq. coniuncto ti.
extra de pręſcrip.& in c.1.de pręſcript.libr.vi.
& xvi.q.v.quicunque.& xiij.q.ij.in princ.cum
ſimilibus . non autem fuerunt inuentę de iure
naturali . nam de inre naturali ideo non fuerūt
pręſcrip.inductę,quia de iure naturali iniquum
eſt aliquem locupletari cum aliena iactura , ut
ff.de condi.inde.l. nam hoc natura . & extra de
pœnis.c.ſuam.& ideo inuenta eſt pręſcriptio ne
dominia rerum ſint in incerto, vt l.j ff.de vſuc.
vt no glo.j.xvj q.iij.quicunque. vnde videtur
non bene dixiſſe Bal.in præludiis feu.in vij.col.
verſi.dixi tertio. vbi dicit quòd præſcriptiones
ſunt de iure gentium, & propterea cum pręſcri
ptiones fuerunt innentę tantum de iure ciuili
& canonico.ut d.c.vigilanti. & dixi in quęſtio-
ne pręcedenti , & non de iure naturali vel gen-
tium,dicuntur eſſe de iure poſitiuo, ſeu de ma-
teria poſitiua ſecundum Bald. in l.qui fidem.ff.
de tranſact.vel ſunt de iuſtitia poſitiua, ut not.
Bal in l.j.§ j.de poſtu.& maxime iſtud eſt verū
reſpectu temporis, ut eſt glo.not. in d.l.1.§.ſe-
xum.in verbo,ratus,ſed ex hoc,quia pręſcriptio
nes ſunt de iure poſitiuo,poteſt inferri ad mul-
11 ta. † Primo quòd pręſcribens non tenetur etiā
in foro conſcientiæ reſtituere illud quod pręſcripſit
etiam ex cauſa lucratiua,ut no.per Fed.
de Senis in conſil. ſuo. 21. quod incipit, hęres
extraneus.& per Ioan. An.in c.poſſeſſor.de re-
gu.iur.in vi.& per Inno.& Doc.in c.vigilanti.
& in c.fi.extra de pręſcrip.& Ioan. An.in c.fin.
de excep.& late per Anto.de But.in c.quia ple-
rique.in iij.col.ad fin.ver. ex prędictis patet ꝙ
in quęſitis.extra de immu.eccl. & plene ꝑ Bal.
in aut.ad hęc.C.de vſu . & in l.qui fidem. ff.de
tranſact.& in c.ſi quis per xxx.annos. in titu.ſi
de feud fuerit controuer. & in c.1. circa fin.in
tit. de contentione inter dominum & fidelem.
in vſi.feud. & per Bal. in extrauagan. ad repri-
men.in gloſſ.in verbo , denunciationem. in iij.
colum.ver.ſed quid de obligatione quę tollitur
pręſcri.& per eundem in l.omnes populi.in iij.
q.prin.ver.ecce alia dicit.ff.de iuſti.& iur.& ibi
per Doctor.& per Bar.Ange.& Imo in l.ſequi-
tur.§.ſi viam.ff.de vſucap. & per Ang. plene in
repeti.l.j.ſupra de iudi.& vide quod not. Paul.
de Caſt.in l.ſi pœnę.ff.de condi.inde.& habetur
per Bal.in l.cum quis in x. quęſt. in fi.ver poſt
hęc ſciatis.ſupra de iur. & fac. ig. vbi plene di-
ſputat, an ius poſitiuum obliget in foro conſciē
tię.& pleniſſime habetur per Rapha.Cu.in qua
dam ſua diſputat. quę incipit , ſtatuto ciuitatis
12 Vicentię ſuppoſito . † Sed nunquid poſſit pręſcribenti
denunciari per denunciationem Euā-
gelicam? vide Bartol.in d.gloſſ.in verbo, denū
ciationem.& Bald.in d.l.qui fidem.& Rapha.in
d.ſua diſput.& habetur in locis pręalleg.& per
Ant.de But.& Canon.in c.nouit. extra de iudi.
13 † Secundo ex hoc ſequitur,quòd Papa vel Im-
perator in foro ſuo poteſt augere vel minuere
aut funditus tollere pręſcriptiones: & Impera-
tor poteſt diſponere contra ius ciuile poſitiuū,
vt not.Iaco.de Aluar. ſecundum Andr.de Iſer.
in c.1.in prin.in ſecunda colum. in titu.de feu.
marchię . ubi omnino vide . & princeps poteſt
etiam funditus tollere ius poſitiuum. c.propo-
ſuit.de conceſ.pręhend.& not.gloſſ. in clem.in
verbo,fortis.de immu. eccle. & idem not.Bald.
in l.2.in 18.quęſt. ſupra de ſeruit.& aqua.intan-
tum quòd in his quę ſunt de iure poſitiuo , in
Papa ſufficit voluntas pro cauſa , nec eſt opus
eam exprimere,ut not.Specul. in titul.de lega-
to §.nunc breuiter.ver.& nota quòd imo plus.
nullum eſt ius poſitiuum , quod conſuetudine
mutari non poſſit,ut l.de quibus.§ fi. ff.de leg.

vt dicit Bal.c.j.§.præterea.el j.post princ. in ti.
14 de prohi.feu.alie.per Fede.& ex hoc. † Tertio
sequitur,quòd pręscrip.possunt mutari consue-
15 tudine vel statuto. † Quarto etiam ex his sequi
tur quòd mitius agitur cum ignorante mate-
riam præscr pt. quàm iuris naturalis . hoc facit
gloss.not.in l.venia.supra de in ius voc.cum ibi
notatis , quia mitius agitur cum ignorante ius
positiuum quàm ius naturale, vt dicit glos.not.
in c.cum illorum . in verbo iuris peritia . extrà
de sent.excommu.intantum quòd male intelli-
gere canones qui sunt de iure positiuo, non es-
set peccatum mortale,ut not. Innocen.in c.per
tuas.el.ij.circa fin.extrà de simo. & Bal. in l.ab
eo.in iij.colú.infra quomodo & quando iudex.
dicens quòd errare in subtilitatibus rerum,non
est peccatum mortale.facit quod not. gloss.no.
insti.de obl.quæ ex quasi contra. in princ.& de
iure positiuo vide aliqua per Abba. Sicul.in ca.
quia plerique.extrà de immu. eccle. & per In-
nocent.in cap.nisi cum pridem.de renun.& per
gloss.in verbo,mala sunt. in ca.& si Christus de
iureiurand.& per glo.in verbo,profectis.in cle.
j.de immu.eccle. & per Archid. xvij.quæst.iiij.
omnes.& per Hostien.in c.clericis. in iiij.colú.
16 ne cle.vel mona. † Quinto quæro, quare istæ
præscript.sunt limitatæ tempore triennij. x.vel
xx.vel xxx.vel xl.vel etiam c.annorum , vt ha-
betur in auten.quas actiones suprà de sac.sanct.
eccle.Respon.quia sic placuit ll. & cano.condi-
toribus . & in istis quæ sunt de positiua iustitia
in limitatione temporis,ut in vsucap.& præscr.
quare tanto tẽpore,non minori,vel maiori sunt
inductæ,non potest reddi alia ratio , nisi prædi-
cta,quia ita placuit conditoribus,ut dixit gloss.
not.in l.j.§.sexum. in verbo , ratus.ff.de postu.
idem not.glo.in c.j.in verbo,possideat.in titul.
si de inuesti.inter do.& vasal.lis oriatur. & glo.
in cle.nolentes.in verbo,quadragesimum de hę
reticis. quæ dicit quòd hoc est de arbitrariis in
quibus non cogimur reddere rationem , iuxta
no in c.si quando.de rescrip.& idem not. gloss.
in c.cum in multis.in verbo,quatuor. de rescr.
in vi.& idem not.Bal.in conclusionibus feu.cir
ca fi.qui dicit quòd de taxatis temporum nulla
ratio reddi potest, nisi quòd ita placuit legisla-
17 tori,per gl.in d.c.j. † Sexto quæro, quare præ-
scrip.sunt introductæ,dic non in pœna, sed pro-
pter libertatem subditorum, ne de iure suo sem
per dubitent.ita eleganter dixit gl.in autent.de
temporibus non solutæ dotis.§.j.in verbo,dili-
gentia.secundum Bald in c. si quis per xxx.an-
nos.in tit.si de feud.fue.contro.hic est text.in-
stit.de vsucap.in prin. & in c. vigilanti.de præ-
scripti . Item etiam sunt inuentæ præscript.ne
pereant probationes,& propter præscriptionẽ,
quæ est pro præscribente,ut dicit Rapha. Cu in
sua disput.quæ incipit , statuto ciuitatis Vicen-
tiæ.in præalleg.colum. qui ita notabiliter dicit,
quamuis iura loquentia de præscrip. xxx.anno-
rum videantur in negligentia se fundare,vt di-
xi in iij.quæstio.non tamen puto negligentiam
solam fuisse causam, sed etiam præsumptionem
solutionis fuisse causam in personalibus, & in
realibus præsumptionem tituli & acquisitio-
nes, quorum probationes ex tempore depe-
reunt hoc notabiliter probatur in autent . hæc
constitutio innouat.colla.vij.vbi Imperator re
ducens præscriptionem cap.annorum ad annos
xl.mouetur , quia per spatium tanti temporis
pereunt probationes,& sic non ratione negligẽ
tiæ,sed præsumptionis.hæc eadem fuit causa in-
ducendæ vsucapionis, ne probationes deficiãt,
vt ff.de vsucap.l.j.& lites tollantur.l. fin. ff.pro
18 suo. † Septima quæstio,an præscript.sit intro-
ducta in odium vel in fauorem. dic quædam est
mere fauorabilis, ut vsucapio triennii , quia est
introducta mere in fauorem vsu capientis,ne do
minia rerum sint in incerto,ut instit.de vsucap.
in princip.Quædam est mere odiosa introducta
principaliter in odium negligentis , ut est præ-
scriptio xxx.vel xl.annorum, ut habetur in l fi.
supra de edi.diui.Adria.tol.& est text.in l.fin.in
fi.infra de anna.except.& in c.nauiganti. extrà
de præscrip.& est tex.ad literam , xvj.q.iij.pla-
cuit.in §.post.versic. præscriptionum. ubi dici-
tur , præscriptionum aliæ sunt introductæ odio
non petentis,& fauore possidentis,aliæ tantum
odio petentis. Quædam est partim fauorabilis
in fauorem vsucapientis , partim odiosa in odiũ
negligentis,vt præscriptio x. vel xx.annorum,
vt l.more litis.suprà de rei vendic. & d.§.post .
& not.Bartol.& Doctor.in l.fin. in princip.ff.de
eo per quem factum erit.& per Paul. de Cast.in
d.l more litis.de quo dic ut plene dicam in l.si-
cut.in fi.infrà de præscripti.xxx.annorum.& in
19 rubri.in iij.quæstio. † Octauo quæro,an vsuca
pio vel præscriptio dicatur fieri ex voluntate il
lius,cuius res est,quæ præscribitur.dic quòd sic
& vide gloss not.in l.si ego. in gloss. fin.in fi.ff.
de negoc.gest.& hoc vult etiam Bartol.in l.qui
autem.in princip.ff de his quæ in frau.cred.qui
dicit,quòd si patior te præscribere, videor in te
transferre,quia præscriptio est quædam aliena-
tio.l.alienationis verbo.in fin. ff.de verborum
significat & gloss ordin.in l.iuris ignorantia.in
gloss.magna post medium,ibi, sed in his videor
velle.ff.de iur.& fac.igno. sed in contrarium vi
detur esse glo.notabilis in l.prima, in verbo,a-
ctionem.ff. de dolo . quæ dicit quòd in pręscri-
ptionibus voluntas eius,contra quem præscribi
tur,non inest, ex quo potest præscribi etiam cõ
tra ignorantem l.fi.in fi infra.de præscript.lon-
gi temporis.& l.sicut. infra de pręscriptio.xxx.
annorum. & ita vult Bald. sequendo gloss.in d.
§.fi.in præludiis feudor.in viij. col. versic.dixi
tertio . Sed potest dici quòd vbi præscribitur
contra scientem & negligentem,tunc pręscribi
tur ex tacita seu pręsumpta eius voluntate . &
ita procedat prima opi. sed si pręscribitur con-
tra ignorantem,secus:maxime quando ignoran
tia fuisset iusta , & ita procedat secunda opin.
20 † Nono quæro,quę sit differentia inter pręscri
ptionem & consuetudinem . dic vt per Specul.
in titu.de præscript.§.j. versi. sed quæ est diffe-
rentia. & per Bar.in l.de quibus. in j.q. princi-
pali,

pali,ad fin.ff.de legibus.& in suo consilio quod incipit,capitaneus patrimonij.& per Cy.Bartolum & Baldum in l. 2.infra quæ sit longa consue.& per Bal.in d.l.de quibus.in 2.colu. & ibi per Ang.& Docto.& per Bald.in auten.quas actiones.in præalle.colum.supra de sacrosanc.eccle.& in l.si quis ad declinandam.in 9. colu. supra de epis.& cleri.& in l.j.ad fin. supra de seruit.& in l.fi.in 15.oppo. supra de edict.diui Adria.tollend.& per gloss.& Docto.in c.fi.extra de consue.& per Innoc. in c.dilecto.de offi.archi.& in c.cum ecclesia.de causa posses.& proprieta.& per Io.And.in c.non est de consue.in
21 6.& per Oldra.in consi.244.in 4.colum.† Decimo & vltimo quæro quid sit usucapio & pręscriptio?& de hac materia vide gl.magnam 16. q.j.in summa.cætera in materia præscrip.videbitis in locis suis.

S V M M A R I V M.

1 *Rem suam non usucaptam dominus a quocunque uendicare potest, maxime quando furtiua est.*
2 *Bestias captas a gentibus armorum & emptas, an emptor domino restituere teneatur.*
3 *Res alienas qui emerit, puta animalia uel res deprædatas in bello vel furto subtractas, an in foro conscientiæ restituere teneatur.*
4 *Emens res fortiuas, si illas pro eodem precio uendiderit, an ad precium conueniri poterit, sicut ad rem conueniri potuisset, si eam poßideret, precio non restituto.*
5 *Furtum cui factum fuit, si erat bonæfidei possessor, an contra rei poßessorem aliquod auxilium habeat.*
6 *Furtum an & quomodo committatur si res aliena uendatur.*
7 *Furtiuam rem custodiendam qui receperit, an & quomodo furtum committat.*
8 *Furti an teneatur, qui seruum alienum susceperit, & dominus prohibuerit.*
9 *Res furtiua usucapi non potest.*
10 *Res furtiua longissimo tempore scilicet 30.annorum an præscribi ualeat.*
11 *Furtum in re immobili non committitur.*
12 *Venditio rei alienæ in domini præiudicium an licita sit.*
13 *Emens uel uendens rem alienam scienter furtum committit, secus si ignoranter.*
14 *Fraus contra ementem rem alienam, an & quomodo præsumatur.*
15 *Furtum non fit ex sola venditione sine traditione.*
16 *Furtum an committatur si emptorem uenditor passus est rem uenditam accipere, uel apud emptorem esse reliquerit.*

MANCIPIA. Si res aliena mobilis venditur scienter, efficitur furtiua, & non usucapitur, & ideo vendicari potest.h d.Diuiditur in duas partes, sicuti continet duo dicta. Secunda ibi, nec enim usucapi. In text.ibi, Distracta. expone, id est vendita vt infra de distract. pig. per totum. In tex.ibi, Vendendi ius non habuit dic ut quia sciebat mancipia non esse sua, sed tua, & sic vendendo & tradendo, & per consequens & contrectando præter tuam voluntatẽ, commiserat furtum, & per consequens nõ habebat potestatem vendendi, vt l.si in emptione §.item si emptor.ff.de contrahen.emptor.quia res furtiua est effecta vitio furti, vt in §.furtiua.instit de vsucap.secundũ Pau.de Ca.qui dicit idẽ etiã in rebus immobilibus possessis per vim seu violentiam expulsiuam, vel ablatiuã.
1 † Nota primo ꝙ dominus potest rem suam
non usucaptam vendicare a quocunque, maxi-
me quando est fortiua, vt hic.& idẽ quando nõ
esset furtiua: vt l.inciuilem.C. de fur.& precio
non restituto emptori, vt ibi. quod fal.in uno
casu singulari, quando emptor ẽt sciens nõ esse
furtiuam vel vi raptã fuerit protestatus, quòd
emit eam nomine eius cuius est, & est paratus
ei restituere, precio tamen sibi restituto, vt e-
leganter not.Host.in summa de pœniten.§.fin.
versic.quid si.ex quo not.tu cautelam, quando
vis emere aliquam rem amici tui subtractã, vt
eam licite possis emere pro modico precio cũ
prædicta protestatione.& vide ad hoc quod no.
Bald.in l.j.ff.de negoc. gest. de quo etiam dixi
in cautelis meis cautela 25.Item fallit quando
quis emit rem captam a latrunculis vel ab ho-
stibus: quia tunc potest precium quod soluit, re
cuperare a domino, & sic non tenetur rem do-
mino restituere, nisi restituto sibi precio.casus
2 est no.in l.mulier.inops.ff.de capti.† Quid au-
tem de bestiis captis a gentibus armorũ & em
ptis, an emens teneatur domino restituere pre
cio sibi non restituto? vide l.cum vero.j.de ca.
& l.sicut.eo.tit.& ibi Bal. qui dicit quòd si ali-
qua res fuisset redempta ab hostibus, oportet
te redimere a redimentibus quod facit pro gẽ-
tibus armorum, qui redimunt asinos, qui non
possent aliter recuperari nisi redimantur ab
3 eis.† Sed an ille qui emit res alienas, puta ani-
malia vel res deprædatas in bello, vel furto
subtractas, teneatur restituere in foro consciẽ-
tiæ, vide plene per Pet.de Ancha.in regula, pec
catum.de reg.iur.in 6.in 23.colum.versicu.se-
cundo quæro istud capitulum loquitur. & ibi
vide tres similes quæstiones in tribus colum.
4 seq.† Sed quid si emens res furtiuas illas uen-
didit pro eodem precio, an poterit conueniri
ad precium, sicut potuisset ad rem conueniri,
si eã possideret non restituto precio? vt l.si ciui
lem.C.de furtis.collige ex his quæ dixit Paul.
de Ca.in l.si cum seruum.in 2.col.in prin.in 4.
q.ff.si cer.peta.qui vult quòd si quis habet cau
sam onerosam, & pro quanto emit, pro tanto
vendidit, & fuit in bonafide, & res est perem-
pta in subsidium, non põt a domino conueniri
ad precium, quia tunc cessat æquitas dictæ l. si
cum seruum. quia tunc non videtur locupleta-
ri cum iactura alterius. l. ciuitatibus. in fine.

de legatis primo. ideo ſtaremus regulæ, quæ ẽ,
quòd precium non ſuccedit loco rei in particu
laribus. l. ſi rem & precium ff. de peti. hæredi. &
l. venditor ex hereditate. ff. de hęredit. vel actio
vend. & l. Labeo & Sabinus. § item ſi dominus.
ff. de verborum ſignificatio. ſed ſi pluris uendi
diſſet quã emiſſet, bene teneretur ad illud plus,
quia in eo pluri haberet cauſam lucratiuam, &
ſub eſſet æquitas prædicta. quod forte non pro-
cederet, quando res non valuiſſet, niſi precio
quo prius empta fuit, & illud plus precij, quo
ſecundo vendita fuit res, procedit ex induſtria
vendentis arg. l. 3. ff. ad l. Falcid. ſed ſi venditor
fuiſſet in dolo vel culpa, quia ſciebat rem nõ eſ
ſe ſuam, ſed alterius non vendentis, vel ſi igno-
rabat, lis tamen erat ſibi mota, tunc bene tene-
retur venditor ad totius precij restitutionem.
l. Iuli. ſcribit ſe hominem. ſecundum vnum in-
tellectum ff. de rei vendi. idem ſi non fuit in do
lo nec in culpa. quia credebat rem eſſe ſuam, &
lis nõ erat mota, & res fuit interempta per em
ptorẽ qui habuit cauſam a venditore, quia eius
factum reputatur factum venditoris nam tunc
dominus poſſet agere contra venditorem ad p̃
cium perceptum, dummodo dominus cedat a-
ctionem legis Aquiliæ venditori contra em-
ptorem, ratione damni, quod habet venditor, p
quam poterit ab illo emptore damnum ſuum
conſequi, ita quòd ex bona fide ſua non rema-
nebit in damno, vt d. l. Iul. ſecundum alium in-
tellectum. ſed ſi ille emptor qui occidit, non eſ
ſet ſoluendo, vel ſi eſſet ſoluendo, occidit eum
cum iuſta cauſa. iuxta l. ſi ſeruum. in prin. cum
ibi not. ff. de verbo. oblig. non poſſet agere cõ-
tra uenditorem, & venditor non eſt locuple-
tior, quod bene not. quia Doct. non tangunt in
caſu quæſtionis noſtrę. Et quod ſupra dixi, ꝙ
emptor tenetur reſtituere rem non reſtituto ſi
bi precio, limita, niſi illud precium fuiſſet con-
uerſum in vtilitatem domini, vt eſt caſus in l.
emptor. ff. de rei uen. & in l. j infra ſi vẽdito pi-
gn. ag. & no gl. in l. 2. ſupra quod metus cauſa.
Secundo limita quando preciũ fuiſſet iam reſti
tutum per dominum emptori, quia tunc ampli
us repeti non poſſet, per text. ſing. in l. ſeruus
cuiuſdam. ff. de con. & demon. & ibi per Doct.
5 Tertio limita, vt p Bal. in l. 2. ff. de ne. ge. † Poſ-
ſet dubitari circa prædicta, quid ſi is cui furtũ
factum fuit, erat bonæfidei poſſeſſor, an habeat
cõtra poſſeſſorem rei aliquod auxiliũ? vide glo.
& Do in l. inciuilem. C. de fur. & gl. in l. manife
ſtiſſimi. §. sed cum in ſecunda. in verbo, furtiuã
quæ incipit, ſed qua addition. quæ melior dicit.
& ibi per Do. eo. ti. & vide gl. & Do. in l & ideo
§. j. ff. de cond. furti. † Not. ſecũdo ꝙ ſi uendi-
tur res aliena ſcienter, committitur furtũ. quod
intellige quando interuenit traditio, & ſic con
tradictio, vt dicitur gl. fin. ſed hoc intellige quã
do fit venditio, quia committitur furtum per
venditorem, ut l. ſi ſeruum. & l. alienum. & ibi
no. C. de furtis. & l ſi ſciens infra. eo. & l. 2. infra
pro donato. cum ſim. Idem in emptore qui ſci
uit rem eſſet furtiuam, quia committit furtũ,
& tenetur pœna furti, vt l. ancillæ. in fin C. de
fur. & l. ſi liberam. in fi. C. quod cum eo. Idem
quando vterque ſciuit, ſcilicet venditor & em-
ptor, ꝙ res erat aliena, quia tũc cõmittitur fur-
tũ, & non valet contractus, vt l. ſi in emptorem
§. itẽ ſi emptor. & ibi no ff. de contrahen. emp.
& no. Bald. in rub. ſupra de contrahẽ. emp. in. 5.
quæſt. & Bar. & Do. & alij in l. cum vir prædiũ
ff. de vſucap. Idem non ſolum emptor & uendi
tor, quaudo ſit venditio rei alienæ ſcienter cõ-
mittitur furtum, ſed etiam cõmittitur plagiũ:
vt l. ſi quis infra ad legem. Falci. de plag. vt no.
gl. in l. alienum. C. de furtis. Item ille qui ſuſci
pit ſcienter rẽ furtiuam cuſtodiendam, incidit
in pœnam furti, vt eſt tex. cum glo. in verbo, ſu
ſceperunt. inſti. de pub. iudi. §. item lex Iulia pe
culatus. & eſt tex. in l. eos. C. de furtis. & per il
lam legem dicit ibi Bald. & Flor. quòd vidit ſe-
mel ſuſpẽdi quandam mulierem: & idem dicũt
in fœneratoribus qui ſcienter accipiunt pigno
ri res furtiuas, vt ff. de condi. & demõ. l. ſi ſer-
uus cuiuſdam. & idem tenent Saly & Rapha. in
d. l. eos. in fin. ſecus ſi suscepiſſet, & rem domi-
no reſeruaret, vt l. j. §. j. ff. de furtis. ſecundum
Raph. in d. l eos. pro quo facit quod dixi ſupra
7 in præcedenti notabili in prin.] Et ſic not. ex
prædictis, quòd ille qui recepit rem furtiuam
cuſtodiendam, committit furtum. quod intelli
ge etiam ſi delictum videatur fuiſſe conſumma
tum per furem, quia fur ſemper contrectat &
ſemper furatur tradendo alteri. l. inficiando. §.
infans. ff. de fur. Ideo recipiendo furem cum re
dat opem furto, quia illo tempore cum furem
recipit, ſi furtũ, ſecus ſi eſſemus in alio delicto
vere conſummato, quia tunc dans opem ad eua
dendũ delinquentem, non videtur dare opem
maleficio iam facto. l. in furti. §. ope. ff. de fur-
tis. & ibi per Bar. & ita ſingulariter no. Bart. in
l. furtum. ff. de furtis. de quo vide per Ange. de
Are. in ſuo tract. maleſi. in glo. in verſi. veſtem
cœleſtinam abſtulit. in verſi. quid ſi rem furatã
cum gl. ſeq. in verbo, dicto maleficio ſemper a-
ſtitit. in verſi. & aduerte ad id quod not. Barto.
8 vbi omnino vide. † Sed ſi aliquis ſuſcepit ser-
uum alienum, & dominus vetuit, an tenea-
tur furti? dic ſi hoc fecit animo celãdi, & cela-
uit, furtũ cõmittit: ſi nõ celãdi, & nõ celauit, nõ
eſt fur, vt eſt caſus in l. qui uas. §. qui volũtate.
ff. de furti. Et inquãtũ dixi ꝙ emẽs rẽ alienã ſci
enter cõmittit furtũ, intellige verũ eſſe, etiam
ſi ignoret cuius res ſit: & idem quando quis ſi
ne titulo accepit rem alienã, & ignorat cuius
ſit, quia furtum cõmittit, ſi eam accepit animo
lucrandi, & tenetur furti, vt l. cum quærebatur
infra. unde vi. ſecus ſi non habuiſſet animo lu-
crandi, vt ff. de furtis. l. vulgaris. §. ſi quis. & §.
idẽ Iul. ſecundũ Ang. in d. l. cum quærebatur.
& ideo secundum eum ibi ſufficit, quòd in in-
quiſitione ponatur quòd talis ſubtraxit porcũ
contra voluntatem domini porci, nec eſt neceſ
ſe ꝙ exprimatur nomen domini. & dicit ꝙ ita
vidit semel practicari Peruſij in inquiſitio-
10 ne plurium latronum seu furum. † No-
ta

ta tertio quòd res furtiua non potest vsucapi,
concordat instit. de vsucap. §. furtiuæ. & l sequi
tur. § quod autem. ff. de vsucap. quod intellige
verum esse quãdo ab initio res erat furtiua, vel
effecta furtiua. Sec⁹ si vsucapione inchoata res
apud vsucapiẽtem efficeretur furtiua, quia tũc
bene procedet vsucapio, nec interrumpetur, vt
est gl. not. in l. vnica. infra de vsucap. transfor.
in verbo, scientia. in fin. quod est notatu dignũ
secundum Angel. ibi. & idem not. gloss. & An-
gel. in dicta l. sequitur. §. si rem pignori. qui
vult quòd vsucapio non incœpta non inter-
rumpitur, licet incidat in vitium furti: & pa-
tet hoc: & hoc intellige esse verum, quando nõ
interuertitur possessio ipsi possessori. & ita de-
bet intelligi dictus §. si rem pignori. sed vbi fo
ret interuersio possessionis, tunc vsucapio inter
rumperetur propter interuersionem, non pro-
pter furtum, secundum Ange. in d. § si rem pi-
gnori. qui dicit istum esse verum intellectum il
lius. §. Item hoc quod dixi, limita: quia non ha
bet locum in partu ancillæ furtiuæ: quia si vsu-
capione de eo pendente intelligatur furtiua, &
per hoc efficiatur partus furtiuus, interrumpi-
tur vsucapio, secundum Ang. in d. l. vnica. infra
de vsucapio. transfor. qui dicit idem esse in fru
ctu vaccæ fortiuæ, nisi ille qui vsucapiebat, de-
nunciauerit domino, aut denunciare impedi-
tus fuerit, vt l. si ancillam. ff. pro suo. quę nõ est
alibi secundum Ange. Item limita quando res
furtiua redit in potestatẽ domini, & postea be-
ne poterit vsucapi, vt est text. insti. de vsuca. §.
10 quod autem. & ibi no. † Sed nunquid res fur-
tiua possit præscribi saltem longissimo tempo-
re, scilicet 30. annorum? dic quòd sic: vt est tex.
in l. j. § j. infra de anna. excep. & ibi dicam. &
idem not. gl. fi. in fi. in l. sunt. infra de præscrip.
30. annorum. & probatur in l. cum quęrebatur.
ibi, 30. annorum excesserant curricula. infra vn
de vi. & probatur secundum Ang. ibi, quòd præ
do. & qui prædonis loco habet, pręscribit per
spatium 30. annorum contra & aduersus omnẽ
actionem contra eum competentẽ ratione præ
de, vt habetur etiam insti. de vsucap. §. quod au
tem. habentes autem causam a prædone vero,
vel quasi, vsucapiunt longo tempore, si fuerat
bonę fidei. & hoc videtur etiã de iure antiquo,
vt in d. §. quæ autem. el ij. hodie vero malæfi-
dei possessor vllo tempore non præscribit, vt in
c. possessor. de reg. iur. in 6. & in fi. extra de præ
scrip. & habens causam ab eo, nõ præscribit mi
nori tempore 30 annorum, vt in aute. malæfi-
dei infra de præscr longi tẽporis. & ibi de hoc
11 plene dicam. † In gl. ij. in verbo, Illicitam. ibi,
prout in re immobili loquitur. Not. ex ista gl.
quòd furtum non committitur in re immobi-
li: vt in §. quæ autem. instit. de vsuca. quia non
potest contractari. iuxta l. j. ff. de furtis. & insti.
de obliga. quæ ex deli. nascun. in princ. & sic in
re immobili non cadit vsucapio, vt habetur per
gl in l. j. in verbo, præscriptionem. supra de ser-
uis fug. & ibi per Doct. sed in certa bene potest
procedere vsucapio, quando est separata a solo:
vt l. si certa. ff. de furtis. & not. gl. in d. l. j. in ver
bo, præscriptionem. idem videtur dicendum in
fructibus, quia licet sint pars fundi, quãdo sunt
in solo pendentes. vt l. fructus pendentes. ff. de
rei vendi. tamen quando sunt separati a solo, di
cuntur res mobiles vt ibi no. & sic in eis potest
cadere furtum. vt vult Lud. de Ro. in consi. suo
143. quod incipit, In Christi nomine amen, in-
quisitio. qui dicit notabiliter quòd inquisitio
non intelligatur esse facta de furto, quando di-
catur quòd quis acceperit ꝑ vim fructus: quia
oportet quòd dicatur ipsum accepisse animo
lucrandi. iuxta l. j. ff. de furtis. de quo dic vt ibi
per eum: quæ no. pro contendentibus de posses
sione, & accipientibus per vim fructus: vt non
teneantur de furto, quando acceperunt animo
12 standi in possessione non fraudulenter, nec ani
mo locandi fructus alterius. † In eadem glos.
ibi. §. item si emptor. hoc declara vt per Barto.
& Doct. in l. cum vir prædium. ff. de vsuca. & ꝑ
Cy. hic. & per Doc. in d. §. itẽ si emptor. & ꝑ gl.
& Doct. in l. si rem alienã. ff. de contrahẽ. emp.
& ibi plene dixi in 5. & 6. opposi. sed pro con-
cordia omnium sic dicas: Aut quærimus nun-
quid venditio rei alienæ sit illicita in præiudi-
cium domini: & regulariter dicẽdum est quòd
sic. & ita potest intelligi iste tex. & ita loquitur
d. l. rem alienam. & in hoc non est differentia,
an res sit mobilis vel immobilis, quia est eadẽ
ratio in vtraque. & ita potest intelligi l. si fun-
dum infra de euict. Aut quærimus quo ad præ-
iudicium contrahentium, id est, vt contrahen-
tes teneantur seruare contractum. nam proce-
dit distinctio d. §. itẽ si emptor. Aut quęrimus
quo ad vitium furti, & quo ad vsucapiendum:
& tunc sic distinguendum. Aut loquimur de re
immobili, & in illa non cadit vitium furti, vt di
xi in prin. huius gl. Aut loquimur de re mobi-
li, in qua potest cadere furtum, & tunc distin-
guendum est etiam, vt in d. § item si emptor.
hoc tamen addito quòd si venditor sciuit rem
esse alienam, & vendidit, & tradidit, tunc bene
furtum committitur: vt dixi supra. in 2. not. in
13 prin. † In gl. fi. super verbo, Sciuit. in prin. ibi.
a scientibus. no. ex ista gl. quòd vendens vel e-
mens rem alienam scienter, committit furtum:
secus si ignoranter, vt supra dictum est. & præ-
sumitur quis fuisse sciens, & in mala fide, quan
do contractus fuit celebratus clam, quia in his
quæ sunt in genere permissorum, sunt tamẽ in
specie prohibita, attenditur, an palã vel occul-
te quis faciat, quia si fit clam, præsumitur do-
lus. l. fi. ff. de ritu nuptiar. & l. non existimo. ff.
de admi. tuto. secundum Docto. in l. inciuilem.
C. de fur. facit gl. in c. consuluit. in verbo, odit
lucem. extra de offi. deleg. & quod ibi not. per
Doct. & quod vult Bal. in l. 2. in princ. supra de
repu. hęre. Adde tamen, licet ille qui emit rem
clam, præsumitur esse fur. tamen non poterit
conueniri propter hoc actione furti, secundum
Pau. in d. l. inciuilem. C. de fur. quod est notabi
le. & hoc maxime verum est in pœna corpora-
li. & pro hoc facit capitulum, aperte. extra de
præsum.

præſum.& quod ibi no.per Doct.qui dicunt ꝙ
vbi ex præſumptionibus proceditur, debet iu-
dex temperare ſententiam ſuam:& maxime nõ
condemnet, niſi raro & modico ad pœnam nõ
pecuniariam nec corporalem : vt colligitur ex
ſententia Salomonis.de qua in d.c.aperte.ſecũ
dum Inn.qui ita ſingulariter dicit in c.quia ve
riſimile.extrà de præſum.& idem no.ibi Anto.
de Bu.& alij Doct.in d.c.aperte. idem no.Bal.
in l.non eſt veriſimile. ad finem princi ff.quod
metus cã.& in c.j.in fi.in ti.hic poteſt eſſe tit.
quibus modis feu.amit.& in l.eius.§.fi.ante fi.
ff.de teſta. Idem tenet Abb.Sic. in c.auditis.in
antepe.col.in fi.extrà de præſcrip. vbi omnino
vide.& vide ẽt quod no.Inno. in c.poſt electio
nem.in gl.in verbo,inſtituto ibi,reſpondeo.ex
trà de concesſi præben.& vide Bar.in l.abſentẽ.
circa prin.ff de pœnis.& Bald.in aut. ſed nouo
iure.in vlti.col.in prin.verſi.nota octauo.ſuprà
de ſer.fug.& inde Pau.de Caſt.in conſi.clxxix.
in pen.col.in fi.& non omittas.& vide not.in l.
14 fi. ſuprà de proba. † Item præſumitur fraus
contra ementem,quando eſſet ſolus ſolitus fre
quentare ſimiles contractus : puta emendo res
alienas vel furtiuas,per l.non omnes.§. à Bar-
baris.ff.de re mili.& in l.qui ſemiſſes.ff.de vſu-
ris.& in l.vel vniuerſorum.ff.de pign.act.& ita
tenet Bald.& omnes in l.in ciuilem.C. de fur.
& adde ꝙ ſi iudici videbitur, poterit venire ad
torturam : ſi autem iudici non videretur per-
ſona torquenda,quia grauis & honeſta eſt,tũc
ex poſſeſſione rei non præſumeretur furtũ, ar-
gu.d.§.à Barbaris. & l.de minore.§.tormenta.
ff.de quæſtionib.ſecundum Bal.& Saly.& alios
in d.l in ciuilem.C. de fur.in fi. Item præſumi
tur fraus & mala fidds : quando quis emit à ſe
ſuppoſito venditore : vt dicit eleganter Bar.in
l.j.ſuprà,de rep.hæred. allegando ea quæ dixit
in ſimili,in l.cogi.ſuprà,de peti.hære.facit quę
no.Ang.in d.l.in ciuilem. Item præſumitur qñ
non interuenit precium,ſed ſola confeſſio. ar-
gu.l.per diuerſas.ſuprà manda. ſecundum Bal.
in d.l.ij.qui dicit idem præſumi ex modicitate
precij : vel qñ eſt partim donata,vel partim vẽ
dita,per d l.per diuerſas.dixi plene ĩ trac. meo
de ſimula.contractus. Item præſumitur fraus
& mala fides ex alijs cauſis, de quibus plene ꝑ
15 Bal.in d.l.ij. ſuprà de rep. hęredi. † In eadẽ
glo.fi.ibi, Sed ſi non fecerunt furtum.iſta glo.
ſentit ꝙ ſola uenditione ſine traditione nõ fit
furtum . pro quo eſt caſus in l. ſi quis vxori.§.
16 neq; verbo.ff. de fur. † Sed quid ſi emptorẽ
paſſus eſt venditor rem venditam accipere,vel
apud emptorem eſſe reliquerit : an tunc com
mittatur furtum? dic ꝙ non: vt in gl.in l.alie-
num.C.de fur.& gl.in l.item ſi res.in princ.in
gl.ĩ verbo vſucaptæ.ibi, vel ſi ſciat.ff de alien.
iudi.mu. cauſa fac.& in contrarium eſt gl.in l.
ſi ſeruum.C de furt.pro qua videtur eſſe caſus
in l.ſi concubina.§.res.in fi ibi , celauit.ff rerũ
amo.ſed teneas primã partẽ,niſi res eſſet ĩ præ
ſentia.ar.l.hoc ſi res.ff.de rei ven.& tenet glo.
in d.l.ſi ſeruũ. idem niſi conſtituerit ſe empto
ris noĩe poſſidere: quo caſu transfertur poſſeſ-
ſio: ſi tunc erat apud venditorẽ. l.quod meo.in
prin.ff.de acq.poſ. & Bar.& alij in l. ab empti.
in prin.ff.de pac.cũ ſimi. In ea gl.in fi.ibi, Pro
pter ſcientiam rei alienæ ratio eſt, quia licet à
prin . fuerit in bona fide,tamen ſi ex poſtfacto
tempore traditionis fuit ſciens , & ſic in mala
fide , nõ vſucapitur res quæ fuit vendita , quia
vtroq; tempore,ſ. contractus & traditionis re-
quiritur bona fides in contractu venditionis.l.
iij.ff.pro ſocio.& no.gl.in l.venditiõ.in eo.ti.

SVMMARIVM.

1 *Res prohibita alienari per teſtatorem ſi uendatur, vſucapi non poteſt , & idem eſt quando alienatio a lege prohibetur.*

2 *Alienationis appellatione an & quando vſucapio veniat .*

3 *Arte in ſua an quilibet perfectus eſſe poſſit,et præcipuæ in ſcientia legali, quæ habet principiũ & finem .*

4 *Papa in iure errare poteſt .*

5 *Eccleſia quæ fidelium congregatio dicitur, nũquid errare poſſit.*

6 *Gratianus autor Decretorum uoluminis, licet fuerit in iure doctiſſimus, in multis tamẽ errauit.*

7 *Sanctus Auguſtinus doctor in ſacra pagina clariſſimus etiam in multis errauit.*

8 *Libros multos legere,an utile ſit .*

9 *Legalis ſcientia an preter alias habeat principium & finem .*

10 *Scientiam eminentem quis habere dicatur.*

11 *Scientiam meliorem quis habere dicatur .*

12 *Doctores optimi qui dicantur.*

13 *Doctores mediocriter boni & mediocriter mali qui eſſe dicantur.*

14 *Scientiæ rõne in aliquo duo ſpecialia ſeruantur .*

15 *Beneficia duo curata ut aliquis habeat ꝑpter ſciẽtiam diſpenſari poteſt , ubi ẽt quomodo Eugeni. Papa Bononiæ Ioannem de Imola diſpenſauerit contra ſtatuti formam, vt poſſet legere ordinariam de mane.*

16 *Doctorum inopia ſuper lectionibus legendus præter ſtatutorum formas diſpenſatio fieri poteſt.*

17 *Doctores iurantes non recipere forenſes ad collegia ſi receperint,an periuri eſſe dicantur .*

18 *Executio damnati ad mortem propter peritiã uel dignitatem aliquam differri poteſt.*

19 *Dictio,ut, cauſam finalem non ſignificat .*

02 *Teſtator ſi alicui eccleſiæ pecuniam legauerit , vt ex ea ſibi fundum emat,eccleſia nunquam dictũ fundum alienare poterit.*

21 *Teſtamento prohibitionis cauſam expreſſe exprimere , uel etiam tacite in fauorem alterius quã hæredis ,uel legatarij, paria ſunt .*

22 *Teſtator quandocunque mandauerit rem aliquam ſeruari ſiue conſeruari alienationem, quomodocunque prohibere uidetur .*

23 *Prohibitio etiam per uerba affirmatiua fieri põt .*

24 *Teſtator ſi iuſſerit quòd ſerui ſeruarẽtur, vel quòd non uenderentur, quid iuris.*

Venditioni

25 *Venditionis appellatione an omnis alienatio contineatur.*

26 *Venditionis simpliciter prohibitæ appellatione, an alius contractus contineatur.*

27 *Causa regulat, ampliat, & restringit dictum secundum naturam causæ.*

28 *Venditionem rei si testator prohibuerit, utrum illa alienari poterit.*

29 *Alienationis prohibitio, quæ a lege fit, quando cũ testatoris prohibitione concurrit, quid iuris.*

30 *Legato ecclesiæ facto si conditio vel pactum apponatur, ut res illa alienari non possit, an tale pactum vel conditio ualeat.*

31 *Necessitas non habet legem.*

32 *Res alienari prohibita a testatore proposito, quòd alienari possit, an si alienetur, dominium in accipientem transferatur, & ad interesse agi debeat.*

33 *Baro quidam si milites uasallos habeat, & instituat filios suos hæredes, & dicat quod semper vult illos milites uasallos hæredum eius fore, et prohibeat quòd alienari non possint, si post ea hæredes alienare noluerint, an ualeant.*

34 *Testamentum fecit quidam habens inimicum vicinum, & prohibuit filios suos alienare domum suam illi vicino propter odium, quod in eum habebat, an filij eius alienare poterunt, dicta prohibitione non obstante, supponendo quod alias alienare potuissent.*

35 *Alienatio in quibus casibus prohibita sit, & prohibitio valeat, an per uiam permutationis alienari poterit.*

36 *Alienari an possit, quando duplex prohibitio interueniret, s. legis & testatoris.*

37 *Pupilli res vsucapi non potest.*

38 *Res alienari prohibita an vsucapi vel præscribi valeat.*

39 *Testator ei cui reliquit, legem imponere potest.*

40 *Præscriptio de iure non currit agere non valenti.*

41 *Filiusfa. si aliquas res habeat, in quibus pater vsumfructum non habet, & pro quibus filius absq; patris consensu agere nõ potest, nunquid ipsi filio, dum est in patris potestate, præscriptio currat.*

42 *Regula, Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

43 *Negligentia vbi non fuerit, ibi etiam non debet esse pœna.*

44 *Alienauerit si pater vel reliquerit alteri bona filiæ, uel quæ per fideicommissi ius filiæ debebãtur, ipsa filia præsente & non cõtradicente, nunquid per hoc ipsa filia consentire uideatur.*

45 *Filius cuius pater bona alienauerit, si sciuerit illã alienationem factam, vel forte præsens fuerit, & nihil dixerit, an debeat saltem emptori denunciare ne emat, ad hoc ut ipsum in mala fide constituat, uel habeat causam desistendi a contractu, & si filius dictam denunciationem non fecerit, sibi præiudicare habeat.*

SI contra. Res prohibita alienari ex causa à
1 testatore non potest vsucap. h. d. † No. pri
mo quòd res prohibita alienari per testatorẽ,
si vendatur, non potest vsucapi. & idem quan-
do alienatio prohibetur à lege: quia tunc pro
hibetur etiam vsucapio, ut in gl. quæ quotidie
allegatur ad hoc in l. ubi lex. secundum Barto.
ibi. ff. de vsucapi. & hoc tenet expresse Azo in
summa titu. huius. idem si esset facta prohibi-
tio in contractu, taliter quòd impediretur do
minij translatio, secundum Barto. ibi, qui dicit
quòd ista sunt menti tenenda, quia quotidia-
na sunt propter statuta & vltimas voluntates,
quæ prohibent rem alienari. & per hoc vide-
tur esse text. in lege alienationis verbo. in prin
cip. ff. de verborum significatione, & ratio hu-
ius potest esse, quia vsucapio dicitur etiã alie-
natio legalis, ut dixit glo. not. in l. vsucap. cir
ca princip. glo magnæ. infrà de pig per text. in
d. l. alienatioens. sed subdit etiam d. gloss. quòd
vsucapio non tollit ius pignoris, per d. l. vsuca
2 pio. quod est notandum. † Et de isto articulo
an & quando appellatione alienationis veniat
vsucapio, uide per Cyn. Bartol. & alios in l. fin.
suprà, in quibus cau. in integ. resti. non est ne-
ces. & per Ange. & Ioan. de Imol. plene in d. l.
vbi lex. & per Bartol. & Doct. in l. filiusfam. §.
diui. ff. de leg. i. & ego dixi in d. l. alienationis.
de quo etiam dicam infrà, super glo. i. & extra
gloss. in i. q. vbi declarabitur intellectus huius
3 quæstionis. † Nota secundo tex. ibi, Perfectæ
artis quem posse esse perfectum in arte sua, sed
non in scientia nostra legali, secundum Ange.
& Raph. hic, & ideo dicit hic Ang. quòd nullus
est iurisconsultus, qui non fuerit repræhensus
in aliquibus suis responsis, sed hoc non credo
bene dictum. nam licet aliquando repræhen-
dantur etiam iuste, nõ tñ propter hoc debet di
ci quòd non fuerint perfectæ sciæ, quia quan
doque bonus dormitat Homerus. & hoc pro-
pter memoriam & imbecillitatem hominis, ut
l. pereg. in prin. ff. de acq. pos quia omniũ habe
re memoriam, & penitus in nullo peccare, po-
tius diuinitatis quam humanitatis est l. ii. §. si
quid autem. s. de vet. iur. enu. & no. glo. ii. in. c.
porrecta. extrà de confir. vti. uel inutil & gl. ii.
in c. cum adeo. extrà de rescri. & ideo licet Im-
perator præsumatur habere oĩa iura in scrinio
pectoris sui pp sapientes qui debẽt secum esse
l. omniñ. s. de test. & sit verisimile ipsum errare
non posse in iure, tamen põt, vt dicit gl. ma-
gna in l. iii. in fi ff. de supp leg. & idem dicit gl.
in aut. de dispõnib. in § fi. col. vi vbi dicit ꝙ Im
perator male alleg. & est gl. in c. i. in uerbo iu-
dicauerit. in ti. si de inuest. inter dominũ & va-
sallis oriat. in vsi. feud. † Sic ẽt Papa põt erra
4 re in iure & obliuisci, vt probatur xxiii. dis. præ
ter ea. & 23. dist. Anasta & xl. dis. si Papa. & no.
gl. xxiiii. q. i. c. à recta ergo fide. & no glo. ii. in
c. illud. extrà de cle. excõ. min. & habetur in c.
i. de consti. li. vi. † Sed ecclesia quæ dicitur cõ
5 gregatio fidelium non potest errare, ut est
tex. cum gl. no. in d. ca. à recta ergo fide. & uult
glo. in c. ꝙ cum eo. in uerbo, ecclesiam sanctã.
24. q. i. & licet ita soleat allegari & dici, tex. ta-
men

men in d.c.a recta.non dicit quòd ecclesia non
possit errare, sed quòd nunquam probatur er-
rasse.& gl.Io.Theodorici in d.c. quodcunque.
bene sentit secundum Laur.quòd non possit er
rare, dum dicit, nisi erraret Romana ecclesia,
quod non credo posse,quia Deus non permit-
teret allegat dictum c.a recta.& c.pudenda. qđ
not pro his quę aguntur in conciliis generali-
6 bus per ecclesiam Romanam. † Similiter Gra
tianus autor uolumini decretorum,licet fuerit
doctissimus,in multis tamen errauit, & repræ
henditur. vt dixi in tract. meo de agni. librorũ
Iuris Pontificij . colligendo multos errores
Gratiani.† Similiter sanctus Augu.vir fide,san
ctimonia,& doctrina pręstantissimus,in multis
etiã errauit,vt ipse fatetur,vt habetur per tex.
& glo.9.dist negare non possum. & 23.q.6 ui
des.& 12.q.1.certe.& 26.q.4 c.vltimo.Ideo ip
semet multa de dictis suis retractauit . & ideo
dixit beatus Hieron.in epistola 40.Vtinam o-
mnium tentatorum haberem volumina, vt tar
ditatem ingenij,traditionis diligentia compen
8 sarem. † Et nunquid sit vtile habere & lege-
re multos libros,vide Oldra. late in consi.suo.
85.& plene per Alb.de Ros.in l.2. in fin.supra
de vet.iur.enu.& per Car.Zab.in cle.j.in prin
cip.in 19. nota. de magistris. & eleganter per
Senecam in epistola 80.& ideo ad propositum
dico, quòd quis potest esse perfectus in una
scientia,licet aliquando erret:& magis potest
esse perfectus in scientia nostra iuris ciuilis,
9 quàm in alia. † Quia scientia legalis habet
principium & finem,quòd non est in alia,vt no
ta.gl.in proœ.instit.in §.2.licet hodie propter
gl.& Doc.multos qui scripserunt,scientia no-
stra sit effecta magis profunda & subtilis:& pos
set dubitari circa prędicta, quis dicatur perfe-
ctus.vide text.14 q.j.& ibi per Arch.qui ponit
quot modis quis dicatur perfectus: ex cuius di
ctis potest compręhẽdi:& ex his quæ dixi quis
10 dicatur artis & scientiæ perfectus. † Quis au
tem dicitur habere scientiam eminentem? dic
quòd est ille qui subtile questiones discutere,
examinare negocia,& diffinire nouit,& in prõ
ptu rationes habet, vt eleganter dixit Inno.in
c.cum in cunctis.extra de ele.& idem not. Ab.
Sic.in ca.venerabilis.in princ.in 2.no.extra de
11 præben. † Ille autem dicitur habere melio
rem scientiam qui scit aliquo modo examina-
re negocia,quanuis ad omnia nesciat responde
re,vt quia in libris veritatem eorum quæ sci-
re tenetur, scit quęrere, & etiam in promptu
omnia non habet,vt no.dicit Inno.in c.cum in
12 cunctis.& ibi Doct.†Qui autem dicantur opti-
mi Docto.vide per Ang.in l.vbi autem non ap
paret.§.j.qui incipit,vsque adeo. ff.de ver.ob.
qui dicit, quòd sunt illi qui in superlatiuo te-
nent primum locum: & ideo dic, si statutum
Bono. vult, quòd causæ graues debeant com-
mitti doctorib. non poterit dari cognitio nisi
doctoribus solum tenentibus gradũ supremũ
in scientia & in doctoratu:& qui dicantur opti
mi ad famam recurritur ad l.cum de lanionis,
§.asinam.ff.de fun.instruct. sed si vult commit
ti causas.hominibus,non negat Azo quin pos
sint cõmitti optimis,vt d.l. vbi aũt nõ apparet
13 §.j.secundũ An.ibi.†Qui vero dicantur medio
criter boni & mediocriter mali, per Archi.xiij.
q.ij.tempus.circa fi.& per Anto.de But.in.c.cũ
arte.§.vero loco.extra de celebr. mis quæ om-
14 nia tene ment: quia sunt pulchra. † No.tertio
ex eo text. ibi, perfectæ artis, quòd iusta causa
prohibitionis alienationis seruorum videtur eẽ:
quia sunt perfectæ artis . & adde quòd ratione
magnæ scientiæ seruantur in aliquo duo specia-
lia, scilicet quòd habeant priuilegia in sua & a-
liena patria,& vltra numerum: vt est casus val-
de not.in l.sed reprobari § hoc amplius. & ibi
hoc eleganter no. Nicol.de Neapol.ff.de excu.
tut.& pro hoc est etiam glo.not.instit.de excu.
tu.in §.item Romæ grammatici. quæ est gl.ma
gna circa fin.ibi,vel nisi sint multum disciplina
15 ti. † Facit ad hoc etiam text.in ca de multa.in
fi.extra de præbend. vbi habetur quòd propter
scientiam potest dispensari, quòd quis habeat
duo beneficia curata:& propterea fuit obserua-
tum in ciuitate Bon . dum esset ibi Papa Euge-
nius cum curia,& legeret Do. Ioan.de Imo.de
sero:quòd propter excellentem scientiam suam
fuit data sibi licentia per Eugenium Papam,le-
gendi ordinariam de mane: non obstante statu
to & consuetudine, quòd nullus forensis possit
legere Bononiæ ordinariam de mane: licet non
legerit nisi vnam lectionem:quia decessit.& ad-
de omnino prædictis quod not. Ludo. Ro.in l.si
16 vero.§.de viro in prima fallen.ff.so.ma. † Est
etiam alius casus, in quo posset forensis legere
de mane ordinariam Bonon.quando res deueni
ret ad casum,quòd ciuitas careret ciuibus aptis
ad illam lecturam : quia cum sit studium famo-
sum,peccatum esset, non existentibus Doctor.
aptis ad illam lect. esse sine doctore apto ad su-
stinendum studium : ut singulariter dicit Anto.
de Butr in c.si vero.in ij.colũ in fi. extra de iu-
17 reiur.qui ẽt dicit, † quòd credit Doctores non
esse periuros, qui iurant forenses non recipere
ad collegium vel lecturam: si res deuenit ad ca-
sum, quòd ciuitas careat doct. aptis ad collegiũ
vel lec.& mouetur hac ratione:quia vbicunque
iuratur aliquid pro tunc indifferenter, si postea
res deuenit ad casum,de quo si cogitasset à prin
cipio non iurasset, quia iuramentum esset illi-
citum:non obligat iuramentum.& ponit exem
plum, ut si quis iurauit non negotiari, & venit
casus qualiter viuere nõ posset nisi negotietur,
potest propria voluntate contrauenire iuramẽ-
to,& negociari.alleg. ad hoc Archi. xxij.q.ij.c.
ij.quod inci.animaduertendum.facit glo. no.in
l.tale pactum.§ fi.ff.de pact. & glo in clem.j.de
18 rescrip.cum simil. † Item adde quòd propter
perfectam seu maximam peritiam alicuius artis
seu artificii, vel etiam roboris, potest differri
executio alicuius,qui sit condemnatus, vel du-
acqui.vel præſcribendā ſeruitutē.non requiri-
tur ti.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſeruitus ven. & ſic
ēt in p̃ſcriptione,quia in omni caſu regulariter
quo habet locum præſcriptio,habet locū & Pu
blic.l.cū qui in prin.ff.de Public.& in hoc ca-
ſu fortaſſe ſufficeret allegare tit. licet illud non
probet ēt per famā,uel per aliquā iuſtā cauſam
erroris ipſius tit.iuxta no.per gl.& Doct.in d.l.
ſeruitutes.la grande.ff.de ſeru.& probāt ꝙ poſ
ſedit rē illā pro ſua,& tanquā ſuā cū tali ſer.vel
ſine:quia tractatur hic de modico præiudicio.ſ.
de ſer. quę reputatur modicū præiudicium re-
ſpectu dominij:vt not.in d.l.ſer. & in l.ſi certis
annis. ſupra de pac. & in l.cū de in rē uerſo. ff.
de vſur.cū ſi.& iſta oīa bene no.quia ſunt quo
16 tidiana & vtilia.† Quinto principaliter quæro
quid prodeſt iſte ti.pro ſuo, quādo cauſatur ab
errore iuſto vel iuſtiſſimo,iuxta no.per Bar.in
l.Celſus.ff.de vſuca. dic ꝙ prodeſt non ſolū ad
uſucap.vt dixi in q. præcedentibus, ſed ēt pōt
prodeſſe ad excludendū illā illa indicia,quæ nō
dantur contra ti.poſſidentem:ut no.gl.fin.quę
eſt fi.in l.fi.ff.pro leg quæ dicit eleganter,ꝙ il-
le qui poſſidet rē aliquo ti.putatiuo iuſto erro
re ductus,licet vere tit. illum non habuerit,tñ
eſt perinde ſi illum titulum non haberet:ita ꝙ
non poterit conueniri petitione hæreditatis,q
regulariter non datur contra titulo poſſiden-
tem.l.hęreditatis.ſupra de pet.hæredit.& l.hæ
reditatē.infra in quibus cauſis ceſ.longi tēpo-
ris pręſcript, vbi de hoc articulo pleniſſime:vi
delicet an & quando contra titulo poſſidentē
detur petitio hęreditatis.Et fortaſſis huiuſmo
di titulus pro ſuo defenderet poſſidentē a præ
cepto facto per iudicem ſibi de diſgumbrando
poſſeſſionem, de quo præcepto fit mentio per
Bar.in l.ſicut.§.ſuperuacuū.ff. quibus no.pig.
vel hypo.ſol.nā ex quo habet titulum pro ſuo,
quia habet vim veri tituli & poſſeſſionē, non
tenetur exire de poſſeſſione.facit l.nec ullam.
17 §.omnibus.cum ibi no.de peti.hæred.† Sexto
quęro quot requirantur ad hoc vt iſte titulus
pro ſuo locum habeat. dic quòd tria deberent
concurrere quæ in aliis veris & ſpecialibus ti-
tulis exiguntur.Primum eſt poſſeſſionis tradi
tio vel ademptio in illis caſibus, in quibus eſt
neceſſaria traditio : vt plene no.in l. Celſus.de
vſuc. Secundum eſt quòd poſſeſſionis traditio
vel ademptio ſit facta,ex aliqua certa cauſa ha
bili ad acquirendum vel transferendū dominiū
l.j.ff.pro ſuo.vt dixi ſupra in 4.q. princ.nec cu
ro vtrum illa cauſa ſit vera vel putatiua,dum-
modo non erretur ſupine: vt dict.l. Celſus.vel
quòd iuſtiſſimus error in traditione intercedat
vt ibi not.Tertiū eſt ꝙ poſſidens habeat bonā
18 fidem cauſatam ab errore probabili.† Et quis
dicatur error probabilis,no.plene per Bar.& a
lios in d.l.Celſus.ff.de vſuc.Et ex prędictis om
nibus dictis in iſta materia pro ſuo, conclude
in practica,quia primo aliquando allegatur ti-
tulus pro ſuo concurrens cum alio titulo uero
& legitimo ad uſucapiendum,& in hoc non eſt
magnauis,ex quo ſufficit titulus verus: niſi ſe-
cundum ea quæ dixi ſupra in 4.q.prin.in verſi.
ſecundo caſu principali.de quo dic vt ibi.Secū
do aliquando allegatur tit.verus,ſed non perfe
ctus,quia eſt conditionalis:& tunc ſufficit pro-
bare omnia tria, de quibus ſupra, quæ dixi etiā
neceſſaria ad titulum pro ſuo.& vltra hoc de-
bet probari, quòd intentio tradentis & recipiē
tis fuit,quia hoc actum extitit quod incontinē
ti etiam antequam eueniat conditio,transfera
tur dominium, vt l.j.verſi.ante nuptias.maxi-
me in 4.q.principali.in primo caſu principali.
in ver.vel tertio poteſt etiam eſſe titulus:& ſu
pra in uerſi.prima quæſt.principalis.vbi decla-
raui hoc in materia pro dote.Tertio aliquando
allegatur titulus pro ſuo, vbi non concurrit a-
lius,ſed ſolum iuris adminiculū:puta quia quis
occupauit rem in littore repertam, quam non
potauit alienam, & tunc non eſt neceſſe proba
re, niſi occupationem illus rei cum bona fide,
quia putabat eſſet in nullius bonis, & poſſedit
ſpatio trium annorum.l. vnica. infra de uſuca.
transfor.iuxta ea quæ dixi ſupra in 4.q princi
pali,in verſic.vel poteſt etiam habere titulum.
Quarto aliquando allegatur tit.non verus,ſed
præſumptus ſeu putatiuus:& tunc plura requi-
runtur. Primū poſſeſſionis ademptio vel tradi
tio.Secundū quòd ſit facta traditio , ſeu adem-
ptio poſſeſſionis uigore vel occaſione alicu-
ius tit.habilis ad transferendū dominium.Ter
tiū ꝙ ductus fuerit errore iuſto uel iuſtiſſimo
& probabili ad hoc credendū. Quartum quòd
poſſederit per tempus legitimū ad vſuc.uel prę
ſcribendū. Quintum ꝙ poſſederit ab initio vſ-
que ad tempus legitimū uigore vel occaſione
dicti tituli putatiui. Sextū ꝙ poſſederit bona fi
de:ſed iſtud participat de tertio.Septimū quòd
probetur de dicta bona fide , & de dicto animo
ſuo per dictū ſuum cū iuramēto,per ea quæ ha
bentur in § aliæ.ſeu in §.ſed iſte.inſti.de actio.
& maxime per Ange.de Are.& arg.gl.in l.2.ſu-
pra de ſer.& aqua.& gl.in l.at qui natura.in §.
cū me abſente.ff.de neg.geſt.& gl.in l.j.§.2.ff.
de

de iti.actuq; priua.cũ simi.quod procedit,vt di
xi,qñ pręcessit ti.verus uel putatiuus iusto er
rore, ex quo creditur sibi, si asserit de animo
suo,& se bonã fidẽ habuisse:secus si nullus titu
lus verus vel putatiuus præcessisset: quia tunc
non staretur dicto suo,etiã cum sacramẽto ẜm
Bar.notabiliter in d.l.j.in §.2.quẽ seq̄tur Ang.
de Are.in d.§.sed iste.instit. de act.in ver.in ea
dẽ gl.ibi,cũ sit de conscientia. Itẽ hoc procedit
qñ nulla esset præsumptio cõtra possidentẽ ꝙ
possideret mala fide, uel aliter,quòd requirat
in hoc tit.pro suo:secus si esset aliqua præsum
ptio contra eũ:quia tunc non staretur dicto suo
ẽt cũ sacramento.vt est glo.valde sing.72.dist.
ca.proposuisti.in verbo Probatur,& no.Anto.
de But.& Doct'in c.cognoscentes.extra de cõst.
& Bart.in l.inter omnes.§. recte ff.de furtis.&
idem vult de iuratoria cautione Pau.de Castr.
in l.j.in fi.ff.qui satisda.cog.quod bene no. Ex
prædictis habes qũo potes adiuuare illum. qui
nullum habuit, nec habet tit.uerum in aliqua,
vel si haberet ipsum, non potest probare:quia
nõ habet testes vel instrumenta de illo titulo,
vt alleges vnũ tit.puta pro emptore,& ꝓbabis
saltẽ titu.pro suo.qui hoc casu est valde neces-
sarius & vtilis,intelligendo secundũ ea quæ su
pra dixi,quod nunquã exeat mentem tuam.

DE VSVCAP. PRO SOLVTO.

SVMMARIVM.

1 *Titulus pro soluto alijs titulis generalior est.*
2 *Titulus pro soluto quare inuentus fuerit.et in qui-
bus casibus necessarius sit, & in quibus utilis.*
3 *Vsucapio titulo pro soluto, an indifferenter proce-
dat in contractibus nominatis, excepta stipula
tione.*
4 *Titulus pro soluto ad hoc ut competat quot requirã
tur,ita ut eius uigore quis usucapere poßit.*

POSTQVAM uidimus de ti. pro suo,qui
non reperitur in C.videndũ esse existimaui
de alijs titulis:quia ẽt in C.per ll.imperiales de
scripti non reperiuntur,uidelicet de tit.pro so
luto,& pro legato,& pro derelicto, qui in libr.
digestorũ reperiuntur,licet alij quamplures e-
tiam tit.reperiantur,de quibus habetur ꝑ tex.
gl.& Doc.in l.j.§.fi.cũ 7.ll.seq.usque ad l.eum
qui.in prin.ff.de Publ. Videamus itaque prius
1 de titu.pro soluto.†Et in primis sciendum est,
quòd iste tit.pro soluto generalior est alijs, ut
dicit gl.in rub.ff.pro suo.& in rubr,ff.pro solu
to.& põt esse ratio, licet per alios non allege-
tur: quia concurrere põt cũ quolibet alio titu.
ut l.3.ff.pro soluto.& l.hominem.ff.pro suo. &
no.gl.in l.Celsus.& ibi Doc.ff.de usuc.& ĩ hoc
conuenit cum aliis titulis,qui possunt simul cõ
currere:ut no.prædicta gl.j.in d.l.Celsus.Item
quia etiã competere potest, ubicunque solui-
tur res aliena ex causa cuiuscunque debiti ali-
cui tanquam debitum,siue sit debitum,siue in-
debitum:ut l.j.& l.3.ff.pro soluto.& d.l.homi-
2 nem.ff.pro suo.† Secundo sciendum est quare
fuit inuentus iste titulus pro soluto, & in qui-
bus casibus sit necessarius, & in quibus utilis.
dic quòd fuit inuẽtus propter necessitatem &
utilitatem. nam in duobus casibus fuit, & est
necessarius iste titu.quo ad usucapiendum.Pri
mus est quando debetur res titulo nominato
stipulationis,& soluitur res aliena pro illo de-
bito,quã putabat esse soluentis:& erat illa quã
promiserat,uel alia recepta de uoluntate cre-
ditoris:quia tunc usucapi põt tit.pro soluto.&
iste est casus in l.j.ff pro soluto. & in l.homi-
nẽ. ff. pro suo. & idem quãdo non erat uerum
debitũ,sed putatiuum: & pro illo soluitur res
aliena bona fide. & iste casus in l. 3. quæ inci-
pit,si existimans.ff.pro soluto.Secundus casus
est, quãdo debetur ex aliquo contractu inno-
minato: quia tunc etiã usucapi potest res alie-
na in solutũ tradita ex causa illius contractus
innominati titulo pro soluto:ut dicit gl. nota-
bilis in l.j.in princ.ff.pro soluto.quam sequit
ibi Ange.& ratio huius secundi casus põt esse:
quia non habet titu.specialem cum quo possit
concurrere,nec habet aliam materiam præexi-
stentem,super qua possit fundari alius titulus,
quàm iste pro soluto. Sed si debeatur aliquid
uere uel putatiuè ex aliis contractibus nomi-
natis, qui inter titulos usucapionis minantur,
ut ex causa legati uel simili,de quibus habetur
vt dixi in l.j.cum seq.ff.de Pub.excepto titu-
lo stipulationis:tunc iste titulus pro soluto nõ
necessarius, sed utilis:quia solutũ usucapi po-
test illo titulo pro quo soluit, & etiam titulo
pro soluto:& sic concurrit cum aliis titulis cau
satis ex contractibus nominatis:excepto cõtra
ctu stipulationis,ut dixi: & sic etiam ex diuer-
sis causis res usucapi potest l.3 §.ex plurimis
ff.de acquiren.poss.sicut dixi de titulo pro do-
te.supra in uersi.tertio principaliter quæro.&
3 ita uult gl & Ang.ĩ d.l.j.ff.pro legato.†Tertio
intelligendum, an usucapio titulo pro soluto,
procedat in differenter in cõtractibus nomina
tis,excepta stipulatione.& dicẽdũ est quòd nõ
quia qñ soluitur ex causa emptionis, requirit
quòd bona fides interueniat duobus tẽporibus,
& tẽpore cõtractus,& tẽpore quo soluitur.Sed
qñ soluitur ex causa alterius cõtractus,sufficit
quòd bona fides interueniat tãtũ tẽpore solu-
tionis:ut est tex.in l.3.ff. ꝓ soluto.& ibi gl j.q̃
dicit per illũ tex. quòd inter emptionẽ & cæte
ros contractus.quia in cęteris contractibus suf
ficit putare deberi ex cõtractu, qui non inter-
cessit, quẽ tamen credebat intercessisse:sed in
uẽditione nõ sufficit putare deberi ex uenditio
ne:nisi & uẽditio ꝓcesserit. & hoc probat:quia
cũ debeat interuenire bona fides duobus tẽpo
ribus,scilicet tempore contractus uenditionis,
& tẽpore traditionis:hæc nõ possunt interueni
re,nisi cõtractus esset in aliis.nõ ita dicit in gl.
notabili.& idẽ uult Azo in summa C.de usuc.
pro

pro emp.in ver.eiſdem asſignatur in vſuca.pro ſoluto.& quæ ſit rō huius differentiæ,quia duobus temporibus requiratur bona fides in contractu venditionis,& in aliis vno tāpore tm̄,vide per gl.& Bar.& alios in l.ij.in prin.ff.ꝓ em.

4 † Quarto non etiā omittendum, quot requiruntur ad hoc vt competat iſte titulus pro soluto:ita vt eius vigore quis poſſit vſucapere:& dicas quòd primo requiritur, ut aliquid ſoluatur ex cauſa alicuius contractus veri vel putatiui,vt l.j.& iij.ff pro ſoluto. & l hominē.ff.pro ſuo. Secundum quòd iuſtus error interueniat, vel iuſtiſſimus in contractu venditionis: vt d.l.iij.cum ibi not. & in l.Celſus. cum ibi not.per Bar.& alios.ff.de vſuc.Vel ꝙ verus tit.interueniat,vbi ſolutio fit ex cauſa emptionis. Tertiū quòd in contractu venditionis interueniat bona fides tpe contractus,& tempore traditionis. in aliis vero contractibus ſufficit ꝙ bona fides interueniat tpe ſolutionis,ut d.l.iij.ff.pro ſoluto.ut dixi s̄.proxime ver. tertio intelligendum eſt. Quartū quòd ſoluta fuerit res aliena:quia ſi ſoluta fuiſſet res propria ſoluentis,fuiſſet incontinenti tranſlatum dominiū:& ſic nō haberet locū vſucapio vel præſcr.l. sequitur.§.lana. ff de vſuc. Quintum requiritur quòd interueniant alia quæ sunt neceſſaria ad vſucapionē.ſ. quòd res ſit vſucapibilis, quòd poſſeſſio interueniat,& continuata per legitimū tempus.&c. iuxta no.inſti.de vſucap.in princ.& per totū illum tit.& pleniſſime per Azo in ſum.C.de vſucap.pro empt. Cætera circa iſtam materiā pro soluto,vide in toto ti.ff.pro ſoluto. & in l.Celſus.ff.de vſuca.& quod no.Bar.in l.sequitur.§.ſi rem pignori.eo.ti.

DE VSVCAP. PRO LEGATO.

SVMMARIVM.

1 *Titulus pro legato quando & in quibus caſibus locum habeat.*

2 *Perſonarum pluralitas ambiguitatem inducit.*

3 *Vſucapio locum habet, quando mihi aliquid legatum fuerit, & illud in codicillis fuerit mihi ademptum.*

4 *Titulus putatiuus ſi ab vno habeatur, & ab altero poſſeſſio, quantumcunque ille alter ſit heres illius,a quo titulus putatiuus habetur, non ſufficit ad vſucapiendum.*

5 *Vſucapere an aliquis poſſit quando habet titulum ab vno, & poſſeſſionem ab alio.*

6 *Vſucapio pro legato an procedat, ſi nulla res mihi vnquam legata fuerit,ſed tamen iuſto errore ductus,credidi mihi legatam fuiſſe.*

7 *Titulus pro emptore,pro ſuo,pro ſoluto, & in aliis ti ſpecialibus, ſi ſufficiat iuſtus aut iuſtiſſimus error,pro titulo habili ad vſucapiendum,an etiā hoc in omnibus aliis titulis, qui ſicut habiles ad transferendum dominium,locum habeat.*

8 *Specialia omnia nō ſunt ad conſequentiā trahēda.*

9 *Titulus pro legato ad hoc ut locum habeat, quot neceſſaria ſint.*

10 *Vſucapere pro legato an poterit ſpurius illud quod eſt ſibi a patre relictum.*

11 *Vſucapere titulo pro legato rem patris an poterit filius ſpurius vel inceſtuoſus errans in facto,puta credens ſe legitimum.*

12 *Legitimitatem an præſcripſerit aliquis,qui per ſpatium xxx.annorum ſe legitimum putabat, cum non eſſet.*

1 SEQVITVR nunc vt videamus de ti.pro legato. † Et primo dicamus quando & in quibus caſibus locum habeat ti.pro legato,cuius vigore res legata poſſit uſucapi. Et dic ꝙ locum habet quādo vere vni legata eſt res aliena,& ſic à non domino, quia is legatarius recte vſucapere poteſt titulo pro legato.,l.j.in princ. & l.iiij.& l.fi.in prin.ff.pro legato,ſecus ſi legaretur à domino, quia tunc mortuo teſtatore incontinenti transferretur dominiū rei legatæ in legatariū.l.a Titio.ff.de fur.vel ab adita hæreditate.l.ſi tibi homo.§.cū ſeruus.de le.j.& ſi non haberet locū vſucapio.l.sequit.§.lana.ff.de vſucap.& ita vult gloſ.in d.l.j.in prin.ff ꝓ legato. Item habet locus iſte tit.pro legato,quādo mihi legatum non eſt, & exiſtimo mihi legatum fuiſſe ductus iuſto errore,puta errādo in facto, quia credidi teſtamentū solenne,quod nō erat. nam vſucapiam pro legato,ut l fin ibi,sed & ſi non recte legatum. & l.iiij ff.pro legato.& l.ſi ancillā §.j.ff.pro ſuo.& idem ſi in nomine erat dubitatio,veluti ſi Titio legatum ſit,& duo sūt Titii, & alter eorum de ſe cogitatū falſo exiſtimauerit,ut d.l.iiij.in ver.fin.& eſt tex.ſecundū intellectum glo.j. in d.l.ſi ancillam.§.fi. & hoc intellige ſecundum Ang. in d.l.iiij.quando nemo ſibi faciebat controuerſiā de legato,aliàs ſecus,ut l.ſi seruū.§ ſi inter duos.ff.de le.ij.& eo caſu quo fieret ſibi controuerſia ꝑ aliū eiuſdem nominis gratificationi locus erit,ſi nō appareat

2 de quo teſtator senſerit,ut ibi litera dicit. † Vn̄ perſonarū pluralitas ambiguitatē inducit,vt d.l.iiij & l.duo sunt Titii.ff.de teſt.tu. ſic & pluralitas locorū & rerū.l.vbi aūt non apparet.in prin.ff.de ver.obl.quod eſt not. ad multa. Nec obſt prædictis l.j.in fi cū duab. ll.ſeq.quæ vidētur dicere contrariū,dum volūt, ꝙ ubi legatum non eſt,nō procedit vſucapio ꝓ legato,q̄a illæ ll.intelligi debēt, ubi nullus iuſtus error interuenerit,secus ſi interueniſſet,ut no.gl.in dictis iurib.circa quod vide quod dicā j̄. in ver.item

3 poſſet dubitari. † Itē habet locū vſucapio pro legato,qn̄ mihi aliq̄d legatū eſt,& id in codicillis fuit mihi ademptum, quod tamen neſcio,vt d.l.iiij.in prin.& l.fi.in fi.ff.ꝓ legat.& no. Azo in summa.infra de uſuc pro emp.in pe.col.ver. quandoq; tn̄. & ſi non subſit titulus, &c.& eſt rō,quia licet legatarius habuerit nomen teſtamēto, tn̄ iuſto errore potuit ignorare ſubſtantiam

tiam codicillorum. concordat l. non eſt feren-
dus.ff.de tranſac.& ibi no.quod facit ad multa:
& propter hoc dicit Angel. in dict.l. iiij. quòd
videtur reprobari ſententia Bartoli, dicentis,
4 † quò titulus putatiuus habetur ab vno,& ab
altero habetur poſſeſſio, quantumcunque ille
alter ſit hæres illius a quo habetur titu.putati-
uus,non ſufficit ad vſucapiendum,ut ipſe Bart.
no.in l.cum ſolus.ff.de vſucapio.nam dicit An-
gel.quòd in dicta l.iiij.titulus putatiuus habe-
batur à teſtatore,poſſeſſio ab hærede,non cauil
lando literam: & tamen procedit vſucapio. &
clarius probatur in dicta l.ſi ancillam.in §.fi.ff.
5 pro ſuo. de quo articulo, † videlicet quando
quis habet titulum ab uno,& poſſeſſiionem ab
alio,an poſſit vſucapere, vide plene per Barto-
lum, Angelum,& alios in dicta l.cum ſolus.&
per Pau.de Caſtro,in l.ſi ex ſtipulatione. in fi.
6 ff.de acquirenda poſſeſſione. † Item poſſet du
bitari, quid ſi multa nulla res fuit mihi unquã
legata,ſed tamẽ iuſto errore ductus credidi mi-
hi legatum fuiſſe, nunquid procedat vſucapio
ti.pro legato?& videtur ꝙ non.l.j.in fi. cũ dua.
ll.ſeq.eo.tit.& quia omnes leges.ff.pro legato.
& l.ſi ancillam § fi.ff.pro ſuo. quæ loquuntur
de iſto tit.loquuntur qñ vere legatũ fuerit, ſed
alteri & non mihi:uel fuerat teſtamentũ minus
ſolẽne,vel legatũ reuocatũ: & ſic habuerat ali-
quod primordium veritatis: ſecus ergo videt̃ ſi
nullo mõ legatum fuerat.& ita uidetur ſentire
Azo in ſum.in ti.de uſuc.pro emp.in loco præ-
alleg.ubi loquitur qñ legatũ fuit relictũ.In cõ
trariũ facit,quia quo ad vſucapiendum,ſufficit
ti.putatiuus,ẽt ſi nullus interuenerit, dũmodo
iuſto errore ductus fuerit.l.hominẽ.ff. pro ſuo.
& l.quod uulgo.ff.de vſuc.pro emp.& no.ꝑ gl.
j.in l.Celſus.ff.de vſuc.& dixi s̃.in materia tit.
pro ſuo.& hoc etiam ſentire videtur glo.in l.j.
inverbo Legatum.& in l.ij.& iij.ff.pro legato.
quæ intelligit illa via, quando iuſtus error non
interuenit ut dixi ſuprà in ver. nec obſtat præ-
dictis.& pro hoc allego l.fi. ibi, ſed ſi non recte
legatum.eo.ti.quem tex.intellexit Azo in ſum
ma de vſuc.pro emp. quãdo legatũ fuiſſet in te
ſtamento minus ſolẽni: quia paria ſunt aliquid
non eſſe factũ,vel nõ legitime factũ, ut l.iiij.§.
condemnatũ.ff.de re iud.& l.non putaui.§.nũ-
quam uis. ff.de contratab. facit l.quoties.cum
materia.ff.qui ſatiſda.cog. Sed glo.j.in prin.in
d.l.iiij ff.pro legato.uidetur tenere primã par-
tem,videlicet ꝙ non ſufficiat iuſtus error ad v-
ſucapiendũ.ti.pro legato. ubi vere nullũ lega-
tum præceſſit, nec ſm eam iſta ſunt omnia pa-
ria,ademptũ fuiſſe legatum, vel non fuiſſe reli-
ctum.& conatur reſpondere ad l.ſi ita aſcriptũ.
ff.de le.j.ſed Ang.ibi reſpondet aliter,uidelicet
ꝙ ibi loquitur quo ad dominiũ transferendũ,
ſecus quo ad vſucapiendũ: quia tunc omnino
non ſunt paria: qa ſufficit error iuſtus.l. quod
vulgo.ff.de vſuc.pro emp. vel potes ad idẽ ali-
ter reſpondere, ꝙ quo ad effectus intrinſecos,
puta ad transferendum incontinenti dominiũ.
& loquitur d.l.ſi ita aſcriptũ,quia paria ſunt,le
gatũ non fuiſſe,vel fuiſſe legatũ ademptum,ut
ibi,ſed quo ad effectus extrinſecos,puta ad vſu
capiendũ,non ſunt paria. Sed ſuſtinendo ſecun
dam partem poteſt dici,ꝙ prædicta gl. in l.iiij.
ff.pro legato.non obſt. quia concedo ut ipſe di
cit,ꝙ ubi factum fuit legatũ,licet fuerit adem-
ptum, plus operetur q̃ ſi non fuiſſet unquã le-
gatum,in hoc.ſ.quia iſtud quod ſemel fuerit le
gatum,præbet facilius iuſtam cauſam errandi,
ex quo ignorauit reuocationẽ,q̃ ſi nunquã fuiſ
ſet factum legatum,non tamen negat, ꝙ ubi ẽt
nunquam fuiſſet legatũ factum, ſi tamen quis
haberet rem ex cauſa legati,tanquã ſibi legatũ,
ſi fuiſſet in errore iuſto,nõ poſſet vſucapere,qa
poteſt eſſe ꝙ ad hoc credendũ fuerit inductus
iuſto errore:puta qa forte à duobus fide dignis
teſtibus ſibi dictum fuerat, ꝙ fuerat ſibi lega-
ta arg.glo.nota in l.Titio fundus.cum ibi not.
ff.de condi.& demonſt. & per no.in l.j.in prĩn.
ff.de eo per quem factum erit. coniunctis his
quæ habentur per gloſ.& Bart.& alios in l.Cel-
ſus.ff.de vſucapio.& ideo hoc caſu procedet v-
ſucapio titul.pro legato, ſicut dictum eſt de ti-
tul.pro ſuo, & pro ſoluto: quia in hac materia
vſucapionis pro legato ſufficit iuſta cauſa erro-
ris:ut dicit text.in d.l. iiij. Et iſtam opin.tenet
glo.& Bartol.in l.Celſus.ff.de vſucap. & Ange.
ibi expreſſe per text.ibi, nullumq; legatum ſit:
dum ſubaudit, neque ex aliqua cauſa exiſtime-
tur donatum vel legatum eſſe, ſecundum verã
opi.& tenet etiam Bal.in l. nullo. poſt ſecundũ
notabile. ſuprà de rei vendi. Vnde videtur ꝙ
poſſit concludi, ꝙ error iuſtus vel iuſtiſſimus
ſuper tit.pro legato,qui vere non erat,vel non
legitimus,vel reuocatus ſufficiat pro tit.putati
uo habili ad vſucapiendum. Imo plus dixit gl.
ſing.in l.fi.in glo.fi.ff.pro legato: quòd titulus
putatiuus habet vim veri tituli, ita vt poſſidẽs
vigore huiuſmodi tituli putatiui,non poſſit cõ-
ueniri aliquo iudicio, quòd non poſſit compe-
tere contra titul.poſſidentem: ut dixi ſuprà in
v.quæſt.princ. in materia tituli pro ſuo. quam
gloſſ.dicit ibi Angel.eſſe mirabilem,quæ tenet
quòd ſicuti tit. verus excludit petitionem hę-
reditatis, ita putatiuus iuſto errore: ſed tamen
non tenet eam, imò dicit hoc eſſe falſum: ut
not.in l.cogi.per Cy.in ij.quæſt. ſuprà de peti.
hæred.& habetur in l.Iul.in princ.ff.ex quibus
cauſis maio.dicit ergo quòd licet petitio hære-
ditatis ſit perpetua: ut l. hæreditatis.ſuprà de
pet.hær.tamen ubi competit pro re mobili,tol
litur triennio:& vbi pro immobili, tollitur lon
go tempore: & in hoc exceditur à non ſuis ter-
minis,ut l.hæreditatẽ.j̃.in quibus cau. ceſ.lõgi
temporis præſcri.ubi de hoc pleniſſime dicam,
7 & declarabo omnia prædicta. † Item inciden-
ter ad propoſitum tamen hic poteſt dubitari,
quia ſæpiſſime facta eſt mentio in iſtis titu.pro
emp.pro ſuo,pro ſoluto,& in aliis titu. ſpeciali
bus, quòd ſufficit iuſtus aut iuſtiſſimus error
pro titu.habili quo advſucapiendum:an hoc lo
cum habeat in omnibus aliis tit.qui ſunt habi-
les ad transferendum dominium:de quibus ha
betur

betur maxime in l.j.in fin.cum vij.ll.ſeq.ff. de
Publ.i.Azo.in ſumma C.de uſucap.pro emp.in
pen.col.uerſicul.quæ autem dicta ſunt.dixit ſin
gulariter , quòd illa quæ dicta ſunt in ſpeciali-
bus caſibus,propter iuſtam ignorantiã, uolue-
runt quidam extendere ad omnẽ titulũ,ubicũ-
que iuſtus error interuenerit , etiam ſi id non
reperiatur lege cautum:ſed hoc non putat eſſe
uerum:quia ſuperior regula dicit contrarium,
uidelicet quòd exigatur in uſucapione titulus:
ut l.Celſus.ff.de uſucap.cui non derogo,niſi in
omnibus pdictis.uidelicet in uſucap. pro emp.
pro legato,pro ſoluto , pro hærede , & in aliis
8 qui in lege reperiuntur. † Hæc enim ſpecialia
ſunt trahenda ad conſequentiam:ut.ff.de regu.
iur.l.quæ propter neceſsitatem & l.quod con-
tra.facit l ius ſingulare.& l.quod uero contra.
ff.de legi.quod perpetuo tene menti pro decla
ratione totius materiæ uſucapionis & præſcri-
ptionis.Aduerte,quia gloſſ.j.in d.l. Celſus.re-
ferendo prædictam opin.Azo.ipſam reprobat.
& Bart. ibi in j.colũ. quod uerius credo per ea
9 quæ not.ibi per eum,& alios ſcribentes. † Se-
cundo principaliter dicamus quot ſint neceſſa
ria,ſeu quæ requirantur ad hoc,ut tit. pro lega
to locũ habeat.& dic plura eſſe neceſſaria quæ
ad hoc requiruntur.Primũ eſt, quòd res aliena
uere legata mihi fuerit,quo caſu procedit uſu-
capio ex uero titu.pro lega. & iſte eſt caſus in
l.j.in princip.& in l.fi in prin.ff.pro lega uel ꝙ
fuerit legata alteri,& non mihi:uel legatũ fue-
rit reuocatum , interueniente ſemper iuſto er-
rore:ut l.iiij.& l.fi.ff.pro leg.& l.ſi ancillã.§.fi.
ff.pro ſuo.ut s̃.dixi.& not.quòd dixi,alienares:
quia ſi eſſet propria , & legatum fuiſſet mihi à
domino,& non reuocatum,non fuiſſet neceſſa-
ria uſucapio,ſecundum gl in d.l.j.& dixi etiam
ſuprà ſed ſi uere legata non eſſet illi, qui poſſe
dit ti.pro legato, uel ſi legatum fuit ſibi reuo-
catum, ſecundum ea quæ ſuprà dixi,tũc poſſe t
uſucapi,ſiue res eſſet aliena, ſiue teſtatoris : ut
eſt tex.in l.4.in prin.ff pro legato. & eſt ratio,
quia etiã in hoc caſu ſi res eſſet teſtatoris, non
trãſiret dominium recta uia à morte teſtatoris,
uel etiã ab adita hęreditate in legatariũ:ex quo
ſibi nõ fuit legatũ,uel fuit reuocatũ. Secundũ
requiritur,quãdo res aliena legatur, ut legans
ſit mortuus:quia nõ ſufficeret legatario, ſi pu-
taret eũ mortuũ,& uiueret.ar.l.j.ff. ꝓ hęrede.
& ita uult gl.& Ang.in l.ea res.ff pro leg. Ter-
tiũ requiritur,nõ ſolũ,ut legãs ſit mortuus,ſed
ꝙ etiã legatarius exiſtimauerit ipſum mortuũ:
ut eſt tex.in l.ſi is cui.ff pro legat. Quartũ re-
quiritur, ꝙ etiã ſciatur , ꝙ legans ſit mortuus,
ſecundũ glo. ibi: licet quando res aliena lega-
tur , non requiratur , ut dominus rei legatæ ſit
mortuus:ut eſt tex.in d l.ea res. & ibi hoc etiã
uult Ang.Quintum requiritur,ꝙ ille cui lega-
tur,habeat teſtamenti factionẽ paſsiuã,id eſt,ꝙ
ſit capax ſucceſsionis ſeu legati:ut l. nemo po-
teſt.ff.pro lega. & l.fi.in pri.ſic habetur in tex.
cui recte legatum relictum eſt,id eſt, cui teſta-
tor legare potuit:ut dicit ibi gl.e.ti.facit l.fi.ff.
pro hærede.quæ autẽ ſint illæ perſonæ,quibus
legari poteſt,dic illæ ſolæ,quibus eſt teſtamẽti
factio paſsiua:ut eſt tex. in §. legari autẽ. inſti.
de leg.& ibi gl.ord. quæ enumerat perſonas, q̃
non habent teſtamenti factionẽ paſsiuã. & ha-
betur etiã per aliam glo ſimilem in l j.in prin.
ff.de iu.fiſci.ſecus ſi ab eo legetur, qui non eſt
capax rei legatæ:quia tunc legatum ualeret, &
poſſet procedere uſucapio:ut l.mortuo.§. La-
beo.ff.de leg.ij.ſecundum gl.in d.l. nemo po-
teſt.Sextũ requiritur, ꝙ legatarius rei ſibi le-
gatæ cõmertium habeat,ut uult gl.in d.l.nemo
10 poteſt.† Sed quid ſi eſt aliàs capax legatarius;
ſed uidetur ab illo à quo cadit ſibi relictũ,puta
eſt filius ſpurius, uel inceſtuoſus , qui relicti à
patre ſuo non eſt capax:ut in aut. quibus mo.
natu.effi.ſui.§ fi.& in aut.ex cõplexu ſuprà de
inceſtis nup.ſed tamẽ eſt capax, ſi ab alio extra
neo ſibi relinquatur: ut eſt glo. no.in d §. fi.in
glo.magna.quod tenet Bar.in l.i.in prin.de iu-
re fiſci.& in l.huiuſmodi. §. ſi Titio.el. i. ad fi.
de leg.i.& Ange.in l.ii.ſuprà de hæred. inſti. &
Io.de Im.in l.quòd donationis.ff.de dona.cau-
ſa mor.& Pau.de Caſt.in l.Gallus.in §. quid ſi
is.in iiij.col.in pri.ff.de lib.& poſth. & nũquid
poterit uſucapere pro legato rem quã putauit
ſibi à patre relictã,gl.in d.l.nemo poteſt.in fin.
ff.pro lega.tenet ꝙ non, ſecundũ Azo. & bene:
quia ſicut pater nõ potuiſſet dominiũ rei lega-
tæ in filiũ transferre,ſi res fuiſſet præſens ratio
ne incapacitatis, ut dixi: ita legãdo rem alienã
non potuit transferre uſucapiendi conditionẽ.
l.clauibus.ff.de contrah.emp.&dicit Ang.in d.
l.nemo poteſt.ꝙ ſi bene conſideres , talis poſ-
ſeſſor eſt malefidei. pro hoc facit etiã ſecundũ
eum l.ſi uir.ff.de dona. & probatur in materia
11 l.j.ff.de reg.Cato.† Et poſſet circa prędicta du
bitari de quæſtione pulchra: quid ſi filius ſpu-
rius uel inceſtuoſus errans in facto putat ſe poſ
ſe uſucapere,quia putat ſe legitimum:quia for
te exiſtimabat ſe iuſtis nuptiis pro motũ iuſto
errore ductus, vel quia putabat ſe legitimatũ,
cum non eſſet ſaltem legitime: an tunc poterit
uſucapere.tit.pro legato,rem patris ſibi ab eo
relictam,& gloſſ.ſingu.in dicta.l. nemo poteſt.
tenet quòd nõ.& pro hoc facit:quia ſi patri in-
terdicta eſt licentia relinquẽdi huiuſmodi filiis
ſpuriis,uel inceſtutuoſis,ut dixi , ergo uidetur
interdicta uſucapio. l. ubi lex. ff. de uſucap. &
iſtam opinio.tenet Iacob.de Aret.per dictam l.
&.idem tenet Bal.in l.nullo.in ij.quæ.ſuprà de
rei uendi.& ibi etiã Saly. & ſubdit ibi Bal. qꝫ ſi
poſſediſſet rem ſpatio xxx.annorum , credit ꝙ
præſcripſiſſet ius excipiendi, per l. ſi quis em-
ptionis tit.infrà de pręſcriptio.xxx. annorum.
Item pro iſta facit , quia ſicut ſi pater legaſſet
rem propriã filio ſpurio,non transferretur do-
minium,ut in § fina.in auten.quibus mod.na-
tu.effic.ſui.ita non poteſt transferri uſucapien
di conditio,per d.l.clauibus . & ſic non poteſt
plus operari poſſeſſio,quàm uerus titulus cum
uoluntate tradentis.ar.l.ſi uir.ff.pro lega.& ꝓ
hoc etiam facit quod dictum eſt in quæſtio.
præcedẽ.

præceden. Sed in contrarium, quòd imo possit vsucapere vel præscribere. facit l. qui contrà. suprà de incest.nupt. vbi propter iustam ignorantiam huiusmodi personæ pro legitimis habentur. & hæc scientia est humanior secũdum Angelum in dicta lege nemo potest. pro qua facit secũdum eum l. prima in fi.ff.pro dote. & dicit quòd huic opin.inhærebat Rayn.de For. Nec obst.dicta l. vbi lex. quia ibi vsucapio prohibetur.& subdit quòd ista scientia sibi placet. & de hoc etiam tetigi in l.venditiõe. super gl. ij.suprà de vsucapione pro empto. & pro ista opin.facit l.fina.in secunda responso.ff. pro lega.quæ probat, quòd vbi error iuris procedit ab errore facti, non impeditur vsucapio, & in causa lucratiua, sicut est legatum. Ego autem puto primam opin.veriorem per ea quæ suprà dixi. nec ob.l.qui contrà. suprà de incest.nup. cum glo. quia ibi loquitur in errore parentis contrahentis nuptias prohibitas, quo casu videtur quòd filius nõ sit illegitimus quo ad bona parentis errantis, vt ibi not. & idem tenet Angel.in l.si vxor.§ diuus Seuerus.ff.ad l.Iul. de adulter. & habetur per Bartol. & alios in.l. Paulus.aliàs incipit, eius qui.ff. de statu hom. & per glos.in cap.inhibitio.§.si quis.in verbo, si ambo parentes.extrà de clande. desponsa.& ibi per Doctor.sed secus videtur esse quantum ad filium, qui licet reputet se esse legitimum, tamen propter hoc nõ efficitur legitimus, nec habetur pro legitimo, vt dicam in sequen.quæstio. & ideo error iuris in sua legitimitate sibi non prodest, ex quo est persona incapax, cui legari non potuit à patre, etiam esset res aliena, licet putasset esse suam, vt dixi in quęst.præcedenti. Nec obstat lege prima in fine.ff. pro dote. quia potius probat contrarium, nec est eadem ratio ibi, quæ est hic, etiam si videmus ibi sumere argumentum à cõtrario sensu. Nec obstat quòd fuerit in errore aliquo, quia ille fuit error iuris.de quo plene dixi in dicta lege venditioni.ac etiam ille error licet potuerit ꝓcedere à facto, tamen nõ fuit circa titulum, sed circa suam incapacitatem, qui sibi nõ prodest,
12 vt statim dicam. † Sed pone quòd aliquis putauit per spatium triginta annorum se legitimum, cum non sit, nunquid per hoc præscripserat legitimitatem? dic quòd non, imo opus est quòd legitimetur à principe, vt ff.de ritu nup. l.qua in prouincia. in §.diuus. secundum Bald.nota.in l.nullo. in ver.sed pone quòd aliquis. suprà de rei vendicat.

DE VSVCAP. PRO DERELICTO.

SVMMARIVM.

1 *Titulus pro derelicto, sicut titulus pro soluto, & alij dominium transferendum habilis existit.*

2 *Rem suam mobilem si dominus pro derelicto habuerit, vel ipsam iactauerit, seu in vulgus sparserit, an continuo occupanti concedatur.*

3 *Pecuniam Papa vel princeps cur in vulgus spargat.*

4 *Vsucapio pro derelicto tunc procedit, quando quis rem alienam pro derelicto habuit, & unus eam occupauit uel apprehend t.*

5 *Vsucapere an possim rem, quam ex alia causa acquirere me putabam, & pro derelicto ipsam habitam occupaui.*

6 *Vsucapi quomodo posſit titulo pro derelicto res pro derelicto habita, & in quo iste titulus consistat.*

7 *Stante statuto quòd de quolibet contractu soluatur gabella, si ego nolens soluere, volens tibi donare, habui rem pro derelicto, ut tu eam occupares, an hoc quædam donatio dicatur.*

8 *Donatio rei habitæ pro derelicto, an insinuari debeat.*

9 *Rem pro derelicto quis habere dicatur.*

10 *Res in naufragio si quispiam in mare proiecerit leuandæ nauis causa, an eas pro derelicto habere dicatur.*

11 *Decretum primum qui patitur, rem pro derelicto habere dicitur.*

12 *Fluminis impetus si ratem ruperit, & in fundum tuum lignamina proiecerit, quomodo sciri poterit, an lignorum dominus ea pro derelicto habuerit & quid de illis lignis agendum.*

13 *Flumen si in alicuius agrum lignamina & vegetes proiecerit, quę agris noceant, an ea lucriface re posſit, maxime cum dictarum rerum domini non cognoscantur.*

14 *Seruo infirmo si quispiam alimenta negauerit, statim liber efficitur.*

15 *Seruo sano si aliquis alimenta futura seu præsentia negauerit, an per hoc ipsum pro derelicto habere videatur.*

16 *Fortunæ id quod committitur, & non defenditur, an derelinqui dicatur.*

17 *Rem pro derelicto quis habere posſit.*

18 *Agrum deserere aliud est, & aliud de relinquere.*

19 *Fundi dominus desertor an posſit pœnitentia duci, & ipsum fundum recuperare & colere.*

Postremo

1 POSTREMO † videndum eſt de ti.pro
derelicto.nam ſicut tit.pro legato, de quo
dictum eſt ſuprà proxime, & ti.pro ſoluto,
& alij de quibus in hac lege dictum eſt, ſunt ti
tuli habiles ad vſucapiendum, ita etiam eſt ha
bilis tit.pro derelicto, vt l.id quod. cum ſequē.
ff.pro derelicto.quod declarat ſecundũ ea quæ
dicam infrà in verſi.tertio principaliter videa-
2 mus. † Circa quem titulum primo ſciendum
eſt, quòd ſi dominus habuit rem ſuam mobilē
pro derelicto, vel ipſam iactauit, ſeu ſparſit in
vulgus, continuo occupanti conceditur, & do-
minium acquiritur per occupationem.l.ſi id
quod.§ id quod.ff. pro derelicto. & l qua ra-
tione.§ penul.& ſi ff.de acquiren.rer.domi. &
inſti.de re.diuiſi.in §.pen. qui incipit, hoc am-
plius. & his duobus caſibus non habet locum
vſucapio pro derelicto, ex quo ſtatim res effi-
citur occupantis, cum erat derelinquentis, ut
not.glo.ſi in fi.in l.i.ff pro derelicto. & eſt ra-
tio, quia nemo poteſt rem ſuam vſucapere.l:
ſequitur.§.lana.ff.de vſuc. Sed tamen eſt dif-
ferentia quo ad aliud inter iſtos duos caſus: q̃a
quando quis habet rem ſuam pro derelicto in-
continenti perdit dominium rei ſuæ, etiam an-
tequam occupetur per alium, vt l.ij.in fine.ff.
pro derelicto.& eſt ratio, quia ille qui habet
rem pro derelicto, principaliter vult carere il-
la re, licet ſecundario velit, ut acquirat occupã
3 ti, ut d.§.pe. † Sed aliud eſt, quando quis ia-
ctat vel ſpargit rem ſeu pecuniam in vulgus,
vt forſitam aperiatur Papæ vel principi tran-
ſeunti.nam dicit Accur.in d.§.pen. quòd huiu
ſmodi res vel pecunia omittuntur ſeu proijciũ
tur in populum, vt illuc concurrente multitu-
dine populi pro ſuſcipienda pecunia poſſint
prętores vel conſules pertranſire, vt in corona
tione Papæ dixit ſe vidiſſe. allegat dicta.l.ſi id
quod §.id quod.& in auten.de conſuli.§.habi-
tam.ibi argentum vero.& ita etiam ego vidi,
quando eſt creatus Dux Venetiarum, & duci-
tur per plateas, vt oſtendatur populo, & pro-
pter maximam copiam populi concurrentem
iactantur pecuniæ in vulgus, vt poſſit facilius
Princeps facere tranſitum. vidi etiam ob aliã
cauſam iactari pecuniam in vulgus in Alema-
nia, in ciuitate Patauię, dum eſſem Orator Ve
netus apud Imperatorem in dieta Ratiſponē
ſi contra Turcos inſtituta, cum magnifico do.
Paulo Maureceno patricio Veneto, & domino
meo colendiſſimo.nam epiſcopus Patauienſis
qui nouam monetam cudi fecerat pro populi
lætitia, fecit fieri proclamata per ciuitatem de
dicta noua moneta expendenda, & in quolibet
quadriuio fecit proijcere de illa noua pecunia
in vulgus, & hoc caſu iactantur in vulgus pecu
nię principaliter, ut alius habeat, licet ſecunda
rio velit carere, vnde antequã appręhendãtur
ſeu occupētur per aliquē, non deſinit eſſe do-
minus, ſed demũ poſt appræhenſionē alterius,
ut in § pe.inſti.de re.diui. Et rõ rõnis eſt, quia
principalis intētio iactantis in vulgus, eſt dona
re, licet in incertã perſonã, ſed intentio habētis
tũc pro derelicto eſt principaliter ꝑdere, ut di-
cit gl.in d.l.ſi id qđ.§.j.& ibi ēt hoc vult Ang.
Sed cõtra iſtud opp.quia non videt̃, ꝙ ēt ille q̃
habet rem pro derelicto, perdat dominiũ ante-
quam alij acquirat̃, per l nec vtilem.in fi.ff.ex
quibus cau.maio. Sed reſpondetur ꝙ illud pro
cedit ibi contra domini uoluntatē, ſed in caſu
noſtro ſecundũ domini voluntatē eius deter-
minatione facta.l.ſi quis ui.§.differentia. cum
ibi no ff.de acq.poſſ ſecundum Ange.in l.j.cũ
ſeq.ff.pro derelicto. Vel potes aliter reſponde-
re ſecundũ Iac de Are.ꝙ d.l.nec utilē.in fi. lo-
quitur qñ agetur de dando certæ perſonæ, &
ideo niſi ei quæratur, ceſſat cauſa finalis actus,
& ideo remanet dominus, ut ibi. Sed in caſu no
ſtro loquimur, quãdo uolebat relinquere rem
in priſtinã naturam: uel dare perſonæ incertæ.
arg.d.l.ſi id quod.§.j.ibi.quamuis incertæ per
ſonæ uoluerit.&c.ff.pro derelicto. Et circa ma
teriam d.l.nec utilem.in fi.uide Bar.in l.plane.
in prin ff.de leg. j. & Alb.de Ro.in l. ſi fuerit.
ff.de rebus dub.& Ion.de Anan.in cap.ſi.de Iu
4 dæis. † Secundo principaliter uidendum eſt,
quòd uſucapio pro derelicto tũc procedit, quã
do quis rē alienã habuit pro derelicto, & unus
eam occupauit, uel appræhēdit: ut l.id quod.ff.
pro derelicto.& ſufficit quantũ ad hoc, ſcire rē
habitã pro derelicto, licet ignoret à quo: ut eſt
caſus ibi ſecundum Ang.& bene: imò plus etiã
ſi uere non fuerit res habita pro derelicto: ſi ta
men iuſtiſsimo errore ductus fuit ad hoc cre-
dendum, poſſet uſucapere, ſicut dictum eſt in
aliis tit.in l.Celſus.ff.de uſucap.ſecundum gl.
no.in l.nemo.ff.pro derelicto. Nec ob. d. l. ne-
mo.quæ dicit, nemo poteſt pro derelicto uſuca
pere, qui falſo exiſtimauerint rem habitam eſ-
ſe pro derelicto: quia ĩtelligitur niſi iuſtiſſimus
error interuenerit ex parte occupãtis, ſecundũ
5 glo.ibi ut ſ.dixi. † Sed quid ſi putabam me ex
alia cauſa acquirere, & pro derelicto rem habi-
tam occupaui, nunquid eam poſſim uſucape-
re? glo.dicit ꝙ non, in l.ij.in prin.ff.pro dere-
licto.arg.l.ij.§.ſi ſub conditione.ff.pro emp.&
l.ſi id quod præallegata. ſed certe tex.in d.§.ſi
ſub conditione. facit in oppoſitum.nam dicit
quòd ſufficit ad acquirendum habere titulum,
nec eſt curandũ utrum ſciat ſe habere, necne,
& curatur potius de ueritate quàm de opi. &
ideo Iacob. de Aret.in d.l.ij. dixit quòd gloſſ.
allegat illum § ſi ſub conditiõe. ſecundũ intel
lectum Ioan.qui quidem intellectus ibi repro-
batur.& ideo Iacob.de Are.in d.l.ij. reprobat
gl.ibi, & dicit quod credit quòd ille qui erra-
ret in hoc, poſſet nihilo minus effici dominus.
Nec obſtat dicta lege id quod. quia tunc o-
portet ſcire rem haberi pro derelicto, cum
non ſubſiſtit alia iuſta cauſa poſſidendi. Item
& iuſtiſſimus error tantum præſtat, quan-
tum ſcientia: ut nota. gloſſ. in dicta lege ne-
6 mo. ut ſuprà dixi. † Tertio principali-
ter uideamus, quomodo res habita pro de-
relicto poſſit uſucapi titulo pro derelicto,
& in quo conſiſtat iſte titul. & dic quòd
ille

ille qui habet rem pro derelicto, videtur velle
donare personæ incertæ, postea capienti seu oc
cupanti eam, & hoc genus derelinquendi do-
na, scilicet donatio quædam est: vt l. quòd ser-
uus. ff. de stipulatione seruorum. & ibi Bartol.
& alij. & ita tenet etiam Angel. in d. l. si id qđ
§. j. ff. pro derelicto. Sed contra hoc opp. imò
non potest esse donatio, ex quo saltem hodie
pactum nudum requiritur in donatione & vtri
usq; consensus, vt l. si quis argentum infrà de
donatio. So. secundum Barto. in d. l. quod si ser
uus. in si donatio quæ fit in personam certam,
requirit vtriusque consensum & præsentiam,
iuxta l. absenti. cum ibi no. ff. de dona. secus in
donatione quæ fit in personam incertam, vt d.
l. quod seruus. & l. qua ratione. §. fin. & ibi no.
ff. de acqui. re. do. Et ex hoc quòd habere rem
pro derelicto, sit quædam donatio, sequuntur
plura quæ sunt in hac materia diligenter atten
denda. Primum est, quòd ista donatio dicitur
titulus habilis ad vsucapiendum, quando res
aliena habetur pro derelicto, ut dixi. & ita de-
bet intelligi titulus. ff. pro derelicto. Secun-
dum est, quòd habere rem pro derelicto, est
species alienationis in incertam personam. in-
stitu. de rerum diui. §. penulti. & fin. Tertium
est modus tradendi possessionem alteri. argu-
men. l. filiusfam. §. fundum. ff. de contrah. emp.
secuta tamen postea appræhensione seu occu-
patione. & probatur in l. j. & ij. ff. pro dereli-
cto. nam eo ipso quòd res est habita pro dere-
licto, occupatio est facta licita, quæ prius erat
illicita. & ita etiam vult Angel. & ibi, & bene.
Et hæc sunt not. ad euitandas multas fraudes
quę fiunt quotidie, secundum Bartol. in d. lege
quod seruus. ff. de stipula. seruorum, qui dicit,
7 † quòd stante statuto, quòd de quolibet con-
tractu soluatur gabella, ego nolens soluere, co
gitaui fraudem. nam volens donare tibi, habui
rem pro derelicto, vt tu eam occupares, certe
hæc est quædam donatio, & ideo debet solui ga
bella tanquam de contractu donationis. & alle
gat gloss. quæ hoc tangit in lege prima circa
princip. ff. si ex noxali causa agatur. & ibi po-
8 nit etiam Bartol. & alij Doct. † Sed nunquid
talis donatio debeat insinuari? Ludou. de Ro.
in l. Modestinus. in fin. ff. de donat. tenet quòd
sic, sed Bald. in l. si inter. C. de solut. videtur te-
nere contrarium, dicens, quòd quando quis
habet titulum, non requiritur insinuatio, sicut
notat quando habetur pro derelicto, & effici-
tur occupantis. d. l. quod seruus. de quo vide p
Guil. de Cu. in l. j. ff. de rerum diuisi. & per An-
gel. in l. si id quod. §. id quod. ff. pro derelicto.
Ego vero dico, Aut quis vult habere rem vere
pro derelicto, non habens animum donandi ali
cui certæ personæ, & sic non in fraudem, &
tũc locum habet quod dixit Baldus, vt insinua
tio non requiratur. Aut habuit animum prin-
cipaliter donandi certæ personæ, & in fraudem
legis habuit rem pro derelicto, puta ne solua-
tur gabella de dicta donatione, & tunc debet
insinuati, sicut si vere donasset, per totum ti-
tulum suprà, plus valere quod agitur. Item
etiam hæc sunt vtilia, quia ubi quis esset prohi
bitus alienare, non potest habere rem pro dere
licto, vt not. Iacob. But. in l. j. §. j. ff. si ex noxa.
causa agatur. & Bar. in d. l. quod seruus. ff. de sti
9 pu. seruorum. † Quarto principaliter intelli
gimus pro declaratione huius titu. pro dereli-
cto, quando quis dicatur habere rem pro dere-
licto. & respondeo, pro derelicto habetur, quã-
do dominus ea mente abiecit, ut id rerum sua-
rum eẽ nolit, ideoque statim dominus eius rei
esse desinit, vt dicit tex. institu. de rerum diui-
10 sio. §. penulti. † Sed quid si aliquis leuandæ
nauis causa dubitans de naufragio, proiecit ex
naui aliquas res in mare, nunquid videatur ha-
bere eas pro derelictis? dic quòd non in dubio
l. ij §. fina. & ibi bona glo. ff. ad l. Rhodiam de
iactu. & l. qui leuandæ. eodem titu. & l. qua ra-
tione. §. fin. ff. de acqui. rer. do. & institu. de rer.
diui. §. fi. & l. falsus. §. si tactum. ff. de furt. & no.
per gl. & Doctores in dictis iuribus. Ex qualita
te tamen actus potest perpendi de animo pro-
ijcientis, si habuit pro derelictis, vel animũ re-
cuperandi habuit, puta si proiecerit in mari li
brum apertum, præsumitur ipsum habere pro
derelicto, vt dixit gl. in d. §. fina. & in l. ii. §. fi. &
d. § si iactum. & Bartol. ibi, qui dicit ꝙ si proie-
cit librum inuolutum in pannis cere, nõ præ-
sumitur habuisse animum habendi pro dereli-
cto, quod dicit esse menti tenendum, nec hmõi
res possunt titulo pro derelicto vsucapi. l. si qs
merces. ff pro derelicto. & occupãs dicta bona,
quæ ex naufragio perierũt, tenetur domino re
stituere. aut nauigia infrà de furtis. & ibi Doc.
& habentur in l. si quis nec causam. §. final. ff. si
11 cert. peta. † Item qui patitur secundum de-
cretum, dicitur habere rem pro derelicto. glo.
est singu. in l. quamuis. ff. de dam. infe. secundũ
Bald. in l. secunda. ff. si ex noxa. causa agatur.
12 † Quid autem si impetus fluminis rupit ra-
tem, & proiecit lignamina in fundum tuũ, qũo
poteris scire, an dominus lignorum habuit ea
pro derelicto? Fed. de Se. in consi. suo cii. quod
incipit, domine Frãcisce infrascripta materia,
&c format istã quæst. & dicit quòd lex quæ lo-
quitur de materia derelicti, videtur dicere, qñ
quis abiecit rem suam. sed in casu nostro non
abiecit, sed ruina eam perdidit, ut in d. §. fi. in-
sti. de re. di. unde in casu nostro non videntur
lignamina pro derelictis, nec ꝓcedit vsucapio,
ut d. l. si quis merces. ff. pro derelicto. maxime
secundum Cano. secundum quos semper requi
13 ritur bona fides. c. fi. de præscri. † Quid er-
go faciat iste, in cuius agrum flumen lignami-
na, & vegetes proiecit, cum agris noceãt, vt ea
possit lucrifacere, cum non cognoscantur do-
mini dictarum rerum? & videtur posse dici se-
cundum Fed. in d. consi. quòd fiat proclamatio
in locis vicinis, ut dominus ea tollat infra cer-
tum tempus. Aut ex nunc pro derelictis habe-
ri videantur, maxime si res illę sunt leues. Ex
causa nanque compelli quis potest agere. l. pri
ma suprà vt nemo inuitus. Hic. n. causa subest,
quia

quia nocerent iſta lignamina vel rudera agris
vicinorum. Subdit tamen quòd ſecurior via eſ
ſet, quòd poſt aliquod tempus poſt dictam pro-
clamationē venderent res, & pretium erogare
tur pauperibus.arg.c.cum tu. de vſuris.cum ſi.
Et hoc vltimum etiam vult Bar. in l.falſus.§.q.
alienum.ff.de furtis.qui dicit,quòd quando qs
occupat rem quam putat pro derelicto habitā,
poteſt eam licite retinere,vt in toto tit.pro de-
relicto.& ſi hoc non putauit,debet dare paupe-
ribus pro anima eius , cuius fuerunt.argu.aut.
omnes peregrini.ſuprà communia de ſucceſſo-
rib. quod tene menti : quia eſt quotidianum in
locis vbi flumina rapida,ſicut eſt Pad⁹,& Athe
14 ſis. † Item quando quis denegat alimenta ſer
uo infirmo,ſtatim efficitur liber.l. j.§.ſed ſanci
mus.ꝗ de lati.liber. tollend . & habetur in l.fi.
ff.pro derelicto.per tex.& gl.in inſtit. de liber.
§ fi.in gl.or.& glo.in aut.de nuptiis.§. & mul-
to potius.& ibi Iac.de Bob.& Ang.in d l.fin.&
habetur per gl.ord.lxxxvij.diſti. ſi expoſitus.
15 † Sed quid ſi denegat alimenta futura ſeu præ
ſentia ſeruo ſano,an per hoc videatur ipſum ha
bere pro derelicto? gl.in d.l.fin.ff.pro derelicto.
tenet quòd non sed gl.tenet contrarium in d.l.
fi.infrà de infan.expo.& in d.§.ſed ſancimus.&
Ang.in d.l.fin.qui ita dicit ſumendo illam legē:
Denegans alimenta præſtare, videtur rem pro
derelicto habere,& ideo conceditur occupanti,
& etiam ipſa res poteſt ſeipſam pro libera ge-
rere,& ideo ſi ipſe vult liber eſſe , poteſt ſeip-
ſum in libertate occupare , ut d.l.quod ſeruus.
de ſtipul.ſeruo.aliàs erit alterius ipſum occupā
tis.Sed Iac.de Aret.dicit quòd quis poteſt eſſe
ſeruus ſine domino,declaro , ſi dominus dene-
gat ſibi alimenta, quia videtur incontinenti ip
ſum habere pro derelicto,& ſic perdit dominiū
ſerui.l. 1.ff.pro derelicto. nec acquiritur alteri
ante occupationem,nec efficitur liber,niſi velit
ſe occupare gerendo ſe pro libero, & ideo ſta-
tim quòd dominus habet eum pro derelicto,&
vult eſſe liber,fit liber titu . pro derelicto,& ſic
intellige in aut.de nuptiis.§ & multo potius.&
ratio poteſt aſſignari, quia id quod pro dereli-
cto habetur , in ſuam originem & primam cau-
ſam redit , ſed ab initio omnes homines liberi
naſcebant,ut inſti.de liberis.in prin.ergo,&c.
Sed ſi quis denegat alimenta iam præſtita ſer-
uo reſtituere alteri,non videtur habere pro de
relicto,nec ei libertatem impartiri,ut d.l.fin.ff.
pro derelicto.& ita tenet in hoc ibi Ange.& de
iſta materia vide per gl.fi.& Doct. in c.j.de in-
fan.& lang.ex pon.& per Gofr.in ſumma eo.ti.
& per tex.& gl.lxxxvij.diſt.ſi expoſitus.& vi-
de quod no.Bal.in l.ſi qua illuſtris.in ver.quæ-
16 ro quis ſuccedat.infrà ad Orfici. † Item adde
quòd id quod fortunæ committitur,& non de-
fenditur,non dicitur derelinqui.text.eſt,& ibi
17 Bal.in l.ſeruus.ff.de ſtatu homin. † Quinto
principaliter eſt etiam ſciendum,quis poſſit ha
bere rem pro derelicto . Et reſpondeo regulari
ter,ille qui alienare poteſt , ſed qui non poteſt
alienare, non poteſt habere rem pro derelicto ,
ut not.Bar.in l.quod ſeruus.ff.de ſtip. ſeruorū.
& not.Doct.in l j. ff ſi ex noxa. cauſa agatur.&
dixi s̄.in vij.q.prin.in fi. Item bannitus nō po
teſt habere rem pro derelicto. ſolet allegari gl.
18 no.in l.iij.C.de agric.& cenſi. lib.xi. † Sexto
& vltimo non eſt prætermittendum, aliud eſſe
agrū deſerere, & aliud derelinquere . qui enim
derelinquit,ipſum ex pœnitentia non reuocat.
l.j.ff.pro derelicto . ſed qui deſerit infra bien-
nium,ei detur,ſi non fuit vocatus per poſſiden
tem,ut in l.qui agros.C.de omni agro deſer.li.
xi.aliàs datur ſibi ſolum tempus ſemeſtre, vt l.
locorum.eo.ti.ita dixit Bar.in d.l. qui agros.&
ita vult Lud. de Rom. in quodam ſuo ſingulari
quod incipit,quæro quæ ſit differentia inter de
ſerere &c. qui dicit quòd ille qui habet rē pro
derelicto , qui totale abiecit a ſe dominium &
poſſeſſionem rei ſuæ, quam ſi alius occupat,nō
habet locum pœnitentia.d.l.j. ff.pro derelicto.
& l.quod ſeruus. de ſtipu. ſeruorum.& cogno-
ſcitur an quis habeat rem pro derelicto ex qua
litate proiiciendi, puta quis proiecit librū aper
tum,ut dixi s̄.in iiij.q.prin. Sed ſi ego proiice-
rem,quia me proſequebantur inimici, ut poſsē
leuius currere,ſecus . Deſerere autem proprie
dicitur, qui à ſe abiicit diligentiam culturæ rei
propriæ, vtputa ſi habeo vineam , & non facio
ipſam zapare,dicor deſerere,& ex iſta deſertio-
ne reſultat quòd res publica illum fundum vel
agrum tributarium pro quo debetur tributū ,
poteſt transferre in dominium alterius qui di-
19 cat ſevelle colere illū fundū. † Sed nunquid po
ſtea primus dominus deſertor poſſit duci pœni
tentia,& recuperare fundum & colere? dicas ꝙ
ſic infra biennium vel ſemeſtre tempus, ſecun-
dum diuerſitatem cauſarum.text.ſunt ſingula-
lares,quos valde no.Bart.in d.l. qui agros.& in
l.locorum.C.de omni agro deſer.lib.xi.

FINIS TRACTATVS DE VSVCAPIONE.

BARTHOLEMAEI CAEPOLLAE VERONENSIS IVR. VTR. DOCTOR.

TRACTATVS DE CONTRACTIBVS EMPTIONVM ET LOCATIONVM CVM pacto de retrouendendo simulatis,

AD R. D. D. HERMOLAVM BARBARVM

sacri Pontificij ciuilisq; iuris Doctor.



OPTIMAM bonorum possessionem maiores nostri Veronenses in fundis liuellariis esse existimantes, facultates suas in eis semper collocare consueuerunt. Hi enim certissimos redditus dominis omni tempore nullo cũ labore, nulla cum impensa reconditos reddunt. Quod quidem etsi omnibus, in primis tamen illis quib. nulla est agrorum cura, conuenit atque conducit. Sed cum omnes iam intellexerint onus grauissimum emphyteoticum esse, tum propter bella quæ diu nobis fuere, tum propter grandines & alias tempestates, quæ pluribus annis Veronenses conterruerunt, pauci nunc admodum reperiuntur qui se iuri emphyteotico subiicere velint, cum sæpenumero plus dominis reddant quàm preceperint. Ex quo impræsentiarum nulli fere noui contractus emphytheotici celebrantur. Inoleuit autem in hac vrbe nostra alius similis contrahendi modus, vendendi scilicet fundum, ipsumq́ue postea siue incontinenti ab eodem in perpetuum conducendi, cum pacto de retrouendendo, & ab his ut plurimum, qui neque vendere neque conducere cupiunt, sed cogẽte necessitate hoc colore pecuniam mutuam *a* quærunt. Vnde cum his contrahentes sæpissime Euangeliorum prædicatores publice detestantur, ac etiam nõnulli qui bonæ conscientiæ apud omnes existimantur aliquẽ obligare sibi hoc pacto per horrescunt. Plurimi autem hos contractus inire non dubitant. Qua ex re illud euenit, ut quandoque vbi abstinendum non est, abstineant, & vbi non est cauendum, inaniter caueant. Et licet apud viros religiosissimos de hoc publice prædicari consueuerit, nonnunquam tamen minus recte, nonnunquam minus perfecte id est fieri solet, & si quandoque à viro doctissimo recte ac perfectissime hoc munus absolutum fuerit, non tamen ab omnibus, & præsertim viris indoctis intelliguntur, & si ab illis intelliguntur, id ex eorum memoria facilime delet obliuio. Quamobrem hunc libellum de his contractibus composui, singulos in eo casus qui euenire consueuerunt, distinguendo, & coniecturas plurimas, ex quibus contractus fictitius *b*, simulatus, & vsurarius præsumatur & intelligatur, vndique tactis diligentius colligendo, ut omnes percipere possint à quibus abstinẽdum sit, & quos absque salutis interitu valeant celebrare: quem libellum antequam edere voluerim, tibi inscribendum & ad te mittendum esse putaui, ut sapientia & autoritate tua hac in re mihi iudex existas. Es enim ciuitatis nostræ sanctissimus præsul & antistes, & in omni iure doctissimus. Nec unquam alteri edendum esse censui, nisi prius per te visus & correctus aut comprobatus extiterit.

a Pecuniam mutuam. Vtrũ dare mutuũ petẽti sit de pcepto. Respõ. sm Sco. ĩ 4. dis. xv. q habẽs pecuniã sibi p aliquo tpe inutilẽ, mortaliter peccat si eã nõ mutuat indigẽti, & petẽti, qa facit cõtra pceptum naturæ & Christi, & sic prohibet vsura. & primo Moyses in Deut. c. 24. Nõ fœneraberis fratri tuo ad vsurã pecuniã, nec fruges nec aliã qlibetrẽ, sed alieno fratri tuo absq; vsura id qd indiget, cõmodabis vt benedicat tibi dñs Deus tuus in opere tuo.

b Contractus fictitius, & contractus simularis præsumitur si venditor diu post cõtractum venditionis re-

SVMMARIVM.

1 *Pacto de retrouendendo pignus contractum presumitur.*
2 *Pactum de retrouendendo in contractu appositum de iure ciuili reprobatum non est.*
3 *Locatio & venditio iusto precio facta de iure ciuili & canonico, reprobata non est.*
4 *Ius naturale est quod in lege & Euangelio continetur, quo quisque iubetur alij facere quod sibi fieri uult.*
5 *Fraus & dolus cuiquam patrocinari non debent.*
6 *In incertis, non certis, locus est coniecturis.*
7 *Contractus an sit pignoratitius, simulatus, siue vsurarius, an uero illicitus, magna differentia est.*
8 *Contrahentibus se in precio decipere licet.*

Expresse

9 Expresse vel tacite quomodo in pacto de retrouendendo aliquid actum dicatur.

10 Actus præsumptiuus potius quam tacitus per coniecturas inducitur.

11 Pacto de retrouendendo quomodo aliquid præsumptiue actum dicatur.

12 Pacto de retrouendendo quando aliquid dicatur factum incontinenti uel ex interuallo.

13 Iure diuino, seu conscientiæ foro nullus decipi debet seu lædi.

14 Contractus simulatio testibus & instrumentis probari potest.

15 Pactum de retrouendendo simulatum præsumitur quando contrahentes non habuerunt animum emendi uel uendendi.

16 Contractum factum cum pacto de retrouendendo ubicunque præcessit contractus mutui, semper usurarius præsumitur.

17 Præsumptionem contra iuris a iure introductam semper probatio in contrarium admittitur, nisi ius statuat quòd non admittatur.

18 Pactum de retrouendendo dolosum præsumitur, quandocunque in ipsa uenditione læsio interuenerit.

18 Pactum de retrouendendo cum sola paruitate uel maioritate precij, maxime iusti precij dimidiam non contingente, non facit præsumere contractũ simulatum uel usurarium, nisi aliæ coniecturæ fuerint.

20 Lex uel canon ubicunque prouidens super certo disponendo secundum aliquã rationem in foro iudiciali obtineat rationabiliter, secundum Theologos etiam in foro conscientię obtinere debet.

21 Ecclesia in suis contractibus fraudem aliquam adhibere non debet.

22 Contrahentibus de iure diuino non est licitum se decipere etiam citra dimidiam iusti precij.

23 Foro ciuili uel canonico cur contrahentibus se decipere licet.

24 Contrahens unus si alium non deceperit, quia quilibet sciebat & intelligebat ualorem rei uenditæ. Item nullus eorum erat in contrahendi necessitate, & nihilominus res fuit uendita uel insolutum data, uel aliter plus uel minus iusto precio alienata, an in foro conscientiæ licitum sit.

25 Restitutioni an in foro conscientiæ quis tentatur, quando uendens uel alienans læsus est sagacissima persona.

26 Restitutioni quibus in casibus in foro conscientiæ quispiam teneatur.

27 Emptor secundum sanctum Thomã si multum iuuetur ex re quam emit, & ille qui uendidit non damnificatur ultra communem ualorem illius rei, eam utilitatem emptori uendere non debet.

28 Precium iustum in foro conscientię quod dicatur.

29 Lex ubi figit pedes suos, ultra transgredi nõ licet.

30 Res quòd uendatur uel ualeat quantum uendi potest, quomodo intelligatur.

31 Res ubi quandocunque diuersis precijs uendi potest, quæ uia tutior eligenda sit.

32 Pactum de retrouendẽdo dolosis præsumitur, quã do læsio esset in locatione, seu in fictus quãtitate.

33 Pensio iusta alicuius rei quænam sit, & quando dicatur.

34 Domus in ciuitate Veronæ communiter in ratione triũ pro centenario locantur, & quandoque uiliori precio, si ipsæ domus preciosæ fuerint.

35 Liuelli de affictu, quicquid ualeat aureus, siue eius æstimatio crescat, siue decrescat, semper tantum in monetis solui debet.

36 Argumentum ab experientia sumere bonum est.

37 Pacto de retrouendendo quando in precij quantitate lęsio contingit, præsumptio est, ipsum fore iniquum.

38 Vsura est quicquid sorti accedit.

39 Cõtractus usurarius detegitur, si creditor ultra sortem aliquid recipiat.

40 Pactum de retrouendendo uenditione in secunda si plus exigat seu percipiat quæ fuerit quod soluit in prima, non in pecunia, sed in alia re, iniquũ & dolosum pręsumit.

41 Pacto de retrouendendo præsumptio est contractũ esse licitũ quando contingit lęsio in aliqua expẽsa quæ ad ipsum emptorẽ, eundẽque spectaret, et tamen ipse uelit, quòd illa ad primum uenditorem, eundemque locatorem spectare debeat.

42 Creditor tenetur soluere tabellioni instrumentum crediti conficienti.

43 Contractus dolosus esse pręsumitur, quando res est pro parte uendita, & pro parte donata, & donationis causa non subest.

44 Donatio pura & simplex propter liberalitatem & munificentiam fieri debet.

45 Benemerita in dubio non præsumuntur.

46 Contractus simulatus iuramento non ualidatur.

47 Pactum de retrouendendo quibus uerbis in instrumento appositis iniquum esse presumatur.

48 Contractus iniquus esse pręsumitur ex pactis uel clausulis insolitis in instrumento appositis.

49 Pactum de retrouendendo quòd sit dolosum, maxima pręsumptio est, quando emptor idemque locator uoluit contractum uenditionis non posse dissolui, nisi usque ad certum tempus.

50 Emptio & uenditio ad certum tempus fieri potest.

51 Pactum de retrouendendo dolosum esse præsumitur, quando in eo dictum fuerit, quòd emptor teneatur retrouendere uenditori fundum uenditum, &c.

52 Pactum de retrouendendo malum esse, præsumptio est, quãdo quis mihi fundum uendidit, & ego sibi dictum fundũ in perpetuũ locaui, & simpliciter in instrumento esset appositũ pactum de retrouendendo usque ad certum tempus.

53 Pactũ de retrouendendo usque ad certum tẽpus cõpletũ uel in perpetuum de iure ciuili licitũ est.

54 Damnum nemo facere dicitur, nisi cum id facit quod ius facere non habet.

55 Præsumitur in dubio quis velle quod sibi fauorabilius est.

56 Pactum de retrouendendo facere ad tempus completum in foro conscientiæ tutius est quam in perpetuum.

57 Temporum taxationibus nulla ratio reddi potest,

peritur possidere. uide Corneum 2. uol. cõsil. 121. incip. duo. Et ad probandum simulationem cõtractus quid requirat, & an species simulationis debeant ex primi & quot sint species simulationis: uide Alexã. in uo. cõsi. 112. in j. & ij. colũ.

nisi quòd ita legislatori placuerit.

58 Pactum de retrouendendo esse malum, præsumptio est, quando ab ipso initio partes egerunt, quòd quandocumque uenditor restituet pecuniam perceptam, emptor etiam rem suam restituere teneatur.

59 Meum uel tuum proprie loquendo dicitur, quod uẽdicari potest.

60 Pactum de retrouendendo simulatum, vel usurarium esse præsumitur, quando pacta in contractibus apposita claudicant, ut puta quia omnia in creditoris & non debitoris fauorem apposita fuissent.

61 Pactum de retrouendendo simulatum esse præsumitur ex parte uenditoris propter ipsam rem uẽditam.

62 Pactum de retrouendendo malum esse præsumitur ex persona ipsius uenditoris, scilicet propter precium.

63 Pactus de retrouendendo fictitium esse præsumitur ex paruitate precij ex persona emptoris.

64 Pactum de retrouendendo præsumitur esse simulatum ex parte ipsius emptoris propter rem emptã quam non curauit uelle uendere, nec de ea informationem suscipere, & alia quæ sequuntur.

65 Pactum de retrouendendo præsumitur esse usurarium ex persona emptoris, scilicet quòd emere noluerit, quando ipse propria prædia uenderet, et huiusmodi contractus faceret.

66 Pactum de retrouendendo fictitiũ esse præsumitur quando contractus uenditionis & locationis cũ pacto &c. clam & occulte celebrati sunt.

67 Beneficium ecclesiasticum qui occulte confert, præsumitur contra eum.

68 Pactum de retrouendendo usurarium esse presumitur, quando in loco, ubi contractus celebratus est consueuerunt similia fœnora exerceri.

99 Usurarius præsumitur, si quispiam moretur in loco ubi usuræ exerceri consueuerunt.

70 Pactum de retrouendendo iniquum esse præsumitur, si celebratum fuerit inter emptorẽ & uenditorem, qui consueti fuerint similes contractus facere.

71 Cõsuetus esse quispiam dicitur aliquid facere, quã do bis vel ter idem fecerit.

72 Qualitas facti ex facientis persona præsumitur.

73 Pactum de retrouendendo usurarium esse præsumitur, quando contrahens usuras exercere solitus fuerit.

74 Usurarij cum sint pessimum genus hominum, de facili contra ipsos præsumitur.

75 Malitijs hominum indulgendum non est.

76 Pactum de retrouendendo illicitum esse præsumitur, quando uenditor rei uenditæ in possessione remansit.

77 Præsumitur nemo suum iactare uelle.

78 Præsumptio simulationis per precariam possessionem excluditur.

79 Pactum de retrouendendo iniquum esse præsumitur, quando uenditio per modicum tempus durauit.

80 Pactum de retrouendendo fraudulentum esse præsumitur, quando receditur a contractu emptionis seu uenditionis per restitutionem instrumentorum incisorum.

81 Donentur, aut legentur, aut uendantur si uni instrumenta emptionum alicuius rei, ipsa res uendi, donari, uel legari uidetur.

82 Naturale nihil tam est quàm eo genere unumquodque dissolui, quo ligatum est.

83 Contractum simulatum, fictitium, uel usurarium esse quæ præsumant remissiue.

84 Instrumento uenditionis & conditionis cum pacto de retrouendendo, si hæc clausula apposita esset, uidelicet quòd ipsæ partes renunciant seu renunciauerunt exceptioni simulationis & apparentiæ contractus &c. quid iuris.

85 Contractus in dubio an usurarius censeri debeat.

86 Probatio dilucida & legitima quæ sit, & quæ sint præsumptiones, indicia, & probabiles cõiecturæ.

87 Coniecturæ uerè probabiles quæ sint.

88 Proxeneta seu mediator an testis esse possit.

89 Instrumentum qui dicit fuisse & esse simulatum, seu fictum, simulationis seu fictionis causam ostẽdere debet.

90 Exceptio generelis incerto & obscura non prodest nisi declaretur.

91 Malo abstinere non sufficit, nisi quod bonum est, fiat.

92 Subueniri quando uni non potest, nisi alter ladatur, satius est neutrum iuuare, quam alterum grauare.

93 Homines quicquid agant, sola intentio iudicat omnes.

94 Quinque pro centenario an esse debant, habito respectu ad pecuniam per emptorem solutam, an ad ualorem rei, uel eius fructum.

95 Fundum in emendo licet deceptus fuerim, alij locando uel uendendo eundem fundum, decipere non possum.

96 Locatio simplex quando ad certum tempus facta fuerit, habetur respectus in fictu ad ualorem rei uenditæ & locatæ, & eius fructuum.

97 Consuetudo quandoque in delictis axcusat.

98 Connexorum & dependẽtium idem est iudicium.

99 Cessio propter modicum precium simulata præsumitur.

100 Contractum simulatum, pignoratitium, seu usurarium, ad præsumendum duo potissimum requiruntur, scilicet pactum de retrouendendo, & precij paruitas.

101 Contractus an fœneratitius præsumatur, si quispiam receperit mutuo pecuniæ quantitatẽ, puta centum, & pro illis fecerit uenditionem Titio de prædio ualoris ducentorum, & per aliud instrumentum, postea Titius promiserit sibi retrouendere, solutit sibi centum.

102 Ratione quo quis magis utitur, eo maioris autoritatis eius uerba uidentur.

103 Instrumento in dubio standum est, nec simulatus præsumitur.

104 Contractus simulatus & in fraudem usurarum celebratus de iure Canonico ex duobus præsumitur.

105 *Pactum de retrouendendo, precij paruitas, consuetudo fœnerandi contractum fœneratitium præsumere faciunt.*

106 *Dicto Maxime, quandoque abundat.*

107 *Interpretari in re dubia in meliorem partem semper debemus.*

108 *Regula, quòd sicut quæ non prosunt singula, multa iuuant, ita econtra quæ non nocent singula, multa nocent.*

109 *Contractus simulatus ad hoc ut præsumatur, quomodo precij paruitas, seu deceptio in precio præsumatur.*

110 *Societatis partes in dubio æquales esse debent.*

111 *Læsio saltem in tertia parte, & non in sexta interuenire debet, ad hoc ut reductio ad boni viri arbitrium petatur.*

112 *Læsio de iure canonico tunc esse dicitur, quando modicum etiam precium est.*

113 *Quantitas magna & parua causæ & personarũ respectu esse dicitur.*

114 *Iudex in pacto de retrouendendo, et in quocũque alio contractu, quòd sint dolosi, iniqui, & vsurarij, qualiter arbitrari debeat.*

115 *Contractu quando non interuenit dolus, fraus, uel simulatio, nec aliqua læsio, vel deceptio in precio venditionis, locationis, vel pacti de retrouendendo, sed sunt aliæ præsumptiones vel coniecturæ doli, fraudis, vel simulationis, quid iuris.*

116 *Conscientia omnipotenti Deo occultari non potest.*

117 *Contractibus cum pacto de retrouendendo abstineat, qui sine conscientię scrupulo viuere optat.*

118 *Animæ salutem in his quæ respiciunt, ad euitandos graues conscentiæ remorsus, pars semper securior tenenda est.*

119 *Ecclesia quandoque propter scandalum crimen tolerat.*

120 *Ecclesia quandoque crimen tolerat propter multitudinem peccantem.*

CIVIS quidam Veronensis fundum emit centum aureis, deinde ipsum venditori locauit iure liuelli, viginti quinque libris denariorum Veronensium, fecitque eidem venditori pactum de retrouendendo *a*. Ex quo dubitari consueuit apud Prædicatores religiosós & catholicos viros, & præsertim in ciuitate Veronæ, vbi sæpissime huiuscemodi contractus celebrari consueuerunt, si dictus contractus venditionis & locationis cum pacto de retrouendendo sit licitus. In qua quidem materia multæ, variæ ac diuersæ sentẽtiæ reperiuntur. Quidam enim dixerunt dictum contractum esse illicitum, simulatum & vsurarium, quia nonnunquã ille qui emit & incõtinenti locat cum pacto de retrouendendo non habet, nec habere videtur animum emendi, sed solum percipiendi fructus siue redditus pecuniæ suæ centum aureorum, videlicet xxv. libras singulis annis, nec etiam venditor habuit animum vendendi, sed potius fundũ suũ pignorandi, ex quo simpliciter & ab
solute vendere noluit, sed solummodo cum pacto & conditione, quòd sibi locetur cum certa
1 pensione & cum pacto de retrouendendo. † Ex
pacto enim de retrouendendo præsumitur pignus contractum, vt dicit Bar. per illum tex. in l. creditor §. fin. qui incipit, post diuisionem. ff. qui pot. in pig. hab. & tenet Bal. in l. creditoris. ad finem. C. de pigno. Et ideo isti dicunt, quòd iste contractus non modo est illicitus, quia censetur simulatus, sed etiam est vsurarius. Nam quando venditor alienat & remanet in possessione, etiam si constituat se emptoris nomine possidere, est præsumptio fraudis *b*. Et quòd venditio fuerit simulata, nisi interuenerit traditio corporalis, vt not. Bar. in l. post contractum. in tertia columna. in princip. ff. de donatio. & in l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus modis pigno. vel hypothe. soluitur. de quo videatur quod dicam in tertio casu principali. xxv. præsumptione. sic licet instrumentum sonet de venditione, tamen vere contrahentes voluerunt quòd esset pignus, ut ibi. & probatur in ca. illo vos. extrà de pignori. & in c. ad nostram. extrà de emptione & venditione. & per ea quæ habentur in l. emptione. C. plus valere quod agitur, quàm quod simulat. concipi. Et maxime hæc opinio videtur vera, quia dicit Ioan. Andr. post Hostien, in d. c. ad nostram in nouella experientia docuit, quòd vsurarii dimissis contractibus mutui, inchoauerunt facere huiusmodi contractus, videlicet contractum conditionalem cum pacto de retrouendendo rem, & postea ne forma contractus ex vi illius pacti iudicaret illum vsurarium, cœperunt facere bina instrumenta, primum purum emptionis, secundum promissionis de retrouendendo. Hodie vero decet debitorem pecunia indigentem confidere de vsurario, sicut sacrista faciendo sibi purum instrumentum venditionis, nec vult in eodem instrumento, vel alio facere pactum de retrouendendo, ne propter hoc præsumatur contractus vsurarius *c*. Sed certe hodie faciunt duo vel tria instrumenta, primum venditionis puræ, secundum locationis liuellariæ, quia emptor locat rem emptam venditori Tertio quandoque, scilicet pactum de retrouendendo. Alii dicunt quòd dictus contractus de retrouendendo est licitus de iure ciuili & canonico, & etiam in foro
2 conscientiæ: & sic de iure diuino, † quia de iu-
re ciuili pactum de retrouendendo appositum in contractu, non est reprobatum, vt est casus in l. secunda. C. de pactis inter emptorem & venditorem. & ibi not. per Doctor. & not. Angel. in l. ad officium. in fine. C. communi diui. nec de iure canonico vt probatur in d. ca. illos vos. de pignori. & c. ad nostram. de emptio. & venditi. & dicam in xij præsumptione. Neque etiam de iure diuino pactum de retrouendendo videtur esse reprobatum. probatur Leuitici xx. quæsti. c. ibi, dum dicitur, si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suam, & voluerit, propinquus eius potest redimere quod ille vendiderat, Sin autem non habuerit proximum, &

a De retrouẽdendo. Et pactũ de retrouendẽdo, an inducat præsũptionẽ vsurarũ contra non solitum fœnerari, vide Cor. j. vol. consil. ccxxiiij. inci. quanquã. & consil. ccxlj. & cons 347. incipi. visa. Et pactum de retrouendẽdo infra certũ tẽpus casu quo emptor velit ꝑ seipso, an & quãdo ꝓcedat vt promittens cõpelli possit. vide consil. ccxliij.

b Fraudis. Esaias propheta capit. xxxij. fraudulenti vasa pessima sunt.

c Vsurarius. Contractus qñ celebrat̃ ĩ fraudem usurarum, vide text. in l j. cũ gl. C. de his qui. ad prin. voca. li. x. & Bal. in l. illud in fi. ver. extra gl. hic positã. C. de sa. sa. eccle s. ubi allegat d. l. j.

ipſe precium ad redimendum potuerit inueni-
re,computabuntur fructus ex eo tempore quo
vendidit , & quod reliquum eſt,reddet empto-
ri, ſicq́ue recipiet poſſeſſionem ſuam . Et hoc
maxime verum eſt quando deceptio ſiue læſio
non eſt in ipſa venditione, nec in locatione,ne-
3 que in pacto de retrouendendo. † Nam de iu-
re ciuili & canonico venditio & locatio iuſto
precio facta non eſt reprobata , & probatur in
toto titulo ff.& C.de cond. venditione & loca-
tio.& inſtitu.eodem & extrà eodem de emptio
ne & venditio. & de locatio . cum ſimilibus. &
pactum de retrouendendo factum dummodo
non ſit ſimulatum,& precium iuſtum, non vi-
detur eſſe reprobatum ab aliquo iure , etiam ſi
ſit conuentum cum venditione & locatione e-
iuſdem rei præcedente,ut eſt caſus in l. fundú .
ff.de contrahen.emptio. imo uidetur eſſe quæ-
dam gratia & liberalitas, quia eſt liberatio a iu
re liuelli,cum tendat dictum pactum ad liberã-
dum venditorem , eundemq́ue conductorem a
iure liuelli,qui de ſui natura eſt perpetuus , vt
eſt caſus notabilis in c.j.§.j.ibi, ex natura per-
petui liuelli.in titu.de alien.feu. & ibi not. per
Doct.in vſib.feu. Cum ergo dictum pactum nõ
tendat ad necem venditoris , ſed eius gratiam
& vtilitatem , videtur quod ſit permiſſum etiã
in foro conſcientiæ , cum illud idem vellet ſibi
fieri emptor,idem ipſe locator , ſi eſſet uendi-
tor & conductor.argum. c.1. prima diſtinc.ubi
4 tex.ſic dicit , † Ius naturale eſt , quod in lege
& Euangelio continetur, quo quiſque iubetur
alii facere,quod ſibi uult fieri, & prohibetur a-
lii inferre,quod ſibi nollet fieri unde Chriſtus
in Euangelio,Omnia quæcunque vultis ut fa-
ciant vobis homines,& vos eadem facite illis.
hæc enim eſt Lex & Prophetæ . Et hæc opinio
videtur etiam fundari & inueniri ex communi
opinione & obſeruantia ciuitatis Veronæ .
Nam quotidie celebrantur Veronæ huiuſce-
modi contractus,& reputantur liciti . Ergo ui-
detur quòd non poſſunt dici illiciti & vſurarii,
ut probatur in l. quis ſit fugitiuus §. apud La-
beonem.ibi,quia id facit quod ei publice face-
re licere arbitratur.ff.de ædil.edict. & ibi Bart.
dicit per illum tex.quòd ſi quis facit aliquem
actum vel contractum qui exiſtimetur commu
niter licitus. Contrarium tamen eſt in verita-
te,quia ſapit vſurariam prauitatem, ex hoc nõ
dicitur vſurarius.& ibi hoc idem dixi,addendo
quòd hoc eſt multum not. pro mercatoribus
aliis qui quotidie faciunt multos contractus
vſurarios in veritate , & communiter tenetur
in illo loco quòd non ſit uſura, quòd tales non
ſunt vſurarii,& non forte peccant,niſi eſſent in
ignorantia ſupina *a* , & non curarent,nec va-
lent informationem habere.argu.l.nec ſupina.
ff.de iuris & facti ignoran. & argumen. eorum
quæ not.Bartol.in l. bonorum.ff.de bonor.poſ-
ſeſſio.& in l.penul.ff.de adulte.ad quod videa-
tur quod dicam in v.caſu principali.verſic.niſi
dicamus quòd conſuetudo nec tex.in d.c.ad no
ſtram.extrà de empt.& vendit.vbi ponitur pa-
ctum de retrouendendo quandocunque contra
dicere videtur : quia ibi non videtur reprobari
contractus ex eo quòd eſſet appoſitum pactum
de retrouendendo quandocunque:ſed quia ip-
ſe emptor fuit in dolo, quia uenditor ibi vole-
bat recipere pecuniam mutuo , & non vende-
re,vt patet ibi in prin.dum dicit,Cum B.laicus
ab M mutuo recipere voluiſſet , & emptor ne
videretur vſurarius,& ſic ne poſſet poſtea con
ueniri tanquam vſurarius , uoluit quòd dictus
B.venderet ſibi domos & oliuas : & ſic cum in
veritate fieret mutuum, uoluit quòd inſtrumẽ
tum fieret de venditione: & ſic propter dolũ *b*
emptoris eiuſdem locatoris reprobatur ibi cõ-
tractus,& non propter pactum de retrouenden
do:ut probatur in textu ibi , igitur † fraus &
5 dolus *c* cuiquam patrocinari non debent &c.
De quo tamen eſt aliter dicendum , vt dicitur
plene in quinto caſu principali. & licet ex pa-
cto de retrouendendo rem, ipſa res intelligitur
obligata,ut dixi ſuprà,non tamen propter hoc
præſumitur contractus ſimulatus, vt ſtatim di-
cam:nec etiam obſtare videtur, quòd dixi ſecũ
dum Bart. quòd contractus præſumatur ſimula
tus , quando venditor remanet in poſſeſſione :
quia illud non procedit,quando venditor reſponde-
ret emptori de fructibus.hoc enim facit ceſſa-
re præſumptionem fraudis.argu.l litibus. C.de
agri.& cenſi.libr.x1.ut dicit Bald.in dict. l.poſt
contractum.in princ.iij.colum.ff.de dona.& in
d.l.ſicut.§.ſuperuacuum.ff. quibus mod.pign.
vel hypo.ſol. Item non procedit quo ad ipſum
venditorem dicentem contractum fuiſſe ſimu-
latum:quia non ſufficit ut ex hoc ſolo poſſit ve
nire contra factum ſuum , ut de ſeruo pign.da.
ma.l.ſi creditoribus, ſed quo ad tertium credi-
torem dicentem contractum fuiſſe ſimulatum,
vt ſi contractus præiudicet , bene procederet ,
ſecundum Barto.in d.l.poſt contractum. in iij.
præſumptione,in fi.in d.§ ſuperuacuum . in fi.
& ſequitur Bal.in l. emptionem. in fine, verſic.
qualiter probetur.C plus valere quod agitur .
& Franciſcus Zabarella in c. illo vos. in ſecun-
do notabili.extrà de pignoribus. Alii vero ali-
ter dixerunt , prout ex infra dicendis appare-
bit,quę breuitatis cauſa hic omittuntur.

EGO Bartholemæus Cæpolla Veronenſis, iuris vtriuſque doctor minimus & aduocatus conſiſtorialis,ſic nunc dicerem diſtinguendo ſex caſus principales , ſalua tamen meliori deliberatione cuiuſlibet alterius , & maxime theologici,& ſanctæ matris eccleſiæ: cuius opinioni & deciſioni ſemper adhæreo, & nunc me ſubmitto . Quandoque contractus dictæ locationis & pacti de retrouendendo fuit celebratus ex interuallo poſt contractum venditionis, & nihil fuit actum expreſſe vel tacite ipſius venditionis tempore , ne ante dictos contrahentes de celebrando dicto contractu locationis & pacti de retrouendendo . Quandoque fuit actum inter contrahentes expreſſe vel tacite tempore venditionis,vel ante de locando dictã rem venditam

a Supina. Ignorantia nõ excuſat eum q dabat operã rei illicitæ.Bar.no. in l.eum qui.§. pen.ff. de iniur. Item nec quæ non poteſt allegari. Alex. in l. fin.de decre.ab ordi.fac.

b Dolum. Dolus in alienãte rẽ cauſa mutandi iudicii probatur eoipſo, quia rẽ alienauit ſub pacto de re ſibi retro reſtituenda,vel quãdoaccepit prę:iũ vel alienã rem pro eadem ſecundũ Bar. in l.item ſi res.§. idemq́ue fieri.ff.de alien. judic.mu.cauſa fac.Et dolus cõſiſtit in animi qualitate , non in precio l.doli. & ibi Bal. C.de reſcin.vendi.

c Dolus. Dolus ex cõiecturis probat. gl.in c.fi. de renun.in vj.l.quoties §.qui dolo de proba l.dolũ C.de dolo.Pau. de Caſtr. conſi. lxxx. & Bart.in l.fi.C.de proba. vbi dicit verũ ſi ſunt coniecturę indubitatæ, ita quòd animũ iudicis reddãt certum:uide Spec. de expen.§.fin. ver.tu autem.

ditam eidē uenditori cum pacto de retrouen-
dendo uel tēpore dictæ uenditionis fuit cele-
bratus contractus locationis & pacti de retro-
uendendo,& in dicto contractu vēditionis & lo
cationis & pacti de retrouendendo nō interue-
nit uere, ficte, uel præsumptiue fraus,dolus,si-
mulatio, uel aliqua læsio seu deceptio in uendi
tione,locatione, uel pacto de retrouendendo,
nec in aliquo alio. Quādoq; in dicto contractu
interuenit fraus, uel dolus, uel simulatio uere
uel fictè uel præsumptiue , & est deceptio siue
læsio in uenditione,locatione,& in pacto de re
trouendendo.Quandoque in dicto contractu in
teruenit fraus a, dolus,uel simulatio ex parte
utriusque cōtrahentis, uel unius tantū:sed nul
la interuenit læsio in precio uenditionis,loca-
cationis,& pacti de retrouendendo. Quandoq;
dubitatur an in dicto contractu dolus,uel fraus
uel simulatio interuenerit : & interuenit læsio
in locatione & pacto de retrouendendo in ali-
quo aut aliquibus ex ipsis.Quādoq; non inter-
uenit dolus,fraus,simulatio,nec aliqua lęsio in
precio uenditionis,sed in alijs, uel adsunt aliæ
pręsumptiones doli,fraudis,uel simulationis.

PRIMO casu quando contractus locationis
& pacti de retrouendendo fuit celebratus
ex interuallo post contractum uenditionis, &
nihil fuit actum expresse uel tacite ipsius uen-
ditionis tempore , nec ante interdictos cōtra-
hentes de dicto contractu locationis & pacti de
retrouendendo & sine dubio hoc casu contra-
ctus locationis & pacti de retrouendendo est li
citus: nec pōt dici ꝙ sit simulatus uel usurari-
us:quia nihil interuenit propter quod iudicari
possit,ꝙ dictus cōtractus locationis, & pactum
de retrouendēdo fuerit illicitus,simulatus,uel
usurarius ,imo licitus,& ꝙ potius continet me
ram gratiam & liberalitatem ex parte locato-
ris ꝑꝑ dictum pactum de retrouendendo. Idē
est dicendū multo magis,si habeo fundum quē
emi,uel aliter acquisiui a Titio,& postea ipsum
locaui Sempronio, eique feci pactū de retrouē
dendo. Nā hoc casu nulli dubium est,ꝙ licitū:
quia non reperitur hoc prohibitū in iure ciuili
aut canonico aut theologico. potius dici pos-
set, ꝙ fiat gratia ipsi conductori per ipsum lo-
catorem per pactum de uendendo, maxime cū
non possit dici ꝙ fuerit pignus uel contractus
simulatus ex quo res locata non fuit ipsius cō
ductoris,sed ipsius locanti tantū: & iustum pre
cium locationis & pacti de uendendo interue-
nit. Si aūt fuisset actum de retrouendendo tem
pore uenditionis expresse uel tacite,uel præsū
ptiue,quod qñ sit,dicetur in sequenti casu prin
cipali:tunc quid iuris sit,dic ut ibi dicam . Et
in tertio casu principali in x. præsumptione.
Sed si interuenisset præciū iustum respectu lo-
cationis uel pacti de retrouendendo uel uendi-
tionis tantū,uel in omnibus prædictis,quod qñ
sit,dicetur in tertio casu principali in secunda,
tertia, & quarta præsumptione. & tunc si pre-
cium fuit iustū respectu unius cōtractus tantū
& sine dubio non erit, nec esse poterit contra-
ctus usurarius:sed si fuisset lęsio in tribus prę-
dictis cōtractibus uel duobus ex eis. & idē etiā
est dicēdū.Ex quo in ueritate percipio fructus
uel redditus rei meę locatæ,nec aliquod pign.
uere uel præsumptiue interuenerit & hoc si em
ptor habuit animū emēdi,& uēditor uēdēdi,ꝙ
sic dic ,ut dicā in primā præsumptionē in prin
9 cipio.†quia in incertis nō certis locus est con
iecturæ l.cōtinus.§.qđ ita.ff.de uerborū ob.a-
lias secus. Ad quæ adde qđ dicā in quarto casu
principali. Poterit tamē dici dictus contractus
illicitus:quia si fuit iniustum preciū in uend.&
pacto de retrouendendo ultra uel citra dimidia
iusti precij:tūc in eo quo plus iusto cōi precio
res erit empta,locata, uel promissa de uēdēdo,
tenebitur lædens supplere iustū preciū,uel re-
stituere illud plus qđ perceperit de fictu uel
uenditione,seu retrouēdēdi,& tenebitur etiam
reddere uere fictū futurū & preciū uēditionis
seu retrouenditionis ad iustū preciū in foro cō
scientię, uel rescindere dictū contractum in e-
lectione ipsius lędentis etiam de iure ciuili,qñ
ut dixi,esset deceptio ultra uel citra dimidiam
iusti præci ,per l.2 cum ibi not.C de rescin.uē
di.Et etiā de iure cano.ut est casus in c.cū dile
cti ibi,quia uero in arbitrio emptoris est.& in
c.cū causam.ibi,aut suppleatur.extra de empt.
& uend.quod quidē procedit etiam si esset læ-
sio in simplici locatione tantum:siue fuerit lo-
catio ad tempus siue liuellaria in perpetuum,
quia beneficium d.l.2 C.de rescin.uend non so
lum habet locum in uenditione seu emptione,
sed etiam in locatione & conductione simplici
ut probatur in l.si in precio. §. quemadmodū.
ff.loca,& in l.j.§.si quis in fraudē. ff.si quid in
frau.pa.& ita tenet glo.fi.in l.si olei. C.loca,&
glo.in l.in uenditione.§.j.in l.si minoris. ff.de
bo.auto.iudi pos.& glo.fi.in l.si ea capactione.
C de usur.& Spec.in ti.de empt.& uend.§.er-
go nunc dicendum restat. de rescin uend.uer.
sed nunquid prædicta lex.Et ita tenet Cy in l.
legē.in prin.C.loca.& in d.c.quēadmodū.Bal.
in c.cum causam.el 2.ad finē.extra de testi. &
Ange.in l.maioribus.C. communia utriusque,
iudi.& Ant.de But.in c.cum dilecti.de emp.&
uend.& ita tenent Doc.in d.l.2.C.de resci.uen
di. Item habet locum beneficium d.l.2.etiam
in locatione perpetua liuellaria seu emphyteo
tica:ut probatē in d.c.ad nostram. extra de re-
bus eccle.non alie arguendo ibi de feu.ad em.
phyteosim.Et ita tenet Specu.in ti. de locato.
§.nunc aliqua.uersi.nonagesimo. & Bal.in d.l.
2.uersi.est dubium de contractu emptionis.Et
Lud.de Ro.in l.si quis cum aliter in 8.colu.in
pr n.ff.de uerbo.o[illegible].Et Ioan.[illegible]e Imo.in c.cum
causam. circa finem. extra de emo. & uendi.&
do.Bar.Saly.idem tenet in quodam suo consil.
quod incipit,super puncto quo quæritur an ec
clesia.qui mouetur in primis per gl.l.excepto.
C.loca.in uer.fructus. quæ dic t ꝙ idē iudicaē
de contractu simili locationis,quod de ipsa lo-
catione.& per gloss.in fi.in d.l.si olei.quæ uult

a Fraus.
Fraus pręsumitē
ex actuū celeri
tate, & ex ni-
mia liberalitate
Bal.in l.eā quā
15.col.de fidei-
cō.Itē ꝑsumitē
cū cōstet de dā
no,& nō aliter.
Bald. in l.si tu-
tor.C.de inter
dic. ma. inter
tu.& pu. Item
ꝑsumitur ex ni-
mijs caute.Bal.
in l.ēt.3.col.C.
de execu. rei iu
di.& not.in l.6.
ff.de cōd.instit.
& in l. pe.C.de
euic Itē præsu-
mitur ex quali-
tate personę,ut
si est solitus fœ
nerari, secundū
Bald. dum in l.
cum alias 4.op
posi.C. de usu.

a Contractu. innominato. Contractus in nominatus quas actiones pariat, uide in Spec.de act.seu peti.§.sequitur uidere. uer.sed & vbi. & ff.de prescri. ver.per totum.

b Simulatus. Contractus simulatus qũo ꝓbet, vide Paul. de Cast.consil. 80.& con.113. & consi.326. & & se.Bar.in l.pactaq; nouissima. circa medium. C.de pac Contractus pręsumi tur vsurarius,& simulatus,quan do uenditio mo dico tempore durauit. Bar. in consi. Pet.Nic. & Pau.de Cast. consi.325. inci. in causa mota &c.ver. his præ missis &c.

quòd beneficium d.l.2.habeat locum etiam in
contractu innominato *a*. & idem.s. quòd ha-
bet locum in emphy.seu liuello.d.l 2.tenet An
to.de Bu.in d.c.cum dilecti.de emp. & vendit.
Sihabeatur respectus ad valorem iuris em-
phyteotici.Et sic attendatur deceptio inspecto
valore cõmuni iuris emphyteotici:de quo dicã
in tertia præsumptione.& ita intelligantur præ
dicti doctores:secus si haberetur respectus,& at
tenderetur deceptio ad verum valorem rei:de
quo dicam plene in secunda præsumptione,ver
sicu.verum quia dictum est. Nã tunc non habe
ret locũ beneficium d.l.2.C.de rescindẽ.vend.
Et isto modo potest saluari Spec.qui contrariũ
videtur dixisse in ti.de emp.& ven. §.nunc re-
stat.ver.quid de concessione in emphyteosim.
vbi dixit,ꝙ d.l.2.nõ habet locũ in dicto contra
ctu emphyteo tico. & istud teneo quod dixi se-
cundũ do.Anto. Sed si non esset læsio citra vel
vltra dimidiã iusti precij, sed in minori quanti
tate,tunc quid iuris sit?dic vt infra dicam in ꝓ
xima distinctione,& plene in secunda præsum-
7 ptione tertij casus princip.†Et est maxima dif
ferentia an contractus sit pignoratius, simula-
tus *b*, siue vsurarius,an illicitus:quia quando
est usurarius,pignoratitius,vel simulatus,quic
quid percipitur de fictu,redditu, vel fructibus,
debet in sorte, id est in debito principali com-
putari:vt probatur in c. illo uos.extrà de pign.
& in c.ad nostrã.de empt & vend & in ti.extra
de vsuc.& maxime in c.j.& 2.& c.conquestus.
& c.cũ cõtra.extrà de pig. & in l.j.2.C.de pig.
actio.cum si.& not.glo.in c.ex literis.in verbo
forte amplius,extra de iureiu.Intantum quòd
extenuatur debitum sortis per solutionẽ fictus,
vel redditus, vel perceptionem fructuum ipso
iure:vt est casus in l.j.C.de distra.pig.& hoc te
net glo.in dicto ca.ex literis.& in verbo.forte
& amplius.de iureiur. Sed quando contractus
est solummodo illicitus,& non vsurarius uel pi
gnoratitius aut simulatus, tunc illud tantum,
quod recipitur vltra iustum precium, est resti
tuendum & contractus reducendus vel rescin-
dendus:vt d.l. 2.cum ibi not.C.de rescind.ven
di.& no.glo.fi.in uerbo,deceptione.circa prin
cipium.& in c.cũ dilecti.de emptione & uendi.
& in c.per tuas.in verbo,interest enim.de dona
tio.extra. Circa hoc autem sic concludas:Ali-
quãdo contractus est simulatus siue vsurarius.
Aliquando est tantummodo illicitus,id est iure
nõ probatus. nam huiusmodi simulatio est a iu
re improbata in notatis in toto titu.C.plus va
lere quod agitur.& in d.c.ad nostrã.& in d.c.il
lo uos.cum similibus . Item vsura est illicita,
seu reprobata vtrusque Testamenti pagina : vt
est tex.in c.quia in omnibus & c.super eo. ex-
tra de usuris.& etiam de iure ciuili hodie , qa
leges non dedignantur sacros canones imitari:
vt est tex.in auten.de eccle.titu.& ibi glo.col-
la.9.& no.glo.in l. cum allegas. & in auten.ad
hoc.C.de vsuris.& in l.j.C de summa tri.& ibi
per Doc. & hoc casu quando contractus est si-
mulatus uel vsurarius , potest rescindi vel an-
nullari cũ dictione quam posui infra in quarto
casu principali,ad finem.& fructus percepti cõ
putari debent in sorte,vt supra dixi.Si uero cõ
tractus est tantummodo illicitus,& non simula
tus,vel vsurarius,quod est quando contrahen-
tes habuerunt animum vere & simpliciter con
trahendi,sed deceptio siue læsio interuenerunt
in precio:& tunc si læsio est in dimidia iusti pre
cij vltra uel citra , contractus poterit rescindi,
vel debebit suppleri iustum precium de iure ci
uili & canonico secundum beneficium d.l.2.&
d.c.cum dilecti.& c.cum causam.Et multo ma-
gis reprobatus est iste contractus in foro con-
scientiæ, in quo non est licitum cõtrahentibus
se decipere etiam in precio, vt dicã plene in se
cunda præsumptione : nec fructus vel redditus
per emptorẽ medio tẽpore percepti in hoc ca-
su in sortem computantor,nec sunt restituendi
de iure ciuili vel canonico: quia hoc non me
mini me legisse iure cautum.Immo.d.l.2.uide
tur probare contrariũ, ex quo solum prouidit,
ꝙ sit in electione lædentis vel rescindere cõtra
ctũ,vel supplere iustũ precium,& cum tenuerit
ipso iure venditio,& sic emptor perceperit fru
ctus rei suæ,eos restituere non tenetur.& facit
ad hoc quod no.Bal.in c.j.in tit.de feudo dato
inuicem le.cõmis.in vsib feud.& quod no.An-
to.de But.in c.ad nostram. circa mediũ.ibi,sed
veniente tempore.de emp. & ven.in foro autẽ
animæ & sic diuino , bene credo quòd emptor
teneatur restituere fructus siue redditus,uel in
sortem computari pro eo minori precio, quo
res fuerit vendita uel distracta.Sed si læsio non
est in dimidia iusti præcij, tunc talis cõtractus
est licitus de iure ciuili vel canonico,per d.l.2.
C.de rescin.ven.& per dictũ c.cum dilecti.& c.
cũ causam.de emptio.& venditio. & hoc tantũ
8 intelligitur,quod dicitur:†quòd licitum est cõ
trahentibus se in precio decipere:ut l.in causæ
§.penul.ff.de mino. & in l. item si in precio.§.
quemadmodum.ff.locati. & sic peti non pote-
rit, quòd rescindatur dictus contractus,aut ꝙ
sibi suppleatur iustum precium vel quòd fru-
ctus restituantur,aut computentur in sortem .
Item nec in foro conscientiæ iste contractus e-
rit rescindendus.Credo tamen quòd tenebitur
lædens supplere iustum precium,& fructus re
stituere pro eo pluri,vel minori,quo res est vẽ
dita vel distracta: ex quo in foro conscientiæ,vt
dixi,non est licitum contrahentibus se decipe-
re in precio circa dimidiam iusti precij . & vt
no.Anto.de Bu.in c.in ciuitate.extrà de vsuris
& in c.quia plerique in fine.antepenul.colu.de
immu.ecclesiæ.Et dicam plenius in secũda præ
sumptione tertij casus principalis. ver.de iure
autem diuino,&c.

SECVNDO casu principali quando fuit
actum inter contrahentes expresse vel ta-
cite vel præsumptiue tempore venditionis.
vel ante , de locando dictam rem venditam,
& de faciendo pactum de retrouendendo , vel
tempore dictæ uẽditionis, fuit celebratus con-
tractus

tractus locationis & pacti de retrouendendo,
& in dicto pacto locationis, uenditionis,& pa-
cti de retrouendendo, non interuenit fraus vel
ſimulatio, uel aliqua lęſio ſeu deceptio in ali-
quo. Et tunc etiam hoc caſu omnes dicti con-
tractus ſunt liciti, etiam in foro conſcientiæ,
nec pactum de retrouendendo coniunctum cũ
uenditione & locatione eiuſdem rei, reddit cõ
tractum vſurarium uel illicitum,ſi nulla fraus,
dolus,uel ſimulatio, aut læſio,ſiue deceptio in
teruenerit:vt probatur in l.2.C.de pactis.inter
empt.& uend.& eſt caſus no. in l. qui fundum
ff.de contragend.empti.Et ita tenet Albericus
de Ro in d.l.2.qui dixit,quòd ita de facto obti
nuit dictam inueſtituram ſine locatione ualere
& hoc no.& tenet glo.in terminis,in c.conque
ſtus.extra de uſuris.in gloſſ.magna,circa finẽ.
ibi,non eſt tamen vſura, ut ſi uendo tibi fun-
dum.Nec obſtat text.in d.c. ad noſtra.quia ibi
propter pactum de retrouendendo tantum nõ
reprobatur contractus, ſed propter fraudem &
dolum emptoris.vt dixi ſupra circa principiũ,
quod tamen intellige ſecundum ea quæ dicam
9 in ſequenti caſu principali.† Quando autem di
catur ſeu intelligatur actum expreſſe, vel taci-
te, uel præſumptiue tempore uenditionis,uel
ante de pacto de retrouendendo: dic quòd ex-
preſſe dicitur actum, quando probari poteſt
manifeſte,quòd ita dixerit, & expreſſe volue-
rit uenditor uel emptor. Tacite quando inter
emptorem & uenditorem factum de dicto pa-
cto de retrouendendo, & non coram teſtibus:
quia forte ſi dixit emptor confidens in fide, ꝗ
tibi faciam ex interuallo pactum de retrouen-
dendo,uel dixit, ex nunc promitto tibi retro-
uendere, ſed nolo quòd de hoc fiat mentio in
inſtrumento locationis uel uenditionis, ſicut
faciebat Hieronymus de Saluaticis uſurarius,
qui tempore uenditionis ſæpiſſime nolebat fa-
cere pactum expreſſe de retrouendendo, ne cõ
tractus cenſeretur uſurarius,& clam promitte-
bat uenditori,& volebat quòd uenditor de ip-
ſo confideret, & communiter ſeruabat fidem
promiſſam.hoc autem, ſcilicet tacitam fidem
fuiſſe promiſſam,probare poterit per confeſſio
nem uel per teſtes uel per ſcripturam de manu
emptoris ſcripſiſſet hanc promiſſionem ſuper
libris ſuis,uel quia etiam ita eſſet ſolitus facere
ſicut ſolitus erat dictus Hieronymus, per ea q̃
habentur & not.in l.2.§.ſi quis palam. cum §.
ſequenti.& in § tacita. & in l.cum tacitum.ff.
de iure fiſci.& in l.cum tacitum.ff. de probatio
ne,& quę notantur per Bartol. in l.ſi gener.ff.
de his quibus ut indi.licet glo.Ioan.Andr in c.
contra eum.ante medium.ibi, ſi conſtat tacite
ut per coniecturam de regulis iuris.in 6. intel-
lexerit quòd tacite conſtare dicatur per con-
10 iecturas.† Num per coniecturas *a* inducitur
potius actus pręſumptiuus quam tacitus,ut ꝓ
batur in ca.requiſiſti. extra de teſta.& in c.illo
uos.in fine.in uerbo, præſumitur.de pigno.&
in c.ad noſtram.in uerbo, patet.& ibi glo.quæ
exponit, id eſt præſumitur de emptio. & uen-
ditione. & probatur in aliis iuribus præallega.
11 ad quod facit quod ſtatim dicam. † Præſum-
ptiue autem diceretur actum,quando inconti-
nenti poſt uenditionem facta fuiſſet locatio cũ
pacto de retrouendendo:uel quando poſt uen-
ditionem & locationem incontinenti fuiſſet fa
ctum pactum de retrouendendo. Ex breuitate
enim ſpatij præſumitur dictum aut factum, vt
eſt text.cum gloſſ.fin.in fine.& ibi per Docto.
in l.ſi uentri.§.ſi in bonis.ff.de priui.cre. & eſt
text.cum gloſſ.in uerbo, incontinenti.in c.of-
ficij.extra de electio.& per Barto.& Doctor.in
l.poſt contractum.ff.de donatio.§ j.verſicu.itẽ
pone aliquis.& per Cyn.in l.ſi quis poſthac.in
2.quæſt.C.de bo.pręſcrip.& per Bald.in l.2.C.
de ædili.act.& per eundẽ Bald.in l.2.per diuer-
ſas.C.manda.ubi dicit, quòd cum fuerit facta
promiſſio de retrouendendo,incontinenti præ
ſumitur cõuentum fuiſſe per prius, per dictam
l.ſi uentri.ad quod adde quod dicitur in prima
12 præſumptione circa princip. † Quando autem
dicatur incontinenti uel ex interuallo factum:
dic quòd hoc eſt relinquendum arbitrio iudi-
cantis.ar.l.j.ff.de iur. deliberan.& c.de cauſis.
extra de offic.delega.& per gloſſ.fin. in c. non
eſt.de regu.Ita tenet Ange. in dicta l.ſi uentri.
§ fin.de priui.credito.& Ludo. de Ro.in l.j.§.
j.ff.de verborum obligation.& quando eſt fa-
ctum pactum de retrouendendo eadem die &
loco,& coram eiſdem teſtibus præſumitur fuſ-
ſe factum incontinenti.arg.a communiter acci
dentibus ſecundum Bald.qui ita dicit not.in l.
pe.quæ incipit,in his.§.mulier.ad fi.ff.ſolu.ma
tri.Item quando eſt factum pactum de retrouẽ
dendo *b* eodem die,de quo eſt facta uenditio
præſumatur factum incontinenti. uel etiam de
eo conuentum tempore uenditionis uel ante,
quia una dies non eſt longum interuallum, ut
probatur in l. ſi ex duobus. in principio.ff.de
duobus,reis.& ita not.Bar.in dicta l.j.§ j.ff.de
uerb. obligat. Et ita uidi alias conſultum per
plures Doctor. in materia noſtra ſimulationis.
Facit ad hoc optime quod not. Bal.in l.j in fi.
C.de ope.libe.ubi dicit,quod fit eodẽ die & lo-
co,præſumitur eſſe factum eodem contextu.&
uide quod not.Innoc.& Doct. in c.conſidera-
uimus.extra de elect & uide Oldra.conſi.253.
Et hoc maxime uerum,ſi nõ eſſet appoſita uel
deſcripta hora contractus in inſtrumẽto,neque
in inſtrumento pacti de retrouendendo, ſicut
communiter non apponitur,nec de iure regu-
lariter tabellio apponere tenetur.iuxta no per
Cyn.in l.optimam.in v.quæſt.C.de contrah.&
committen.ſtipu.& per Bal.in l.in præſcriptio
ne.in 9.co.C.ſi contra ius uel utilitatem publ.
in l.fi.in 3.col.C.de edic.diui.Adria.tol.& in l.
cum proponas.C.de inter.matri.& in l.impera
tor.ff.de ſtatu ho. & per Ioan.And.in additio.
Spec.in titu.de inſtru.edi.§ dicto uerſic.ſi poſt
inductionem.& in addi quę incipit, hora dici.
& per gloſſ.nota.in l.ſi ex pluribus.§ fina.cum
ibi not ff.de ſolu.Nam licet inſtrumentum uẽ
ditionis pręſumatur præceſſiſſe,& inſtrumentũ
pacti

a Coniectur. Coniecturæ ſufficiunt in his q̃ cõmuniter ĩ ſecreto fiũt. Bal. in rubric.C. de prob. & Ale.in l.fi. de q.ꝗ coniecture & pſumptiões ſufficiũt in his quæ communiter ſecrete fiunt.

b Retrouen. Pactum de retrouendendo, qũo probetur, Pau.de Caſ.cõ. 280. incip.uiſo ꝓceſſu atteſtationib.in 2.col. in fin.ꝗ per cõiecturas & præſumptiones. & in conſi.304.ꝗ incipit,iudex ẽ miniſte. & Ale. cõſi.121.2.parte. ubi dicit an per teſtes & an per unicum cũ iuramento in ſupplementum probationis.

pacti de retrouendendo subsecutum, quia iste
ordo naturæ est, vt no.Bal.in prima consti.Co
dic.§.hoc igitur.in ij.colum.in vij.not.tamen
præsumam dictum secundum instrumentũ pa-
cti de retrouendendo fuisse eadem hora confe
ctum: quia ita communiter fieri solet.arg.l.j.
C.de arbit.cum ibi no.per gl.& Doct.& ꝑ glo.
pen.in l.cum dotem.de iure dot. Item præsum
ptiuæ intelligeretur actum tempore venditio-
nis,vel antè de retrouendendo,qñ subesset præ
sumptio, quòd ipse venditor verisimiliter non
voluisset, nisi cum illo pacto de retrouenden-
do,vt dicam in sequenti casu principali in pri-
ma & duodecima præsumptione.

TERTIO casu principali quando in di-
cto contractu fraus vel dolus vel simula-
tio vere,vel ficte,vel tacite, vel p̃sumptiue in-
teruenit,qđ qñ fit,statim dicẽ,& est deceptio,
siue læsio in venditione, locatione, & pacto de
retrouendendo, & tunc sine dubio tales cõtra
ctus sunt non modo illiciti, sed ẽt simulati &
vsurarij, tum propter dolũ & fraudẽ, & simula
tionem, tum ẽt propter ipsam deceptionẽ seu
læsionẽ,vt probatur expresse per tex. in c. ad
nostram.ibi,cum re uera.& ibi,qñq; à septẽnio
& ibi,quia igitur dolus & fraus.extrà de emp.
& vend.& in c.illo uos.ibi,non esse pure vendi
tas,sed pignori obligatas.& ibi,pro xxij.li.ob-
ligatur.coniunctio ibi,xxvj.lib.& ibi, quòd vl
tra summam receptam bo.sol. deberent persol
ui.extrà de pig.& idem dicendum est ẽt de iu-
13 re diuino a, & sic in foro conscientiæ. † de
quo iure seu foro nullus debet decipi seu lædi:
vt probatur in c.j.& dicam in ij.præsump.& di
citur fraus,vel dolus,vel simulatio vere inter-
uenisse,quãdo actum fuisset inter partes, quòd
licet instrumentum loqueretur de venditione,
nihilominus intelligeretur esse pignus. Sed em
ptor voluit,quando mutuauit pecuniam,ꝙ re-
cipiens mutuo pignoraret sibi fundum vel do
mum,& ꝙ fieret instrumentum qualiter vende
bat sibi, ad hoc vt emptor possit lucrari fruct.
& ne per canonẽ contra vsurarios edictũ posset
in posterum conueniri, vt hæc probãtur in d.
c.ad nostram.ibi,cum B. laicus ab M.mutuum
accipere voluisset, nec per canonem cõtra vsu
rarios edictum posset in posterum conueniri,
domos, id est oliuas recipit ab eo.ti.emptiõis,
cum re vera contractus vsurarius ageretur. &
ibi,quia igitur fraus & dolus.extrà de empt.&
vendit.& ista probari poterunt non solum per
confessionẽ partium, sed ẽt per alia instrumen
14 ta & per testes: † & ꝙ per instrumenta & per
testes probari possit simulatio contractus, sen-
sit gloss. in aut.de fide instru.§.si vero aliquid.
col.vj. & tenet Cyn. in l.optimũ.in iij.opp.C.
de contrah.& com.stipul.& Bart. & Doct.in l.
generaliter.C.de non num pe. & Ioã.de Imo.
in d.c.ad nostrã de emp.& vendi. Item dicitur
fraus,dolus,vel simulatio interuenisse fictè,qñ
lex vel statutũ ita fingeret,vtputa si quis dice-
ret, si quis fecerit talem contractum, fingatur
vsurarius uel simulatus.facit ad hoc gl.in l.uni
ca.§.accedat. in verbo præsumatur.C. de rei
vxo.actio.& quod no.per gl.& Doc.in l.nõ est
verisimile.ff.quod metus causa.& in c.is qui fi-
dem.extrà de spon. Item dicitur fraus vel do-
lus vel simulatio interuenisse tacitè,quando ta
citè actum est inter contrahentes, quòd licet
instrumentum fieret de venditione, tamen in
veritate esset pignus vel econtrario: licet par-
tes vellent quòd esset pignus, nihilominus di-
ceretur in instrumento quòd esset venditio, ꝙ
quando fit,dixi supra in secundo casu proxime
præcedenti. Item dicitur fraus,dolus, vel si-
mulatio interuenisse in cõtractu pręsumptiuè,
qñ non constat ꝙ sit actum expresse vere vel fi
ctè vel tacite inter parte, quòd contractus ven
ditionis celebretur, cum in veritate esset pi-
gnus. Sed præsumi ex pluribus præsumptioni-
nibus,&c. Sequitur prima præsumptio.

a Iure diui. Ius diuinũ dicitur ius naturale.gl. insti.de ob.q̃ ex deli.na.in prin. & Ale.ĩ l.Iu. de condi.& demõ.

15 ET prima † præsumptio est, qñ lex præsu-
mit ꝙ contrahentes non habuerũt animũ
emendi vel vendendi, quod est qñ tempore vẽ
ditionis, vel antè fuit dictũ vel tractatũ ꝙ non
esset venditio,sed pignus. Nam tunc venditio
statim secuta præsumitur simulata. Idẽ si ven-
ditio fiat ex interuallo, sed vendens prius dixe
rat & protestatus fuerat,quòd non intendebat,
quòd eẽt vẽditio,& si cõtingeret ipsum in futu
rũ vẽdere,intẽdebat ꝙ esset pignus.ita sing.di-
cit Bar.secundũ Iac.de Butr.in l.pacta nouissi-
ma.C.de pact.& ibi per Bal.& Doct.& no.Bar.
Bal.Ang. & Doct.in l.item quia.§. itẽ Iulia.ff.
de pac.& Bart.& Ioan.de Imo.in l.Titia.§.idẽ
respondet.el j.ff.de verb.obli.& Ange.in l.j.in
iij.col.in fi.ver.in glo.ibi,ex his quæ præcesse-
runt.ff.de iudi.& Bald.in l.multũ.in ij.col.C.si
quis alteri vel sibi.& ad hoc vide gl. in l.inter-
positas.in verbo,qualitas.C.de transact. Si au
tem prędicta protestatio nõ præcessit,& cõtra-
ctus appareat celebratus in formã venditiõis,
licet inter partes tractatus de celebrãdo aliter
siue in alia forma,per hoc nõ probaretur con-
tractus simulatus vel fraudulentus, quando vt
dixi,contractus vẽditiõis celebratus fuit ex in
teruallo post dictũ tractatum. pro hoc l.cum ĩ
plures.§.locator horrei.ff.loca.secundũ Ange.
qui ita no.in l.si quis eum aliter.ff.de verb.ob.
Et subdit quòd si verba cõtractus essent ita am
bigua,quòd possent trahi ad multos sensus,in-
terpretanda sunt secundum tractatum quantũ-
cunq; pręcedentẽ. allegat ad hoc Inn.in c.in-
notuit.extrà de arbit. quod est valde notandũ.
& ita tenet Ludou.de Roma.in d.l.si quis cum
aliter.in xiij.col.in fi.qui allegat gl. ordinariã
in l.j.in gl.j.ad fi.ff.de iud & glo.in l.elegãter.
in prin.in verbo,puto.ff.de cond.indeb.& l.hæ
redes palam §.sed si notam.ff.de testa. Itẽ præ
sumitur quòd contrahentes non habuerũt ani
mum uere vendendi & emendi, quando de-
bitor petebat mutuum, & creditor dixit, nolo
mutuare, sed emere volo cum pacto de retro-
uendendo ad certum tempus secundum Ho-
stien.

ſtien. & Anton.de Butr.in cap.ad noſtram. de
emptio & venditi. Et de hoc eſt caſus ſecundũ
intellectum Odofr.in l.emptione.C.plus vale-
re quod agitur.vt refert & tenet ibi Bal.in prĩ.
qui dicit ꝙ hoc eſt notatu dignum. Et idem vo
luit Guil. de monte Laud. in cle.ex grandi. de
vſur. & eum ſequitur ibi,iij.q.§. cæterum.do.
Franc.Zaba. Et idem tenet Ludo.Pontanus in
ſuo ſingulari,quod incipit, quæro an pacta de
16 retrouendendo. † vbi dicit, ꝙ vbicunq; con-
tractum factum cum pacto de retrouendendo
præceſſit tractatus mutui, ſemper præſumitur
vſurarius. Et ideo debet nullus declarari,& fru
ctus reſtitui. allegat dictum ſingulare Odofre.
relatum per Bal.in d.l.emptione.& dicit quòd
ita etiam conſuluit. Et idem tenet etiam Ioã.
de Imola in d.c ad noſtrã,qui ſubdit quòd hoc
ideo pręſumitur, quia originalis cauſa fuit mu
tui petiti. Idem qñ probaretur, quòd debitor
quærebat pecuniam accipere mutuo ſuper ta-
li poſſeſſione, & poſtea reperitur ipſum feciſſe
venditionem de illa poſſeſſione quam quære-
bat. Nam tunc præſumitur color quæſitus de
contractu ad contractum, ſicut & alibi de per-
ſona ad perſonam, vt ff.ad Velleia.l.mulier.§.
cum eſſet. Ita dixit domi.Paul. de Ca.in conſi.
328.in prin.& alleg.no.per Hoſtien.in c.ad no
ſtram. Item non præſumitur animus vendendi
& emendi, quando fuit actum inter partes à
principio, quòd dictus emptor cogeretur uel
obligatus eſſet ad locandum ipſam rem vendi-
tam ipſi venditori cum pacto de retrouenden-
do,& quòd aliter dictus venditor non eſſet vẽ
diturus, uel quia in inſtrumento uenditionis
dicitur cũ pacto de retrouendendo, ſiue quòd
ipſe venditor non eſſet venditurus. hæc tamen
uerba nunquam tu apponas in inſtrumento vẽ
ditionis, quia declararent inſtrumentum eẽ ſi-
mulatum, unde ſi vigore dicti pacti etiam in-
cõtinenti poſt ipſam venditionẽ vel eadem ho
ra uel die fuerit facta dicta locatio dicto vendi
tori de dicta re per ipſum uẽdita,cum pacto de
retrouendendo in eodẽ inſtrumẽto locationis
contento,vel etiam in alio inſtrumento fuiſſet
appoſitum pactũ de retrouendendo, præſume-
retur qđ uenditor nõ habuiſſet animũ uendẽ-
di. facit ad hoc quod dixi in præcedenti caſu
prin.circa finem.hęc tamen præſumptio tolle-
retur,ſi conſtare poſſet expreſſe de contrario,
videlicet qđ venditor habuit animũ vendendi,
& emptor emendi, maxime per confeſſionem
partis,quia pręſumptio non cadit ſuper certo,
ſed ſup incerto tm̃,ut per gl.in l.unica.§.acce-
dat.in verbo,pręſumatur.C.de rei vxo.actio.et
in l.ſiue poſſidetis.C.de proba.& ſic in incer-
tis non certis locus eſt coniecturæ.l.cõtinuus.
§.cũ ita.ff.de uerbo.obli.& in l.pedicularis.§.
argenteis.ff.de auro & argen.leg.& in l.ille.§.
cum in verbis.ff.de leg.iij.cum ſimi. Et quia di
cta præſumptio non eſt iuris,& de iure,ſed iu-
ris tantum,ut no.domi. Lauren.de Rodulphis
in ſuo tractatu de vſur.quem ſcripſi ſuper cap.
conſuluit.extrà de vſur.in lx.quæſt.& licet eẽt
præſumptio iuris & de iure, ita quòd non poſ-
ſet admitti probatio in contrarium, per cap.is
qui fidem.cum ibi nota. de ſponſalibus. & per
nota in autenti.ſed iam neceſſe.C.de dona.an
te nup.& in corpore vnde ſumitur. & vt uide-
tur ſentire Ioann.Cald.de Bononia in quadam
ſua diſputatione ſeu quæſtione, quæ incipit,
17 Vſurarius. quod tamen non teneo, † quia cõ
tra præſumptionem iuris à iure introductam
ſemper admittitur probatio in contrario, niſi
ius ſtatuat quòd non admittatur, ut eſt gloſſa
notab.l.iiij.diſtin.c.fraternitatem. in glo.fina.
Et eſt glo.l.diſtinctio ferrum.in glo.fina.ad fi.
& not.per Docto.in c.is qui fidem. Sed in hoc
non reperitur.quòd ius ſtatuat cõtrarium, qđ
nihilominus cõtra dictam præſumptionem iu-
ris, de iure admitteretur præſumptio in con-
trarium per cõfeſſionem partis, ut no.gl.in au
ten.de quali.do.§.illud quoque.colũ.vij. & eſt
gl.i.l.in cõtractibus. in principio.in verbo,nul
lo modo.C.de non num.pe. Et not. Ange.& do
minus Paul.de Caſt.in l.inter ſtipulantem.§ ſi
Stichum.in prin.colum ff de verborum oblig.
& no.per Docto.in d.auten.ſed iam neceſſe.&
in d.cap.is qui fidem.& ita ſentit gl. in cap.ad
noſtram.in verbo,patet de emptione & vendi-
tione.& ibi Anton.de Butr. qui dicit, quòd ſi
conſtat quòd ſit venditio,& ſic vẽditor habue-
rit animum uendendi,tenebit talis contractus
& emptor lucrabitur fructus. & hoc tenet Io-
an.de Imo.ſequendo domi.Anto.in dicto cap.
ad noſtram.in verſic.in eadem gloſſ. in fine. &
iſtud eſt veriſſimum, quod bene not.in practi
ca,ut caute procures quòd ſaltem venditor ꝓ-
fiteatur,quòd habuerit animum uendendi, ma
xime reſpondendo oppoſitionibus emptoris,ſi
hoc verum eſt, quia per talẽ confeſſionem uel
aliam ſufficiẽtẽ probationem apparebit. Et iu-
dicabitur quòd dictus contractus fuerit omni
no ſimulatus,neque pignoratitius neque uſu-
rarius,ſed uerus,quod ſing.not. & tene menti,
ut ſcias defendere emptorem. Et eadem ratio-
ne põt dici contrà,qñ inſtrumentum loquitur
de uera venditione & in veritate fuit ſimulata.
Nam cautela eſt pro uẽditore vt procuret pro-
bare,ſi poteſt, quòd ipſe nõ habuerit animum
vendendi,nec emptor emendi. Nam ſi proba
bitur vel confiteantur partes quòd neuter ha-
buerit animum vere contrahẽdi,videlicet em-
ptor emendi nec uenditor vendendi,tunc indi-
ſtincte dici poteſt, quòd iſte contractus ſit ſi-
mulatus vel vſurarius,non ſolum in foro con-
ſcientiæ, ſed etiam in foro canonico & iudicia
li,quia conſtare dicitur expreſſe de ſimulatio-
ne ſaltem re ipſa.facit ad hoc l.j.& per totum.
C. plus valere quod agit.vt dicam plenius in
quarto caſu principali,ubi eſt vidẽdum. Sed ſi
probatio vel confeſſio fieret ſolummodo,quòd
vnus tantum cõtrahentium habuerit animum
vere uendendi, ſed emptor habuit animũ ree-
mendi uel ecõtra,tunc quid iuris ſit? dic ut di-
cam in dicto quarto caſu principali, vbi hoc
prolixius examinatur.

Secunda

a Læſio in vẽd. Vẽditio ſi cõtinet læſionẽ vẽditoris, ẽ ĩ poteſtate emptoris, ſupplere iuſtũ preciũ uel rẽ reſtituere . l.ii.C. de reſc.uẽ.ii.rñ. & ibi Doct.qđ verũ ẽ, ſi ẽptor dolo careat, nã ſi ſit ĩ dolo, cogitur præciſe reſtituere.l.pe.cũ gl.ĩ uer.poſſeſſ. C.ſi vẽ pig.ag. qđ ẽ verũ ẽt ꝓ modica læſio.ẽt inf.dimidiã. iuſti precii.l.dol⁹ C.de reſcĩ.uẽd. & Pet.de Sun.in d.l.ii.13.col.

18 SECVNDA † præſumptio eſt, quando
interuenit læſio in venditione, *a* prima
quia res vendita valebat centum,& fuit vẽ
dita plus vel minus prope dimidiam iuſti pre-
cii. quod quando ſit,dic ut habetur per glo.&
Doctores in l.ii.C.de reſcinden.vendit. & in c.
cum cauſam. extrà de emptio & uendi. & in c.
cum cauſam.el.ii. extrà de teſt. & licet ex ſola
paruitate precij nõ præſumatur dolus ſufficiẽs
ad reſcindendum contractũ,vt eſt caſus in l.do
lus.& in l.ad reſcindẽdum.C.de reſcind.uend.
& ſic non præſumitur contractns ſimulatus, ut
no.Ang.in l interpoſitas.in fine.C de tranſact.
tamen hoc cõiunctũ cum alijs inducit præſum
ptionẽ doli,ut eſt gl.no,in d.l.dolus. in verbo
præcij.quæ allegat l.cum hi.§ modus.ff.de trã
ſact.vbi hoc optime probatur ſi.n.eſſet lęſio in
paruitate precij non contingente dimidiam iu
ſti precij,tunc de iure ciuili eſſet licitum , nec
ulla mala præſumptio induceretur per hoc cõ
tra ipſum emptorem, nec deberet ſuppleri ad
iuſtum precij,quia licitum eſt contrahentibus
ſe in precio decipere:ut l.in cauſæ.§.pen. ff.de
minori.ubi text.ſic dicit , in precio emptionis
& uenditionis naturaliter licere contrahenti-
bus ſe circunſcribere . & eſt tex.no.in l.item ſi
in precio.§.quemadmodum.ff.locati.ubi ſic di
citur ad literam , Quemadmodum in emendo,
& uendendo naturaliter conceſſum eſt , quod
plus ſit,minoris emere,& quod minoris ſit,plu
ris vendere,& inuicem ſeſe circunſcribere, idẽ
& in locationibus & conductionibus quoque
juris eſt. Idẽ eſſet lic tũ de iure cano.ut no.gl.
fi. in uerbo,deceptione.in c.cum dilecti. extrà
de emp.& vendi. & glo.fina. in c.cum cauſam.
el ij.extrà de teſtib.& gl in uer.inuenerunt.in
c.per tuas extrà de dona.& gl.in c.in ciuitate.
extrà de vſur. Et ibi hoc tenet dom. Ant.& Bu.
& habetur per Bal.in d.l.in cauſæ.§ penultim.
ff de minor.& per Alb & Roſa. in l.ij. C.de re-
ſcindenda uenditiõe.& ſic in foro ciuili uel ca-
nonico,non poteſt dici ex paruitate precii tan
tum, quæ nõ contingat dimidiam iuſti precij,
quod ſit aliqua pręſumptio doli,fraudis,uel ſi-
milationis nec etiam poteſt agi cum effectu ad
reſcindendum contractum, vel ad ſupplendum
juſtum precium, etiam ſi emens ſcienter eme-
rit rem pro minori precio,& venditor non pu-
tet eam eſſe maioris precii,ut eſt gl. nota.in d.
l.item ſi in precio.§.quemadmodum.in glo.fi.
ff.locati.ac etiam ſi concurrat cum dicto pacto
19 de retrouendendo , † quia pactum de retrouẽ
dendo cũ ſola paruitate uel maioritate precij,
maxime non contingente dimidiam iuſti pre-
cij,non facit præſumere contractum eſſe ſimu-
latum uel vſurariũ,niſi aliæ ſint coniecturæ,q̃a
non reperitur textus qui hoc dicat,ſ. ꝙ ex ſo-
la paruitate precij in uno tantum contractu in
teruenient cum pacto de retrouendendo præ
ſumatur cõtractus ſimulatus uel vſurarius:nec
ẽt hoc dicit c.ad noſtrã.de emp.& vendit.quia
ibi fuit actũ.ꝙ poſt certum tempus poſſit retro
emere,& non antè , ex quo inducitur una alia
mala præſumptio cõtra ipſum primũ emptorẽ,
ut dicã infrà in proxima pręſumptione;quę nõ
ſubeſt quando eſt pactũ,ꝙ q̃ñcũq; poſſit retroe
mere, vel uſq ad certũ tempus,ut probatur in
l.ij.C.de pact.inter emp.& vendi.ibi, precium
q̃ñcunq; uel intra certa tempora obtuliſſent .
Nec ob.gl.in c.conqueſtus.extrà de vſur.quia
ibi verbum,precio abundat, ut dicam in quin-
to caſu principali : ubi videas . Niſi dolus de-
diſſet cauſam contractui , quia dolus inductus
fuiſſet, nam contractus venditionis cum ſit bo
næ fidei , vt inſtitutio.de action.§ actionum.&
not.in cap.cum venerabilis.extrà de exceptio.
ex quo dolus dediſſet ſibi cauſam, ipſo iure cõ
tractus non teneret,ut eſt text in l.eleganter.
in prin.ff.de dolo. & arg.xij queſtio.ij quiſq́s
epiſcopus.in fi.& extrà de rerum permuta io
c.cum vniuerſorum.& no. gl fi.in prin in c cũ
dilecti.de emptio & uendit.vel niſi dolus inci-
deret in contractum,quia uenditurus erat, ſed
per dolum emptoris fuit inductus ad minus vẽ
dendum. Nam tunc licet cõtractus teneret nõ
poſſet reſcindi,tamen poſſet agi ad ſupplemen
tum reſidui iuſti precij, vt eſt caſus in l. Iulia-
nus.§. ſi venditor.& §. per contrarium.ff.de
act.emp.& not.gl.fi.in d.§.quemadmodum.ff.
loca & glo.in uerbo, licere in fi.in d.l.in cau-
ſæ § pen.ff.de minori.& gl fina.in uerbo dece
ptione.in dicto c.cum dilecti.de emp. & vendi.
& gl.in l.contractus.C.ex quibus ma.o.uel niſi
taxatum uel limitatum eſſet preciũ à lege uel
ſtatuto, quo caſu non liceret de iure ciuili uel
canonico aliquid ultrà accipere , quia lex vel
ſtatutum ſeruari debet,quamuis ẽt eẽt lex du-
ra,ut l.proſpexit.ff.qui & à quibus.cum ſimili.
20 nec etiam liceret in foro conſcientię , † quia
ubicunque lex uel canon prouidet ſuper certo
diſponẽdo ſecundũ aliquam rõnem,obtinet in
foro iudiciali rationabiliter , obtinet in foro
conſcientiæ ſecundum beatum Tho. vt refert
& tenet Floria in l.ex parte hæres.§. ſeruo li-
berta.ff famil herciſcun.& notat Bal.in auten.
ingreſſi.in ix. colum.C de ſacro ſan.eccleſi. &
Ioan.de Ana.in c.j.circa finem.extra de teſta.
ac etiam faciens contra conſcientiam præce-
pti vel prohibitionis , peccat mortaliter,ut eſt
gl.xxviij.q.in cap.omnes.§.ex his.in glo.pri-
ma uel niſi venditor uel emptor læſus eſſet mi
nor uel eccleſia . quia tunc etiam re ipſa ſine
aliquo dolo principali uel incidẽti alterius cõ
trahentis,& eſſet læſus indiſtincte,poſſet reſti-
tui etiam pro leui damno,& non pro modico:
ut l.Seio.ff.de in integrum reſtituti.& ita nor.
in glo in verbo,licere in dicta l.in cauſæ.§.pe-
nul.ff.de minor.vel etiam niſi emptor decipiẽs
eſſet clericus uel prælatus, ſiue eccleſia, licet
deceptus nõ eſſet minor,quia eccleſia minime
debet parere laqueum.xxvij queſt.j.de Iudęis
& ita no. Antonius de Butr.in c.continebatur.
in i.col.extrà de his quæ fiũt à prælatis ſine cõ
ſenſu capituli.& in c.in ciuitate. extrà de vſu.
qui alleg ad hoc glo,in verbo,plus x quæſt.ii.
hoc ius porrectum.& in c.tuã. extrà de pœnis.

&

& not.Bald.in autent.ad hoc.in pen. col. circa
principium.uersic.insuper quæritur de usuris.
& uide Archidia.xvj.quæst.j.si cupis esse & ita
etiam tenet beatus Bernardin.in suo libello de
contractibus & usuris in xxxj.articu.ij.ca. qui
dicit, Si in uenditione plus offertur quàm res
ualeat,ecclesia recipere non debet,sed tantum
iustum precium. & allegat prædictam gloss. in
c.hoc ius porrectum.& Archidia.ibi,& Bald.in
21 dicta l.in causæ.§ penulti.de minor. † & quia
ecclesia in suis contractibus non debet fraudẽ
aliquam adhibere,ut in c.per tuas.extrà de do-
nation.& pro hoc allego text in c.j.§. j. in tit.
de alie.feu.in usib.feu.ubi pulchre text. sic di-
cit,Ecclesia cultrix iustitiæ & auctrix non pati
tur aliquid con tra iustitiam in se ferre uel mo
uere: priuatus uero obuiat sæpe iustitiæ. quod
bene nota.clerici & prælati,qui sæpissime con-
trarium faciunt sub prætextu,quòd semper me
22 lior conditio ecclesiæ fieri debeat. † De iure
autem diuino,& sic in foro conscientiæ, credo
quòd non sit licitum contrahentibus se deci-
pere etiam citra dimidiam iusti precij,& etiam
in casu,ubi non daretur restitutio, contrahen-
tes essent laici,per id quod habetur in leg.& in
Euangelio, quo qui sque iubetur aliis facere,
quod sibi uult fieri, & prohibetur alij inferre
quod sibi nollet fieri:ut est text.j.distinctio. c.
humanum genus.& dixi suprà circa principiũ.
Sed certum est quòd unusquisque uellet quòd
sibi uenderetur iusto, æquo, & communi pre-
cio,& nullus uellet in precio decipi citra dimi
diam iusti precij,quia nemo præsumitur iacta-
re suum. l. cum de indebito.in principio. ff. de
probatio. cum similib. Ergo unusquisquæ de-
bet uelle uendere iusto & communi precio, &
neminem decipere & maxime cum mendaciis
& periuriis,ut dicit beatus Augustinus.& habe
tur lxxx.distinct.c.quoniam & Casiodo. & ha
betur eadem distinctio c.quid est aliud.ubi scri
bitur in hæc uerba:Negociatores ergo illi'abo
minabiles existimantur,qui iustitiam Dei mi-
nime considerantes, per immoderatum pecu-
niæ ambitum polluunt mentes suas, periuriis
ornando magis quàm precio, tales deiecit Do
minus de templo dicens,Nolite facere domum
patris mei domum negociationis.Et ad hoc ui
de gl. notabilem in. l. semper in conuentioni-
bus.ff.de regulis iuris.quæ dicit,quòd licet lex
dicat,quòd sit licitum contrahentibus se deci-
pere,non tamen conuenit bono uiro:sed in fo-
ro conscientiæ quilibet debet esse bonus uir:
ergo,&c.Et ita tenet Bald.per illam gloss. quã
dicit esse singularem in c.cum causam.el. ij. in
fine.extrà de testibus.& ita tenet Anto.de Bu.
licet nihil alleget in c.in ciuitate.uersiculo,ue
nio ad gloss extrà de usuris.de quo uide etiam
per eundem in c.quia pleri quo.in fine.antep.
colum.uersicul.quintus casus. extrà de immu.
eccle.& ibi Doctor. & dixi suprà in fine primi
23 casus princip.†Sed quæ potest esse ratio,quòd
in foro ciuili uel canonico licitum est contra-
hentibus se decipere in precio, & sic licitum
est carius uendere uel uilius emere usque ad di
midiam iusti precij exclusiuè,& non sic in fo-
ro conscientiæ?Respondeo secundum beatum
Thomam secunda secundæ quæstio.lxxvij. arti
culo primo,uersicu ad primum ergo dicendũ,
quòd lex humana populo datur, in quo sunt
multi à uirtute deficientes:nõ autem datur so-
lis uirtuosis.Et ideo lex humana nõ potest pro
hibere quicquid est contra uirtutem,sed ei suf
ficit ut prohibeat ea quæ destruunt humanum
conuictum. alia uero habeat,quasi licita, non
quia ea approbet,sed quia non punit. Sic ergo
habet quasi licitum,pœnã non inducens, si abs
que fraude uenditor rem suam superuendat,
aut emptor illius emat,nisi sit nimius excessus
quia tunc lex humana cogit ad restituendum,
puta si aliquis sit deceptus ultra uel citra dimi
diam iusti precii. Sed lex diuina quæ non solũ
datur populo,sed omnibus uirtuosis,nihil im-
punitum relinquit,quod sit uirtuti contrariũ.
Vnde secundum diuinam legem illicitum re-
putatur, si in emptione & uenditione non sit
æqualis iustitia obseruata: & tenetur ille qui
plus habet, recompensare ei qui damnificatus
est,si sit notabile damnum,ꝙ ideo dico,quia iu
stum precium quandoque nõ est punctualiter
determinatum:sed magis in quadam existima-
tione consistit,ita quòd modica additio uel di-
minutio non uidetur tollere æqualitatem iusti
tiæ.& hoc uidetur sequi, & tenet beatus Ber-
nardinus in dicto libello de contractibus & usu
ris,in sermone xxxv.articulo j.ca.ii. & ad hoc
ultimum adde quæ dicam infrà in uer. uerum
quia dictum est.ibi,& si non posset præcise di-
24 ci.† Sed dubium est circa prædicta,quid si istæ
duo concurrant? Primum, scilicet quòd unus
contrahens non decipit aliũ:quia quilibet scie-
bat & intelligebat ualorẽ rei uenditæ. Secũdũ,
quòd nullus eorum erat in necessitate contra-
hendi propter aliquam magnam egestatẽ, seu
quancunque aliam magnam necessitatem, &
nihilominus res fuit uendita,uel insolutum da
ta,uel aliter alienata plus uel minus iusto pre
cio,an hoc sit licitum in foro conscientiæ? ui-
detur quòd nõ,per dictum c.humanum genus.
i.distinctio.sed ut mihi relatum est.beatus Ber
nardinus dicebat quòd sic.Ego probo ex con-
iunctione duarum regularum. Primo scilicet,
per regulam l.nemo uidetur. ff. de regulis iu-
ris.in penult. charta. ubi sic dicit text. Nemo
uidetur fraudare eos,qui sciunt & consentiunt
ad hoc l.cum donationis.C.de transactioni.ubi
dicitur,quòd dolus non infertur.&c.scienti.de
regulis iuris.in vi.ubi dicitur,Scienti & consen
tienti non fit iniuria,neque dolus. & probatur
in.l.i.in fine.ff.de action.empt.& l.i. intelliga-
tur.& l.quia.§.penultimo,& finali. ff. de ædil.
edic.& in l.domum.ff.de contrahenda emptio-
ne.& hoc tenet gloss.in l.uenditor.C.de rescin
denda uenditione.quę dicit,quòd ubi est con-
sensus cum conscientia,ibi cessat dolus.& uide
quod dicam in vii.præsumptione.Secũdo per
aliam regulam l. donari uidetur. ff. de regulis

iuris. &

iuris.& ff.de donationibus vbi dicitur, Dona-
ri videtur, quod nullo iure cogente concedi-
tur.& hoc videtur tenere Antonius de Butr.in
cap.quia plerique. in fine. vbi eſt caſus extrà
25 de immu.eccleſi. vbi dicit, † quòd quis non
tenetur ad reſtitutionem etiam in foro conſci-
entiæ, quando vendens vel alienans læſus eſt
ſagaciſſima perſona, ita quòd veriſimile ſit
quòd in plus non appreciauerit rem, & reſi-
duum voluerit habere pro derelicto. Aliqui
addunt & tertium, ſcilicet quòd ille qui dici-
tur læſus in precio, non fuerit ductus leuitate
mentis aperta ſiue præſumpta ad ſic contra-
hendum. Exemplum pone in iuuenibus, qui
leuitate ſæpiſſime ducuntur. trigeſimaquarta
diſtinctione quorundam. ibi, merito inutilis
dicitur, qui iuuenilibus deſideriis occupatur.
& facit lege finali.§.filij autem. ibi, iuueniles
C.de bonis quæ liberis. nam licet talis non
ignoret verum valorem rei ſuæ, nec ſit in ne-
ceſſitate conſtitutus, tamen ſi eſt in foro con-
ſcientiæ, non eſt tutum, quòd daret vel acci-
peret rem pro pluri vel minori precio, quàm
communiter valeret, quia leuitas illa ſapit
quandam ignorantiam, & etiam quandam ne-
ceſſitatem inducit ita faciendi, vt probaretur
in dicto cap.quorundam.& in dicto.§. filij au-
tem. Sed vidi tractatum ſiue libellum Sancti
Bernardini Senenſis de contractibus & vſuris,
in ſermone trigeſimotertio, articulo ſecundo
in tertia particula.capitu. ſeptimo qui videtur
idem in effectu, licet breuioribus verbis, di-
26 cere, ſcilicet † quòd in foro conſcientiæ quis
tenetur ad reſtitutionem, etiam ſi in contra-
hendo ſit minor deceptus in dimidia iuſti pre-
cij, ſi procedit læſio in vno vel pluribus iſto-
rum quarta, verbi gratia: Si procedit ex igno
rantia aut mentis leuitate aperta ſiue præſum
pta, aut ex quacunque alia magna neceſſita-
te, ex quibus comprahendi poteſt, quòd ta-
lis contractus non procedit ex mera, grata,
& gratuita voluntate, & ideo talis læſio quæ
conſiſtit in minus emendo, aut plus venden-
do, non ſolum contra iuſtitiam eſt, ſed etiam
charitatem & contra naturalem hominis pieta
tem, licet ex vtriuſque partis voluntate & cõ-
ſenſu vel tractatu procedere videatur. Et quã-
uis beatus Bernardinus quatuor prædicta eſſe
dixerit, ex quibus mera & libera voluntas nõ
præſumitur, ſcilicet ignorantia, leuitas, ege-
ſtas'neceſſitas, tamen ego ſuprà tres dixi, ege-
ſtatem ſub neceſſitate tãquam ſpeciem ſub ge-
nere coniungens:ego etiam addo & quartum,
ſcilicet quòd contrahens nõ inducatur ad con
trahendum, ſcilicet pluri vel minori,propter
nimiam affectionem vel commoditatem. Ex-
emplum: vnius habet affectionem in aliqua re
particulari, vt in auibus, vel libris, uel ſimi-
libus. vt ſæpe contingit, vel quia res fuit ma-
iorum ſuorum. vt lege ſi in emptione.ff.de mi
nor.lege libertus qui ſoluendo non erat.ff.de
bonis libertorum.& l.prima.§.ſed ſi rem.ff.ne
quid in fraudem patrona.uel alia de cauſa, ut
infrà dicam in decimaſexta præſumptione.Ex-
emplum: commoditate unus vult facere viri-
darium uel ampliare domum. Vel unus habet
unam poſſeſſionem, & in medio uel in finibus
uicinus habet aliquos campos uel dominicu-
lam, qui ſibi non ſunt neceſſarij, ſed commo-
di propter uicinitatem. Sæpe enim confines
etiam ſupra iuſtam exiſtimationem intereſt
noſtra acquirere, ut eſt textus in l.ſi cui fun-
dus.ff.de legatis ſecundo. Nam his caſibus li-
cet de iure ciuili uel canonico eſſet licitũ plus
vendere uel aliter alienare propter affectionẽ
uel commoditatem ementis ſiue accipientis,
tamen in foro conſcientiæ credo quòd non ſit
licitum, quia non diligo proximum ſicut de-
beo, ut probatur in dicta prima diſtinctio. in
princip. & quia illa affectio uel commoditas
non permittit illum qui eam habet in uera li-
bertate cõſiſtere, ſed potius inducit quandam
neceſſitatem. Multi enim propter affectionẽ
& concordiam magis impelluntur ad emendũ
pro pluri, quaſi alia neceſſitate aſtricti eſſent,
ſubeſt & alia ratio. nam ſi intereſt mea pro-
pter commoditatem, uicinus non debet mihi
uendere illam commoditatem uel oportunita-
tem quæ eſt mea, non ſua, ſicut dicitur in u-
ſurario mutuante, quę debet recipere aliquid
ultrà ſortem pro re mutua, quæ eſt effectu il-
lius cui mutuata eſt, & ſi aliquid ſolueret ul-
trà, eſſet uſura, quia ſolueretur de re ſua, qđ
eſſe non debet. quod nota contra multos. &
in hac ſententia fuit beatus Bernardinus in di
cto ſuo opere de contractibus & uſuris, in ſer-
mone trigeſimoſexto, articulo primo, & cap.
ſecundo ad finem. qui allegat ad hoc Scot. in
iiij.decimaquinta diſtinctione quæſtio. ſecun-
da, & allegat etiam beatum Thomam in ſecun
27 da ſecundæ, quæſtio.ſecunda articulo.j. † ubi
dicit, quòd ſi emptor multum iuuatur ex re
quam emit, & ille qui uendit, non damnifica-
tur ultra communem ualorem illius rei, non
debet uendere eam utilitatem emptori: quia
non eſt ſua,ſed emptoris, licet poſſit ei uende
re damnum, quòd uenditor patitur uendendo
illam rem ultra communem æſtimationẽ. Sub
dit tamen, quòd ille qui multum iuuatur ex re
quam emit, poteſt ſponte & ſua mera liberali
tate aliquid ultra commune precium ſupererо
gare, quod ad honeſtatem pertinet,quã ſpon-
taneam & meram liberalitatẽ in dubio ſubeſſe
non præſumo, ſi aliquid de prædictis quatuor
concurrit. ad qđ adde quod dicam in ſequenti
præſumptione,qđ eſt bene notandũ,quia mul-
ti in ciuitate Veronæ contrarium faciũt, & ma
xime qñ quis uult emere fundum ſibi commo
dum propter uicinitatem, dñs uult triplũ aut
quadruplum plus eo quod ualet etiã.& quan-
do emphyteotę uel liuellarij uolunt à domi-
nus emphyteotæ acquirere iura directa, & ſic
ſe liberare ab onere liuellario: quia ubi cõiter
ſoluuntur quatuor duc. pro liu. domini uolũt
vij.aliquãdo viij.aliqñ x.aliquãdo ultrà.Et ma
le in foro cõſciẽtię ĩ quo tenenẽ uẽdẽtes ad re-
ſtitutionem

ſtitutionem illius pluris, in quo damnificati nõ
28 ſunt. † Verum quia dictum eſt, quòd non eſt licitum contrahentibus in foro conſcientiæ ſe decipere, etiam in precio: & ſic quando res vendi vel alienari debet vero & iuſto precio: dubitatur apud multos quod dicatur verum & iuſtũ precium in foro conſcientiæ. Ad hoc dic: Aut precium eſt taxatum à lege vel ſtatuto, illud ẽ verum & iuſtum precium, nec licet vltrà aliquid accipere, etiã modicum: quia lex etſi dura ſit, ſeruanda eſt. l. proſpexit. ff. qui & a quibus. & dixi ſuprà in verbo, vel niſi taxatum.
19 † & eſt ratio: quia vbi lex figit pedes ſuos, nõ licet vltrà transgredi. ut not. glo. pen. in l. ſi fuerit. ff. pro ſocio. & probatur in c. ſicut peccator. extrà de re. iur. cũ ſi. Et ad hoc vide quod ſcripſit dominus Pet. de Anch. in repe. c. canonum ſtatuta. in cxxii. col. fi. extrà de conſtitu. vbi dixit quòd ad hoc vt competat beneficium l. ij. C. de reſcinden. vendi. ſufficit quòd læſio ſit vltra dimidiam iuſti precii. etiam in vno nummo tantum: quia d. l. ij. ſic figet pedes ſuos, per glo. in l. ſi non fuerit. ff. pro ſocio. Et idẽ tenet Bal. in d. l. ij. xij. q. & idẽ not. gl. & ibi per Doc. in c. cum cauſam. extrà de emp. & vend. Aut preciũ non eſt limitatum aut taxatũ, & in hoc pendẽt leges & prophetæ: quia res ſæpenumero diuerſis preciis venduntur, præſertim in diuerſis locis. ut l. ideo. ff. de eo quod cer. lo. Et tunc ſubdiſtingue: Aut loquimur de rebus mobilibus aut immobilibus. Si loquimur de rebus mobilibus. tunc dic quòd res tantum valet, quantum communiter vendi poteſt: vt l. ſi ſeruus furtiuus. in prin. ff. de condi. furti. & ibi glo. in verbo inuenerit. hoc no. & allegat ad hoc concordãtes. qđ intellige ſciẽti & intelligenti conditionẽ rei, ut eſt tex. cum gl. no. l. mortis cauſa capimus. § fi. ff. de don. cau. mor. vbi ꝑ Doc & ſtatim dicam.
28 † Item intellige quantũ cõmuniter vendi poteſt a, non exiſtenti in egeſtate, nec in aliqua neceſſitate, nec in aliqua leuitate, nec in aliqua nimia affectione vel commoditate: vt patet ex his quę dicta ſunt ſuprà. Item intellige quantũ communiter venditur & vendi poteſt tempore contractus, ſecundum Hoſti. & Ray. & beatum Bernar. & ita tenet Bart. in l. non intelligitur. §. diui fratres ff. de iure fiſci. & not. per Doc. in l. ij. C. de reſc. ven. niſi ille qui vẽdit impræſentiarum, non eſt venditurus, ut puta pelles tẽpore æſtiuo, ſed eas ſeruaturus vſq; ad hyemẽ, rogatꝰ vel inſtigatus per aliũ ut ei vendat. Nam tũc poteſt augere preciũ ſuper id, quod communiter in præſenti valet, in tantũ ꝙ ſe ſeruet indemnẽ, propter quod aliqui dixerunt, quòd qui merces ſuas paratas habet, ut portet ad nundinas, veriſimiliter ſperat lucrum ex mercium illarũ venditione. & inducitur in loco vbi nunc ſunt ad vendendum modo prædicto, ſcilicet inſtigatus precibus videtur quòd talis venditor ſe poſſit indemnem conſeruare augendo precium ſecundum beatum Bernardinum in lib. de cõtractibus & vſuris, xxxiiij. articulo, in c. iij. qui ſubdit quòd talis caſus non eſt prædicabilis, quia periculoſus, & quòd in eo eſt habenda ratio periculorum & laboris, & expenſarum, quas venditor ſubiſſet transferendo merces illas, quas hic vendendo non ſubit, ideo modo poteſt eas tantum vendere, quantum venderentur in loco nundinarum: & ita etiam tenent Doct. in c. nauiganti. extrà de vſuris & maxime dominus Iac. Cald. in vij. quæſt. Et quod dixi, quòd res tantum, videlicet, quantum cõmuniter vendi poteſt tempore contractus, non intelligitur de die contractus tantum, ſed quantum cõmuniter vendi poterit illa die, & ante & poſt, ut eſt caſus not. in l. precia rerum. ff. ad l. Falcid. & ibi hoc not. Bart. & Doct. in l. ij. ad fin. C. de reſcindenda venditione. Et per eundem Barto. in l. ſi ſeruus. in principio. ff. de conditi. fur. & per Angel. in l. in lege Falci. hoc eſt obſeruandum. §. j. ff. ad l. Falcidiam. Item quòd dixi quòd res tantum valet, quantum communiter vendi poteſt, intellige quantum vendi poteſt, ſcilicet cũ onere ſuo, & ſine: quia minus communiter venditur ſine onere quàm cum onere. Exemplum, ſi poteſt vendi ſine cautione & fideiuſſione nõ præſtita, vel ſi vendi poteſt præſenti pecunia vel ad terminum, vel ſi venditor aut emptor eſt legalis aut locuplex, uel implicitus debitis, ita quòd non reperiſſet emptorem, niſi certæ quãtitatis. argum. tex. not. in l. iij. §. mulier. ff. de in diem addic. & not. Barto. ſingulariter in l. j. §. ſi hæres. ff. ad Trebel. vbi omnino vide not. Ang. in l. Falcidia hoc eſt obſeruandum. ff. ad l. Falc. Facit l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum aut Pamphilum. & ibi notat dominus Paulus de Caſtr. ff. de verborum obligatio. quod not. Barto. in l. in lege Falcidia non habetur quantitas. & in l. j. l. quærebatur. ad l. Falci. Ad quod adde quod dicam in ſequen. præſumptione, verſi. & prædicta de re procedunt. Item quòd dixi quòd res tantum ualet, quantum communiter vendi poteſt: intellige quantum communiter venditur ſimilis res, & vendi ſolet in foro publico, ut eſt tex. in l. ſeptem. & ibi Bartol. C. de eroga. milit. li. xii. & probatur in c. i. ibi, quem in mercato. extrà de emptione & uenditione. & habetur per Bar. & Doct. in d. l. precia rerum. ff. ad l. Falcidiam. & in d. l. ſi ſeruus. ff. de condi. fur. & per Vnto. de But. in c. cum cauſam. in ver. ad ſecundum demum probandum. extrà de emptione & venditione. Et ſi in foro huiuſmodi res vendi non conſueuit, inſpicitur quantum vẽdi poteſt in eo loco vel ea regione. Et ſi in foro, uel in illo loco diuerſis preciis venderetur, tunc media via eſt eligenda, ut ſtatim dicam in caſu ſequenti. Item res tantum ualet, quantum eſt æſtimata in æſtimo cõmunis, t probatur in l. hi qui. & ibi hoc not. Bar. C. de prædi. naui. libr. xi. Item res tantũ valet, quantum eſt æſtimata per duos peritos æſtimatores. vt notat Bartol. & ibi Doctor. in l. ij. C. de reſcindenda venditione. Si vero loquimur de rebus immobilibus, dic quòd non poteſt dari certa doſtrina, quando ſit verũ & iuſtum precium: niſi hoc modo, ſi vendo fundum pro centum, debet conſiderari ſi tantum valet,

a Vẽdi poteſt. Quantũ vendi põt in loco, in quo ẽ res, licet alibi plus vẽderẽt vel minus. l. fi. C. de adm. tu. & tenet Ludo. Pont. in l. j. §. ſi hæres ff. ad Trebel. pone exemplũ de libro in loco ſtudii ſm Bar. ĩ l. & equo. de le. j. item tantum res valet quantũ eſt æſtimata in æſtimo communis. l. hi qui. & ibi Bart. C. de præ. naui. libr. xj. in j. q. Bal. contra l. ij. pe. col. C. de reſcin. vendi.

ualet, uere habito reſpectu ad eius qualitatem & conditionem & fructuum perceptionem, ut l. quis. C. de reſcindenda uenditione. & in lege ſi fundum per commiſſum. in principio. & ibi gloſſ. prima. ff. de legatis. j. & in l. penulti. ff. de rebus cor. & not. gloſſ. Bartol. & Doctor. in l. ij. C. de reſcindenda venditione. & not. gloſſ. & Docto. in cap. cum cauſam. el ij. extrà de teſti. & ſi communiter vendentur pro tanto in loca pertinentia vel contracta ſcienti & intelligenti qualitatem & conditionem rei venditæ, eſt textus cum gloſſa nota. in dicta lege mortis cauſa capimus. §. finali. & ibi per Doctores. ff. de donation. cauſa mortis. & habetur in l. ſi ſeruus. ff. de condit. furti. & in lege precia rerum. ff. ad legem Falcid. & per Bartol. in le. non intelligitur. §. diui fratres. ff. de iure fiſci. & probatur in l. ſi quis vxori. §. ſi ſtatuliber. & ibi hoc notat Bartol. & Angel. ff. de furt. & & ibi per Bartolus & Docto. in l. prima. §. ſi hæres. ff. ad Trebellian. & per eundem Angelum in l. in lege Falcidia hoc obſeruandum. §. primo. ff. ad legem Falcidiam. vbi omnino eſt videndum. Et iſtud eſſet commune, verum, & iuſtum precium. debent etiam conſiderari ea quæ dicta ſunt ſuprà de rebus mobilibus, & ſic non poſſit præciſe dici quantum communiter poſſent vendi: quia forte aliquando huiuſmodi res venduntur communiter cētum, aliquando centum & quinque, aliquando octuaginta quinque tunc in his non eſſet illicitum quocunque de illis precijs concurrentibus venderetur proprie. Sed tutius eſſet, quòd eligatur medium precium in caſu propoſito de centū,
31 & in ſimilibus. † Et ſic media uia tanquam tutior eſſet eligenda. Et ad hoc vide textum qui optime facit in l. fundum. cum l. ſequenti. quæ incipit, ita vt omnes. in princi. ff. mandati, coniuncto cap. illud. extrà de clericis excommuni. minor. adde tamen circa prædicta, quod plene notat Beatus Bernardinus in dicto libello de contractibus & vſu, in trigeſimo tertio ſermone, articulo ſecundo, in ſecunda particula capituli vij. in fine. & plenius per eūdem in eodem libro. trigeſimo quinto ſermone, articulo primo. & ca. ij. & pleniſsime in extractis dicti tractatus beati Bernardini in titulo uſura. tertio, vbi ponuntur duodecim regulæ iuſti precij, vbi videri poterit. Aliqui tamen dicūt, quòd in hoc caſu quando res venditur minori precio quam valeat, & ab ipſo principio venditionis eſt actum quòd teneatur emptor locare dictam rem venditam cum pacto de retrouendendo pro iuſto precio, quòd non ſit prohibitum vel illicitum rem emere etiam prope dimidiam iuſti precij de iure ciuili, vel canonico, nec etiam in foro conſcientiæ, ex quo illud quod plus valet res vendita, remanet apud venditorem pro ſuo iure utilis dominij, cū ſaltem aliter ipſe non fuiſſet. Vnde non uidetur eſſe deceptus in aliquo uenditor, ex quo penes ipſum remanet omne id quod plus ualet res uendita iure ſuo, ſcilicet utilis dominii, illud ius poteſt uendere, ut l. fina. C. de iure emphyteot. Ad quod addam quod dicā in quinto caſu principali, uerſi. iii. caſu. ibi, credo tamen quòd maior præſumptio. Sed certe iſti in hoc non bene dicunt, nec ſequitur quòd plus illud quod ualet res uendita, remanet apud uenditorem, eundemque conductorem pro ſuis melioramētis, & ſic pro iure ſuo. ergo non læſus. quia illud plus nō poteſt libere uendere, ſicut potuiſſet, ſi non eſſet uenditum, ſed cum ſuo onere liuellario uendere tenetur, quod ſibi difficilius erit & magis damnoſum. ꝑ hoc l. iii. §. melior. ff. de in diem addic. & dixi ſuprà. Item quia tenetur prius domino denūciare, & eo emere nolente, ſibi tenetur laudemium, quod theloneū ſiue quinquageſima appellatur, ſoluere, ut lege fina. C. de iure emphyteo. Item quia ſi alienaret domino irrequiſito, caderet ab omni iure ſuo, ut dicit dicta lege finali. Item quia propter canonem debito tempore non ſolum caderet à iure ſuo, cum propter culpam ſuam perderet etiam illa melioramenta, ut habetur in dicta l. finali. & in lege ſecunda. C. de iure emphyteot. & in capit. potuit. extrà de locato. quæ non perderet, ſi non eſſent in dicta uenditione. Item amitteret etiam illud ius redimendi, quando eſſet cōceſſum & appoſitum in inſtrumento locationis liuellariæ, quia tunc cenſeretur eſſe ius emphyteoticum ſeu pars iuris emphyteotici, in lege ſterilis. §. ſi tibi. ff. de action. empt. & in l. qui fundum uendidit ff. de contrahenda emptio. facit etiam lex. fundi partem. eodem titulo. Vnde cum liuellarius non ſoluens canonem tempore debito, uel alienās irrequiſito domino, cadere debet à iure ſuo emphyteotico, ut l. ſecunda & l. finali. in fine. C. de iure emphyteoti. cadet etiam ab iſto iure redimendi, quod eſt pars iuris emphyteotici, ut dixi. Secus ſi ipſum ius redimendi eſſet conceſſum & aſcriptum in ipſo inſtrumēto uēditionis ſeparato ipſo ab inſtrumento locationis liuellariæ, uel poſt inſtrumentum iuris emphyteotici. uel quandocunque in alio inſtrumento & de per ſe. quia tunc non poſſet dici pars iuris emphyteotici, ſed quoddam aliud ius perſonale ſeparatum à iure emphyteotico. Et ideo licet propter culpam commiſſam in non ſoluendo canonem, uel alienando, caderet à iure emphyteotico, ut dicta lege ſecunda & fina. non tamen caderet à iure reemendi, per dicta iura, quod eſt bene notandum, quia ſæpe in facto euenit, & Doctores hoc non tangunt. Et prædicta procedunt, etiam ſi in inſtrumento uenditionis contineat donatio de eo quod plus ualeret ipſa res uendita, ſecūdum ea quæ dicam in ſeptima præſumptione.

32 TERTIA † præſumptio eſt, quando eſſet læſio in locatione ſeu in quantitate fictus. & hoc poteſt eſſe quatuor modis, in perſona conductoris, & alio modo in perſona locatoris. Primo modo ex perſona conductoris quando excedit ſummam iuſti præcii habito,

respectu ad quantitatem pecuniæ a solutæ pro re uendita, eademq; locata. Et habito respectu ad fructus qui recipiūtur seu recipi possunt ex dicta re locata, & ad possessionem quæ exolui debet ex re liuella. exemplum Emi a Titio fundum centum aureis, & sibi locaui eundem fundum pro xxxiij libris in anno. certe ista est læsio respectu pecuniæ meæ solutæ, quia soluuntur communiter in ciuitate Veronæ uigintiquinque libræ denariorum pro re empta centū ducatis. & est læsio respectu fructuum percipiē dorum ex dicto fundo ualente centum aureos ultra uigintiquinque libras denariorum, uel circa earum æstimationem deductis expensis, ac etiam est læsio respectu liuelli: quia licet fictus meræ locationis sit iustus, & communiter Veronæ reputetur iustus, quando soluuntur de liuello emphyteosi, & non de locatione simplici, debet solui pro minori quantitate, uidelicet in ratione quinque pro centenario, quia istud est iustum precium fictus liuelli siue emphyteosis. Nam quantum ad soluendum fictum de liuello, oportet nos ex redditibus metiri emphyteosim, & examinari pēsionem subtiliter, & ex precio collato redditus possibilis in uiginti annis computari, & in redditibus ex hoc communitatis agi emphyteosim. ut est tex. in auten. de non alienan. §. quia uero leonis. in fin. & in autent. perpetua. C. de sacrosanctis eccles. Et sic pensio iusta quæ recipitur ex re liuellata, est illa quæ collata in uiginti annis ultra uiginti annos, continet æstimationem rei liuellatæ. ut nota. glo. in dicta autent. perpetua in uerbo iuxta. & in dicto §. quia uero leonis. in fine. in uerbo, faciendam. & sic ex hoc patet quòd precium fictus, quod ex simplici locatione annuatim soluitur, per respectum ad ipsos fructus, uidetur esse quædam tacita uenditio fructuum: sed pensio siue fructus, qui soluitur ex contractu emphyteotico siue liuellario non datur principaliter per respectum ad fructus, sed in recognitionem domini tantum, ut notat Bartolus in l. j. & ij. oppo. C. de iure emphyteotico. & Anto. de Butr. in ca. potuit. extrà de loca. & est ratio inter fictum rei locatę simpliciter, & fictum rei liuellatæ: quia liuellarius tenetur manumittere rem liuellatam suis expensis, maxime cum detur & dicatur in instrumento liuellario ad meliorandum & non peiorandum, ut habetur in l. 1. & fi. C. de iure emphyteotico. & etiam si res liuellata culpa liuellarii, uel etiam sine culpa, sed casu fortuito deterioraretur, nihilominus liuellarius siue emphyteota semper tenetur ad pensionem, nisi tota res pereat, ut d. l. j. & ibi no. C. de iure emphyteotico. Et habetur in §. adeo. Institut. locati. intantum quòd liuellarius uerus, qui non potuit percipere fructus aut redditus rei liuellatæ pensionem soluere tenetur in recompensatione eius, quod minus soluit, quàm simplex conductor, ut habetur in dicta l. j. C. de iure emphyteotico. & in ca. propter sterilitatem. extrà de loca. & ita de consuetudine generali Veronæ obseruatur, quod non est in simplici colono uel conductore, qui non tenetur suis sumptibus rem locatam manu tenere: ut habetur in l. colonus. in prin. ff. loca. & in l. hactenus. ff. de usufruct. nec etiam tenetur ad soluendum fictum, si nō percepit fructus ex re locata, ut l. item quæritur. §. exercitu. & l. ex conducto. §. si uis tempestatis. & §. sed. & si labes. & in l. si merces. §. uis maior. ff. loca. & in l. si uno. eodem titulo. Et habetur in d. c. propter sterilitatem & ad hoc uide tex. cum glo. not. in autenti. de non alienan. §. quia uero leonis. in uerbo, diximus, quæ incipit, accipe uerbum, id est, concedimus. collat. ij. & tex. cum glo in uerbo, propter fortuitos casus. §. dudum. eodem titulo. & sic cum liuellarius grauaretur in aliquo, imo in pluribus, magis quàm simplex conductor, debet in alio releuari. & sic quòd liuellarius soluat tantum fictum in ratione quinque pro centenario. argu. l. eum qui. cum ibi notat. ff. de iureiu. ubi habetur, quòd qui in uno grauatur, in alio debet releuari, & econtra. & facit regula c. qui sentit onus. & c. rationi congruit. de regulis iur. in vi. cum similib. Alio modo contingeret læsio in locatione seu quantitate fictus, uidelicet quando excedit summam iusti precii, habito respectu tantummodo ad quantitatem pecuniæ solutæ pro re uendita, eademq; locata, de qua suprà positum est exemplum circa principium huius tertiæ præsumptionis. Tertio modo cōtingeret læsio, habito respectu solum ad fructus uel redditus qui percipi possent ex re locata. exemplum poni potest sicut dictum est suprà in primo modo læsionis. Potest etiam poni aliud exemplum, in quo cōmuniter decipiuntur. Aut ipsi decipiunt in ciuitate Veronæ ementes, ac demum incontinenti locantes eandem rem, uidelicet quando res uendita eademq; locata erat domus. Nam licet ego emerim domum pro cētum, & sic iusto precio, & locauerim iure liuelli eidem uenditori eandem domum pro uigintiquinq; libris denariorum, sic quòd communi precio, habito respectu ad dictos centum ducatos, quia dictæ uigintiquinque libre licet sint commune precium Veronæ rei quæ est ualoris centum ducatis: quod tamen iniustum, ut statim uidetur, tamen certū est quòd non est iustum habito respectu ad pensiones siue redditus, qui percipi possent ex dicta domo liuellata: quia dictum precium uigintiquinque librarum esset etiam iniustum respectu locationis simplicis. Nam illa domus si tertiæ personæ deberet locari ad tempus, non posset locari nisi usque ad uigintiquinque libras, uel circa. & sic in ratione trium pro centenario uel circa. Soluendo ergo hoc casu uigintiquinque libras in anno, esset sine dubio læsio respectu redditus uel pensionis, qui percipi possent ex dicta domo, ut dixi. Quarto modo potest contingere læsio habito respectu solummodo ad pensionem, quæ solui deberet ex re liuellata, ut proximo casu præcedenti, quando soluuntur uigintiquinque libræ de liuello pro domo uendita centū, pro quo precio alii nō locassēt,

a Ad quantitatem pecuniæ. Res valet quantum communiter vendi vel locari potest. l. si seruus. la ij. in prin. & ibi glos. in ver. inuenit. Item quantum vendi vel locari potest pactis appositis, non aūt simpliciter. Baldus in c. decedēti. v. col. vers. de pac. ff. qui feu. da. pos. l. si venditor. §. fi. d' seruo expo. not. in c. cū Ioā. de fid. instru. prædicta vera etiā in actione, ut tantū valeat quātum vēdi pōt modis prædictis, Bald. in l. p diuersas. j. q. C. manda.

ſed pro maiori: quia ille fictus vigintiquinque librarum non ſolum eſt iuſtus reſpectu ſimplicis locationis, vt dixi, ſed etiam liuellariæ: quia ſi illa domus daretur in emphyteoſim tertiæ perſonæ, non poſſet dari vltra vigintiquinque libras. Quinto modo poteſt contingere læſio ex parte locantis, quando emiſſet rem locatam pro minori precio quàm valeret. exemplum, emit vnus fundum pro centum, qui valebat centum & quinquaginta, & incontinenti venditori locauit in perpetuum eundem fundum vigintiquinque libris denariorum in anno, cum pacto de retrouendendo: nam emptor videtur eſſe deceptus: quia ſi vere emiſſet ex quo ille fundus potuiſſet alteri locari vigintiquinque libris cum dimidia, in ratione vigintiquinque libr. pro centum ducatis eſt læſus in duodecim cum dimidia. Et propter hoc eſt pręſumptio, quòd non ſit verus contractus emptionis, ex quo locauit minori precio non ductus neceſſitate. ad hoc adde quod dicam in ſequen-
33 ti præſumptione. † Concludit tantum circa prædicta, quę & quando dicatur, & ſit iuſta penſio. Aut venditio eſt facta iuſto precio aut iniuſto. Primo caſu fundus venditus, qui locatur venditori, aut alliuellatur, aut ſibi in emphyteoſim concedit. Si locatur, penſio iuſta eſt, habito reſpectu ad fructus & redditus, qui percipiuntur ex ea. ſed ſi liuellatur, tunc aut fructus reddit fructus communes, ſed multo plus aut minus, quàm communiter alię poſſeſſiones reddunt. ſi reddit fructus communes, & tunc penſio iuſta eſt, habito reſpectu ad valorem rei, quæ eſt ſecũdum pecuniam ſolutam per emptorem ratione quinque pro centenario. Sed ſi fundus venditus, reddit multo plus vel minus de fructibus vel reddititibus quàm aliæ poſſeſſiones. Exemplum de pluri in molendino, quod eſt in flumine publico, utputa Atheſi, quod communiter valet centum ducatos, vel modicum vltrà, & reddit de fictu ſimplicis locationis omni anno quadraginta vel quinquaginta minalia frumenti, & ſic vltrà duodecim pro centenario. Exemplum de minori in domibus vel palatiis, quæ communiter multum valent, pro modica penſione locantur habito reſpectu ad valorem eorum. ut eſt textus in l. fin. §. ſin autem legata. ibi, veluti domus in prouinciis precioſæ. C. de bonis quæ liber. & ibi Baldus, qui dicit per illum textum, ꝙ domus præcioſæ ſunt quodammodo ſteriles, quia non correſpondent
34 redditibus precio domorum. † Nam in ciuitate Veronæ communiter in ratione trium pro centenario domus locantur: & quandoque precio viliori, ſi ſint domus præcioſæ. his duobus caſibus videtur, quòd iuſta penſio ſit habito reſpectu ad fructus vel redditus, quando eſſet locatio ſimplex: ſed ſi eſſet liuellatio, tunc in molendino credo quòd non habeatur reſpectus ad redditus, qui ſunt in magna quantitate, ſed in ratione quinque pro centenario, habito reſpectu ad valorem rei, ut habetur in dicto §. quia vero leonis. in autenti. de non alienan. colum. ij. Et licet molendinum videatur minus valere reſpectu quantitatis fictus, tamen illud eſt propter periculum quod eſt in eo, ne pereat vel deterioretur, & propter magnam impenſam quæ fit in eo manumittendo. Vnde deducendo omnes expenſas & æſtimationes periculi, non dicetur in veritate dominus percipere tantum de fictu. Cum ergo liuellatur dictum molendinum vni, & in eo tranſeat omne periculum, & omnis impenſa ad eum ſpectet, ſicut & dominus emit modico precio propter dictũ periculum & impenſam futuram, ita debet etiam modico precio liuellari, ex quo, ut dixi, in liuellarium tranſit omne periculum & impenſa, vt l. j. cum ibi nota. C. de iure emphyteotico. & dixi ſuprà. ſed in domo credo quòd iſta ſit iuſta penſio, quæ eſſet iuſta, ſi alteri non venditori liuellaretur. Quæ autem ſit illa: dic ꝙ eſt illa, qua communiter tales domos liuellati ſolitæ ſunt in eodem loco, ut dixi in præcedenti præſumptione, ver. verum quod dictum eſt. de quo dic ut ibi. Secundo caſu quando iniuſto precio venditus ſit fundus, qui nunc locatur, & eodem modo diſtingue: Aut fundus venditus reddit fructus communes, aut non, ſi reddit fructus communes, & tunc in foro ciuili vel canonico iuſta penſio locationis, ſi in plus eſt habito reſpectu ad fructus, & iuſta penſio liuelli eſt in ratione quinque pro centenario, habito reſpectu ad valorem rei, & non ad pecuniam per emptorem ſolutam, ſed in foro conſcientię, credo quòd debeat haberi reſpectus ad pecuniam ſolutam, ut dicam in quinto caſu princip. Si autem res non reddit fructus communes in ſimplici locatione, debet haberi reſpectus ad fructus in liuello. dic ut dixi, quando fundus eſt venditus iuſto precio. & prædicta clare procedunt, quando penſio conſiſtit in pecunia. Si aũt conſiſteret in aliis rebus, in vino, oleo, frumento & ſimilibus: & tunc debet inſpici quantum communiter valet, & valere æſtimatur illud, quod ſoluitur pro penſione: & in hoc debet etiam conſiderari, ſi conductor tenetur portare vel conducere illum fictum ad domum locatoris, vel non, iuxta nota. per Bartolum & Doctores in l. item illa. ff. de conſtitu. pecunia. & per Baldum in l. acceptam. in xij. vſque ad ſextamdecimam quæſtionem. C. de vſuris. & per Angelum in autentic. exactio inſtante do §. illud vero. columna ſeptima. nam ſi de iure non teneretur conductor liuellarius concedere fictum ſuis ſumptibus ad domum domini locatoris, & eſſet conuentum expreſſe, quo liuellarius teneretur in æſtimatione iuſti precii fictus, hæc expenſa deberet addi, & per hoc tanto plus fictus æſtimari. Idem in expenſis portarum & in gabellis, & in aliis ſimilibus, quod nota, quia aliqui in hoc non adiuerunt. Aliqui tamen dicunt, quòd in prædictis caſibus licitum eſt hodie plus recipere de fictu ſeu liuello in monetis ſeu libris denariorum, quàm alii: quia in ſuperioribus aureis valebat Veronæ aliquando tres libras cum dimidia, ali-

quando

quando quatuor: nunc vero valet quatuor cum dimidia. Quando valebat tres libras cum dimidia, cum sit licitum recipere tantum quinque pro centenario de fictu liuelli, vt supra dixi, iusta pensio erat in decem & septem libris cum dimidia tantum, quæ tunc erat quinque ducati. Quando valebat quatuor libras, iusta pensio erat in uiginti libris, quæ erant quinque aurei. Nunc uero cum ducatus valeat quatuor libras cum dimidia, iusta pensio est in uiginti libris
35 cum dimidia, quę sunt hodie quinq; aurei. † Vnde in effectu quicquid valeat aureus, siue eius æstimatio crescat, siue decrescat, semper debet solui tantum in monetis de fictu liuelli, quòd ualeat quinque ducatos de liuello in ratione cẽtum ducatorum: & sic quinque pro centenario & istud est verissimum, & ita teneo. & ideo cõtractus liuellarij siue emphyteotici celebrati Veronæ tempore quo ducatus valebat quatuor libras, ex quibus soluebantur uigintisex libræ pro centum ducatis, sicut communiter nũc soluuntur Veronæ, sunt illiciti: quia illæ uiginti quinque libræ erant sex ducati & unum quartum, & ita erat ratione sexti & vnius quarti ꝓ centenario, quod est bene notandum per Veronenses. ad quod videatur omnino, quod etiam dicam in quinto casu principali, & præcipue in uerbo, & ideo Veronenses seruare videntur. Item aliqui dicunt, quòd indistinctè licitum ẽ emptori locare siue liuellare rem emptam ipsi uenditori vel alteri pro maiori fictu uel pensione, quando est pactum de retrouendendo, quã si non esset. nam hoc casu non videtur plenarie & cum effectu translatum esse dominium in emptorem, ex quo uenditor post certum tẽpus uel quandocunque potest redimere. cũ.n. sit in potestate venditoris posse, quando redimere vult rem venditam, & se liberare a præstatione fictus, siue liuelli, videtur in hoc fieri deterior conditio emptoris, eiusdemque locatoris, quia dicta res videtur valere minus ipsi emptori, & præsertim si vendere vellet emptor idemque locator ius suum, quod habet in ipsa re empta, & per eum locata: non enim ita faciliter reperiret emptorem, sicut reperiret si nõ esset pactum de retrouendendo, & si reperiret minori precio ipsum, quando uendere oporte-
36 ret, † vt experientia docuit, à qua bonum est sumere argumentũ, vt probatur in clemen. dispendiosam. in principio, de iudic. & in c. quàm sit. in princip. de electio. libro 6. & 44. distinctione, multis. j. ibi, nisi hic actione tuarum experimentis approbarem. & in auten. de quæstore. circa principium. ibi, vtilissimo ex ipso rerum experimento. collatione 6. cum similibus. Sed certe isti non bene sentiunt. Nam licet res empta cum pacto de retrouendendo non ita faciliter reperierit emptorem, sicuti si esset empta sine illo pacto: non tamen propterea hoc debet minori precio emi. Si vero, communi & iusto precio *a*. Nec etiam debet illud considerari, videlicet quòd eodem precio posset quandoque vendi, quia non emit causa uendendi, & lis sibi est quòd emat rem pro iusto precio, & ꝗ habeat fructus seu redditus, aut fictus iustos. hoc probatur per argumentum ab absurdo. Pone enim quòd quis emit fundum, & venditori locauit cum pacto de retrouendendo precio in iusto in damnum venditoris, eiusdemque conductoris, & emptor nunquam vendidit, neque animum vendendi habuit iura sua, quæ habet in dicto fundo empto & locato, vel venditor ipsum redimit post certum tempus ab ipso primo emptore, nonne esset iniquum & iniustum eum emisse precio minori, quàm valeret, vel quòd recepisset fructus ultra iustum, commune, & verum precium? certe sic. quia locupletaretur cum iactura alterius. l. nam natura. de condictione indebiti. ff. hoc etiam suadet l. seruus. ff. de serui. expor. ibi, beneficio affici hominem, interest hominis. & ibi notat gloss. quòd quilibet debet esse intentus, ut alii prosit. & nõ allegat ad hoc iura. facit ad hoc l. vt uim. cum ibi nota. ff. de iustitia & iure. Item hoc iubet lex charitatis dicens, Diliges proximum tuum sicut teipsum. vt habetur Matthæi vigesimo secundo, & ad Philipp. & facit extrà decima distinctione, humanum genus. quæ dilectio non solum est seruanda in corde, & proferenda in ore, sed etiam est exhibenda opere, iuxta illud Ioan. tertio. Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Vnde concludendo dici potest, quòd contra rationem naturalem, & contra legem ciuilem & charitatem esset, rẽ minori precio emere quàm esset commune & iustum precium, & locare iniusto fictu in damnum conductoris, sub hoc prætextu, quòd non ita faciliter illud ius rei venditæ & locatæ posset vendi, & quòd quandoque non nisi minori precio vendi posset propter dictum pactum de retrouendendo, vt patet ex prædictis.

37 QVARTA † præsumptio est, quando contingit læsio in pacto de retrouendendo in quantitate precii, & hoc potest est duobus modis. Vno modo in persona venditoris, alio in persona primi emptoris, eiusdemque locatoris. De primo pone exemplum, emi fundum à te pro centum, eumque tibi locaui iusto precio, & feci tibi pactum quòd quandocunque possis redimere pro precio centum & viginti, & sic pro pluri quàm ego emerim: quia si emi fundũ pro centum, & postea sibi eundem locaui iure liuelli, cũ pacto de retrouendendo, omne quod plus ualet ipse fundus tẽpore dictæ locationis, & ẽt post melioramentum eius, spectat ipsi liuellario. iuxta l. fin. cum ibi not. C. de iure emphyteo. Et dixi supra secunda præsumptione ad finem. Si ergo uolo quòd ipse conductor qñ uult retroemere, teneatur mihi dare aliquid ultra dictos centum ducatos, quibus emi dictum fundum, uolo illud ultra sortem meam, & illud plus est illicitum, ut probatur in c. illo uos. ibi: & quòd vltra summam receptam lx. solidi deberentur. extrà de pigno. & ita tenet Innoc in

a Iusto prec. Precium iustũ & verum dicitur, quod communi æstimatione probatur iustum. Bald. in l. ij. C. de rescind. ven. ultim. col. ver. sed hic occurrit dubium. Item quod in subhastatione offert. Bald. ibi ad fin. Item qd' habiturus erat possessor. Bald. ibi, in fi. per l. in fundo. de rei vẽ. Item verum in specto tempore contractus. l. si voluntate. & ibi Bal. C. de resc. vendi.

c.in ciuitate.in fine .extra de vſur. Et idem uo·
luit dominus Guil.de Monte Laudu.in clemẽ.
ex grandi.de vſuris.quem ſequitur ibi Cardin.
§.cæterũ.in 3.q.Elleg.ad hoc Hoſtien & Doc.
in c.ad noſtram.extrà de emp.& vend.Imo po
teſt forte dici vſura,quia quicquid accedit ſor-
ti,eſt vſura,vt eſt text.cum glo.in verbo, non
poſſit.in fin.in l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi certũ pe-
tatur, & probatur in l.ſi tibi decem milia. in
prin.ff.de pactis.& hoc tenet beatus Ambroſi-
us, vt habetur decimaquarta quæſtione tertia,
38 plerique. † vbi dicitur,quodcunque accedit
ſorti,uſura eſt . Hoc idem probatur ex conſilio
Agatenſi. & habetur eadem quæſtio.3.uſura.
vbi dicitur, Vſura eſt,vbi amplius requiritur,
quàm quod datur. verbi gratia,ſi ſolidos decẽ
dederis,& amplius quæſieris: uel dederis fru-
menti modium unum, & ſuper aliquid exege-
ris. Et regula illa,quicquid accedit ſorti,eſt vſu
ra,procedit non ſolum in mutuo,ſed etiam vbi
aliquid excogitatur in fraudem uſurarum,vt ẽ
glo.notab.in c.conqueſtus.in glo. magna.ibi,
& dicitur,quicquid ſorti accedit,extra de vſu-
39 ris.† Et ideo dixit Hoſti.in ſumma de vſuris.
§.fina.verſi.2. quòd contractus vſuratius dete-
gitur,ſi creditor recipit aliquid vltra ſortem.ad
quod vide quod dicitur in ſequenti præſum-
ptione. De ſecundo modo læſionis in pacto de
retrouendendo contingens in perſona primi
emptoris,eiuſdemq́ue locatoris, poteſt poni e-
xemplum . Emi a te fundum pro centum. qui
valebat centum & quinquaginta , uel vltra,&
feci tibi pactum de retrouendendo in continen
ti vel ex interuallo pro centum tantum: certe
ego ſum læſus in eo quòd vltra centum ualet
fundus , & propter hoc inducitur præſumptio
contra emptorem, qui fecit dictum pactum de
retrouendẽdo eodẽ precio,ex quo fundus uale
bat multo plus. Non enim eſt uerisimile,quòd
ſi uoluiſſet quòd eſſet verus contractus em
ptionis,quod ſibi feciſſet dictum pactum de re-
trouendendo pro dicto precio, ex quo non erã
in neceſſitate uendendi,& alij non uendidiſſem
illo precio, ſed tantum pluri & iuſto precio.ad
quod adde quod dixi in præcedenti præſum-
ptione in quinto modo læſionis. & hanc præ-
ſumptionem bene nota:

41 QVINTA † præſumptio eſt,quæ colligi
poteſt ex his quæ ſtatim dicam,quando.ſ.
plus ex igĩt ſiue percipitur ex venditione ſe-
cunda,quàm ſit illud quod ſoluit in prima,non
in pecunia,& in alia re.Exemplum, ſi emi fun-
dum a Titio centum aureis,& ſibi eum in con-
tinenti liuellaui cum pacto de permutãdo, hoc
modo , videlicet quandocunque vel vſque ad
certum tempus dabit mihi Titius vnum liuel-
larium bonum tam pro contracambio reſpectu
fundi,quàm etiam reſpectu perſonę liuellariæ,
quòd ſim ſibi obligatus facere retrouenditio-
nem dicti fundi. Nam ſi dictus fundus in primo
venditus non fuiſſet ſufficiens, vel Titius uen-
dens,non eſſet idoneus uel ſufficiens liuellari-
us,vel ſi ipſe Titius uenditor,idemque condu-
ctor,& fundus venditus eſſet ſufficiens,& ido-
neus,& vellem quòd in permutatione pro con
tracambio teneatur mihi dare aſſignare fundũ
vnum,& liuellarium meliorem:tunc eſſet illi-
citum, & vſura.vt probatur ex his quæ dixi in
pręcedenti præſumptione.& probatur expreſ-
ſe ex verbis beati Hieronymi ſuper Ezechielẽ.
lib.6.habetur 4.q.3 .putant.ubi ſic textus dicit
Putant quidam vſuras tantum eſſe in pecunia,
quod prouidens diuina ſcriptura omnibus au-
fert ſemper abundantiam,vt plus non recipias
quàm dediſti . Et probatur eadem quęſtione,ſi
fœneraueris. & capit.plerique. cum ſequenti:
Facit adhoc etiam optime glo.in l.rogaſti.§.ſi
tibi.in ver.non poſſe.ff.ſi cer.petatur.& glo.2.
in fin.in l.ſi tibi decem milia.ff. de pac. & ſi in
pacto de retrouendendo eſſet actum, & uendi-
tor idemque conductor tenentur dare vnum
contracambium æque bonum,licitum eſſet,q̃a
licet difficilius reperiatur contracambium quã
pecunia,tamẽ ſi in contracambio nihil plus vel
melius interueniat,vel reſpectu fundi,uel reſpe
ctu liuellarij,non eſſet illicitum per prædicta.

41 SEXTA † præſumptio eſt,quãdo in pacto de
retrouendendo contingit læſio in aliqua
expenſa,quæ ſpectaret ad ipſum emptorem eũ-
demq́ue locatorem, & ipſe vuult quòd illa ex-
penſa ſpectet ad ipſum primum venditorem,eũ
demque conductorem. Exemplum,quia in in-
ſtrumento pacti de retrouendendo actum & di
ctum eſt,quòd quandocunque conductor retro
emere voluerit,teneatur ſoluere omnes expen
ſas chartarum & inſtrumentorum,vt communi
ter apponere conſueuerunt notarij Veronę, &
male. nam de iure communi & etiam de con-
ſuetudine Veronæ verſatur, quòd emptor te-
neatur ſoluere inſtrumentum emptionis: quia
iſtud inſtrumentum ad probationẽ iurium ſuo
rum ſtare debet penes ipſum emptorem. vt in
c.j.extra de probatio Et ita vt ſupra dixi,com
munis conſuetudo & obſeruantia eſt,quòd em
ptor rei exoluat expenſas chartarum ſiue in-
ſtrumentorum,ſi vult eas vel ea habere. Et ex
quo tractatur de eius commodo, etiam debet
ſentire incommodum, per regulam capituli,q̃
ſentit de regu.iur.lib.6.& l. ſecundum naturã.
ff.eo.ti.& habetur in l. eum qui.in princi. ff.de
iureiu.nec ferendum vt quis lucrum velit am-
plecti,& onus penitus ſubire recuſet,vt in l.v-
nica.§.pro ſecundo.de cadu.tol.& ita tenet Al-
ber.de Ro.in l.diſſolutæ.C.de condi.ex lege,vi
42 delicet,†quòd creditor tenetur ſoluere tabel-
lioni conficienti inſtrumentum crediti. allega.
l.eos.§.interdicta. cum gloſſ. ibi C.de vſuris.
qui dicit, quòd ita vidit communiter obſerua-
ri. Et idem tenet in d.l. eos.in fine. qui ſubdit,
quòd contrarium faciunt vſurarij Bergomen-
ſes:cum ergo emptor idemque locator uelit q̃
conductor ſoluat omnes expenſas chartarum
uel inſtrumentorum , apparet quòd non uult
ſoluere pro inſtrumento emptionis ſuæ, quod
ad

ad ipsum ſpectaret:& ſic eſt præſumptio contra
eum, ex quo vult aliquid ultra ſortem.& nõ vi
detur etiam habuiſſe animum emendi, ſed po-
tius quòd res vendita fuerit in effectu ſibi pi-
gnorata:quod eſt notandũ,quia multi in hoc er
rant, vt hic probatur per ea quæ dixi in præce-
denti præſump. Et idem eſt dicendũ,quando lo
cator vellet, ꝙ conductor quandocunq; retroẽ
mere vellet,teneretur ſoluere oẽs expenſas per
ipſum emptorẽ, eũdemq; locatorẽ pro gabella
emptionis,vel pro proxenetis in caſu, ꝙ dicta
expenſa ſpectaret in totum uel in partẽ ipſi em
ptori.iuxta not.in l debet.ff. de ædil. edic.& p
Bald.& Salyc.in rubric.C.de rebus cred.& per
Baldum.in l.ſi prædium. C.de ædil.actio.& ego
plene ſcripſi in d.l.debet. quæ tamen lex vide-
tur facere in contrarium, dum vult, quòd em-
ptor teneatur emptori reſtituere illud quod ſol
uerat emptor pro gabella,& proxenetis. & ibi
ideo eſt:quia contractus reſoluitur ex culpa vẽ
ditoris, quoniam res vendita erat morboſa vel
vitioſa:hic vero ex voluntate vtriuſque ad pre-
ces & voluntatem venditoris reſoluitur.

43 SEPTIMA † præſumptio eſt, quando res
pro parte vendita,& pro parte donata,& nõ
ſubeſt iuſta cauſa donationis. argumento l.per
diuerſas.cum ibi nota. per gloſſ & Doctor.C.
mandati.& tex.cum ibi nota.in l. ab Anaſtaſio.
eodem titu.& ita tenet Bald.in l.ij. C.de repu-
dianda hæreditare.& in l.fina.ibi, tertio poteſt
impugnari C.ne lic. potent. Et in conſil. ſuo
quod incipit. ad probandum & oſtendendum.
in ij.articulo.& Specul.in tit. de ceſſione actio
nis.§.j.verſic. præſumitur ſimulatus. Ad quod
optime facit l. vir vxori.& ibi no.ff.de iur.dot.
quia non eſt veriſimile,quòd fuerit animus do
nandi, vbi eſt pactum, & vbi eſt de redimendo
appoſitum.arg.l.qui ſic ſoluit. ff.de ſolu.etiam
ſi ſic dictum quòd donetur ob benemerita. vt
infrà ſtatim dicam, quod eſt bene notandum
contra vſurarios & illicitos contractus celebrã
tes, qui ne videantur decipere vẽditores in pre
cio, faciunt quod in inſtrumento dicitur, & ſi
quid plus valeret dicta res vendita, quantum-
cunque ſit illud plus, illud donat dictus vendi-
tor,iuxta ea quæ habentur per Doct.in l.ſi quis
cum aliter.ff.de verb.obligatione. Et in l.ij.C.
de reſcin.vendit.& in l.ſi quis donationis.ff.de
contrah.emp.& per Bart.& Doct. in l.ſi tibi.in
prin.ff.de pact.& per Anto de Butri.& Doct.in
c.cum cauſam.extrà de emptio.& vendi. Nam
talis cautela donationis inducit præſumptionẽ
fraudis:quia donatio dicitur iactatio, & dilapi-
datio.l.filiusfa.in prin.ff de dona.& habetur in
l.contra iuris.§.filius.ff.de pact. Sed nemo præ
ſumitur iactare vel dilapidare ſuum.l. cum de
indebito.ff.de proba.cum ſi. cum non ſubſit iu
ſta & legitima cauſa donandi in venditore, ſed
potius neceſſitas, ex quo magis indiget quàm
emptor: quia communiter quis vendit poſſeſ-
ſiones ſuas propter neceſſitatem cauſa habendi
pecuniam, cui potius eſſet facienda donatio,
44 quàm quòd ipſe emptori donaret. † Nam do-
natio pura & ſimplex fit propter liberalitatem
& munificentiam,ut dicit tex. in l.j.in ſecundo
reſponſo.ff.de don.Sed in neceſſitatibus nemo
liberalis exiſtit, nec exiſtere præſumitur, ut l.
rem legatam.in fi.ff.de adimen.legat. & id do-
nari videtur, quod nullo iure cogente concedi
tur:ut l.donari videtur.ff.de regulis iuris. & ff.
de donatio. præſumitur ergo dicta donatio fa-
cta a venditore, ſi non probetur per emptorem
iuſta & legitima cauſa, cum in dubio non præ-
ſumatur,ut dicta leg. cum de indebito in prin-
cipio. quòd potius facta fuerit ob neceſſitatẽ,
quàm ob meram liberalitatem, quòd emptor
aliter non emiſſet, niſi cum dicta donatione a,
& quòd non donaſſet, niſi illam partem dona-
tarius emiſſet,ut nota.glo.in l. ab Anaſtaſio.in
verbo coloratam C.mandati. & ſic donatio in
fraudem facta eſſe præſumitur,ne videatur eſſe
deceptus in precio.ad quod bene aduertant no
tarii, ne ſint faciles & prompti ad ſcribendum
dictam clauſulã donationis pleniſſimam in in-
ſtrumentis venditionum. Sed illam ſimplicem,
videlicet, ſi quis plus valet, & c. & indiſtincte
poſſunt apponere: quia illa clauſula refertur
ad modicum,ut habetur in l. ſi quis cum aliter
ff.de verb.oblig.& in l.ij.de reſcin.vend.& in l.
ſi quis donationis.de contrah.empti. & prædi-
cta procedunt etiam ſi in dicta donatione quæ
refertur ad magnam quantitatem,ſit dictũ pro
bonis meritis & ſeruitiis,vel pro benemeritis,
quæ ipſe donans recepit ab ipſo donatario:
45 † quia in dubio benemerita non pręſumuu-
tur.l.ſi forte.& l.caſtrenſe.ff.de caſtrenſ. pecu.
& not.gloſſ.in l.ſi donatione.ibi per Doc.C.de
colla.& per Doct.in d.l.per diuerſas. C.mand.
niſi illa benemerita vel ſeruitia fuerint expreſ-
ſa vel nominatim in ſpecie: quia tunc præſumũ
tur ſecundum Bal. qui ita not in l.illud.quæſt.
iiij.in fi.C.de ſacr.ſanc. eccl.allegat l. Aquilius
Regulus.ff. de donat. & idem ſentit ipſe Bald.
in l.ſi donatione.ver.ſed quid ſi pater.& in aut.
vnde ſi parens.circa principium. C. de inoffic.
teſt. Vel niſi eſſet facta.mentio meritorum cũ
iuramento: nam tunc etiam hæredes iurantis
cogerentur ſtare tali iuramento, ut in autenti.
quod obtinet.cum ibi notatis. C.de probat.ſe-
cundum Bald. qui ita nota.in d.l.ſi donatione.
ver.ſed quid ſi pater.Ex quo tu ſumas cautelã,
videlicet quòd donans ſpecificet illa beneme-
rita,& ſeruitia iuret illa eſſe vera: quia tunc ſta
bitur illi cõfeſſioni,quod iuramentum nunquã
apponi facias, niſi vera tibi eſſe affirmentur,ne
ſis autor periurii in perditionem animæ tuæ,&
contrahentium. hoc tamen iuramentum parũ
proficeret, ubi aliæ coniecturæ vel præſumptio
nes concurrerent, quæ redderent contractum
ſimulatum. ut eſt gloſſ. not. in l. emptione. C.
plus ualere quod agitur. quam ſequuntur ibi
Doct.& Franciſ.Zabar.in c.ad noſtram.in ij.q.
46 extrà de emptio.& venditi. † vbi dicit, quòd
per illam gloſſam, quòd contractus ſimulatus
non ualidatur iuramento. Reſponſionem aſſi-

a Donatione.
Donatio ĩ frau
dem an & quan
do præſumitur,
vide Bar. plene
in l.poſt contra
ctum.& in l.om
nes.§.Lucius.&
his quæ in frau.
cre. & in l fi.de
præto ſti.Bal.in
aut.ſed iam ne-
ceſſe.C.de don.
añ nu.& in add.
ſpe de don.ver.
penult.

gno. nam cum deficiat aſſenſus in contractu ſimulato, iuramentum ad illud non extenditur. per id quod habetur in l.final. C.de non nume. pecu.quod tamen intellige,niſi expreſſe fuerit iuratum,omnia & ſingula in inſtrumento contenta vera eſſe : quia tunc allegando ſimulationem,veniret contra iuramentum . ſecus quando ſimpliciter iuraſſet non contrauenire,ſecundum Ioan.de Imo. qui ita not.in d.c.ad noſtrã. ad fin.de emption.& uenditio . Item intellige, niſi iuramentum interueniſſet ex interuallo: quia tunc validaretur dictus contractus . arg.l. ij.cum ibi nota.C.quod me.causa. Et facit qđ nota.Bar.in l.nemo poteſt. de le. j.in princ.iij. colum.ver. quæro an renunciatio exceptionis. in fi.ubi dicit quòd licet renunciatio exceptionis,ſimulationis non ualeat,quando fit incontinenti: ſecus ſi fiat ex interuallo poſt inſtrumentum,quod dicitur ſimulatũ , per d.l.ij. C.quod metus cauſa . cæterum ſi ſolũ interueniret hæc præſumptio,quòd res parte eſſe vendita,& pro parte donata,etiam cum pacto de retrouendendo , non ſufficeret ad præſumendum contractũ ſimulatum vel vſurarium , ita quòd poſſet reſcindi in foro ciuili vel canonico , in quo ſtandum eſt ſcripturis.l cum precibus.C.de probatio.niſi alia indicia concurrunt,ſed in foro conſcientiæ & pœnitentiali ſtandum eſſet veritati, ſecundum Baldum , qui ita conſuluit in conſil. ſuo lxij.in ordine , modo incipit , Quidam Petaritius Licii . vbi vide . & nota . quia habui de facto.

47 OCTAVA † pręſumptio etiam colligi poteſt ex quibuſdam verbis,quæ ſolent apponi in pacto de retrouẽdendo,dum dicitur quòd quandocunque dictus conductor dabit aut ſoluet fictus rerum venditarum , teneatur dictus locator facere inſtrumentum venditionis. quæ verba important, quòd per ceſſationem ſoluendi fictum per biennium vel triennium, non cadit emphyteota ſeu liuellarius a iure ſuo.ut habetur in l.ij. C.de iure emphyt. & in c. potuit. extrà de loca. Nam quando apponitur pactũ in contractu contra eius naturam , & ſic contractus eſt inſolitus:eſt pręſumptio ſimulationis & fraudis,ut l.ſi quis ſub conditione . quæ eſt lex ſpecialiſſima.& ibi gl.& Doc.ff. de cond.inſtit. & no.Bal.in c.1.uer.quæro de quibuſdã pactis. in tit.de feudo dato inuicem.l.commiſſoriæ.in vſi.feu.& hoc etiam probatur in c.illo vos.extrà de pig.,ubi pactum de computandis redditibus in ſortem , repugnans naturę emptio.proportionabile naturæ pignus facit præſumere eſſe alium contractum , quàm verba contractus ſonent,& ſic eſſe ſimulatum,vt ibi no.Anto.de But.in iiij.nota.& Doc.ibi ſcribentes . Ex quo dicendum eſt,quòd vbicunq; apponunt, pacta contra naturam emptionis vel uenditionis,ſiue alterius ſimilis contractus , aut locationis, vel conductionis in damnum venditoris eiuſdemq; conductoris,præſumitur contractus ſimulatus. l.qui teſtamentum . & l.cum tacitum. cum ibi nota.ff.de probat.ad quod adde quod dicam in seq.pręſumptione. Auget etiam hanc pręſumptionem illud verbum, Venditarum,dum dicitur,fictus rerum venditarum & non rerum locatarum . Nam liuellarius non dicitur vendere proprietatem , ſed vtile dominium . & dicitur vtilitas fructuum locari in perpetuum , ex qua locatione quærit ius utileẽt in ſuperficie,& fructibus,ut habetur in l.j.ff.ſi ager vectig.vel emphyteoticus petatur.& in d.c.potui. de locato. Hæc tamẽ pręſumptio ſola parum operaretur, pręſertim illa quę venditur ex verbo Venditarum : quia illud uerbũ potius apponitur in inſtrumentis culpa tabellionis , quàm ex mala mente contrahentium . qui ſępiſſime ut idiotæ ignorant ſenſum & intellectum uerborum,iuxta nota.in l. quòd ſi nepotes .ff de teſtamentar. tutela.& habetur per textum notabilem in capitulo primo,circa principium . Sed propter ſimplices nominis ſignificationis ignaros in titu.de noua forma fidelitatis . in vſibus feudorum . Sed cum aliis præſumptionibus coniuncta factis operaretur: quia ſicut dicitur , & quę non proſunt ſingula,multa iuuant.ut probatur in l.inſtrumenta.ibi hoc nota.glo. C.de proba. ita econtra, & quę non nocent ſingula , multa iunant,ut ibi eadem ratione.

a Inſtrument. Inſtrumentum de cuius ſimulatione conſtet, non prodeſt.l. quamuis. & ibi Bal.C.ſi quis alteri vel ſibi. Inſtrumentum ſimulatum nõ dicitur inſtrumẽtum, & ideo nõ venit appellatione inſtrumẽtorum in ſtatuto.Bal. in l.fi.§. in computatione.ul col. C.de iur. deliberãdi.

48 NONA † præſumptio colligitur ex pactis vel clauſulis inſolitis in inſtrumento appoſitis , ut not.in l. ſi quis ſub conditione.ff. de condit.inſtitut. & ibi hoc nota. gloſſ. Bald. Angel.& Doctor.& idem not. Bal. in uerſicul. quęro de quibuſdam pactis.ad fi.in titu. de feudo dato inuicem.l. commiſſ. & habetur in c.illo uos.extrà de pigno.& in c.ad noſtram extrà de emptio . & uenditıon. & facit quod dixi in pręcedenti pręſumptione,quod bene nota contra multos , qui conantur apponere in inſtrumentis multa pacta extranea,& inſolita ad illaqueandum debitorem : quod non eſt in dubio faciendum : quia ſępenumero talia pacta vel clauſulæ huiuſmodi indicant potius fraudis ſuſpicionem,quàm contractus ualidationem contra mentem contrahentium . Ex quo infero , quòd ſi locatur domus vendita ipſi venditori pro fictu vini vel olei , aut alterius fructus,qui non percipiuntur ex ea, cum tales fictus pręſtari non ſoleant ex domibus , & tale pactum ſit inſolitum , contra talem locantem erit pręſumendum . & idem eſt dicendum in ſimilibus , quod nota.item ex hoc infero,quòd ſi in inſtrumento eſſent iſta ſterba,vendidit & tradidit vere,& non in fraudem vſurarum, ut vidi ſæpiſſime in inſtrumentis :quòd ex iſtis verbis inſtrumentum a magis pręſumeretur ſuſpectum ſecundum Baldum, qui ita nota.in l. emptione . ver.quòd ſi in inſtrumẽto. C.plus valere quod agitur.per glo. in d.l. ſi quis ſub conditione.ff. de conditio.inſtitu.quem ſequitur Io.de Imol. in d.ca.ad noſtram.circa finem , cui adde quod dicam in fine omnium pręſumptionum.verſic. ſed circa prædictas pręſumptiones.

DECI-

49 DECIMA † præſumptio hic potiſſima eſt in pacto de retrouendẽdo, quando dictus
emptor idemque locator uoluit contractum uẽ
ditionis poſſe diſſolui, niſi vſque ad certum tẽ-
pus:& ſic niſi certo tempore lapſo, puta, ſex an
norum:ſed tantum poſt ſex annos quandocun-
que.& ſic reſolutio contractus non pendebat a
facultate primi venditoris ab ipſo principio,
ſed ſolum poſt certum tempus: quia hoc caſu
apparet, quòd primus emptor idemque locator
voluit eſſe pro illo tempore in lucro percipiẽ-
dorum fructuũ ſeu fictuũ, & ita eſſe certus de
hoc. Dubitauit .n. forte, ꝙ uẽditor idẽque cõ
ductor niſi illud pactum interueniſſet, retroe-
miſſet dictam rem uenditam poſt modicum tẽ
pus, poſtquã res ſuas peregiſſet cum pecunia ꝑ
emptorem ſoluta: & ſic ipſe uenditor rem ſuã
ageret cum modico uel nullo damno: quia pa-
rum de fictu ſolueret, & ipſe emptor modicum
lucraretur de ſua pecunia: ex quo ergo uoluit
eſſe ſecurus pro certo tempore in percipiendo
fictu, uidetur dubitaſſe quòd emptor habuit
potius animum pignorandi quàm uendendi, &
quòd hoc non obſtante uoluerit fictum certũ
& ſecurum pro aliquo tempore, & ſic ex hoc
inſurgit præſumptio ſimulationis & fraudis: &
hoc probatur in ca.ad noſtram.ibi, promiſit, ut
quandocunque a ſeptennio uſque ad nouenni-
um daret. extra de empt.& uendi.& in ca.illo
uos. ibi, & ſi a tempore contractus uſque ad
duos annos.extra de pignori.& ita uidi conſul
tum per multos ſacrorum canonum interpre-
tes.& ita tenet Hoſti.& Ioan. And.in c.ad no-
ſtram.ſuper uerbo, ad nouenium.in nouella &
beatus Bernardinus in ſuo tractatu de contra-
ctibus & uſuris.in 39.ſermone, art.2.c.j.& al-
legat ad hoc ſolummodo Hoſti. & Ioan An.in
d.c.ad noſtram.Sed Bald.in c j.uerſi.quæro de
quibuſdam pactis.in titu.de feudo dato in uicẽ
legis commiſſ in uſi.feu.in hoc referendo alio-
rum opiniones approbat illam ſ. quòd ex hoc
pacto de retrouendendo non cenſeatur contra
ctus fœneratitius, quia nulla lex uel decretum
50 hoc dicit.† & quia emptio & uenditio põt fieri
ad certũ tẽpus, ut l.2.C.de pactis inter empto
rem & uenditorem.niſi emptor eſſet ſolitus fœ
nerari, & in fraudem uſurarum inſtrumenta ſi-
mulata conficere, ut habetur in regula, ſemel
malus.de reg.iur.in 6.& hoc dictum Bal.proce
deret ſine dubio, quando rem meã locarem v-
ni in perpetuum cũ pacto de emendo poſt cer
tum tẽpus, & non ante.quo caſu non modo iſte
contractus non cenſeretur vſurarius ibi, immo
nulla uſuræ præſumptio ex hoc inſurgeret.
ſed ſi emiſſem pure fundum a Titio, & ſibi
non locaſſem, ſed tempore venditionis feci ſi-
bi pactũ, quòd lapſo certo tempore tantum, &
non ante poſſit retroemere. quo caſu loquitur
text.in d.c.ad noſtram.& in d.ca.illos uos. uel
ſi emiſſem ab uno fundum, & ipſum eidem in-
continenti locaſſem, uel feciſſem, pactum
de locando cum pacto de retrouendendo poſt
certum tempus, ſiue lapſo certo tempore tan-
tũ. Et his duobus proxime caſibus negari non
põt, quin inſurgat mala præſumptio contra di-
ctũ emptorem propter dictum pactum de retro
uedendo poſt certum tempus, & non ante. pro
batur in d.c. ad noſtrã. & c.illos uos.in quibus
non fit mentio de illo pacto ſine cauſa, vt proba
ui in principio huius præſumptionis. Et ita in-
telligo prædictos Doct.qui in hoc conſuluerũt
& bene, vt ſupra dixi.Sed tamẽ iſta præſumptio
ſola ſine aliis non ſufficeret ad probandum cõ-
tractum vſurarium ſed coniuncta cum aliis præ
ſumptionibus ſic. Et ita intelligo dictum Bal-
dum.in d.c.j. in tit.de feudo dato in uicem le.
commiſſ.& probatur expreſſe in d.c.illo uos.v
bi erat dictum pactum, & tamen quando con-
cluditur, dicendum contractum eſſe uſurariũ,
non ſe fundat Papa ex dicto pacto tantum, ſed
etiam ex tribus aliis coniecturis ſeu præſum-
ptionibus. Prima, quia fuit actũ quòd fructus
percepti deberent in ſoluenda pecunia nume-
rari.Secũda quia ultra ſummã receptã ſexagin
ta ſolidi debebant perſolui.Tertia, quia prim9
ille emptor uſuras conſueuerat exercere.& ꝓ
batur in d.c.ad noſtram.de empti. & uenditio.
ubi etiam fuit appoſitũ dictum pactum de re-
trouendendo poſt certum tẽpus, & non ante.
Et tamen Papa ibi dum concludit illum cõtra
ctum eſſe uſurarium, non ſe fundat in dicto pa
cto tantum: ſed etiam in enormitate precij q͞d
iuxta dimidiam iuſti precij contingebat. Ex q
bus præſumit emptionẽ fuiſſe in dolo uel frau
de:quia ibi partes in ueritate fecerunt mutuũ.
Sed uolui mutans quòd fieret inſtrumentum
de uenditione.

51 VNDECIMA † præſumptio eſt ſimilis præ-
cedenti, quando in pacto de retrouenden
do fuit dictum econtra, videlicet quòd emptor
teneatur retrouendere uenditori fundum uen
ditum uſque ad certum tempus, puta decẽ uel
octo annos.& poſt octo uel decem annos ſit in
libertate ipſius primi emptoris, quòd uendi-
tor ſit & remaneat liuellarius perpettus, uel
quòd poſſit cogi ad retrouendendum dictum
fundum uenditum, quando fuiſſet locatus, uel
quando non fuſſet locatus, quòd poſt dictum
terminum ſit in libertate dicti emptoris uel
retinere rem emptam pro ſua libera, uel retro
uendere primo uenditori, ut probatur per ea
quæ dicta ſunt in præcedenti præſumptione, &
in d.c.illo uos.ibi, ut ſi a tempore contractus.
extra de pignoribus.& hoc in effectu tenet Ho
ſtien.in ſumma de uſuris.§. fina.uerſicul.2.ubi
dicit, quòd eſt præſumptio mala contra credi-
torem, quando uult quòd ſit in eius poteſta-
te, an uelit reſcindi. Adde tamen prædictis,
quòd ſi eſſet pactum appoſitum, quòd poſt cer
tum tempus uel conditionem liceret uendito-
ri redigere rem per ipſum uenditam, ſi ipſe uel
let quòd tale pactum ualeret, ut eſt text.nota.
in l.ſi vir uxori.ff.de præſcriptis uerbis.& not.
etiam Baldus ad leg. final. C. de iure fiſci.libr.
10.Et uide quod nota. Bald.in ca j.in titul.de

feudis dandis mini.uasall.in vsibus feudo. Cir-
ca quod dic,vt dixi precedenti præsumptione.
quia est par eademque ratio.

52 DVODECIMA †præsumptio secundum ali-
quos quando quis uenderet fundum mihi
& ego dictum fundum sibi locarẽ in perpetuũ,
& simpliciter esset appositum pactũ de retro-
uendendo usque ad certum tempus tantũ,puta
septem vel decem annos. nam isti dicunt quòd
per pactum de retrouendẽdo vsque ad certum
tempus tantum,videtur ꝙ uenditor idemq; cõ
ductor nõ habuerit animum uendendi,ex quo
sperat vsque ad illud tempus retroemere.& ea
dem ratione uidetur ꝙ ego emptor vere uolue
rim emere postquam feci sibi dictum pactum,
& dictus venditor non erat aliter venditurus,
nisi cum dicto pacto.& quia ex hoc qđ pacisci-
tur vsque ad certũ tempus, apparet ꝙ interim
voluerit lucrari fructus,secundum Ant. de Bu.
in d ca.ad nostram.ibi, quid in dubio. extrà de
empt.& vend qui hoc vltimum notando vide-
tur istud sentire.& isti qui sunt in hac opinione
dicunt quòd melius & tutius esset apponere pa
ctum de retrouendendo in perpetuum. Et pro
hac opinione facit quod dicã in 25 præsumptio
ne. Alij dicunt ecõtra,videlicet quòd maior est
presumptio, qñ appositum est pactum de retro
uendendo in perpetuũ.quia videtur maior præ
sumptio ex parte uenditoris,quòd uere uolue-
rit uendere,ex quo uoluit semper esse in liber-
tate redimendi.& sic est ex parte emptoris: qa
non uidetur habuisse vere animum emere, ex
quo concessit venditori ꝙ possit quandocunq;
53 redimere.quid dicendum? †Hec quæstio decisa
est de iure ciuili:quia non est differentia an fiat
pactum de retrouendendo vsque ad certũ tem
pus,completum vel in perpetuum.& in vtroq;
casu est licitum,nec ex eo insurgit aliqua mala
præsumptio. vt est casus expressus,& in termi-
nis sæpe allegata l 2.C.de pactis inter emprorẽ
& venditorem ibi,precium quandocunque vel
intra tempora obtulisse. vbi hoc nota. Bald.in
fin.qui dicit, quòd ex pacto de retrouendendo
eodem precio etiam lucrante emptore fructus
medij temporis etiam ante moram, contractus
non presumitur simulatus.& idem de iure cano
nico,vt probatur in dict c.ad nostram.de emp.
& vend.& in d.c.illo vos.de pigno.nam ibi ta-
le pactum simpliciter non reprobatur.ad quod
vide quod dixi in x.præsumptione,& in secun-
do casu principali. Et illud idem ego credo in
foro conscientiæ,quod est de iure ciuili uel ca-
nonico.dictum est,vt supra dixi in principio hu
ius tractatus,in versicu.alij dicunt,quòd dictus
contractus.& etiam dixi in secundo casu princi
pali:quia hoc solum pactum de retrouendendo
ad tempus, uel in perpetuum non inducit ali-
quam malam presumptionem, maxime præsu-
mentem contractum esse vsurarium vel simula
tum,vt dixi dicto secundo casu principali. Nam
si lex ciuilis & canonica hoc permittit,non est
damnum illicitum ne inde iniuriarum nascatur
occasio, vnde iura nascuntur.l.meminerint. C.
vnde ui.& c. qualiter & quãdo. el prima.extrà
de accusatio. & facit lex secunda.C.de indicta
viduitate tollenda.& quia quod fit l permitten
te,pœnam non meretur.leg.Gracchus.C.de a-
54 dulteriis.facit. †nemo dicitur damnum facere,
nisi cum id facit, quod ius facere non habet,ut
l.nemo damnum: quæ est in penultima chart.
Digestis de regulis.sed si adessent uel concur-
rerent aliquæ de prædictis præsumptionibus,
& maxime illa,videlicet quando constat ,quòd
uenditor non erat aliter venditurus , nisi cum
dicto pacto de retrouendendo ad tempus com
pletum,uel in perpetuum.quo casu est præsum
ptio simulationis,ut dixi in prima præsumptio
ne.& tunc procedit dicta protestatio , quæ sit
maior præsumptio simulationis seu fraudis, an
facere pactum de retrouendendo ad tempus cõ
pletum,an ad in perpetuum . Circa quod ego
sic distinguo: Aut quærimus quod ad præsumẽ
dum contra primum uẽditorem, & tunc teneo
quòd sit maior præsumptio simulationis, face-
re pactum de retrouendendo in perpetuũ, quã
ad tempus completum:quia videtur quòd hoc
casu nullo modo uoluerit perfecte uendere,sed
potius pignorare. ex quo uoluit esse perpetuo
in libertate redimendi. Si enim esset pactum ap
positum de retrouendendo vsque ad certum
tempus, completum videtur saltem post illud
tempus quo habuerit animum in totum alie-
nandi & abdicandi rem a se,in casu quo rem vẽ
ditam infra dictum tempus retroemere nõ pos
set.aut quærimus quo ad præsumendum contra
ipsum emptorem,qui fecit pactum de retrouẽ-
dendo.& tunc aut uenditor uoluit nominando
pactum de retrouendendo in perpetuum: quia
non erat aliter uenditurus , & tunc nulla vide-
tur esse præsumprio contra emptorem.quia est
credendum, quòd non libenter faceret dictum
& quòd potius uoluisset, quòd dictum pactum
esset ad tempus completum,.cum istud sit em-
ptori fauorabilius , ne res ipsa empta stet sem-
55 per in suspenso. †quia in dubio quis præsumi-
tur uelle quod est sibi fauorabilius , ut proba-
tur in l.tertia.similes.ff.de testa.mil. Nam sine
dubio melius est,& utilius,& fauorabilius em-
ptori,quòd ipse faciat uenditori pactum de re
trouendendo ad tempus completum , quàm in
perpetuum. quia si facit ad tempus completũ.
possibile erit quòd infra dictum tempus non
redimet,& sic res uendita remanebit pleno iu-
re apud emptorem,qñ non fuisset liuellata.uel
remanebit uenditori,quando fuit sibi liuellata
perpetuus liuellarius.quod erit propter hoc si
ne dubio vtilius emptori. item erit utilius alia
de causa:quia si uellet uendere ius quod habet
in dicta re per ipsum empta,melius & citius uẽ
deretur,quando esset appositum in perpetuum
imo multi & quàmplurimi in ciuitate Veronæ
cauent se ab huiusmodi emptionibus & posses
sionum & liuellariorum,quãdo liuellarii habẽt
pactum de retrouendendo n perpetuum,ut no
tissimũ est in ciuitate Veronæ. Et dixi supra in
iij.præ-

iij.præsumptione.uer.alii.tamē dicunt. Et ideo
hoc casuex parte emptoris qui facit pactū de
retrouendendo in perpetuum, non præsumi-
tur fraus, imò potius per eum fit gratia uendi-
tori, quia melius esset emptori hoc non facere.
aut uēditor nolebat indistincte pactum sibi fie
ri de retrouedendo in perpetuum. Sed rogauit
emptorem ut faccet sibi pactum de retrouen-
dendo in perpetuō, qđ saltem uolebat ad certū
tempus completum. Et tunc si fiat pactum ad
in perpetuum, idem quod in casu præcedenti,
scilicet quòd non præsumatur fraus uel simu-
latio ex parte emptoris, imò gratia & liberali-
tas. nec etiam hoc casu præsumitur fraus uel si-
mulatio ex parte uenditoris, ex quo ponunt
in libertate emptoris, quòd faceret sibi pactū
in perpetuum uel ad tempus. & sic intendebat
in effectu uendere. & quòd uenditio nō staret
in suspenso saltem post illud certum tempus.
quod est no. Ad quod uide quod dicam in iiii.
& v. casu principali. Aut uenditor non petiit
nisi pactum de retrouendendo tempus uel al-
ternatiue, uidelicet in perpetuum, uel ad tem-
pus, non finiendo magis de uno quàm de alio,
& tunc aut emptor uolens ampliare, & facere
gratiam uenditori etiam non petēti, quia for-
te erat amicus suus, & intelligebat quòd liben
tius uellet habere pactum in perpetuum de re
trouendendo a: & tunc dicendum est, ut statim
dixi, ꝙ nulla mala præsumptio ex parte vtri-
usquæ, scilicet emptoris & venditoris, est con-
iecturanda. aut emptor facit pactum de retro-
uendendo in perpetuum ipsi ueuditori non pe
tenti, nequæ hoc consideranti, nequæ propter
aliquam amicitiam, & quia ita emptor voluit,
quia forte dixit quòd omnino volebat, quòd
haberet pactum de retrouendendo in perpe-
tuum, & non ad tempus completum, ꝙ tamen
eueniet raro. & tamen hoc casu cum hoc pa-
ctum ad in perpetuum indicetur potius empto
ri damnosum quàm illud quod est ad tempus,
vt suprà dixi. & si fecerit hoc emptor sponte,
& non ad gratiam venditoris, iudicarem male
esse præsumendum contra emptorem. Et ex
hoc præsumi posset, ꝙ non habuit animum li-
berum, ꝙ esset emptio, sed potius pignus, & sic
simulatio, quia si voluisset emere, potius vo-
luisset facere pactum de retrouendendo ad tē
pus quàm ad in perpetuum, cum sibi hoc esset
56 vtilius. † Ex his concludo ad q. prædictam, ꝙ
melius & tutius est quo ad forum conscientię
in dubio facere pactum de retrouendendo ad
tempus completum quam ad in perpetuum.
Et modo relatum est, quòd sanctus Bernadi-
nus super hoc cōsulens respōdit, ꝙ tutius esset
ꝙ non fieret pactum de retrouēdēdo, nisi vsq;
ad vij annos. quod ego audiens & intelligens
quantæ autoritatis ipse fuerit in his quæ sunt
de foro cōscientiæ, maxime in tota Italia, quā
suis sacris prædicationibus illuminauit, &
in multis reduxit. Cogita quia ratio potuit
mouere eum ad taxandum dictū tempus vij.
annorum in pacto de retrouendendo. & licet
taxatio temporis sit arbitraria, ita ꝙ nō possit
in ea reddi uera & præcisa ratio, vt est gloss. in
versi. quadragesimum. in clemen. nolentes. de
hæreti. & gloss. in verbo, quatuor. in c. ij. de re-
scrip. li. vi. & gl. in. l. j. §. pueritiam. in versi. ra-
tum. ff. de post. & gl. in cap. j. in verbo, possi-
deat. q̄ incipit, istud est mirabile. in ti. si inuest.
inter dominum & vasal. lis oria. in usi. feu. Et
57 no. Bald. in conclusionibus feudorum, ad fi. †
ubi dicit, ꝙ de taxationibus temporum nulla
ratio reddi potest, nisi ꝙ ita placuit legislato-
ri. Facit quod no. Io. And. in c. seq. extrà de re
scrip. in nouella. Et facit quod habetur in c.
non debet. de consangu. & affi. Tamen conside
raui, quòd ratio potuit esse, quæ mouit eum
ad taxandum ad. vij. annos, & non vltra decē.
quia decem anni dicuntur longum tempus. vt
probatur in rubro & nigro. C. de præsc. longi
temporis. x. & xx. annorum. Cum ergo etiam
venditor vellet post longum tempus, posset
retro emere rem venditam, videtur esse ma-
ior præsumptio, quòd non habuerit animum
uere vendendi, quòd Quando tempus est bre-
ue. nam si est breue, id est, nō longum tempus,
apparet quòd saltem post illud tempus, si non
reemerit, quòd remanebit perfectè ipsi empto
ri, per ea quæ statim s̄ dicta sunt. Secunda ra
tio potest esse: quia quando uult venditor pa
ctum de retrouendendo, usque ad. x. annos uel
ultrà, est præsumptio. quòd non habet animū
retro emendi quando poterit. quia communi
ter est verisimile quòd vsque ad. x. annos pos-
sit habere potestatem & facultatem retroemē
di. & qui non posset retroemere usq; ad. x. an-
nos, non est verisimile quòd possit etiam post
Nam qui non potest C. aureos inuenire usque
ad. x. annos. raro continget quòd etiam pòst
inuenire possit, ex quo est longum tempus.
Est ergo præsumptio, quando venditor uult
pactum de retrouendendo usque vel ultra. x.
annos. non quòd non possit infra illos. x. an-
nos inuenire vel recuperare pecuniā: sed quia
vult de illa pecunia agere facta sua, & ꝙ uult
retinere pecuniam emptoris, donec sibi pla-
cuit. & hoc maxime verum est, quando vendi
tor non fuisset ductus necessitate ad venden-
dum, sed pro voluntate: quia forte volebat fa-
cere mercātiam de dicta pecunia. Tertia ratio
potest assignari etiam ad hoc, quare magis di-
xit de septem annis, quàm de pluribus vel pau
cioribus. Nam communiter in septem annis
contingit saltem vna vbertas seu fertilitas, &
aliquando in quinque, ut communiter dici-
tur: cum ergo venditor possit in. vij. annis ha-
bere vnam fertilitatem: sequitur quòd poterit
verisimiliter infra illud tempus retroēmere.
& eadem ratione potest dici, quòd satis sit em
ptori infra illud tempus, quando locauit rem
emptam ipsi venditori, & vel satis sit ipsi ven
ditori, qui conduxit rem per ipsum venditam.
quia in dictis. vij. annis habebit saltem vnam
fertilitatem fundi venditi. & sic non poterit
dicere omnes redditus esse fertiles, ex quo, vt
dixi,

a Pactum de. Pactū de retrouendendo factū à rustico. quem iuris ignorātia excusat, non est usurarium. Rapha. Ful. & Pe. de Sun. in. l. eū a'legas. C. de usuris.

dixi,saltē in vij.annis cōtingit cōiter vna fertilitas.quia sic non poterit esse grauatus in redditibus non fertilibus, & sterilitas cōpensatur cū fertilitate,vt in simili dicitur in l. & si vno. in prin.& ibi no.ff.loca.& in c.propter sterilitatem.extrà de locato. Tu cogita si alia melior ratio de hoc adduci potest.

58 TERTIA † decima pręsumptio est,quādo ab ipso initio partes egerunt, ꝙ quandocunq; venditor restituet pecuniā perceptā, emptor teneatur restituere rem suam. Nā plus appropinquat simulationi pactū de restituēdo rem & pretium,quā pactū quod retrouēdatur, cū hoc secundū pręsupponat aliam venditionē pręcessisse,sed primū nō. nā non potes mihi retrouendere, si primo à me non emisti: sed restituere rē bene potes,secundum dom.Paul.de Ca.in consi.suo cccxxv.quod incipit, In Christi nomine,amen. In causa mota per dom.Dorotheā.in iiij.col.vbi nihil alleg.Tu autē potes ad hoc allegare.nā cū dicta promissio de restituēdo rem suā & pretium, fit contra naturam contractus emptionis & uenditionis,primo sequitur ꝙ inducere videt̄ præsumptionē simulationis.per glo.in l.si quid sub conditione.cū ibi not ff.de condit.instit.& per ea quæ dixi in viij.præsumpt.Et ꝙ sit pręter & contra naturā contractus, patet: quia si vera fuisset prima vēditio,dominium rei venditæ fuisset in emptorē translatum, si venditor erat dominus, ut in l.clauibus.ff.de contrah.emp.& in l.emptionē. in prin.& ibi no.ff.de act.emp.& interuenit traditio,vt l.traditionibus.C. de pac.uel aliud loco traditionis,ut constitutū,ut l. quod meo.in prin.ff.de acq.poss. & l ab empt.in princi.ff.de pact. uel aliquid eorum de quibus per glo in l. iij.in princ.in verb.animo ff.de acqu.poss & si secundus esset verus contractus retrouenditionis,primus emptor nō dicit̄ rē ipsius vēditoris sibi restituere, sed diceretur uel teneretur tradere vel dare,ut d.l,emptorē. nam dominiū ipsius translatū fuit in primū vēditorē,ut d.l.emptorē.in prin.vnde eā amplius restituere nō tenetur:sed potest illā vel aliā soluere, si retroemerit rem per ipsum venditā, ut habetur in p̄alleg.iuribus.Item pōt dici, ꝙ dicta promissio de restituendo rē suā & pretium, est insolita: quia vbi partes uolunt ꝙ fiat retrouenditio, nō solent apponi illa uerba,sed uerba tantū pacti de retrouendendo, quę sunt secundū naturā contractus.Et ideo ꝑꝑ hoc causatur præsumptio suspitionis,ut probatur per ea quæ dixi suprà in nona præsumptione. Illa tamen verba, ꝙ emptor teneatur restituere rē suam, possent intelligi,ꝙ aut uerbum.Suā,referatur ad personā emptoris,qđ in dubio ē credēdū,ex quo ista ē promissio sua.& cēseretur per ipsum prolata licet in tertia persona sint scripta, argumento eorum quæ not.Bart.in l.ex facto.in prin.ff.ad Trebe.in l.eum testamento.ff.de auro & argē. lega.& in l. si quis Titio.ff.de vsufru.accre.facit cap.primum,in verbo,non sua.extrà de spōsal. Et quod no.Cyn.in l.quamuis.in fi.C.de fideicom.& secundū hoc non repugnant naturæ dictorum contractuum emptionis & venditionis. Aut dictum uerbum Suā, refertur ad personam dicti venditoris, eiusdemque secundi emptoris. & tunc bene repugnare uidetur naturæ emptionis & uenditionis per prędicta, nisi exponamus Suam,id est, sibi debitam per vigorē ipsius pacti,ut exponit glo.in l.j.in verbo, suū consequatur.ff.quod cum eo.Et in l.cum duobus.§.idē respondit socius qui cessantis.in verbo,suum consequi ff.pro socio.ubi gl. exponit id est,sibi debitum.Et alibi glo.exponit,pecunia mea,id est,mihi debita,ut est gloss.in l.si & me & Titium.ff.si cer.pet.Et gl.j.in l. si pecuniam.C.de neg.ge.& facit glo.in l.sicuti.§.distant.in uerbo, meū.ff.si seruitus vendicetur.

59 † proprie tamen loquendo dicitur meū uel suum, quod uendicari potest, ut l.solum.§.meum.ff. de rei uendi. Et not.glo.in d.l.j ff.quod cum eo.item potest ēt exponi uerbum Suam, etiā si proprie intelligatur, subaudiendo quondam,ut subaudit alibi glo.exponendo tex.in l. uti frui in fine principij ff.si usufructus petatur.ī uerbo Vsufructuarius.& ibi gl.dicit quondam.& de hoc est casus in glo.in uerbo, dominus.in l.cotem fer.§.eam rem.ff de pub. & uide quod ibi notat Alber.de Rosa. & uide gl in l.ei qui in prouinciam.in verbo, defuncti.ff. si cert.pet.& uide quod ibi notat Bartolus,qui dicit, quod si in instrumento uel petitione dicitur filius Titij,qui est mortuus,sustētatur:quia subauditur,quondam. & ita tenet Spe.in titul. de instr.edic.§.instrumentum. versi.quid si ita continetur.ubi alleg.alia iura.& Anton.de Bu. in cap.ex parte B. in fin.penu.col.extra de foro cōpe.& Bartol. in tractatu de alluuionibus, super verbo,alueus,& notat.per aliquos in capitulo.Ray.extra de testamentis.hęc sunt notanda pro intelligentia dictorum uerborum, & similium.

60 QVARTA † decima præsumptio ad detegendum cōtractum simulatum, uel vsurarium est, quando pacta apposita in contractibus claudicant,quia omnia facta fuissent apposita in fauorem creditoris,& nullum esset in fauorem debitoris. Nam si verus fuisset contractus,non est verisimile quod omnia pacta fuissent apposita in fauorem creditoris, quia non pręsumitur debitor uelle iactare suum. l. cum de indebito.in princ.ff.de prob. Et ista fuit doctrina Host.in summa de usu.§ fi.uersi.ij. quæ est optima.& eam tenet dominus Gul.de mōte Lauduno in cle.ex gran.de usu.ubi dicit,ꝙ fraus præsumitur, qn̄ pacta apposita claudicāt. quia forte omnia sunt apposita in fauorē creditoris.& nihil aut parum in fauorē debitoris. & ita eum sequitur ibi Franciscus Zabar.in §. cæterum.in tertia q. Et idem not.& tenet Bal. in consilio suo in hac materia singulari, quod incipit,ad probandum & ostendendum contractum esse fictitium & simulatū in ordine meo,

ccxxvij. in nono argumento. Ad quod adde quod dixi in vndecima præsumptione. Et pro hoc facit l.si de meis.in princip. cum ibi nota. per gl.& Doct.ff.de arbitri. ubi dicitur & notatur,quòd contractus non debet claudicare.

61 QVINTA † decima præsumptio simulationis percipi potest ex parte venditoris propter rem venditam. nam venditor dicit emptori, Ego indigeo c.aures, si eos mihi des, vendam tibi vnum de fundis meis quem ipse volueris,cum pacto retrouendēdo. nam hoc casu est præsumptio quòd venditor non habuit animum vendendi,& sic quòd vendere nō voluerit,sed potius pignorare: quia si uere ac libere vendere vellet, pro sua necessitate vel voluntate non daret electionem emptori, vt accipe: et in emptione quam rem vel quem fundum vellet de fundis suis. imò est præsumptio quòd vendere deteriorem, & minus damnosam,& minus caram,sicut communiter contingit & probatur in l.lex quæ tutores C de admini.tu.& in l.magis puto.§.ne passim.ff.de rebus eorum.quia nemo præsumitur iactare suū. d.l.cum de indebito.de proba.in prin.Et idem est dicendum, quando venditor: quia si haberet multos fundos, venderet meliorem, puta domum maiorū suorum,in qua forte educatus est,& habitat,ad quam præsumitur habere affectionem, & quod verisimiliter eam non esset venditurus,ex quo habet alia bona quæ vendi possunt. ut probatur in l. si in emptione.ff. de mino.& in l.j.§.sed si rem.ibi, quam habet patronus affectionem vel opportunitatis vel cœli,vel illic educatus sit & parentes sepulti.ff.si quid in fraudē patroni.& in l.libertus qui soluendo non erat.ibi,veluti si prædia.ff. de bon. libert. & in l.lex quæ tutores.ibi,nec vero domum vendere.C.de admini.tutorum.vel si vēderet domum apothecæ suæ, sine qua commode viuere non posset, ad quam præsumitur habere affectionem propter commoditatem suæ artis,probatur in dicto.§.sed si rem. ibi, affectionem vel opportunitatis. & sic non præsumitur quòd eam venderet si haberet aliquid aliud quod cum minori damno & incommodo vendere posset. Et idem est dicendum in alijs similibus.

62 SEXTA † decima præsumptio insurgit etiam ex persona venditoris propter pretium,quando scilicet emptor uoluit soluere pretium iustum, vt puta centum: & venditor dixit, nolo recipere nisi quinquaginta vel sexaginta, quia eis tantum egeo: nam tunc est præsumptio quòd noluerit vendere, sed pignorare, secundum dominum Paul. de Castro præceptorem meum, in consilio suo cccxxviij. quod incipit. In Christi nomine amen. Visa petitione prædicta. in secunda columna circa principium. Et idem si dum venditor peteret octuaginta de suo fundo vendendo cum pacto de retrouendendo,emptor dixisset, si tu vis mihi vendere fundum sine pacto de retrouendendo,dabo tibi centum,& venditor noluit,imò potius voluit vendere cum pacto de retrouendendo pro octuaginta,quàm libere pro centum. nam tunc esset præsumptio, quòd non habuisset animum vendendi,sed potius pignorandi secundum eundem Paulum in eodem consilio. Et potest esse ratio, licet ipse non alleget: quia in dubio quis præsumitur vel le vendere rem suā iusto pretio,& potius quod minoris sit, pluris vendere:ut l.item si in pretio.§.quemadmodum.ff.loca. & in l.in causæ. §.penultimo.ff. de mino. & ideo quando quis sponte id quod pluris est.minoris uendit,& minus vult quàm sibi offeratur, est mala præsumptio,quia tunc videretur uelle iactare suum ac perdere,ut l.si filius familias.in principio.ff.de dona.quod non est præsumendum.vt in d.l. cū de indebito.in prin.ff.de probationi.cum similibus.Ad quod optime facit, quod dicam in sequenti præsumptione. Hic tamen consulendū est utrique, uidelicet quòd res uendatur iusto pretio pro parte.saltem pro indiuiso,quæ tamē valeat dictum uerum, & iustum pretium. & hoc modo tolleretur omnis suspitio paruitatis pretij.

luit.& ibi glo.fin. & Doct.de uſuris.& quia di-
uina iudicia talia foris audiunt, qualia ex inti-
mis proferuntur, ſecundum beatum Gregoriũ
in uigeſimo quinto libr. moralium: & habetur
uigeſima ſecunda quæſtione quinta. humanæ.
in prin. Et quod dictum eſt in emptione & uẽ-
ditione, idem eſt dicendum in donatione inſo-
lutum, & in aliis ſimilibus contractibus. Vt au-
tem hæc materia clarius intelligatur, comprę-
hẽdo oẽs caſus, qui ex ꝑdictis ꝑcipi poſſunt: &
ex his quæ dixi primo caſu principali, & in pri
ma præſumptione, & ſimul colligi debent. Sic
breuiter concludas. Aut vterque contrahentiũ
habuit animum uere, & non ſimulate contrahẽ
di, quia emptor habuit animum uere emendi,
& uenditor uendendi. aut neuter habuit ani-
mum uere contrahendi, quia ille qui dicitur
uenditor non habuit animum uendendi, nec il-
le qui dicitur emptor, habuit animum emendi.
aut unus tantum habuit animum uere, & non ſi
mulate contrahendi. Primo caſu, quando uter-
que habuit animum uere contrahendi, uideli-
cet emptor emendi, & uenditor uendendi, quòd
quando ſit, conſtare põt maxime per confeſſio-
nem partium, ut dixi in prima præſumptione.
tunc indiſtinctè dicas, quòd ille contractus non
poteſt dici ſimulatus, uel pignoratitius, ſiue u-
ſurarius, etiam ſi eſſet læſio enormis in contra
ctu uenditionis, & conductionis, & in pacto de
retrouendẽdo. Et etiã ſi emptor eſſet ſolitus fœ
nerari, uel ſimiles cõtractus facere, ex quo ipſi
uſurarij poſſunt celebrare ueres contractus, &
quãdoq; ipſos vere, & nõ ſimulate celebrãt. ut
dicit Bal.in l.emptione. C.plus ualere qđ agit.
Et dixi ſupra in decima quarta præſumptione.
quia in incertis, nõ certis &c. l.continus.§.cũ
ita.de verborũ obligatio.cũ ſimilibus. Et dixi
ſupra in primo caſu princip.difficile tamen erit
ꝓbare in foro contentioſo, ꝙ uterq; habuit ani
mum uere contrahendi, quãdo interuenit læſio
in cõtractu, vel emptor eſt ſolitus fœnerari, vel
ſimiles cõtractus facere. Sed in foro cõſciẽtiæ,
facilis erit probatio, q͞a ſtabiẽ cõſcientiæ cõfi-
tẽtis ſe purã & ſimplicẽ intẽtionẽ habuiſſe, ut
ſ͂ dixi.& q͞n læſio interuenit, licet nõ poſſit di-
ci cõtract.ſimulatus, fictitius, aut uſurarius, po-
terit tñ dici illicitus, inter quæ ẽ differẽtia ẽm
ea quæ dixi in.j. caſu prin. Secũdo caſu q͞n neu-
ter habuit animũ uere cõtrahẽdi, uidelicet emẽ
di & uẽdẽdi, ꝙ patere põt uel ꝑ cõfeſſionẽ eo-
rũ, uel ꝑ alias coniecturas, de quibus in oĩbus ꝑ
cedẽtibus præſumptionibus, & maxime in pri-
ma præſumptione, in prin. & tũc ſine dubio cõ-
tractus iudicandus eſt ſimulatus & uſurarius, tã
in foro cõtẽtioſo, quã in foro cõſcientiæ, etiã ſi
nõ interueniſſet aliqua læſio iuſti precij, nec
emp.eẽt ſolit⁹ fœnerari, uel ſimiles cõtrac. face
re. q͞a in incertis nõ certis, locus ẽ cõiecturæ, ut
dixi. Tertia caſu prin. q͞n unus tãtũ cõtrahẽtiũ
habuit animũ uere cõtrahẽdi, & tũc aut ille ſo-
lũ q͞ dicitur uẽditor, nõ habuit animũ uẽdendi
ſed emptor ſolũ habuit animũ emendi. Et tunc
ſubdiſtingue. Aut em. neſciebat manifeſte intẽ
tionẽ illius, q͞ dicebaẽ uelle uẽdere, ꝙ in uerita
te nõ habebat animũ uẽdẽdi, aut ignorabat, q͞a
credebat, ꝙ haberet animũ uẽdẽdi: ſi emp.ſcie-
bat, in foro cõtẽtioſo nõ poterit dici cõtrac. ſi-
mulatus, uel vſurarius, ex quo extrema. ſ. mala
intẽtio emp.& uend. ſimul nõ cõcurrũt. Sed in
foro cõſciẽtiæ bene tenebiẽ emp. ſi vero ipſe ig
norabat malã intẽtionẽ uẽd.& tũc aut ipſe fuit
in lata culpa, & idẽ: aut fuit in leui, uel leuiſſi-
ma, & tũc ſecus: tñ ꝓ culpa pœni. eſſet iniũgẽda
emp. Aut fuit nulla culpa, & tũc in nullo teneẽ
ſed ipſe emp poterit, ſi uoluerit, agere cõtra uẽ
dito.ad reſcindẽdũ cõtract. tanquã ſimulatũ. &
hoc caſu ſine dubio & in diſtincte tenebiẽ uẽd.
in foro cõſciẽtiæ ꝑ prædicta. Sed ſi ex parte illi
us, q͞ diciẽ emp.interuenerit dolus, fraus, uel ſi
mulatio, quia nõ habuit animũ emẽdi, & inten
debat in mẽte ſua, ꝙ eſſet pig. Sed uend. habuit
animũ uẽd.& tũc in foro cõtẽtioſo debet diſtin
gui. quia ex parte uend. nõ põt dici cõtract. u-
ſura. nec quaſi uſur. ita ꝙ cõtra eum de hoc agi
poſſit, ſiue uend. ſciuerit, ſiue ignorauerit malã
intẽtionẽ emp. ex quo ipſe uend. habuit animũ
vere, & non ſimulate cõtrahẽ. ſed ex parte em-
pto. bene põt dici cõtract. ſimulatus, ita ꝙ uẽd.
cõtra eũ agere põt ad reſcind. contract. ſi uolue
rit, adeo ꝙ ẽ in elect ipſius uend. an ualeat, uel
nõ ualeat dictus contract. ꝑ no. in d.l.& elegan
ter. in prin. ff. de dolo. Nã licet talis contractus
nõ ſit totus ſimulatus, reſpectu utriuſq; tñ ex
parte emp. tãtũ, poterit dici ſimulatus. ut dicta
l. iurisgẽtiũ. §. dolo malo. cũ ibi no. ff. de pactis.
Et hoc intellige uerũ, ſi uend. ignorauit malam
intẽtionẽ emp.& ſic nõ fuit in aliquo dolo, vel
culpa. Secus ſi ſciuiſſet, quia tũ c ꝑꝑ dolum, vel
culpã ſuã, nõ poſſet agere cõtra empt. In foro
ãt cõſcientiæ, quantũ ad empto. indiſtincte talis
cõtract. iudicandus eſt ſimulatus & uſu. ex quo
ipſe malã intentionẽ habuit. Quantũ ãt ad uẽd.
idẽ ſi ſciuit, uel ſcire debuit malũ intentionem
empt. alias ſecus, ẽt ſi nulla læſio interuenerit

Ex

Ex his colligi pōt, qualiter in hac materia sit
formandus libellus,& qualiter sit articulādum
siue capitulandum,tā ex parte emptoris,quam
uenditoris.& quid agendum sit in foro consciē
tiæ,quæ omnia bene not.quia quotidie hęc pos
sent contingere. & alibi non ita clāre distincta
reperies.Ad quæ adde omnino, quæ dixi in ter
tio casu principa. in secunda præsumptione.

QVINTO vero casu principali quando du
bitatur,an in dictis contractib.interuene-
rit dolus,fraus,uel simulatio, & in damnū uen
ditoris interuenit læsio in uenditione,conduct.
& in pacto de retrouendendo,uel in aliquo,vel
aliquibus ex ipsis. Et in hoc sic puto esset dicē
dum. Aut interuenit læsio in omnibus prędictis
tribus contractibus.s.in uenditione,conductio-
ne,& pacto de retrouendendo: aut læsio non in
teruenit in omnibus prædictis simul,sed in duo
bus tantum, aut interuenit læsio in uno tātum
de prædictis. Primo casu,quādo interuenit læ-
sio in omnibus tribus prædictis contractibus:
quod quando sit,dixi plene in 2.3.& 4.præsum
ptione, & tunc sine dubio pręsumam dolū,uel
fraudem,vel simulationem saltem re ipsa, pro-
pter quod redditur contractus illicitus, & præ-
sumitur simulatus,& ēt usurarius, ex quo illa
concurrunt cum pacto de retrouendendo:ut ꝓ
batur per ea quæ dixi in ante dictis præsumptio
nibus,& per ea quæ habentur in c.ad nostram.
extrà de empt.& vend.& c.illo uos.de pignor.
& c.conquestus. extra de usuris,& in l.emptio
ne. C plus valere qđ agitur.licet Cyn.secundū
Iacobum de Are.ibi tenuit cōtrarium. de quo
etiā latius dicam in ver.tertio casu. quando in
teruit læsio.& in sexto & ultimo casu principa
li,circa prin.Secundo casu,quando non interue
nit læsio in omnibus tribus prędictis, sed in
duobus tantum,uidelicet in uenditione,& con
ductione tantum,uel in uenditione,& pacto de
retrouendendo,uel in locatione & pacto de re-
trouendendo,& tunc aut interuenit læsio in cū
ductione uel pacto de retrouendendo,habito re
spectu ad ualorem rei uenditæ,& eius fructuum
uel reddituum. Aut habito respectu ad naturā
liuelli a, aut habito respectu ad pecuniam so-
lutam.Si interuenit læsio habito respectu ad ua
lorem rei uenditę,& eius fructuum, uel reddi-
tuum, & tunc idem crederē qđ in casu præce-
denti.s.quòd dolus,uel fraus,uel simulatio prę
sumatur interuenisse:& quòd contractus sit illi
citus, & præsumatur simulatus, & usurarius.
Exemplum pone,emi a te fundum ꝓ centum.
qui ualebat centum & quinquaginta, locaui ti
bi eundem fundum pro ficto quinquaginta li-
brarum, qui fictus est ultra iustum precium,ēt
habito respectu ad ualorem rei uenditæ. Aliud
exemplum, quando est læsio in uenditione, &
in pacto de retrouendendo. Emi fundum a te
pro centum, qui ualebat centum & quinqua-
ginta, & feci tibi pactum de retrouendēdo pro
centum & sexaginta,& hoc est sine dubio. Si
uero in damnum uenditoris interuenit in uen
ditione & in conductione læsio,habito respectu
ad naturam liuelli,licet non habito respectu ad
rem uenditam,uel eius fructus, uel ad pecuniā
per emptorem solutam: & idem dicendum qđ
in præcedenti.s.quòd præsumatur contractus u
surarius & simulatus exemplum, emi fundum
a te pro centum,qui ualet centum quinquagin
ta,in hac uenditione est lęsus uenditor in quin
quaginta.Deinde locaui tibi in perpetuum eun
dem fundum pro iusto precio,habito respectu
ad naturam liuelli,& sic ultra quinque pro cen
tenario, quæ quinque pro centenario sunt iu-
stum precium liuelli: ut supra in secunda præ-
sumptione.† Sed dubium est,an ista quinque
94 pro centenario debeāt esse, habito respectu ad
pecuniam solutā per empto.an ad valorem rei,
vel eius fructuum.exemplum in prædicto, quā
do fundus venditus pro centum,valebat centū
& quinquaginta, habendo respectum ad pecu-
niam solutam,erunt quinque tantum.sed habē
do respectum ad valorem fundi venditi, erunt
septem cum dimidio. Credo quòd de iure ciui
li,vel canonico debeat haberi respectus ad ua-
lorem fundi uenditi, sed in foro conscientiæ,
credo quòd debeat haberi respectus ad pecu-
niam per empt. solutam, vt statim dicam in si-
mili casu sequenti.& dixi supra in tertia præsū
ptione.Sed si læsio interuenit in damnum uen-
ditoris, eiusdemq; conductoris in venditione,
vel in locatione, vel in pacto de retrouenden-
do,habito respectu ad ipsam rem uenditam vel
eius fructus,& redditus,sed habito respectu ad
pecuniam solutam secus Exemplum de locatio
ne,emi à Titio fundum pro centum, qui uale-
bat centum & quinquaginta,& eundem sibi lo-
caui pro ficto septem cum dimidio.Nam iste fi
ctus est iustus,habito respectu ad rem emptam
& eius ualorem,ac etiam eius redditus,quia il
le fundus communiter locaretur pro illis se-
ptem cum dimidio. Sed potest dici iniustus fi-
ctus,habito respectu ad centum ducatos, quos
solui pro emptio.dicti fundi, quia solummodo
pro centum ducatis soluuntur quinque aurei
de liuello,vt infra dicetur. Et dixi supra in ter
tia præsumptione. Aliud exemplum est de læ-
sione in pacto de retrouendendo. Emi a Titio
fundum pro centum,qui valet centum & quin
quaginta ducatos,& feci sibi pactum de retro-
uendendo pro centum & quinquaginta duca.
nā illi centum & quinquaginta duca.sunt iustū
precium quo ad valorem fundi,sed nō quo ad
pecuniam per me solutam in emendo dictum
fundum,quæ fuit solum vsque ad summā cen-
tum duca. Et istis casibus uidetur,quòd dicta
pensio sit iusta & licita, & sic dictum pactum
de retrouendendo sit iustū & licitum.quòd sic
probatur. Nā si ego emi a Titio fundum pro
centum,qui valet centū quinquaginta,incon-
tinenti efficitur meus, interueniente traditio-
ne actuali,uel constituto,si uendens erat domi
nus.ut l.traditionib.C.de pact. & l. quod meo
in principio.cum ibi nota.ff.de acquirend pos-
sess.& per id quod nota.in l ab emptione. ff.de

a Liuelli.
Liuellus, de
quo loquitur
gloss.in aut.in-
gressi.C.de sac.
san.eccle. & in
l.si finita.§ fin.
de uectigalibus
de damno infe.
& Alexa.in cō-
sil.94. 4. parte
& d.§ si de ue-
ctigalibus. 5.
charta.

pac. Si ego locarem eundem fundum alteri q̃
Titio, certe iusta pensio esset iudicanda, habito
respectu ad valorẽ ipsius fundi, & eius fructuũ,
& non habito respectu ad preciũ, pro quo ego
emi, q̃a illud non est attendendũ. ut habet in l.
ij. C. de rescin. uen. & in l. si quos. eo. tit. & in l.
hæreditatũ. ff ad l. Fal. cũ si Et pro hoc facit qđ
dixi s̃. in ij. casu p rin. in iij. præsump. quæ & eo
dem modo si eundẽ fundum vellem alteri vẽde
re q̃ Titio, possem licite uendere pro c. & quin
quaginta, & sic ꝑ eo precio quo ualet ipse fun-
dus, licet ego ipsum emerim a Titio pro minori
& iniusto precio. ut habetur in d. l. ij. C. de resc.
ven. & licet fundũ qđ uilissimo precio emerim,
non tñ per hoc teneor alteri pro eodẽ precio vẽ
dere, vel habito respectu ad illud preciũ locare.
Et pro hoc uide quod dixi s̃. in xvij. præsump.
sicut eco· tra, si emerem fundũ pro cl. duca qui
valeret nisi centũ, & vellẽ eum alteri uẽdere vel
locare, non debere habere respectũ ad precium
quod solui, sed ad verã æstimationẽ ipsius fũdi.
95 † & sic licet fuerim deceptus in emẽdo fundũ,
tñ alii locando vel vendendo eundẽ fundũ, deci
pere non possum, nec debeo. arg. gl. no. & quod
ibi ẽt not. per do. Pau. de Cas. in l. si te bonis. C.
de iur. deli. & l. si filia. in prin. ff. fa. herc. & facit
ad prædicta optimus tex. in l. hæc venditio. §. fi.
ff. de cõtrah. emp. & l. Iulia. §. si inter emptorẽ.
ff. de act. emp. & l. si pater. §. pe. si fundũ. ff. de pa
ctis dotal. Sic & eodẽ mõ uidetur dicendũ, qñ
res empta locatur venditori, & sibi fit pactũ de
retrouend. q̃a licet isti tres contractus, vẽditio,
locatio, & pactũ de retrouend. cõcurrant in vna
tñ persona, & vno & eodẽ tp̃e, tñ sunt diuersi,
vt de se patet. Et prædicta procedunt qñ dicti
tres contractus de per se celebrant, licet vno &
eodẽ tp̃e successiue: secus forte, si in uno & eo-
dẽ contractu, venditio, locatio, & pactũ de retro
uendẽdo celebrarentur, ut quia dictũ sit, ꝙ talis
venditio cũ pacto de locando. & cũ pacto de re
trouẽdendo, nam oĩa sunt unius contractus, sci-
licet venditionis, cũ duob. pactis, vt dixi s̃. in ij.
præsump. in fi. & ideo tunc ẽt, si esset pactum de
retrouendendo pro eodẽ precio, pro quo emit,
& esset pactũ de cõducendo pro fictu, habito re
spectu ad pecuniã solutã valeret: nec diceretur
esse aliqua deceptio, q̃a censeretur, ꝙ illud quo
plus valet esset melioramentũ ipsius venditio-
nis. Iuxta no. in l. fi. C. de iure emphy. Itẽ præ-
dicta prcedunt ubi aliter de consuetudine loci
nõ constaret, secus si consuetudo loci vel patrię
in contrariũ esset, sicut est in ciuitate Veronæ,
videlicet, ꝙ res vendita pro minori precio q̃ va
leat, locari siue liuellari consueuit eidẽ vendito
ri pro fictu, habito respectu ad pecuniam solu-
tam per emptor. & non habito respectu ad va-
lorem rei venditæ vel eius fructum. Nam hoc
casu propter consuetudinem loci illud reputa-
bitur iustum precium fictus, quod est habito re
spectu ad pecuniam per emptorem solutam: &
iniustum reputabitur, si excedit summam pre-
cii habito respectu ad pecuniam per emptorem
solutam: & hoc debet attendi, licet sit iustum

a Decepit. Deceptio ipsa dicitur vltra dimidiã iusti precii: in l. stipulatio hoc modo. v. col. de verb. obl.

habito respectu ad ualorem rei vẽditæ vel eius
fructuum: argument. l. semper in stipulati. cum
ibi not. ff de regulis iuris. Ad quod vide quod
statim dicam in versi. nisi dicamus. Item prædi
cta intelligas vera sine dubio, quando in vendi
tione non fuit læsio prope dimidiã iusti precii,
quia nec de iure ciuili, nec de iure canonico q̃-
bus licitum est contrahentibus se decipere in
precio, ut dixi supra in secunda præsumptio. re
putabitur contractus illicitus nec vsurarius. ut
probatur in c. ad nostram. ibi, quæ uix dimidiã
iusti precii contingebat. extrà de emptio. & vẽ
dit. in d. secunda præsumpt. Sed si esset læsio in
venditione citra dimidiam iusti precii, tunc de
iure ciuili & canonico, posset uenditor agere
contra emptorem: uel quòd emptor rescindat
contractum, uel quòd suppleat iustum preciũ,
in electione emptoris qui decipit a. ut est ca-
sus in d. l. ij. C. de rescin. uen. & in c. cum causa.
ext. de empti. & vendi. & tunc si emptor eliget
supplere iustũ precium, in nullo remanebit læ-
sio saltẽ pro futuro: sed si eliget rescindere con
tractũ uenditionis, in consequentiam rescinde-
tur etiam contractus locationis & pacti de re-
trouendeodo, & sic etiã hoc casu non remane-
bit læsus in locatione pro tẽpore futuro, nec ẽt
pro præterito, cum locatio fuerit iusta respectu
valoris rei vt dixi. & sic concludendo talis con
tractus non reputabitur vsurarius in foro ciui-
li vel canonico, cum una tantum lęsio scilicet
in venditione interuenerit: vt dicam statim in
96 tertio casu huius dictinctionis. † Item prædi-
cta sunt vera, quando fuit simplex locatio ad
certum tempus, quo casu habetur respectus in
fictu ad ualorẽ rei venditæ & locatæ & eius fru-
ctũ. ut habetur in §. quia uero leonis. in autẽ. de
non alien. col. ij. & dixi in iij. præsumpti. Sed si
fuisset locatio perpetua, & liuellaria, tunc debe
ret haberi respectus ad naturam liuelli, quæ est
quòd non habeatur respectus ad valorem rei vẽ
ditæ, vel eius fructuum, sed ad rationem quin-
que pro centenario valoris dictæ rei uenditæ,
& locatæ. ut habetur in d. §. quia uero leonis. &
dixi suprà in tertia præsumptione. & ideo Vero
nenses errasse videntur, qui emerunt fundum
pro centum, & sic pro iusto precio, & eundem
locauerunt iure liuelli ipsi uenditori, pro vigin
tiquinque libris dena. Sic præsupponimus du-
catum fuisse valoris quatuor librarum, quia di-
ctę uigintiquinque librę non erant iustum pre
cium liuelli, quia tunc erant in ratione sex, &
vnius quarti, pro centenario, sed debuissent
tunc locare pro viginti libris tantum, & sic in
ratione quinque pro centenario. ut dixi suprà
in tertia præsumptione. in fi. & eadem ratione
nunc omnes errare videntur, qui fundum cen-
tum aureis emptum, pro quinque & viginti li-
bris denariorum locant iure liuelli, cũ aureus
nunc sit valoris quatuor librarum cum dimi-
dia, nam uidetur esse iusta pensio: quia est in ra
tione quinque ducatorum, & duarum librarum
cum dimidia. Constituunt enim hodie, uigin-
tiduæ libræ cum dimidia quinque aureos.

Ex

Ex quo concluditur, quòd hodie iusta pensio
liuelli esse deberet pro fundo centum aureo-
rum, in xxij.libris cum dimidia tantũ, & eadẽ
similis computatio est facienda alibi, secundũ
diuersitatem valoris monetarum, nisi dicamus,
quòd consuetudo patriæ hoc excuset argum.l.
semper in stipulationibus. cum ibi nota.ff.de
regulis iuris. præsertim cum illa iustificatio pẽ
sionis pro liuello, scilicet quoque pro centena-
rio, sit introducta de iure ciuili. ut habetur in
d.§ quia vero leonis.in autenti. de non alienã-
dis.& in autent.perpetua.C.de sac.sanct. eccle.
quæ est canonizata, decima quęstione secunda,
perpetua. & sic videtur quòd per consuetudi-
nem, vel statutum unius loci, quod est ius com-
mune in illo loco, ut l.omnes populi.ff.de iust.
& iur.& institutio.de iure naturali, gen.& ciui-
li.§ primo, coniuncto §.ex non scripto. eodem
titul.& coniuncta l.de quibus. ff.de legib.cum
ibi nota.cum si.possit mutari, vel minui, vel e-
mendari id quod de iure communi est introdu-
ctum.vt probatur in l.ius ciuile.ff.de iust.& iu
re.& habetur per Doctores in dictis iuribus. &
§.sed naturalia.instit.de iure naturali, gẽtium,
& ciuili. Facit quòd habetur per Cyn. & Do-
ctores, in l.sancimus.C.de nupti. & in autenti.
nouissima.C.de inofficio.testamẽt.vbi habetur
an legitima possit per statutum tolli vel minui.
97 † Item ad hoc facit, quia consuetudo excusat
quandoque in delictis.vt probatur iiij. dist.de-
nique. Et ibi hoc nota.glo.in verbo, consuetu-
dinem. Item pro hoc quod nota. Baldus in l.
per diuersas.in ij.columna.C.mandati. qui di-
cit quòd consuetudo potest contractum appro
bare, & improbare.argumen.ff.si cert.pet.l cer
ti condictio.§.si nummos. Item pro hoc text.
in l.quis sit fugitiuus.§.apud Labeonem. ibi,
quia id facit quod ei publice facere licere arbi
tratur.ff.de ædil.edic.& quod nota.ibi per Bar.
Qui dixit per illum textum, quòd si quis fa-
cit aliquem actum qui communiter existima-
tur licitus: contrarium tamen est inveritate, q̃a
sapit vsurariam prauitatem, quòd ex hoc nõ di
citur vsurarius, ut dixi suprà in principio huius
tract. Item pro hoc quod nota. Ioan. de Imol.
in cle.j.electionib.ibi, & nota.ubi dicit, ꝙ tole
rantur gesta uirtute communis opinionis, licet
postea declaretur, opinionem communem non
fuisse iuridicam: quod est singulare. Facit ꝙ ha
betur in l.j.C.de testibus. & in l. Barbarius.ff.
de officio prætor. Item quod dictum est suprà,
quòd iustum precium fictus, vel pacti de retro-
uendendo, est in foro ciuili vel canonico, habi-
to respectu ad valorem rei venditæ, eiusdemq;
locatæ, & non ad precium solutum, procedit e-
tiam in foro conscientiæ, quando res empta ab
vno locaretur alteri, uel alteri fieret pactum de
retrouendendo, per prædicta. sed si res vendita
locaretur eidem venditori, vel eidem fieret pa-
ctum de retrouendendo eandem rem inconti-
nenti, vel actum esset ante de locando vel reuẽ
dendo, & venditor fuit læsus in venditione, cre
do quòd iusta pensio, vel iustum precium pacti
de retrouendendo sit, habito respectu ad pecu-
niam solutam, & non ad ualorem rei venditæ
vel eius fructum. Sed est ratio, quia licet con-
tractus venditionis sit alius a contractu condu-
ctionis, & pacti de retrouendendo, & sic quan-
tum ad eorum substantiam, sint separati & di-
uisi, tamen quantum ad mentem venditoris, e-
iusdemque conductoris sunt connexi & depen-
dentes: quia venditor non fuisset aliter vendi-
turus fundum, nisi emptor eundem fundũ sibi
locasset cum pacto de retrouendendo: & sic ta-
cite valuit, quòd quicquid valeat fundus vendi
tus vltra precium solutum, sit melioramentum
& de iure ipsius venditoris, eiusdemq; condu-
ctoris. Item quia si contractus primus princi-
palis venditionis fuit iniustus & illicitus in fo-
ro conscientiæ, quando fundus fuit uẽditus mi
nori precio, cum in eo non sit licitum contrahẽ
tibus se decipere etiam in precio, ut dixi suprà
in secunda præsumptione: ergo omnis pensio,
vel solutio quæ fuerit ratione illius pluris, in
quo fuit deceptus venditor, esset iniusta vel il-
licita ratione dependentiæ a & connexitatis, a Dependẽtię. Dependens q̃d intelligatur, & quid connexũ, vide Alex.cons. cxcvj.in ij.parte.
98 † quia dependentium & connexorum idẽ est
iudicium, & eadem est natura. ut probatur in l.
eum actum.in prin.ibi, plane si quid connexum
fuerit.ff.de neg.gesto.& ibi nota in c. quando.
ibi, ita coniuncta est & connexa. extra de iudi.
Et optime probatur in l.tutorem qui tutelam.
ibi, connexam ratione.ff.de admini.tuto. Item
quia cum in principali fuerit læsio, ergo vide-
tur esse etiam in omni eo quod sequitur ex illo
secundum naturam illius principalis.ut probat̃
ĩ l.cũ principales.ff.de re.iur. Vñ si fuit læsio in
venditione & locatione, vel pactum de retro-
uendendo fiat respectu quantitatis precii solu-
ti pro re emenda, erit lęsio in accessorio secun-
dum naturam principalis, à quo dependet. er-
go sicut principale, scilicet precium venditio-
nis est illicitum, ita & etiam illud quod sequi-
tur ex eo secundum naturam illius principalis,
scilicet pensio præd. uel precium in pacto de re
trouendendo. quòd bene nota. quia Doct.non
tangunt.

SEXTO casu principali, quando interuenit
læsio in uno tantum, videlicet aut in vendi-
tione, aut in locatione, aut in pacto de retrouẽ
dendo. Et tunc subdistingue ut dixi in casu præ
cedenti. Aut illa læsio non est proprie dimidiã
iusti precii, sed minus. Aut est prope dimidiã
iusti precii, aut est ultra vel citra dimidiam, sed
non est prope dimidiam iusti precii. & tunc ta
lis contractus in foro ciuili, vel canonico nõ re
putatur illicitus nec usurarius, quia licitum est
contrahentibus se decipere in precio.ut dixi su
prà in ij.præsumptione. Si vero est læsio prope
dimidiam iusti precii, & tunc dic idem, quod di
cetur in sequenti casu, quantum ad præsumen-
dum contractum simulatum, uel vsurarium, &
quando dicatur esse prope dimidiã iusti precii,
dicetur ĩ. Sed si læsio esset vltra vel citra dimi
diam iusti precii in persona venditoris, eiusdẽ-

que conductoris, & tunc dictus contractus, in quo est læsio, est illicitus, quantum ad hoc ut possit peti contractum rescindi, uel suppleri iustum precium. ut d.l.3.C.de rescind.uend.& d.c.cum causa.extra de empto.& uend. Sed quantum ad hoc ut contractus dicatur simulatus, pignoratitius, siue usurarius, & sic quòd fructus percepti computentur in sortem, in foro ciuili uel canonico, uel conscientiæ, subdistingue. aut hoc unum tantum interuenit. s. læsio in uenditione solum, & non fuit appositum pactum de retrouendendo, nec est emptor solitus fœnerari nec est aliqua alia mala præsumptio. Aut interuenerunt duo s. læsio unica in precio, uidelicet in uno tantũ contractu, & pactum de retrouendendo. Aut interuenerunt tria, scilicet læsio pactum de retrouendendo, & ꝙ emptor sit solitus fœnerari. Aut interuenerunt plura quam illa tria, quia inerant aliquæ aliæ præsumptiones de quibus plene dixi supra in 3. casu principali. Si interuenit illud vnum tantum, scilicet lęsio in venditione, vel in alia contractu tantum, & videtur quòd præsumatur simulatio, quia ex
99 paruitate precij præsumitur fraus. † Nam & cessio propter modicum precium, præsumitur simulata, ut no. in l. per diuersas. C. mand. & parua quantitas precij, est argumentum doli. ut l. cũ hi. §. modus. ff. de transact. & no. per gl. in c. ad nostram. in uerbo dimidiam. extra de empt. & uendit. Tu tamen teneas indistincte quòd cõtractus iste non potest aliquo modo præsumi uel dici simulatus, uel vsurarius ex paruitate precij, in vno contractu tantũ, quantumcunq; esset vltra uel citra dimidiam iusti precij. ut ꝓbatur in l. interpositas. C. de transa. vbi probari videtur, quòd ad dolum arguendum non sufficit probare qualitatem causæ principalis, forsan. quia erat magna, & pecunia modica data est & propterea dicit ibi Angel. quòd non videtur sufficere reprobare exiguitatem precii, ad concludendum necessario, contractum simulatum. & pro hoc allego text. cum glo. in verbo, precij. in l. dolus. C. de rescin. vend. & ita tenet etiã Cyn. secundũ Iac. de Are. in l. emptione. in 3. q. C. plus valere quòd agitur. & istud est uerissimum, & sine aliquo dubio prædict. & apparebit etiam ex his quæ statim dicentur, isto tamẽ casu, si uenditor & conductor esset læsus citra uel vltra dimidiam iusti precij, competeret sibi beneficium dict. l. 2. C. de rescind. uend. & ca. cum causa. extra de emptio. & uen. iuxta ibi no. si vero interuenerunt duo tantum, scilicet læsio unica in precio, & pactum de retrouendendo, & tunc quid præsumendum. Certe in hoc adhuc
100 subiudice lis est. † Vnde in hoc diligenter est aduertendum, quia una clauis huius operis consistit in hac dubitatione quotidiana, & Doctor. sunt uarij. Reperio enim quamplurimos legũ & canonum uertices tenere, ꝙ ad præsumendũ contractum simulatum, siue pignoratitium, & usurarium sufficiunt ista duo tãtum, scilicet pactum de retrouendendo, & enormitas sine paruitas precij. & dicunt, quòd de hoc est casus in c. ad nostra. extra de empt. & uend. ibi, quòd patet ex eo, vbi ille textus hæc duo tantum sufficere uelle uidetur. Item allegatur de hoc gloss. ordin. Bernard. c. conquestus. extra de usuris. q̃ sic intellexit dictum c. ad nostram. Dicit enim illa gloss sic, quòd si venditio est facta minus iusto precio, & factum pactum de retrouendendo, quòd præsumitur pignus, præcipuę si emptor usurarius est: quia dictio præcipue, includit. Item si emptor non est usurarius, sicut dicitur in dictione maxime. ut est gloss. ordinar. in l. illud. ad fin. ff ad l. Aquil. & gloss. in c. ad abolendam. extra de filiis presbyterorum. de quo verbo, maxime, uel præcipue, dicetur infra. itẽ hoc etiam uidetur tenere Inn. in c. ad nostram de empt. & uend. Item hoc uidetur etiam tenere Archi. 14. questio. 3. plerique. Item videtur etiam tenere Ioan. And. in d. c. ad nostram. Itẽ etiam hoc tenet Anton. de Butr. qui dicit, quòd sola paruitas precij, & solum pactum de retrouendendo, non faciat præsumi contractum simulatum, tamen simul iuncta, bene faciunt præsumere econtractum simulatum, maxime si emptor consueuit exercere usuras. ut dicit glo. in d. c. conquestus. extra de usuris item istam opinio. videlicet quòd ista duo pactum de retrouendendo, & paruitas precij faciant præsumere contractum simulatum, tenet etiam Alberic. de Ro. in l. empt. C. plus ualere quod agitur, qui dicit quòd si recte inspiciatur, hoc clar. c. ad nostram. de emptio. & uenditi. nam dicitur ibi, ꝙ ex eo solum quòd res erat longe maioris precij. & pactum de retrouẽdendo præsumitur cõtractus pignoratitius. & dicit etiam ibi, quòd ita de facto obtinuit coram magis peritis. & quòd ita nota. in d. c. ad nostram. & c. illo uos, de pignor. per Bernardi. Innocen. Host. & Goffred. in summa de pignor. in fin. & Spec. tangit de vsuris. versi. si autem. quia ex iudicijs, & cõiecturis, fit probatio. Item istam opinio. tenet etiam Ioan. de Imol. in d. c. nostram. & subdit, quòd ista est communis opinio. Postremo hãc partem tenuit reuerendus in Christo pater dominus Ioan. de Castell. episcopus Vicentinus in lectura, in præallegato c. ad nostram, & totũ collegium Medio. & Papiense, idem tenuere uisa opinione prædicta domini episcopi Vicentini. & ita etiam reperio consultum per dominum Signorinum de Homedeis de Mediolano. quod consilium incipit, In dei nomine amen. Certo tempore Ioannes de Homedeis egens pecunia. cui consilio subscripserunt dominus Benedictus de Plumb. dom. Raphael Fulgu. domi. Thadeus de Vico Mercato. dom. Prosdocimus de Comitibus. dom. Ioan. Francisc. de Capitibus Liste. do. Henricus de Alauio. do. Alexand. & dom. Benedictus de Doctoribus. Reperi etiam bis consuluisse dom. Anton. de Rosellis. Et licet prædictorum autoritas sit maxima tamen ego comperio multos alios Doctores, etiam maximæ autoritatis tenere contrarium, uidelicet quòd ista duo tantum simul iuncta, scilicet paruitas precij, & pactum de retrouendendo

dendo

dendo non faciant præsumere cõtractum simu
latum. Et ista fuit opinio Iacob. de Aret. quem
sequitur Cynus in l. emptione. in. 4 quęstione.
c. plus valere quod agitur. qui dicunt in effectu
quòd contraria opinio non probatur in cap. ad
nostram. de empti. & vendi. nec in cap. illo uos.
de pigno. quia ibi erant alia adminicula, seu prę
sumptiones. nam in c. illo uos. erat pactum, ꝙ
fructus percepti in sortem computentur, & ꝙ
ultra summam. receptam lx. soluentur, & erat
in potestate emptoris, quando deberet res recu
perari. & in c. ad nostram. debebat aliquid red-
di supra datum, per quod videbatur vsura, & ꝙ
fructus debeant in sortem computari, quod est
contra naturam emptionis: sed ista duo nõ pro-
bantur in d. c. ad nostram. nec ei non cõueniũt.
ut nota. etiam Ioan. Andr. in c. illo uos. & istam
opinion. tenet Bald. in d. l. emptio. C. plus uale-
re quod agitur & in ca. primo. in titu. de feud.
dato inuicem legis commiss. & in usi. feud. Et
cum ista opinione Cyni videtur transire Ioan.
Andr. in. cap. illo uos. superius allegat. Et hanc
opinio. sequitur etiam dom. Petr. de Anch. in. d.
c. ad nostram. & eam tenet Cardin. Florenti. in
d. c. & in d. c. illo uos, qui dicit se hoc cõsuluisse
101 in quęstione facti huiusmodi. † Quidam rece
pit à Titio certam quãtitatem pecuniæ mutuo,
puta centum, & pro illis centum, fecit venditio
nem Titio de præditio valoris ducentorum. De
inde per aliud instrumentum promisit Titius
retrouendere, solutis sibi centum, dicit se con-
suluisse, quòd ex hoc poterat præsumi cõtractũ
fœneratitium, ex quo non fuerat appositum pa
ctum, de fructibus in sortem computandis, quo
casu procederet. c. illo uos. de pignor. Et hanc
sententiam tenet egregius Doctor, & in mate-
ria vsurarum summus interpres, dominus Lau
rentius de Rodulphis de Florentia, in suo ele-
ganti, & copioso tractatu de vsuris, in quæstio-
ne. lx ubi refert, quòd egregius Doctor, & ma-
gnus practicus dominus Laurentius de Pynu.
dicebat in d. c. illo uos. in practica seruari, quòd
illa tria requirantur, scilicet pactum de retro-
uendendo, & paruitas precij, & quòd emptor
sit solitus fœnerari, vel similes illicitos contra
ctus facere. In hac etiam opinione videtur fuis
se dominus Paulus de Castro in suo consi. ccc-
xxxvj. quod incipit, in Christi nomine amen.
In causa mota per dominum Dorotheam. in. 2.
colum. ubi dicit, nec appareant hic illæ conie-
cturæ, quæ faciunt præsumere contractum pi-
gnoratitium, scilicet quòd res multo plus uale-
bat, & ꝙ fuit appositũ pactũ de retrouendendo,
& ꝙ emens erat vsurarius, secundum ea quę no
tantur, & habentur in d. c. illo uos. & in dict. c.
ad nostram. Et idem dominus Paulus, in eodẽ
consi. in v. colum. in principio subiungit, Com-
muniter autem Doctores dicunt, ꝙ sufficiunt
tres præsumptiones ad probãdum contractum
simulatum, uel fictitium: & aliqui dicunt suffi-
cere duas. de quo nota. in. l. emptione. C. plus
ualere qđ agitur. & sic do. Paul. in effectu uult,
ꝙ licet aliqui uelint, quòd duæ præsumptiones
tantum sufficiant, communiter tamen dicetur,
quòd tres prædictæ requirantur, uel illæ suffi-
ciant. & secundum istam opinio. vidi etiam cõ-
sultum per multos præclarissimos Doctor. ca-
nonistas. & istam opinio. semper tenui & alle-
gando, & consulendo pro ueriori, & nunc etiã
teneo, & si casus occurreret, ita consulendum,
& iudicandum esse censeo, quicquid dicatur ꝑ
Doctor. suprà pro. j. parte deductos. Quia hæc
opinio, quam teneo non modo autoritatibus
plurimis, & quàm maximis adiuuatur, sed etiã
pluribus probabilibus, & potioribus rationi-
bus comprobatur. argumẽ. textus. xx. distinct.
102 §. decretalibus. vbi ita scribitur. † Quo enim
quisquæ magis ratione utitur, eo maioris auto
ritatis, eius verba esse videntur per text. nona
distin. c. ego sol. in fin. ibi, vel probabiles ratio-
nes. & per id quod ibi nota. in gloss. secunda. &
licet multę rationes in medio adduci possunt
pro secunda opinione, quam teneo, tamen ne
uidear tractatus modum excedere, nonnullas
tantum ex pluribus referam. Et primo, quãdo
ista duo tantum interuenerunt, scilicet parui-
tas precij, & pactum de retrouendendo, quòd
contractus non præsumatur pignoratitius simu
latus, uel usurarius, probatur sic ex forma con
tractus, non apparet quòd sit simulatus uel vsu
rarius: ergo hoc dicere uon debemus. argum.
c. illo uos. cum gloss. in verbo, ex forma de pi-
gnor. & argum, c. in ciuitate. cum gloss. in ver-
103 bo, ex forma. extrà de vsuris. † Secundo quia
in dubio standum est instrnmento, nec præsu-
mitur in dubio simulatus uel vsurarius. ut l. cũ
precibus C. de probatio. Et dixi suprà post præ
sumptiones, in uersi. sed contra predictas præ-
sumptiones ibi, ex quibus videtur. Tertio quia
hoc non reperitur iure cautum, uidelicet quòd
paruitas precij solum, in uno contractu, coniun
cta cum pacto de retrouendendo: faciat præsu-
mere contractum simulatum, seu in fraudem
vsurarum celebratum, nisi interuenerint aliæ
præsumptiones vel coniecturæ: ut quia emptor
sit solitus fœnerari vel alios contractus huius-
modi suspectos uel illicitos facere. ut proba-
tur in c. illo uos. & in c. ad nostram. sæpissime al
legatis. & dixi suprà in ij. præsumptione. circa
principi. Vel quia fuit actum de fructibus in sor
tem computandis, ut dicitur in d. c. illo uos, uel
aliæ similes, de quibus plene vidimus suprà in
secundo casu principal. cum ergo non reperia-
tur iure cautum ut, dixi, quòd sola paruitas pre
cii, & pactum de retrouendendo sufficiant, ergo
dici non debet. ut probatur in l. præuaricatio-
nis. §. fina. ff. de præuaricat. & xxxj. questione
ultima. c. fin. in principio. & xxiij. di. pręterea.
ibi, nunquam nisi nos fallat opinio, legimus. &
xxx. quæstione quarta. c. quid autem ibi, nulla
autoritate reperitur prohibitum: & in c. secun
do, ibi. cum nunquam inueniatur cautum in iu
re. extrà ne sede uacante. Facit ad hoc gloss. in
uerbo, legitimas. in auten. de restitu. & ea quæ
parit in xj. mense. §. fin. in fin. gloss. colum. iiij.
104 cũ si. † Quarto hoc etiam probatur. Nam de
iure

Iure canonico duo tantum iura reperiũtur', ex
quibus videtur probari,an & quando præsuma
tur contractus ſimulatus', & in fraudem vſura-
ruim celebratus: vid licet c.illo uos.de pig. &
c.ad noſtram.de emp.& vend.in quibus ſe fun
dant Docto.omnes,qui tenent contrariũ opin.
Sed illa capitula requirunt alias præſumptio-
nes , quàm prędictas duas, vt ſtatim dicam in
intellectu dictorum capitulorum . ergo &c.
Quinto hoc confirmatur autoritate Accu.in l.
dolus.C.de reſcind.vendi.quæ dicit,quòd ſola
paruitas precij , non ſufficit ad præſumendum
dolum,& ſic fraudem,vel ſimulationem,per di
ctam l.dolus. ſed coniuncta cum alijs , ſic.vt l.
cum hi.§.modus.ff.de tranſact. & ſic loquitur
in plurali numero,dum dicit cum alij & ſic ſal
tem aliæ duæ præſumptiones requiruntur, ar-
gum.l.ubi numerus.ff.de teſti.& l.fi.ff.ad Tre-
bel.& c.pluralis elocutio.de reg.iur.in vj., Fa-
cit ad hoc lex inſtrumenta.cum gl fi.C.proba
105 tio . † Ex quo videtur concludendum , ꝙ
ſaltim tres pręſumptiones requirantur ad hoc
vt præſumatur dolus,vel ſimulatio : vt parui-
tas precij,& duæ aliæ,ſcilicet pactum de retro-
uendendo,& vna alia,puta quòd ſit ſolitus fœ-
nerari vel aliqua alia, vt dixi ſuprà in tertio ar
gumento. Sexto dico,quòd pro hac opinione
eſt caſus in d.ca.ad noſtra licet alleget per mul
tos in contrarium inducendo ipſum aliter quã
induxerit Cy.ſecundum Iac.de Are.in d.l.em-
ptione.C.plus valere.quod agitur.Nam ibi di-
citur quod Mar.reſpond.à B.laico.tit. emptio
nis domos & oliuas , cum reuera contractus a-
geretur,quod patet ex eo ꝙ creditor,ſ.Mar.de
bitori,ſcilicet B.promiſit vt quandocunque in
ſeptennio vſque ad nouennium daret lx.unc.
aureorum,quæ vix dimidiam iuſti pretij con-
tingebant,domos eius reſtitueret & oliuas. nã
ibi vult text.dum dicit,quod patet ex eo ꝙ ex
illis verbis præſumitur cõtractus ſimulatus, &
in fraudem vſurarũ celebratus.Sed ex illis ver
bis tres præſumptiones oriuntur ad minus , &
non duæ tantum, vt ſtatim oſtendam.ergo ibi
eſt caſus ad literam pro illa opi. Quod autem
ibi tres præſumptiones oriantur patet . Nam
vna eſt paruitas pretij,dum dicit, quod vix di-
midiam pretij contingebat : de qua plene dixi
ſuprà in ſecunda præſumptione cum quatuor
ſequentibus.Alia eſt præſumptio pactum de re
trouendendo, vt patet ibi dum dicit,promiſit
vt quandocunque vſque ad nouennium daret
lx.unc.aureorũ, domos eius reſtitueret & oli-
uas,& de hac dixi plene ſuprà in xij. præſum-
ptione. Tertia præſumptio eſt & potiſſima vi-
delicet,quòd Mar.non teneatur reſtituere do-
mos & oliuas vſque ad ſeptennium ipſi vendi-
tori,qui ibi appellatur debitor,quia in veritate
eſt debitor,ex quo cõtractus eſt pignoratitius,
ſimulatus & vſurarius,& ſic in effectu ꝙ vendi
tor non poſſit retroemere vſque ad ſeptenniũ,
ſed poſt ſic,vt dixi etiam ſuprà in ſecunda præ
ſumptione poſt principium, nam ex illo pacto
inſurgit vna mala præſumptio ſimulationis &
contractus vſurarij : vt plene ſcripſi ſuprà in
decem præſumptione,vbi eſt videndum.Poſſet
etiam dici quòd quarta pręſumptio etiam oria
tur ex dictis uerbis,dum dicit, domos eius re-
ſtitueret & oliuas, propter verbum eius, &
verbum reſtitueret. Sed de hac dicendum eſt
vt dixi ſuprà in trigeſimatertia præſumptione,
vbi omnino videas ne hoc bis idem repetatur.
Cum itaque in d.capitulo,ad noſtram. Innoc.
Papa tertius dicat quòd cõtractus præſumitur
ſimulatus & vſurarius ex his quæ dicuntur ibi
& ibi ſaltem ponuntur tres præſumptiones ve
hementes , & etiam quarta quæ habet aliquid
ſuſpitionis , dicendum eſt & concludendum ,
quòd ibi non probatur , quòd duæ tantũ præ-
ſumptiones ſufficiant , ſcilicet pactum de re-
uendendo , & paruitas pretii, imò ſaltem tres
requiruntur ſicut ibi interuenerunt , & ex his
apparet verus intellectus ad dictum cap.ad no
ſtram. quem puto eſſe veriſſimum : & ex hoc
modo recte intelligendum.nihil facit pro opi.
contraria, imò probat manifeſte opinio quàm
ſuprà tenui, ex his etiam infero vnam conclu-
ſionem notabilem & veriſſimam,quod ad præ
ſumendum contractum pignoratitium vel ſi-
mulatum ſeu vſurarium , duæ præſumptiones
tantum non ſufficiunt : ſed tres ſaltem requi-
runtur. Item ex hoc etiam infero , quòd illa
præſumptio, quòd emptor ſit ſolitus fœnera-
ri,licet ſit vehemens coniuncta etiam cum pa-
cto de retrouendendo , tamen non facit præſu
mere contractum ſimulatum : ut dixi etiam in
xxiiij. præſumptione ad finem. Nec prædictis
contradicit cap.illo vos.de pignor.ibi,ex duo-
bus tamen,&c. vbi Papa Innocen.tertius vide
tur velle quòd ex duobus tantum præſumatur
contractus ſimulatus, quia ibi etiam interue-
nit pactum de retrouendendo , de quo non du
bitabatur poſtea: propterea dicit quòd ex duo
bus non tantum quæ in facto fuerunt expreſ-
ſa , ſcilicet quòd fructus computentur in ſor-
tem, & quòd vltrà ſummam receptam,lx. ſoli-
di debebant perſolui , contra emptorem præ-
ſumitur vehementer , quaſi dicat ille ſunt duæ
præſumptiones , quæ an ſolæ ſufficerent , hoc
ibi non dicitur,ſed coniunctæ cum pacto,ſi em
ptio diſpliceret emptori , bene ſufficiunt,præ-
ſertim cum emptor vſuras conſueuerit exer-
cere : & hoc vult litera ibi , dum dicit , Quæ
in pacto fuerunt expreſſa , quæ litera præſup-
ponit , quod prædictum pactum quod eſt ſu-
ſpectum , vt dixi ſuprà in decima,& vndecima
præſumptione , interuenit , cum dictis aliis
duabus præſumptionibus : & ſic quòd dictæ
duæ pręſumptiones cum dicto pacto ſuſpecto ,
quod eſt tertia mala præſumptio , bene ſuffi-
ciunt ad præſumendum contractum ſimula-
tum. Ex quibus apparet quòd non probatur
ex dicto capit.illo vos. quòd duæ tantum præ-
ſumptiones ſufficiunt , ſed tres ſaltem requi-
rantur . & ex hoc habes etiam intellectum di-
cti ca.illo uos.nec eſt gloſſ. in cap.conqueſtus.
extrà de vſuris . quæ allegatur pro opinione

contraria

contraria.tollit opi.quam teneo.Nam dicit ibi
gloss.magna ibi,non tamen est vsura, ꝙ nõ est
vsura,si vẽdo tibi fundum iusto pretio ea lege
At quandocunq; tibi soluerem pretium, quod
fundus ad me reuertatur:ut C.de pact.inter em
ptorem & venditorem.l.secunda.& in casu isto
iste lucratur fructus, aliàs si est modicum pre-
tium presumitur contractus esse in fraudem vsu
rarum.vt extrà de emptio.& vend.c.ad nostra
& pręcipue si emptor consueuit exercere usu-
ras:vt extrà de pig.d.cap.illo vos.Ista sunt uer
ba gloss.in.d.c.conquestus.quæ possunt intelli-
gi dum dicit,Præcipue si emptor consueuit ex-
ercere vsuras: quòd illud verbum Præcipue,
106 abũdet † sicut dicitur de verbo Maxime,qđ
quandoque abundat:ut est glo. in l.fina. in ver
bo,maxime.C.de testa.manumissione.& habe-
tur per Bar.in aut.ad reprimendum.versi. ma-
xime.& per Flo.in l.illud.ad ana.prin. ff. ad.l.
Aquil.Nam si non consueuit fœnerari vel illi-
citos contractus facere,non facile præsumitur
fraus vel simulatio, & maxime si est persona
quę ignorauit ius,sicut sunt simplices homines
rustici, vel mulieres. vel similes in quibus non
præsumitur fraudis consilium.argu.glo.no.in-
l.cum allegas.circa princip.gloss.ibi,& maxime
ius ignorantibus.& ibi hoc not.Bald.in 4. col.
in princip.C.de vsuris.quod not.in practica,vt
deducas & probes emptorem esse rusticũ, vel
simplicem hominem vel similem, vt tollatur
in eo suspitio fraudis.alio modo potest respon
deri ad gloss.prædictam.ca.conquestus.de vsur.
etiam intelligendo verbum præcipue,quod ibi
non abundet,vt dicit gloss.in.d.l.illud.ff. ad.l.
Aquil.videlicet quòd intelligatur ca.ad nostrã
& c.illo uos.alle.per eam,videlicet quãdo aliæ
præsumptiones concurrunt cum paruitate pre
tii & pacto de retrouendendo,ut statim dixi su
prà in intellectu dictorum capitulorum, quia
gloss.semper debet intelligi secundum.l.quam
allegat,vel secundum iura quæ allegat. vt not.
Bar.in.l.nõ solum.§.liberationis.circa mediũ.
ff.de liber.leg.& Raph.Ful.in l.patronus.ff. de
probatio. & do. Signorolus in consilio suo qđ
incipit,Christi saluatoris nomine inuocato.cir
ca medium.pręsertim cum aliter intelligendo
glo.diceret contra tex.quem allegat,sicut dice
retur in casu nostro si intelligeretur prout ia-
cet,& non secundum iura quæ allegat,vt patet
ex prædictis.Tertio modo responderi posset ad
d.gloss.d. c. conquestus. etiam intelligendo eã
prout iacet,& ut intelligunt Doct.qui eam al-
legant pro opin.contraria, videlicet ꝙ illa gl.
cum reuerentia ita intellecta, non diceret verũ
quia non probaretur aliquo iure,imò iura quæ
ipsa allegat,probant contrarium:vt suprà decla
raui.Ex his itaque apparet, ꝙ secunda opinio,
de qua suprà,quam teneo,videlicet ꝙ ista duo
tantum scilicet paruitas pretii,& pactum de re
trouendendo,non sufficiunt ad faciendum præ
sumere contractum simulatum & vsurarium,
est verissima in iuribus & rationibus compro-
bata,& adiuuatur etiam autoritatibus, & eam
sequendam tam in consulendo, quàm in iudi-
cãdo,semper esse putaui,& præsertim cum do.
Lauren.de Pinn.magnus practicus, dicat istam
opinionem seruari in practica, vt refert excel-
lens doct.dominus Lau.de Rodulphis de Flor.
in suo tractatu de usu.in lx.q.& suprà dixi, ac
etiam cum dom.Paul. de Castr. in consilio suo
ccxxiij.dicat quòd communiter Doct. hoc te-
107 nent,† & maxime cũ in re dubia debebamus
in meliorem partem interpretari. ut est tex. in
capitulo,estote misericordes.& ibi notat.extrà
de reg.iur.& notat gloss. in versicul. uerisimi-
liter.in capitul.nauiganti.extrà de vsuris.Facit
l.merito.ff.pro socio cum similib. Et prædicta
procedunt quando duæ tantum præsumptio-
nes interuerunt, scilicet paruitas pretii. & pa-
ctum de retrouendendo, & quòd emptor sit so
litus fœnerari: tunc nunquid præsumatur con-
tractus pignoratitius simulatus & vsurarius.&
videtur quòd sic,per cau.ad nostram. extrà de
empt.& vend.& per ca.illo vos.de pigno Con
trarium tenet Cyn. secundum Iacob. de Aret.
in l.emptione.in 4.quæst. C. plus valere quod
agitur.qui dicunt quòd illa capitula hoc non
probant,quia erãt alia adminicula seu aliæ præ
sumptiones.Nam dictum cap.illo vos. loquitur
quando erat in potestate emptoris recedendi à
contractu hic autẽ loquimur econtra, quando
est in potestate venditoris ad tempus vel in ꝑ
petuum recedendi à contractu,per pactũ de re
trouendendo sibi ab emptore factum. Item ibi
emptor habebat computare fructus rei emptæ
in pręcio,id est,in sorte soluta, quòd est contra
naturam emptionis. & ideo ibi dicitur quòd
fuit pignus. Item in ca.ad nostrã. debebat ali-
quid reddi vltra pretiuin datum,per quod vide
batur vsura:& ꝙ fructus debebãt in sortẽ com
putari,qđ est contra naturam venditionis,ut di
ctum est. Vnde alia adminicula seu præsumptio
nes erant ad viam præsumptionis & simulatio-
nis facienda,secundum Iacob.de Aret. & Cyn.
ibi scilicet in le.emptione. Sed dicta duo non
probantur in d.capi. ad nostram. vt dixi suprà
secundum Ioan.Andr.in d.cap.illo uos. & be-
ne.Et dicta opinio Cyn.videtur posse hoc mo-
do probari, præsupponendo ꝙ paruitas pretii
non contingat dimidiam iusti pretii,arguendo
sic, Ex paruitate pretii non videtur ꝙ oriatur
nec oriri possit aliqua mala præsumptio. quia
dæ iure ciuili & canonico licitum est contrahẽ
tibus se decipere in pretio,vt est tex.in.l.in cau
sæ.§.pen de min.&.l.item si in pretio.§.quem
admodum.ff.lo.& cap.cum cau.extrà de empt.
& vendi.vt dixi in secunda præsumptione. Si li
citum est de iure ciuili & canonico decipere in
pretio non tangendo dimidiam iusti pretii, er-
go videtur ꝙ nõ possit oriri aliqua mala ꝓsum
ptio:quod fit lege permittẽte pœnã non mere-
tur.ut.l.Gracchus.C.de adul.nec lex debet prę
bere causam delinquendi.ut.l.secunda.in fi. C.
de edic.di.Adri.tol.ne inde iniuriarũ nascatur
occasio unde nascuntur.ut.l.meminerit.C.un-
de ui.& ca.qualiter & quando.el primo. extrà
de accus.

de accuſa. Eodem modo ex pacto de retrouen-
dendo non videtnr quòd debeat inſurgere ali-
qua mala p: ęſumptio, ex quo illud pactum nō
eſt improbatum à iure, imò approbatum, vt
eſt tex. in l. ſecunda. C. de pact. inter emptio. &
vend. Et dixi ſuprà in prin. huius tractatus. Vn-
de licet ſit vna mala præſumptio, quòd. ſ. quis
ſit ſolitus fœnerari, vt dixi ſ. ī 22. & 23 præſu.
tamen non videtur quòd ſufficiat cōiuncta cũ
pacto de retrouendendo & paruitate pretij, ex
quo illa duo non ſunt prohibita nec à iure re-
probata, ut dixi. quia illa tamen quòd ſit ſoli-
tus fœnerari, eſt improbata à iure, & illa ſola
non ſufficit, vt dixi in d. 23 pręſumptione in fi.
tu tamen in hac quęſt. teneas ſine dubio con-
trarium, videlicet quòd illa tria, pactum de re
trouendēdo, & paruitas pretij, & quòd emptor
ſit ſolitus fœnerari, vel ſimiles contractus ſimu
lationis celebrare, ſufficiunt de iure ad præſu-
mendum contractum pignoratitium, ſimulatũ
& vſurarium. & dicas quòd hoc aperte proba-
tur in d. c. ad noſtram. de emp. & vendit. vbi ex
tex. apparet, quòd tres præſumptiōes ſufficiũt:
idem etiam probatur in d. ca. illo uos. extrà de
pig. ſecundum ea quæ dixi ſuprà pro intellectu
dictorum capitulorum, & ita tenent communi
ter Legiſtæ & Canoniſtæ: ut patet ex his quæ
di. ſunt ſuprà, in quæſt. an illa duo tantum ſuffi
ciant, videlicet pactum de retrouendendo, &
paruitas pretij: & de hoc non eſt dubitandum
quia ita ēt vidi ſeruari in practica. & bene. Nec
ob. huic ſententiæ quod notat Cyn. ſecundum
Iac. de Aret. in l. emptione. C. plus valere quod
agitur, dum dicit quod iſtud non probatur in
cap. ad noſtram. quia ibi non dicitur quòd alię
præſumptiōes interuenerint vltra eas, de qui-
bus ſuprà dixi in intellectu illius cap. ut ſuprà
dictum eſt. Nec ēt ob. dum dicit Cy quòd in c.
illo vos. ibi etiam interuenerunt aliæ præſum-
ptiones, quia ibi Papa ſe fundat in tribus tan-
tum præſumptionibus, vt dixi ſuprà in intel-
lectu d. ca. illo vos. Nec procedit. arg. quòd ſu-
prà factum eſt, dum dixi, quòd licitũ eſt cōtra-
hētibus ſe decipere de iure ciuili & canonico,
& pactum de retrouendēdo non reprobatum,
imò probatũ à iure, ergo illa duo à iure per-
miſſa ſimul iuncta cum una mala præſumptio-
ne, videlicet quòd ſit ſolitus fœnerari, non de-
bent nocere, quia reſponderi poteſt quantum
ad paruitatem pretii, quòd illud procedit quā-
tum ad hoc ut non poſſit reſcindi contractus,
per l. ij. C. de reſcin. ven. Sed quantum ad hoc
vt præſumatur dolus, dico quòd ex paruitate
pretii quæ non contingat dimidiā iuſti pretii,
dolus bene pręſumatur regulariter, vbi cōcur-
runt alię pręſum. ut l. cũ hi. §. modus. ff. de trā-
ſact. & eſt tex. cũ gl. in l. dolus. C. de reſcin. ven.
licet ſine alijs præſumptionibus non pręſuma-
tur: vt eſt tex. cum gl. in eadem l. dolus. Item
quantum ad pactum de retrouendendo, eo mo
do rñdetur: quia licet illud regulariter ſit à iu-
re permiſ. ut l. ij. C. de pact. inter empt. & vend.
cum ſimili. tamen illud procedit, quando nulla
alia mala præſumptio concurrerit. Sed vbi aliæ
malæ præſumptiones interueniunt, & tunc ēt
pactum de retrouendendo, quod de ſe eſt lici-
tum, inducit malam pręſumptionem, ut proba
tur in d. c. ad noſtram. de emp. & vendi. Et dixi
plene ſuprà dixi in xij. præſumptione. et ꝓ hoc
108 allego gl. in d. l. dolus. C. de reſcin. vē. † quia
& ſicut quæ non proſunt ſingula, multa iuuant
ita econtra & quando non nocēt ſingula, mul-
ta nocent. vt dixi in xj. præſumptione in fi. Pro
hoc l. inſtrumenta cum gl. fi. & quod ibi no. C.
de proba. & quod no. glo. & Docto. in cap. cum
cauſam. extrà de proba. & gl. fi. in fi. in c. præte
rea. extrà de reſti. Facit & quod no. Batt. in l. j.
§. idem Cornelio. ff. de quæſt. & Bal. in l. ſi quis
ex argentarijs. § 2 verſicu. 4 not. ff. de eden. &
quod not. Nic. de Neap. in l. ſecunda. ff. de ex-
cu. tut. Ex prædictis ego infero plures conclu-
ſiōes. Prima eſt, quòd illæ duæ tm̃ præſumptio
nes, ſ. paruitas pretii, & pactum de retrouendē
do non ſufficiunt ad præſumendum contractũ
ſimulatum, & hoc eſt contra multos. Secunda
concluſio, ſ. quòd iſta tria, ſ. pactum de retro-
uendendo, paruitas pretii, & quòd emptor ſit
ſolitus fœnerari, faciunt pręſumere contractũ
ſimulatum, pignoratitium & vſurarium, & hoc
eſt contra Iaco. de Are. & Cy. & eam tenet ex-
preſſe gl. in c. conqueſtus. extrà de vſur. & eam
tenent communiter Doct. Legiſtæ & Canoni-
ſtæ. Tertia concluſio, quòd ex his tribus, ſcili
cet pactum de retrouendendo, & quòd vſque
ad certum tempus non poſſit retroemere, &
ex paruitate pretii præſumitur contractus ſi-
mulatus, pignoratitius & vſurarius. & iſte eſt
proprie caſus in cap. ad noſtram. de emptio. &
vendit. ſecundum intellectum quem ego tenui
ſuprà. Quarta concluſio eſt, quòd ex iſtis tri-
bus præſumitur contractus ſimulatus, pigno-
ratitius & vſurarius, ſcilicet ex pacto de retro-
uēdēdo, ex pacto quòd fructus percepti ī ſortē
computētur, & ex tertio pacto quòd vltrà ſum
mam receptam aliquid debeat per volētem re-
troemere perſolui. Iuxta ea quę plene dixi ſu-
prà in 4. pręſumptione. & ille eſt proprie caſus
in d. capi. illo uos. ibi, ex duobus tamen de pi-
gno. intelligendo quòd ibi etiam interuenerat
pactum de retrouendendo, ut patet ibi in lite-
ra, & ſuprà dixi, & ſtatim ēt dicetur. Quinta
concluſio, quòd ex duabus tātum præſumptio-
nibus nunquam præſumi debet contractus ſi-
mulatus, quia hoc non reperitur iure cautũ, &
dictum. c. illo vos. ibi, ex duobus tamen. nō con
tradicit huic cōcluſioni, quia dicit ex duobus,
tamen quæ in pacto fuerunt expreſſa. & ſic in
pacto de retrouendendo. Vnde ibi pręſupponit
in verbo, in pacto. quòd etiam īteruenit pactũ
de retrouendendo, & ſic ibi erant tres ſaltē ꝑ-
ſumptiones & eo modo non ob. c. ad noſtram.
ibi, quòd patet, ex eo, quia in illis uerbis com-
prehenduntur tres pręſumptiones, ſ. pactũ de
retrouendendo, paruitas pretii, & quòd vſque
ad certum tempus nō poſſit retroemere. & iſta
eſt veriſſima, & optima concluſio, ut patet
ex

ex prædictis,& ex hac conclusione. Sexta con-
clusio,quòd ista duo tantum, scilicet quòd fru-
ctus percepti debeant in sortem computari , &
quòd vltra summam perceptam aliquid debeat
persolui sine pacto de retrouendendo,non suffi
ciunt ad iudicandum,quòd contractus sit simu
latus siue pignoratitius & vsurarius.& hoc pro
batur in d.cap.illo vos. Septima conclusio est,
quòd duo,scilicet pactum de retrouendendo.&
quòd quis sit solitus fœnerari,non sufficiunt ad
præsumendum contractum simulatum. vt etiã
dixi suprà , in xxiij. præsumptione. ad finem.
Octaua conclusio etiam ex prædictis sequitur,
quæ est verissima,scilicet quòd paruitas pretij,
& quòd quis sit solitus fœnerari sine pacto de
retrouendendo,non sufficiunt ad præsumẽdum
contractum simulatum sine pignoratitium. No
na conclusio est,quòd exceptis casibus de qui-
bus suprà in 2.3.4.conclusione,non reperio ꝙ
sit à iure determinatum ex quot præsumptio-
nibus iudicari debeat contractus simulatus siue
pignoratitius & vsurarius. & ex ista sequitur
alia. Decima conclusio & vltima, quòd extra
casus prædictos,cum non sit determinatum à iu
re expresse quot præsumptiones sufficiant, qđ
est arbitrarium:ex quibus & quot præsumptio
nibus iudicari debeat conttactus simulatus , &
aliquando ex tribus tantum, & aliquando ex
pluribus iudicari debebit contractus simula-
tus,inspecta conditione personarum, & qualita
te facti & causæ & qualitate præsumptionum:
quia vna est maior altera , & magis præponde-
rat,ut patet ex his quæ dixi plenissime in xxvi.
præsumptionibus,& hæc conclusio probatur à
natura,quando aliquid iudicandum non est ex-
presse determinatum à iure, & tunc statur ar-
bitrio iudicis a siue iudicantis,qui inspectis prę
dictis iudicare debet:ut est casus in d. capit. de
causis.in fi.& ibi no.extrà de offic. deleg. & in
l.j.§.j.ff.de iure deliber.& in l j §.expilatores.
ff.de effractoribus & expilatoribus cum si.

109 VERUM † quia in isto libello nostro sæ-
pissime habita est mẽtio de paruitate pre
tij,seu de deceptione in pretio aut in venditio-
ne,aut in locatione, aut in pacto de retrouen-
dendo, necessarium est vt declaremus quomo-
do & qualiter intelligatur esse ista paruitas pre
tii seu deceptio in pretio,ad hoc vt præsumatur
contractus simulatus b. Et certe est mirandum
quòd Doct. nõ examinauerunt,præsertim cum
istud sit vnum principale fundamentum in ma-
teria simulationis:ac etiam non sit sine magna
dubitatione , & quotidie hoc in factu eueniat.
Sed ego qui hanc materiam pro viribus expli-
care in hoc tractatu constitui,etiam hunc arti-
culum plenius attingendum esse putaui & in
primis videtur dicendum , quòd ista paruitas
pretii seu deceptio in pretio, debeat esse in di-
midia iusti pretii.per l.secundam. C. de rescin.
ven.& per cap.cum dilecti.& capit. cum causa.
extrà de emp.& ven.quia infrà dimidiam iusti
pretii licitum est tam de iure ciuili quàm ca-
nonico contrahentibus se decipere:ut plene di
xi supra in secunda præsumptione.&in quæstio
ne præcedenti:& ista videtur esse vna opin.quę
probari videtur in cap.ad nostram.ibi.quæ uix
dimidiam iusti pretii contingebat.de emptiõe
& vendi.Intelligendo uix,id est , nullo modo,
ut ibi notat. per Docto. & maxime per Ioann.
de Imol.alia opinio potest colligi ex dicto cap.
ad nostram. uidelicet quòd illa paruitas pretii
seu deceptio in pretio sufficiat , quæ est prope
dimidiam iusti pretii:quia dicitur ibi,uix dimi-
diam iusti pretii contingebat,hoc est ꝙ parui-
tas pretii non est dimidia iusti pretii: quia vix
continet illam : id est , in illa non est deceptio,
sed vix illam continet dimidiam iusti pretii,q̃a
quòd vix fit,tamẽ fit.ut habetur in l. vix certus
ex causis.ff.de iudi.& in capitul.secundo de co
gna.spirituali.libr. vi. & per glo.xij.questione
secunda,hoc huius placiti, & habetur in capit.
si Christus in prin.extrà de iureiu. Et secũdum
istam opinio pone exemplum.Res valebat cen
tum,fuit vendita pro xxv.hic non fuit deceptio
in dimidia iusti pretii , sed vix dimidiam iusti
pretii contingit, & iste intellectus uidetur esse
verior quantum ad text.dicti capit.ad nostram.
Tertio opin. potest colligi ex his quæ habẽtur
in l.si societatem § arbitrorum.coniuncta l.vn
de si Neruæ.cum l.sequenti.ff.pro soc.cum his
quæ ibi notantur per Bartolum & Doctor. &
per Doctor.in c.quintauallis. extrà de iureiu.
in quibus habetur quod ad hoc ut possit peti
reductio ad arbitrium boni viri , requiritur.ꝙ
sit enormis læsio secundum Bart.in d. §. arbi-
trorũ.quando est excessus.in vj.parte. per tex.
in dicto.§.arbitrorum.coniuncta.l.unde si Ner
110 uæ.& l.seq † nam cum in dubio partes socie-
tatis debeant esse æquales, ut l. si non fuerint.
ff.pro socio.& arbitrator uni socio adiudicaue-
rit unam partem,alii duas de tota,uel uni trien
tem,alii semissem,facta computatiõe reperitur
secundum Bart.excessus,nisi in vj.parte totius.
& uult ibi tex.quòd possit peti reductio ad arbi
trium boni viri.& secundum istam opin. Bart.
videtur , quòd tunc dicatur esse enormitas vel
paruitas pretii,aut læsio seu deceptio in pretio
quãdo est læsio in vj parte totius.Quarta opin.
etiam colligi potest ex d.l.unde si Neruæ.cum
l.seq.ff.pro socio.secundum opin.d.Fran.de Al
bergo.de Are.& in l.si quis arbitratu.ff.de ver.
ob.& Ioan.de Imol ibi & in repe. capit. quin-
tauallis. extrà de iureiurand.& omnium moder
111 norum.† qui tenent quòd quantum ad petẽ-
dam reductionem ad arbitrium boni viri ,requi
ritur quòd sit læsio saltem in tertia parte,& nõ
sufficit in.vj.vt dicit Bartolus,quòd hoc proba
tur in dicta.l.unde si Neruæ.cum.leg.sequenti.
quæ incipit,quid enim.uam fatẽdum est, quòd
in dubio partes societatis debent esse æquales;
per dictam.l si non fuerit.ff pto socci.Sed facta
computatione in dicta.l.quid enim. non reperi
tur excessus in vj.ut dicit Bartolus.sed in ter-
tia:an ibi arbitrator adiudicauit uni socio duo
milia,alteri mille . Ille socius cui mille tantum
fuerunt adiudicata,debebat habere dimidiam,
& sic

a Arbitrio.
Arbitrio iudicis
locus est inch[illegible]
ationibus faciẽ
dis , ubi certus
modus à iure
non exprimitur
in Spe.de instr.
edi.§.4.ue. quę
ritur autẽ Item
ubi tempus nõ
est determinatũ
à iure.ut eo. §.
uer.illud. Item
circa delationẽ
iuramenti quan
doq; in Spec.de
iuramenti dela
uers. si autẽ sit
ciuilis. Itẽ ubi-
cunq; deficit de
terminatio iu-
ris.in sp. de li-
belli conc.§. v.
uer.3.

b Contract.
Contractus si-
mulatus quo-
modo probetur
uide Pau.de Ca.
cons.lxxx.& cõ
sil.cxiij. & ccc-
xxvj. & se. Bar.
in l.pacta.nouis.
circa medium.
C.de pact:

& ſic mille & quingentos qui ſunt dimidia triũ
milium. cũ ergo adiudicauerit arbitiator vni
ſocio mille tãtum, cum deberet adiudicare mil
le & quingẽnatos, patet ꝙ ipſe fuit læſus in ter
tia ſibi debita. quia quingẽti, ſunt tertia de mil
le & quingentis: in hoc Barto. errauit in faciẽ-
do computationem, quia Bart. habuit reſpectũ
ad totam ſummã ſociorum, ſcilicet ad ſummã
trium milium, cuius reſpectu quingenti ſunt ſe
xta pars. ſed in hoc errauit vt dixi, quia læſio
non eſt niſi reſpectu partis ſocij læſio, non au-
tẽ reſpectu partis, quæ alteri ſocio debebatur:
vnde quantũ ad materiam arbitramenti tenẽ-
dum eſſe videtur, quòd ad hoc vt poſſit peti re
ductio ad arbitrium boni viri, requiritur quòd
ſaltem ſit lęſio in tertia parte eius, ꝙ læſo de-
bebatur. Et ex his æquiparando iſtam læſionẽ
ſeu deceptionem in pretio illi quę inducit præ
ſumptionem ſimulationis, dicendum eſſet, ꝙ
ad hoc vt poſſit præſumi cõtractus ſimulatus,
pig. & vſurarius, requiratꝰ ꝙ læſio ſeu enormi-
tas, vel deceptio in pretio ſit ſaltẽ in tertia par
112 te iuſti pretij. † Et pro illa opinio facit, q̃a
glo. in ca. conqueſtus. extrà de vſur. dicit tunc
eſſe læſionem, quando modicum eſt prætium:
& modicum dicitur etiam, quãdo eſt tertia: ut
in l. nominationum. C. de decu. lib. x. Quinta
opi. etiam colligi poteſt ex gl. d. c. conqueſtus.
quæ dicit, ꝙ tunc dicitur eſſe læſio, quãdo pre-
tium eſt modicum, ſed modica pars dicitur eſſe
aliquãdo quarta, vt probatur in l. ſi quis in ſuo
C. de inoffi. teſta. ergo videtur poſſe dici, quòd
ſufficiat, quòd ſit lęſio in quarta parte tantum.
Sexta & vltima opi. colligitur ex his, quæ habẽ
tur per gl. no. Inſti. de contrah. empt. in § pre-
tium. in ver. diffinierit. quę incipit, inique. quæ
ſingulariter vult, quòd quando dicatur pretiũ
iuſtum vel iniuſtum, ſtatur arbitrio iudicis, qui
iudex arbitrabitur ſecundũ qualitatem cauſæ,
perſonarum, & rei debitę, & condemnationis
vel abſolutionis, quia in paupere, parua quan-
titas dicitur magna, vt l. illicita. §. ne tenuis. cũ
gl. ff. de offi. pręſi. facit quod no. gl. in aut. præ-
terea. C. unde vir. & vxo. & q̃d no. Bar. ĩ l. ſi cõ
ſtante. in prin. ff. ſol. mat. & hoc videtur tenere
in materia arbitramenti Bal. in l. cum antea. in
4. colum. ver. item eſt conſiderandum C. de ar
113 bi. † vbi dicit quòd magna & parua quan-
titas dicitur reſpectu perſonarum & cauſæ. al-
legat notata in auten quod locũ. C. de colla. &
ita tenet etiam expreſſe dom. Ang. de Are. in l.
j. §. ſi quis ante. ff. à qui. appel. non licet. & do.
Bar. de Sal. in l. fi. C. de contra. emp. & idem ibi
Cy. in ij. q. ſecundum Iaco. de Are. & Petr. & ſe
cundum iſtã opi. vidi ſemper iudicare in mate
ria reductionis ad arbitrium boni viri. Et cre-
do quòd iſta op. ſit ſequenda ſine dubio in ca-
ſu noſtro. Et prima ratio, ſit quia non reperi-
tur expreſſe à iure limitata quantitas, quando
dicatur lęſio in pretio ad hoc vt pſumatur con
tractus ſimulatus: ergo ſtandum eſt arbitrio
iudicis. per capitu. de cauſis. in fine. extrà de
officio delegati. & per leg. primam. ff. de iure
delib. cum ſi. & licet c. ad noſtram. de emptio.
& uenditione. dicat quod uix dimidiam iuſti
pretij contingebat, non tamen negat idem eſſe
quando fuiſſet pretium in minori quantitate.
Secunda ratio eſt, quia gloſſ. ord. in ca. conque
ſtus. extra de uſur. loquitur de pretio modico,
& modicum pretium dicitur, quando res ualet
multo plus: ut dicit glo. fina. in l. per diueeſas.
C. manda. Sed illæ gloſſ. non declarant quando
& quomodo intelligatur illud multo plus, uel
illud modicum pretium, cum ideo intelligen-
dum eſt, quod ſit arbitrio iudicis, per prædi-
cta. Tertia ratio eſt, nam læſio dicitur eſſe vbi
eſt modicum pretium, & modicum pretium in
telligitur aliquando tertia, aliquando quarta
pars, aliquando dimidia: ut patet ex his quæ di
cta ſunt ſupra: ergo ſequitur quod erit arbitriũ
in caſu noſtro: & hoc tenuit Oldradus, ſcilicet
quòd lex loquens de modico, intelligatur in
dubio arbitrio iudicis. facit ad hoc lex hacte-
nus. ff. de uſufru. & quod habetur in capitu. de
114 appel. extra de app. † Sed dubitari poſſet
qualiter iudex in hoc debeat arbitrari, puto
quòd debet inſpicere qualitatem perſonarum,
rei, cauſæ, & contractus. vt dixi ſupra ſecundũ
Bald. in d. l. cum antea. C. de arbitr. & quando
ſit facienda magna differentia inter contractũ
primæ uenditionis, & contractum locationis,
& ultimum contractum pacti de retrouenden
do. Nam in pacto de retrouendendo, ſi eſt læſio
etiam in minima parte, videlicet quòd emptor
velit, ut uenditor quando retroemit, ſoluat ali
quid pluſquam habuerit uendendo ab ipſo pri
mo emptore. Credo quòd intelligatur eſſe læ-
ſio ſufficiens ad inducendam unam præſumpt.
ſimulationis. ut patet ex his quæ dixi in. iiij. v.
& vj. præſumptione. Et pro hoc allego text. in
c. illo uos. extra de pign. ubi dicitur quòd ſub
nomine uenditionis quædam terræ fuerunt pi
gnori obligatę pro 23. libris, & fuit actũ quòd
ultra ſummam receptam, 60. ſolidi deberent p-
ſolui: & quod propter hoc pręſumitur cõtra
emptorẽ, & tamen illi 60. ſolidi ſunt tres libræ.
& tres libræ reſpectu 23. librarum ſunt circa
octauã partẽ. Vnde ille text. probat, quòd quã-
do in pacto de retrouendendo eſt lęſio, etiam
in octaua parte, illa ſufficit ad inducendam u-
nam malam præſumptionem ſimulationis. Eo
dẽ modo puto eſſe dicẽdũ, quando eſt læſio in
locatione ſeu fictu, quia ſi de iure & conſuetu
dine ſolui debeat, ſoluuntur quinq; ꝓ centena
rio, & fundus locetur sex pro centenario & in
ratione centenarij, quòd tũc dicetur eſſe lęſio
ſufficiẽs ad pręſumendã ſimulationẽ, quando ẽ
coniuncta cum aliis pręſumptionibus, ſe-
cundum ea quæ d. ſunt ſupra. Sed quando eſ-
ſet æſio in prima uenditione, puto quòd
maior requiratur quam in locatione uel pa-
cto de retrouendendo, & maxime quando ea-
dem res liberaretur eidem uenditori, quia tunc
non damnificatur in tantum uenditor, quando
rem uenditam conducit, ex quo ipſa vtifruitu
pro precio iuſto locationis: non tñ dico quò
propter

propter hoc indiſtinctè poſſit eſſe læſio in ven
ditione, ſed quòd maior læſio requiratur ad in
ducendam malam præſumptionem ſimulatio-
nis. Et ad hoc vide quæ dixi ſuprà in ij. præſum
ptio. ad fin. Et pro clariori intelligentia ex præ
dictis elicio ſex concluſiones. Prima conclu-
ſio eſt generalis, quòd arbitrerium eſt, id eſt ar
bitrio iudicis ſeu boni uiri, quando dicatur læ-
ſio ſeu deceptio in precio, ita quòd ex ea inſur
gat una præſumptio ſimulationis cõtractus. Se
cunda concluſio eſt, quòd in pacto de retrouen
dendo, iudex debet arbitrari eſſe læſionem ſeu
deceptionem in precio reſpectu ſimulationis
contractus pręſumendæ, quando eſt deceptio
ſeu lęſio in viij. parte etiam in minori. Tertia
concluſio, quòd quando promiſſa eſt penſio
ultra id quod de iure communi & ex conſuetu
dine debetur, iudex arbitrari poſſit quòd intel
ligatur eſſe lęſio ſeu deceptio in precio ad præ
ſumendum contractum ſimulatum. Quarta
concluſio eſt, quòd in prima uenditione dica
tur eſſe precium iniuſtũ, & ſic læſio in precio,
quantum ad inducendam præſumptione ſimu-
lationis arbitrio iudicis ſeu boni viri, nõ in mi
nima quantitate, ſed in tertia, vel dimidia, uel
prope dimidiam, & maxime quando venditor
immediate conduxit rem per ipſum venditam,
& hoc inſpecta qualitate perſonarum, rei, con-
tractus, & cauſæ, inſpecta conſuetudine loci.
Quinta concluſio, quòd vbi eſt læſio etiam in
venditione in dimidia iuſti præcii, iudex debet
indiſtinctè arbitrari, quòd illa ſit ſufficiens læ-
ſio ſeu deceptio in precio, etiam reſpectu ſimu
lationis contractus. Et iſte eſt caſus in cap. ad
noſtram. de empt. & vend. ibi, quæ vix dimidiā
iuſti precii contingebant. Secundum vnum in-
tellectum, intelligendo ibi vix, & non ſeu nul-
lo modo, prout aliqui intelligunt, & iſtud nul
lam habet dubitationem. Sexta & vltima cõ
cluſio eſt, quòd non ſolum ubi eſt læſio in di-
midia iuſti precii, ſed etiam quando eſt prope
dimidiam iuſti precii, etiam in uenditione de-
bet iudex arbitrari eſſe læſionem ſeu deceptio-
ne in precio, quantum ad inducendam unam
præſumptionem ſimulationis, ut eſt caſus in d.
c. ad noſtram. in uerbo, uix. intelligendo quòd
illud uerbum uix, non ſtet negatiue, ut dixi ſ̄.
quantum ad intellectum dicti c. Et hæc omnia
ſunt bene notanda tam in theorica, quàm in
practica. & maxime quia doctores hoc non de-
clarant, nec etiam tãgunt, & utilia ſunt. Et per
hoc ſit expeditus iſte ſextus caſus principalis,
ſequitur ultimus principalis caſus.

115 VLTIMO † caſu principali quoniam
in contractu non interuenit dolus, fraus,
uel ſimulatio, nec aliqua læſio uel deceptio in
precio uenditionis, locationis, uel pacto de re-
trouendendo. Sed adſunt aliæ pręſumptiones
uel coniecturæ doli, fraudis, uel ſimulationis,
de quibus plene dixi ſuprà in 4 caſu princi. Et
in hoc eſt dicendum, aut loquimur in foro cõ
tẽtioſo, aut in foro cõſcientiæ. Si loq̃mur in fo
ro contẽtioſo, & tũc cũ non reperiatẽ iure cau
tũ quæ & quot pręſumptiones ſufficiãt, erit ar
bitrariũ & arbitrio iudicis relinquẽdũ, ut dixi
ſ̄. in ix. & x. conclu. præcedenti caſu prin. Si ue
ro loquimur in foro conſcientiæ, & tunc credo
quòd ſit relinquendum hoc etiã arbitrio iudi-
cantis ſeu confeſſoris: quia in ambiguis abſolu
tum non debet eſſe iudicium. Sed conſcientiæ
iudicantis etiã committendum, ut dicit beatus
Gre. Andreæ Tarenti. epiſc. & habetur xxxiiij.
diſt. habuiſſe. & habetur in l. i. §. i. ff. de iure de-
libe. & in c. cauſis. extrà de offi. deleg. in c. non
eſt. in gl. fin. extrà de regul. qui iudex uel con-
feſſor debet animaduertere in primis, ſi poteſt
comprehendere, quòd contrahentes habuerũt
animum emendi & uendendi uel non. Si com
prehendet uel exiſtimabit per circunſtantias
quòd habuerint animũ uere emendi & uenden
di, iudicet contractum fuiſſe uerũ, & non ſimu
latum uel usurarium: relinquendo tamẽ ſem-
per id eorum cõtrahentium conſcientiæ. ut di-
cit gl. pen. in c. nauiganti. extrà de uſuris. Facit
cap. mulieri. de iureiur. quæ poſtea iudicabitur
116 per eum, qui ſecretorũ eſt cognitor. † Nam
conſcientia a omnipotenti Deo non põt oc-
cultari, ut dicit tex. in c. in ciuitate. in fi. eo. tit.
de uſu. quia ipſe eſt ſcrutator cordium & cogni
tor ſecretorũ, ut ĩ c. tua nos. in fi. extrà de ſym.
& xxxii. diſt. erubeſcant. & ii. q. 5. cõſuluiſti. Et
not. gl. in l. ii. ff. de interro. act. Et abſconditorũ
eſt cognitor, ut dicit tex. in cle. exiui. §. quam-
uis. in ult. char. de uerbo ſign. Et eſt tex. ii. q. i.
Deus omnipotens: & quia ipſum nõ latet pec
cantis qualitas, neq; peccãtis affectus. xxiiii. q.
iii. Deus qui. no. gl. fi. in d. c. in ciuitate. Sed ſi
cõpræhendet uel exiſtimabit per circũſtantias
quòd nõ habuerit animũ uendendi, uel etiam
unus ex his nõ habuerit, animũ, & tunc iudicet
contractũ ſimulatũ, & uſurariũ, ſecundũ ea q̃
dixi ſ̄. in 4. caſu prin. & hoc maxime uerũ eſt
qñ emptor eſſet cõſuetus fœnerari, uel ſimiles
contractus facere. per ea quæ dixi in pen. & ul.
præſum. Et nullus ſaltẽ in foro cõſcientiæ, uel
pœnitentiali dicat ſe habuiſſe animũ emendi,
uel uendendi, cũ non habuerit, uel non habuiſ-
ſet contractum ſimulatum, uel uſurarium cele-
brandi, cũ in veritate habuerit: quia licet per
hæc euitet iudicium & poteſtatẽ in hoc ſeculo
iudicis vel confeſſoris, qui corda hominũ igno
rat, tñ in futurũ non euitabit domini iudiciũ,
qui eſt ſcrutator cordiũ, & ſecretorũ cognitor:
& quem non latet peccantis qualitas neque
7 peccãtis affectus, ut dictũ eſt ſ̄. † Sed profe
cto quicunq; ſalutẽ animæ ſuæ deſiderat, & ſi-
ne ſcrupulo conſcientiæ uiuere q̃rit, abſtineat
penitus ab hmõi contractibus. Negari. n. non
poteſt, quin in hmõi contractibus ſit aliquod
dubium ſaltem in foro cõſcientiæ, an emptor
cõtraxerit in fraudẽ uſurarum, & an cõtractus
ſint illiciti, ut patet per ea quæ dicta ſunt in
iſto tractatu, & hoc propter periculum animæ.
vt probatur in d. c. in ciuitate. extrà de uſuris.
Bonarum quippe mentium eſt, etiam ibi cul-
pas

a Cõſcien. Cõ-
ſcientiā q̃ lædit
ędificat ad gehē
nā. ī Spe. de ad-
uoc. §. vtriuſq;
ver. itē caueat.
c. ꝑ tuas. de ſy-
mo. & c. ꝑ lite-
ras de reſt. ſpo.
28. q. j. §. ex his.

a Culpa Culpa maior ē in faciē do, quāī omittē do. l. si seruū. §. seq̄t. de uer. ob. & no. l. si mora. ff. so. ma. Bal. ī l. pignus. x. col. ff. pig. act.

pas suas cognoscere, vbi culpa *a* nō est, ut est text. v. distin. ad eius. ad fi. quia plerunque vbi culpa non est, eam esse timere solent conscientiæ timoratæ,, quæ in via Dei quodcunque deuium expauescunt. vt dicit text. in cle. exiui. §. j. de verb. sign. & est tex. in c. consilium. de obseruatione ieiuniorum. Facit ad hoc tex. in l. cū proponas. ibi, non autem omnis scrupulus auferatur. & quod ibi no. Cy. C. de interd. ma. inte. pupillum & tutorem. Nam quandoque aliqui dicunt se dubitare vbi non est dubitandū: & econtra: ideo tutior uia est eligenda: ut in c. illud circa medium. extrà de clerico excommunicato ministrante. & ita dicit gl. not. in d. c. in ciuitate. in verbo, nisi dubium. & glo. in d. cap. nauiganti. in uer. verisimiliter dubitatur. eodē titu. & ad hoc accedat quòd dicit text. in
118 d. cle. exiui. §. nos itaq; in v. colum. † ubi dicitur, quòd in his quæ animæ salutē respiciūt, ad euitādos graues remorsus, pars securior est tenenda, præsertim cum non solum quod malum esse dignoscitur, sed etiam omne quod speciem aliquam habet, sit à viris perfectis specialiter euitandum. ut dicit text. in d. cle. exiui. §. cumq; annui redditus. & ab alijs præsertim cōtractibus est abstinendum, in quibus adsunt dictę præsumptiones vel aliquæ ex eis. & ad hoc vide Inn. in c. in ciuitate. in fi. ibi per Doct. de vsur. Nam hoc tutius est ergo sequendum, vt dixi: & maxime cum huiusmodi contractus inuenti & inchoati fuerunt ab vsurarijs, qui dimissis actibus mutui, ne videantur usurarij, inuenerunt hunc modum velaminis & vsuræ palliatæ. Quia primo faciunt contractum puræ emptionis. Secundo faciunt contractum locationis eiusdem rei. Tertio faciunt pactum de retrouendendo, secundum Hostien. & Ioan. Andre. in dicto cap. ad nostram. extrà de emptio. & vendi. ut dixi suprà in prin. huius tractatus. nec iuuari quis velit ciuitatis vel loci consuetudine, quia non tam spectandum est quòd Veronæ vel alibi factum est, quàm quod fieri debebat. argumen. l. licet. in fi. ff. de offi. pręsid. & in c. cum causam. extrà de electio. Verum quia multi & infiniti pene contractus huiusmodi celebrati sunt in ciuit. Veronę, ac etiam quotidie celebrantur, qui sine scandalo ut simulati & fœneratitij minime rescindi possent, credo quòd bonum eēt legem vel statutum fieri, quòd omnes huiusmodi contractus celebrati nō improbentur, dummodo non essent manifeste in fraudem vsurarum celebrati. quòd omnes iam celebrati reducerentur ad iustum preciū, quòdque de cætero nullius possit huiusmodi contractus celebrari. sicut in simili statutum fuit de decimis, in concilio Lateranensi, tempore Alexandri Papæ tertij, anno domini milesimo clxxix. ut habetur per Ioann. Andr. & Docto. in cap. cum apostolica. ex trà de his quæ fiunt à pręlat. sine consensu c. & per eundem Ioan. Andr. in cap statuto de decimis. libro sexto in
119 nouella. † Tollerat enim ecclesia quandoque etiam crimen propter scandalum, ut iiij. distinct. denique. & j. quæstione vij quoties. & viij. quæstio. j. ordinationis. & xxiij. qō. iij. ipsa
120 pietas & cap. non potest. † Similiter tollerat ratione multitudinis, vt quinquagesima distinctione. vt constitueretur, & habetur in iuribus superius allegatis.

FINIS.

BARTHOLEMAEI CAEPOLLAE VERONENSIS, I. V. DOCTOR.

REPETITIO L. SI FVGITIVI. CVM AVTENT. Sed nouo iure. C. de Seruis fugitiuis.

VBI ABVNDE TRACTATVR DE POENA FVRVM & latronum, maxime in Autent. Sed nouo iure.



SVMMARIVM.

1 *Serui si in actu transeundi ad hostes deprahendantur, pœna pedis, aut metalli puniuntur.*
2 *Pes quomodo capiatur.*
3 *Barbari dicuntur hostes populi Romani.*
4 *Puniri quis debet in eo, in quo deliquit.*
5 *Pedis in amputatione quomodo & quibus in casibus quispiam puniatur.*
6 *Membri amputatio est totius corporis debilitatio.*
7 *Membrum quando debilitatum dicatur.*
8 *Verbum dederit, quomodo capiatur.*
9 *Affectus non punitur, si non sequitur effectus.*
10 *Qualitas delictorum a pœnæ qualitate indicatur.*
11 *Regula est, quod mitius punitur motus ad actum, quàm actus consummatus.*
12 *Statutorum in pœnis l. his qui cum telo. locum non habet.*
13 *Sententia humanior sequenda est.*
14 *Barbarici qui proprie sint.*
15 *Seruus fugitiuus cur in pedis amputatione puniri debeat.*
16 *Pœna in metallum, & operis metalli, & ministeriũ metallorum, quæ dicatur.*
17 *Pœna similis pedis amputationi quæ dicatur.*
18 *Dictio alius, quid importet.*
19 *Dictio cæteri, an similitudinem implicet.*
20 *Dictio eadem an per omnia idem includat.*
21 *Dictio alter quid significet.*
22 *Pœnæ plures alternatiue quando ponuntur, cuius electio sit.*
23 *Maritus si de rebus sibi in dotem datis electionem sibi seruauit, si non eliget, in uxorem electio trãsfertur.*
24 *Pœna statuti quando irrogari debeat, iudex aliam imponere non potest, si ipsum seruare iurauerit.*
25 *Electio non potest cadere, nisi inter plura.*
26 *Statuti pœnam de membri amputatione, quibus in casibus iudex dispensare poterit.*
27 *Statutum disponens quod occidens occidatur, quomodo intelligatur.*
28 *Dolus & non dolus æque puniri non debent.*
29 *Pœna corporali uel capitali dolus semper subintelligitur.*
30 *Statutum pœnam corporalem imponens, quomodo a doctis assessoribus intelligi debeat.*
31 *Statutum de pœna pecuniaria disponens, quam si non soluerit infra mensem decapitetur, quomodo intelligatur.*
32 *Homicidium lasciuia committens, siue ludens ad saxa, seu ad niuem, mitius puniri debet.*
33 *Pœna atrox ubi per statutum imponitur, saltem lata culpa subintelligitur.*
34 *Pœna si per statutum limitata fuerit, iudex arbitrium non habet.*
35 *Pœna quando est unica, incerta tamen, & indeterminata a lege uel statuto, an iudicis electio sit.*
36 *Pœna quando in iudicis arbitrio existit, quid sequi debeat.*
37 *Iudex in arbitrarijs rigorem sequi non debet.*
38 *Iudex in arbitrarijs in mitiorem partem inclinari debet.*
39 *Iudex usque ad pœnæ ordinariæ quantitatem arbitrari potest, quando loco ordinarię pœnæ, ad iudicantis arbitrium pœna relinquitur.*
40 *Potestas si arbitrium habeat puniendi fures in plus & minus quàm statutum dixerit, debet intelligi in plus, & sic quòd eadem species pluris sit.*
41 *Statutum si dixerit, quòd aliquis puniatur pœna pedis uel alia, intelligitur de simili.*
42 *Statutum si dixerit, quòd aliquis debeat puniri plus & minus arbitrio potestatis, de quãta quãtitate intelligitur.*
43 *Statutum Veronense dicens, quòd puniatur arbitrio potestatis, boni iudicis arbitrio intelligitur.*
44 *Statutum si dictauerit, quòd si quis dederit alicui alapam, condemnetur in quinquaginta libris denariorum, & plus & minus arbitrio potestatis, ultra centum libras potestas arbitrari non debet.*
45 *Compromissum quando factum est cum prorogata potestate, mensura temporis prolongati non potest esse maior, quàm mensura temporis principalis.*

46 *Statutum quando iudici arbitrium dat, non specificando aliquam pœnam, usque ad quam pœnã transire possit.*

47 *Dictio uel, inter diuersa ponitur.*

48 *Pœnę arbitrariæ usq; ad mortem propter facinoris excessum inclusiue extenduntur.*

49 *Statutum si dixerit, quòd pœna sit in arbitrio iudicis, & usque ad pœnam mortis, quomodo tale statutum intelligatur.*

50 *Pœna in arbitrarijs quæ & qualis imponi possint.*

51 *Leges trãsgredi licet propter criminis enormitatẽ.*

52 *Pœna qualis imponi ualeat, si iudex arbitrium habeat non simpliciter, sed generaliter in inquirẽdo, procedendo, torquendo, puniendo, banniendo, & condemnando, &c.*

53 *Pœna qualis imponi debeat, quando non est certa & determinata per ius cõmune, uel statutũ, sed per consuetudinem.*

54 *Pœna quæ imponi debeat, quando nullo modo est certa, vel a lege determinata.*

55 *Legis casus vbi fuerit, ibi nulla dubitatio est.*

56 *Pœna quando arbitraria est, quid agendum, remissiue.*

57 *Pœnæ duæ vel plures alternatiuè, quando à lege vel statuto imponuntur, cuius sit electio pœnæ iudicis scilicet, an rei.*

58 *Electio est dare debentis in alternatiuis.*

59 *Pœna alternatiua quando corporalis est, an iudicis electio sit.*

60 *Iudex non potest dare electionem reo eligendi sibi mortem, quam vult.*

61 *Fideiubere, nec etiam obligare se potest quis pro alio ad corporalem pœnam.*

62 *Pœna duplex alternatiua, si à lege vel statuto imponatur, ipsius iudicis electio est.*

63 *Pœna corporalis quantumcunque minima est, maior regulariter quantumcũque pecuniaria pœna.*

64 *Pœnis in alternatiuis, quando vna pœna corporalis est, alia pecuniaria, cuius electio sit.*

65 *Statuti forma si imponatur pœna portantibus bladum, vel farinam, vel quid aliud extra districtũ & inuenti sint aliqui portantes, & capti, antequam districtum exierint, an statuti pœna puniri debeant.*

66 *Statutorum in pœnis regulariter, quid inspiciatur.*

67 *Delicto non caret, qui delinquere inchoauit.*

68 *Coniecturæ portãtium bladum extra territorium, quæ sint.*

69 *Bladum extca territorium portantes si depræhensi fuerint, an pœnitere poterunt.*

70 *Bladum extra territorium si nondum aliqui portare cœperunt, & sic in itinere reperti non fuerunt, sed tantum fecerunt aptare salmas ad portandum frumentum, an puniri debeant.*

71 *Bladum portantes si in itinere reperti non fuerint, sed præparauerunt frumentum in domo ipsum occultando, vel in aliquo alio loco occulto locando, ut postea portare possint, an punientur.*

72 *Bladum portantes si solum visi fuerint, sed non capti, an in statuti pœnam incidant, ac si capti fuissent.*

73 *Verbum inuentus, non verificatur in solo aspectu, seu appræhensionem requirit.*

74 *Statutum si dixerit, si quis fuerit inuentus cum armis, si captus non sit, an inuentus dicatur.*

75 *Statuto si caueatur, quòd quicunque inuentus fuerit cum cultello, soluat x. si quispiam tantum visus fuerit, an soluere debeat.*

76 *Statutum si dixerit, quòd dominæ cum perlis inuentæ soluant x. si per officialem visæ fuerint, sed non appræhensæ, an teneantur.*

77 *Inuentarium dicitur, quia reperta & inuenta in bonis pupilli ibi describuntur.*

78 *Tutor licet de omnibus rebus pupilli inuentarium facere teneatur, de quibus in bonis suis nõ reperitur, non tenetur in inuentario ponere antequam exigat.*

79 *Stautum si puniat inuentum cum armis, vel ludentem ad ludum azardi, an ludentem conuictum punire poterit.*

80 *Statutum si dictauerit, quòd si quis inuentus fuerit committere homicidium, capite puniatur, an inuentus dicatur qui commisit, licet in flagranti crimine non sit.*

81 *Statutum si dictauerit, quòd si quis inuentus fuerit arma portare, puniatur in tantum, quomodo tale statutum intelligatur.*

82 *Ire per ciuitatem de nocte, vel per domos alienas, licitum non est.*

83 *Accusatus si quispiam fuerit, quòd extraxit bladum, uel aliquid aliud prohibitum extra districtum, vel quòd portauit arma, vel quòd iuit de nocte, an accusatus, si probatum est per testes, puniri debeat.*

84 *Statutum si disposuerit, quod si quis fuerit inuentus ludere ad taxillos, vel tenere ludum taxillorum, puniatur in x. & medietas sit accusatoris: si aliquis accusatus fuerit, quod luserat ad taxillos, vel ludum taxillorum tenuerat, & accusator hoc per testes probauerit, nunquid dimidiam habere debeat.*

85 *Statutum si dixerit, quod quis fuerit deprehensus portare bladum extra districtũ, uel cum armis, tali pœna puniatur, si probatum fuerit, quòd aliquis bladum extra districtum portauerit, vel etiam portauerit arma, non tamen cum blado, velcum armis captus fuerit, an pœna statuti puniri debeat.*

86 *Membrum quid dicatur, & quid membri appellatione veniat.*

SI FVGITIVI. quia in ista l. & autent. sed nouo iure. quæ sequitur, ponitur materia, quibus pœnis puniri possunt fures & latrones, & est vtilis & quotidiana, & non perfecte examinata per Doctor. ideo decreui hanc l. cum dicta autenti. declarare plenius & clarius quàm per Doctor. hic, vel alibi scriptum reperiatur. Et hoc d. in summa ista l. si fugitiui.

1 † Si serui in actu transeundi ad hostes depræhendantur, pœna pedis, aut metalli puniuntur. hoc dicit secundum Bar. uel sic, secundum Bal. Serui ad barbaros in actu fugæ deprehensi,

grauiter

grauiter pro motu iudicis puniuntur, mutila-
tione scilicet pedis,aut pœna metalli,aut alia si
mili arbitrio iudicis h.d. In tex.ibi cum trans
2 eunt.dic,id est,dum sunt in itinere.† In tex.ibi,
pede. dic quòd hic accipitur pes pro extrema
parte corporis,vt dicitur in rub.C.de pedaneis
iudi. Alibi accipitur pes pro mensura, & talis
pes debet esse 16.digitorum, secundum Isido-
rum etymologiarum,de mensuris agrorum: &
not.gl.17.q.4.sicut.& Alb.de Rosa.in l.2.circa
principio,supra de his qui ad eccle.confugi.&
Bald.in l.j.ff.si quis caut.& do.Barto. de Sali.
in l.j.antepe.q C.de interdic.& Flor.in l.vię la
titudo.ff.de seruitu.rusti pręd.& per Bartolus,
in l in itinere.vbi dixi.ff.de verbo.significa.
3 † Nota primo,quòd seruus fugiens ad hostes
populi Romani,quos hic appellat barbaros:de
bet puniri pœna pedis,uel metalli, aut alia si-
4 mili. † Nota secundo, quòd quis debet in eo
puniri,in quo deliquit,& hoc not. gloss.in ver
bo,amputatio & est text.in cap.an sit.extrà de
appel.& ibi gloss.fin.in fin.allegat ad hoc etiã
in cap.pastoralis.extra de iure patro.& cap.li-
teras. extra de temporibus ordinandorum. &
ideo dicit hic Bald.in princ.quòd in eo instru-
mento corporis punitur quis,cum quo princi-
paliter deliquit. vnde si cursor est dignus mu-
tilatione membri, amputatur sibi pes.si testis,
lingua. si scriptor,manus. per hanc l.licet ho-
die excepta manu , nullum membrum debeat
mutilari vt in auten.sed nouo iure. infra eo.
Nisi aliter se haberet consuetudo iuxta not.in
l.Capitolium.§.famosos.ff.de pœnis.de quo in-
5 fra dicetur. † No.tertio hic vnũ casum,in quo
quis punitur amputatione pedis.Item adde a-
lium,si quis alium percusserit, ita ꝙ pedẽ amit
tat.Exo.121.ver.si rixati fuerint. Itẽ qui falsũ
testimonium dixerit contra aliquẽ in causa,ex
qua debeat pedem amittere . Deuteronomij.
6 119.ver.cum quis diligentissime.† Not.quarto
tex.ibi,pede amputato debi litentur. secundũ
Bal.hic in fi. ꝙ amputatio membri,est debilita
tio hominis.s. totius corporis:sed debilitatio v
nius membri,est impedimentum principale of
ficij ipsius membri,vnde oculus non dicitur de
bilitatus,licet sit aliqualiter deturpatus: alle-
gat ad hoc.ff.de ædil.edi.l.idẽ Offilius.in prin.
† Quando aũt dicatur membrum debilitatum,
7 vide Ang.in l.non solum.ff. de rei vend.& in l.
publicorum.ad fi.ff.de publicis iudi. Opponit
contra istam l.de l.si quid aliquid.§.tranfugæ.
ff.de pœnis.vbi dicitur quòd transfugientes ad
hostes,aut viui exurantur,aut furca suspendan
tur.Sol.ibi transfuga fuit depræhensus delicto
consummato,hic vero dum esset in itinere:nõ
ita soluit gloss.hic:& ibi & hoc probat tex.hic,
dum dicit,cum transeunt:& ita tenent hic Do-
cto. sed Petrus de Bella Pertica, vt refert hic
Cyn.aliter intellexit:nam ipse dicit,ꝙ hic & in
contrario delictum fuit consummatũ. Et ideo
ipse intelligit istum tex.sic.s. serui transeuntes
ad barbaros deprahendantur , scilicet postea.
sed tunc videtur obstare , quia secundum hoc
mitius punitur seruus, quia in pede,vt hic,quã
liber,quia ille in capite vt d.§.transfugæ:quod
est contra l. Pedius.ff.de incendio, ruina,nau.
Ipse respondit,ꝙ verũ est,ꝙ plus punitur liber
quã seruus: cęteris qualitatibus delicti præce-
dentibus pariter:sed hic non est paritas delicti
quia seruis non reuelamus consilia nostra , sed
liberis:ideo acrius puniuntur.vt d.§.transfugæ
& cum ista opin. transit hic Cyn. Hæc opinio
non est vera nec tenetur communiter, nam est
contra istum text.ibi, depræhendantur.& ibi,
transeuntes cũ.præsupponit.n.quòd capiantur
eo tempore, quo transeunt: & sic dum sunt in
itinere. Et pro hoc facit opin. gloss.in l.arbo-
ribus.§.fin.in verbo,vsusfructus.ff.de usufruct.
vbi dicit,lupus exit syluam,non tamen exiuit.
Opponitur secundo contra istam sol.de leg.2.
§.is qui.ff.de re mili.vbi dicitur ꝙ is qui uolẽs
transfugere, appræhensus est, punitur capite.
& sic præsupponit quòd fuit appręhensus in fu
ga.dum dicit,volens transfugere.pro hoc glo.
nota in d.l.arboribus.§.fin.in verbo,vsusfruct.
ff.de vsufruct.So ibi exponitur,volent transfu
gere,id est, voluntarie transfugit. sic ponitur
in l.fin.ff.de re diui. ita dicit glossam.in d.§.is
qui.& pro ista solu.facit gloss. in d.l.si.quæ ex
ponit,voluerit,id est,uoluntarie transcenderit.
ad idem text.cum glo.in l. quod si ab initio.ff.
si cer.pet.& text.cum gloss.in verbo, si volue-
8 rit.in l.j.ff.de lega.2.† Item pro hoc etiam te-
xt.in l.§.j.ff.de adimen.le. & ibi Barto.qui di-
cit.not.ista verba,non dederit:quia intelligun-
tur,id est,dare non debuerit.facit etiam ad hoc
quod not.Barto.in l.si vxori.§.cum ita.ff.de au
ro & argento lega.& in l.sed Iulian.§.quod di
citur.ff.ad Maced. Ista solutio videtur diuina-
re & violare istum text. ideo dicunt quidam,
vt refert hic Cyn. quòd iile §.concordat cum
ista l.quia hic est pœna capitalis.s.abscisio mẽ-
bri.vt not.in lege prima.C. de officio eius qui
vicem alterius gerit.Sed hæc solutio est contra
l.2.in prin.ff.de pœnis.& l.edicto.§.rei capita-
lis.ff.de bonor. posses.& l.licet capitalis. ff.de
9 verb.signi.† vnde vt intellexit glo. hæc est ve-
rior,scilicet,vt non sic puniatur affectus, si ef-
fectus non est consummatus, sicut si esset con-
summatus.& in hoc concordat Iacobus de Ra
uenna,& Iac.Aret.& est etiam humanior iuxta
ea quæ habentur in l.si quis non dicam rapere.
C.de episco.& cleric.& in l.sagittarios.ff.de pœ
nis.Oppon.tertio contra prædicta . Nam deli-
ctum fugę est atrocissimum,vt patet ex genere
10 pœnæ: † quia delictorum qualitas,iudicatur a
pœnæ qualitate. vt ff.de publi.iudi.l.2.& nota.
in l.transigere.C.de transact.vbi per Cyn.in de
cima quæst.sed in atrocissimis, motus ad deli-
ctum punitur , ac si delictum esset consumma-
tum.vt supra de episco.& cleric l.si quis non di
cam rapere.& in l is qui cum telo.C.ad legem
11 Corneliam.de sic.sol. secundum Baldum.† hic
ponitur reg.ꝙ mitius punitur motus ad actum
quàm actus consummatus sed leges contrariæ
loquuntur in casibus specialibus,scilicet quan-

dò quis attentet pudicitiam, vel homicidium
procedendo ad actum, suo fin. intentu annexũ
vel dic econtra, quòd in legibus contrarijs po.
nitur regula, quæ fallit in lege nostra: quia le.
vltra procedit, distinguendo pœnas inchoat
vel consummati delicti. uel dic & tertio, quò
in pœna sanguinis, semper iudex debet esse mi
tior, vt hic. Secus in alijs pœnis. subdit tamen
12 hic Bald. nota. † quòd in pœnis statutorum
non habet locum l. is qui cum telo. quia statu-
ta disponunt de actu secundum effectum, ut no.
in Specul. de accus. §. primo. & hæc est genera-
lis consuetudo, quę non indiget probatione: sic
supra de iudicijs. l. rem non nouam. Oppono
quarto, & videtur quod imò transfuga, etiam
delicti nõ consummati, possit puniri pœna mor
tis: vt est textus in l. in eiusdem. §. finali. ff. ad le
gem Corneliam de sicarijs. vbi dicitur, transfu
gas vbicunque inuenti fuerint, quasi hostes in
terficere licet, & oportet. & sic dum dicit, vbi-
cunque inuenti fuerint, videtur intelligere si-
ue in itinere, siue consummato itinere, inueniã
tur, quòd æqualiter puniantur. solut. gloss. in di
cto §. transfugæ. intelligit illum textum, quòd
facto flagitio, vt tollat contrarium huius l. & be
13 ne. † & ista sententia est humanior, pro qua fa
cit l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis. & quod
not. in d. l. si quis non dicã rapere. C. de epis. &
cler. & in d. l. si is qui cũ telo. C. ad l. Cor. de sic
14 cariis. † Quæro primo, quia hic dicitur, ad bar-
baros transeuntes, qui dicantur barbari, seu bar
bariici: & gl. respondet, quòd sunt hostes popu
li Ro. allegat l. 2. C. de commerciis & mercato-
ribus. & est tex. in l. pen. & fin. C. de captiuis &
postlimi. reuer. & no. gl. in d. l. fi. in verbo, bar-
baris. & item no. Azo in summa. C. de cõmer-
ciis & mercatorib. sed Festus Pompeius dicit
barbaricum, appellatur clamor, exercitatio; vi-
delicet eo genere barbari vtuntur. Alibi acci-
pitur barbarę nationis. i. ignotæ. vt est text. in
l. nulli iudici. § quòd si testator. & ibi gl. in ver
bo, barbaræ. supra de episcopis & clericis. sed
idẽ Festus Põpeius dicit, Barbari dicebantur
antiquitus omnes gentes, exceptis Græcis, &
15 Latinis. † Quæro secundo, quare hic dicitur,
quòd fugitiuus seruus debeat puniri in ampu-
tatione pedis: & gl. hic super verbo, amputatio.
respõdet, q̃a in eo, in quo deliquit, debet quis
puniri. de quo dic, vt dixi supra, in secundo no-
tabili. Quib. adde, quòd in eo loco quis debet
puniri, in quo deliquit: vt est text. in l. capita-
lium. §. famosos. ff. de pœnis. & est textus in l.
tertia. in princip. ff. de re militari. & in l. si cui.
§. idem Imperator. ff. de accusationibus. & in
autent. vt iudices sine quo. suffragio. § si quis
autem. & ibi glossa penultima, collatione secũ
da. & in auten. vt omnes obediant iudici pro-
uinciarum § hæc igitur. collatione quinta.
16 † Quæro tertio, quæ dicatur pœna in metallũ,
& operis metalli, & ministerii metallorũ. glos.
hic in verbo, metallo. se remittit. ff. de pœnis.
l. aut dãnum. § inter eos. & §. si quis. & §. mini
sterium. & vide optimã glossam institut. quib.

a Barto. uero. Adde ꝙ Abb. in c. a crapula. de vita & ho. cleri. tenet idẽ q̃d Bart. in primis duobus mẽbris, in quinto vero mẽbro expresse tenet cõtra Bar. Bald. & Dyno quod in dubie electio sit iudicis, ut refert di Mar. in c. sicut Iud. d. Iudeis. & ibi uia de per eũ. qui iura loquũtur impsonaliter. & ostẽdunt electa iudici. Itẽ q̃a in dubio pœnæ ꝑ iudicẽ imponenda est, & sic lex in dubio loquitur iudici Itẽ quia iudex habet uidere q̃ pœna sit magis expediẽs & illã imponere, ut c. q̃m frequenter extra ut lit. nõ contesta. facit 13. q. 5. c. ꝑdest & l. quid ergo. §. pœna grauior. & ibi, quod no. & per Doc. de his qui nota. infam.

modis ius patriæ potestatis soluitur. in §. pœ-
17 næ seruus. in uerbo, in metallum. † Quæro
quarto, de qua pœna intelligatur iste tex. dum
dicit, aut alia qualibet pœna afficiantur. & glo.
sic respondet, ꝙ intelligitur. s. simili, uel extra-
18 ordinaria. † Ex qua glossa not. quòd dictio ali-
us, alia, aliud, importat similitudinem. & ad hoc
dictio, similium, implicatiua. & ad hoc semper
allegatur ista glossa. idem not. glo. in l. quidam
relegatus. in verbo, amicis. ff. de rebus dubiis:
facit quod nota. Cyn. in l id quod pauperibus.
in quinta oppositione. supra de episcopis & cle
ricis. Aliquando tamen dictio, alius, non impli-
cat, ut habetur in diuina scriptura. in qua dici-
tur. Crucifixus est Christus, & alij duo nequam
vt not. glo. in l. non solum. § quæ non. in uerbo
creditores. ff. de procurato. quæ allegat ad hoc
iura. & ibi hoc notant Bart. Baldus, & Docto i
res. Et est etiam text. cum glossa in autenti. qu
semel. quæ in appella. sic loquitur. C. quomodo
& quando iudex. & tex. cum glossam. in uerbo,
ad similem. in l. illud. supra de sacrosanct. eccle.
& glossa in l. ita pudor. & ibi Bartolus, infra de
adulter. & glossa in l. si prius. ff. de noui ope.
nuncia. & facit glossa in l. cum ex filio. §. filio.
ff. de uulgari. & pupillari. & est text. in c. 2. que
relam. ibi, nulla alia rationabili causa & bi gl.
extrà de procurato. & not. Nicolaus de Neapo
li, secundum Andream de Pisis. in l. sed repro-
bari. in principio. ff. de excusatio, tutorum. Et
de hoc, an dictio alius, alia, aliud, sit implicatiua
similium, vel non, vide in locis præallegatis, &
maxime in dicto §. sequitur. & per textum, glo.
& Doctores, in ca. Rodulphus. extrà de rescri-
19 ptis. & in c. sedes apostolica. eodem titu. † Sed
quid de uerbo cæteri, an implicet similitudinẽ?
vide textum, glossam, & Baldum in dicta l. non
solum. §. quæritur. ff. de procurato. & uide tex.
quinquagesima sexta distinctione. Cenomanen
20 sem. † Item quid de dictione eadem, an impli-
cet, seu includat idem per omnia? dic quòd nõ.
ut est textus cum glossa, in l. quarta. siue pro
fratre. & ibi per Doctores C. de negotiis ge-
21 stis. † Item quid de dictione alter, dicitur, uel
22 alterius cuiuscunque cõtractus. † Quæro quin
to, quia hic ponuntur tres pœnæ alternatiue,
cuius sit electio. & videtur quòd sit eius, qui
debet puniri, quia in alternatiuis, electio est da
re debentis. l. plerunque in fine. ff. de iure dot.
In contrarium sentit hic glossa fin. dum dicit,
aut extra ordinem. nam intelligetur prima, ar-
bitrio iudicis. ut est textus in l. hodie. ff. de pœ
nis. & not. gloss. tertia in l. prima. infra qui ad-
mitti ad bonorum possessionem possunt. Item
quia si esset in potestate rei, iam pœna deduce-
retur ad nihilum: & sic frustra lex pœnam im-
posuisset. Cyn. hic tenet, quòd sit electio iudi-
cis. argumen. l. primæ. ff. de effract. secũdum Ia
cobũ de Rauenna & Petrum. Bar. uero a in l.
quincunque. & in §. expilatores. ff. de effractori
bus. sic distinguit. Quandoq; uerba imponentia
pœnam, diriguntur ad iudicem, quandoque
diriguntur ad reum, quãdoque sunt dubia, pri-
mo

mo casu, quando diriguntur ad iudicem, quia
dicunt, puniantur, condemnentur, & similia. &
tunc est electio iudicis. ita loquitur hic, dum di
cit, afficiantur : facit ad hoc l finalis. ff. de iniu-
riis. & instit. de iniuriis. §. in summa. Secundo
casu, quando verba diriguntur ad reum, tunc
electio est rei: casus est in l. quicunque. in prin-
cipio. in c. ibi reddat. & hæc distinctio, an verba
referantur ad iudicem, uel reum, probatur per
glossam in l. Lucio. ff. de legatis secundo. quæ
similem distinctionem facit in legat. Tertio ca
su, quando verba sunt dubia, vt puta, dicit statu
tum, sit pœna pedis, uel metalli. & sic non loqui
tur iudici, nec reo: tunc in pœnis corporalibus
sit electio iudicis. l. prima. §. expilatores. ff. de
effractoribus. In pecuniariis verò, sit electio
rei, ut dicta l. plerunque. in fine. ff. de iure dot.
Sed Bal. in dicta l. quicunque tenet in omnibus
contra Bartolum. nam dicit ipse, quòd non est.
Dicitur in fine, verba legis, vel statuti dirigan-
tur ad iudicem, siue ad partem, & ad dictam gl.
in l. Lucio. ff. de legat. secundo. respondet, quòd
illa loquitur in creditore fauorabili, hic in odio
so. Ex quo infert Baldus in dicta l. quicunque.
quòd licet statutum dicat, iudex extrahi faciat
oculum, uel amputari linguã, interpretabitur,
prout elegerit reus, id est miserabilem electio-
nem sibi esse concessam: nam illa est mitior pœ
na, quæ ipsi eligenti videtur minor, ut intelliga
tur legislator aliquid misericorditer inter asp-
rimas pœnas miscuisse. Item dicit Bald. quòd
distinctio Bartoli, inter pœnam pecuniariam,
& corporalem, non placet sibi, cum in pœnis
corporalibus, mitius sit agendum : præsertim si
persona non sit uilis, per l. si de interpretatio-
ne. ff. de pœnis. & ideo dicit, quòd putat rei esse
electionem, quia pœna est alternatiua legis, vel
statuti, quia vtraque est certa, & purgat delictũ.
Et in practica de hoc ante sententiam interro
gabitur per iudicem, & si non eliget, tunc eli-
get iudex ex potestate sibi data per legem ho-
die. ff. de pœnis. & sententia ferretur non alter
natiua, cum trahere debet secũ executionem.
ut l. qui ultimo. ff. de pœnis. quod non faceret
sententia alternatiua. simile not. in l. prima. §
exactio. C. de rei uxoriæ actione. per glossam.
23 in verbo, restituendis. † vbi dicitur, quòd si
de rebus æstimatis datis in dotem, maritus ser-
uauit sibi electionem, maritus eleget : quod si
non facit, transfertur electio in uxorem. ut l.
prima. ff. de solution. coniuncta l. plerunque. §.
fina. ff. de iure dot. Item dicit Baldus, quòd
non est bona distinctio, quam faciunt aliqui sic,
vt est Andreas de Pisis. qui dicunt, quòd aut
per condemnationem fit seruus pœnæ: puta, di-
cit statutum, decapitetur, vel suspendatur : &
tunc est electio iudicis: quia seruus pœnę, non
potest eligere. argumento l. ex facto. §. si quis
rogatus. ff. ad Treb. aut non fit seruus pœnæ, &
est electio rei: nam ista electio, secundum Bald.
non in iure, sed in facto consistit: quæ commu-
nis est. ut l. hos accusa. §. omnibus. ff. de accusa-
tionibus. Ego autem circa prædicta aliter sen-
tio, pro cuius declaratione sic distinguas: Aut
vnica tantum pœna est imposita a lege, vel sta-
tuto, aut duæ, vel plures alternatiue. Primo ca
su, quando vnica tantum pœna est imposita, &
tunc subdistinguitur. Aut illa pœna imposita
est certa, & determinata, aut incerta, & indeter
minata. Quando est unica tantum pœna certa
determinata a lege, vel statuto, & tunc a verbis
legis, vel statuti non est recedendum: quantum
cunque verba sint dura. l. prospexit. ff. qui & a
quibus. sic illa pœna est regulariter imponẽda.
facit l. non aliter. ff. de legatis tertio. & maxime
vbi statutum loquitur imperatiue, dirigendo
24 verba in ipsum iudicem: † nam tunc iudex nõ
posset imponere aliam pœnam, quàm pœnã sta
tuti, quod seruare iurauit, secundum Baldum,
qui ita notat in l. in eum. in fin. C. de furtis. nec
in hoc casu conuenit disputatio, cuius sit ele-
25 ctio. Quia ex quo est unica pœna. † Quia ele
ctio non potest cadere nisi inter plura, ut l. si
illud aut illud. ff. de legatis secundo. & notat
etiam Bartolus in l. prima. infrà de furtis. Sed
solum potest cadere dispensatio, & ista ad iudi-
26 cem ex causa pertinet. † ut si statutum dicat
de amputatione manus, & aliquis est ita puer,
vel ita senex, quòd statim moreretur, potest iu
dex dispensare: tamen non cogitur, nec poterit
appellari. argumento ff. ad Sylleianum. l. qui
posthumus. in fine. & pro hoc vide optimum
textum in l. auxilium. §. in delictis. ibi, nisi qua-
tenus interdum miseratio ætatis, ad mediocrẽ
pœnam iudicem perduxerit. & ibi glossa in ver
bo, miseratio. ff. de minor. & vide textum in l.
aut facta. §. persona. ff. de pœnis. Item potest
hoc casu, quando est unica pœna, cadere non di
27 spensatio, sed interpretatio. † ut si statutum
dicit, quòd occidens occidatur, ut in eo, in quo
deliquit puniatur. modo si culpa, non dolo te
percussi, & mortuus es. dicit Baldus in dicta l.
quicunque. quòd ego non debeo mori. & a tali
interpretatione mala potest appellari, nisi ap-
pellatio sit specialiter interdicta, ut ff. de origi-
ne iuris. l. secunda §. postea ne diutius. Et ista
interpretatio est de iure naturali, & ideo habet
locum etiam in statuto: nam de ratione natura-
li est, quòd non punitur quis ad mortem : qui
28 noluit delinquere. † Item quia non debet æ-
que puniri dolus, & non dolus. ut ff. ad legem
Corneliam, de sicariis. l. prima. § sed si clara.
Item non est similitudo, occidere non ex pro-
posito, & ego ex proposito occidar. nam sentẽ-
tiam mortis, nisi ex proposito iudicati, pati nõ
possumus. Item pro hoc. ff. ad legem Corne-
29 liam de sicariis. l. in lege. † Item quia vbicun-
que de pœna corporali, vel capitali loquimur,
subintelligitur dolus : vt nota. ff. de in litem iu-
rando. l. in actionibus. & instit. de suspectis tu-
toribus. §. suspectis. secus in pœnis pecuniariis,
quia ibi non subintelligitur dolus, sed bene sub
intelligitur conductio, si culpabilis sit, ne inno
cens condemnaretur. C. de noxali. l. si serui no-
stri. & ff. ad Sylleianum. l. prima. §. si quis in uil
la. & statuta non sunt intelligenda Iudaice. ut

nota.in gloſſa. ff.de damno infecto.l.dami.§.ſi
is in gloſſa quidam Iudaice. ita dicit ſingulari-
ter Baldus in dicta l. quicunque. infrà eodem.
Et quod dixi,quòd vbicunque de pœna corpo-
rali, vel capitali loquimur, ſubintelligitur do-
lus:dic idem not. Baldus.in l.data opera.infrà,
30 qui accuſari non poſſunt: † ubi dicit, quòd ſi
ſtatutum imponit pœnam perſonalem pro ho
micidio,puta quòd occidens occidatur,niſi oc-
cidens occidit doloſe,& ex propoſito, non ha-
bet locum pœna ſtatuti, vel ius commune,ſed
debet aliter mitius puniri. Et idem dicit do-
minus Paulus de Caſtro,in l.ſecunda.C.vbi ſe-
natores,vel clariſſimi. ubi dicit, quòd ſi ſtatu-
tum diſponit, quòd homicida decapitetur, &
aliquis per culpam ſine dolo interfecit homi-
nem,aſſeſſores ignorantes conſueuerunt dice-
re,quòd non debemus diſtinguere,ſed ſimplici
ter ſtare verbis ſtatuti: quia non inſpicitur ani-
mus,ſed factum,ut l.prima.§.diuus.ff.ad legem
Corneliam.de ſiccariis. facit l.palam quæ in a-
dulterio.ibi,quia factum lex,non ſententia no-
tauit.ff.de ritu nup. Tamen ipſe dominus Pau-
lus in dicta l.prima C ubi ſena.vel cla. ſequen-
do Baldum in dicta l.data opera. tenet contradi
cens,quod aliàs ſequeretur,quòd de homicidio
caſuali deberet quis decapitari: quod eſt cōtrà
omnem æquitatem. Et ſubdit quòd ita pluries
conſuluit,& a morte aliquos defendit.Et idem
31 dicit dictus do.Pau.in l.j.in fi.ff.de legib. † qui
ſubdit,ꝙ idem eſt,ſi diceretur in ſtatuto,ꝙ cō-
demnetur ad pęnam pecuniariam,quam ſi non
ſoluerit j.menſem,decapitetur, ſi non cōmiſit
doloſe,non debet decapitari, licet nō ſoluat.&
dicit do.Paul.in d.l.j in fin de legib.hoc per c.
tuo.tene menti,quia ignorantes iudices ſeruāt
ſtatuta ad unguem,ut iacent, ſiue commiſerint
doloſe,ſiue non:nam poteris liberare per domi
num Bal.in d.l.data opera.multos à pęna capi-
tis.quia aſſeſſores & iudices niſi uiderint auto-
ritatem ſcriptam, neſciunt à verbis ſtatuti rece
dere. Ex quo refert præfatus do. Paulus in d.l.
32 j.C.ubi ſenat.vel clari. † quòd quando noctis
tempore potius ex laſciuia, quàm ex dolo qui-
dam proiecit lapidem,& percuſſit vnū,qui mor
tuus eſt, quod ipſe conſuluit, quòd debet mi-
tius puniri,ſcilicet pecuniaaliter, vel forte dare
ſibi bannum pro aliquo tēpore, quod bene no-
ta,ut ſcias adiuuare potius pueros,vel etiam ho
mines ludentes per laſciuiam ad lapides, ſicut
ludunt pueri in ciuitate iſta Veronæ, vel ad ni-
uem,ſicut fit in multis locis, & aliquis in eo lu
do occidatur per iactum lapidis,uel niuis,ꝙ oc
cidens non debet puniri pęna mortis,vel corpo
ralis facit l. item ſi obſtetrix. §.ſed & ſi per la-
ſciuiam.cum § ſequenti.& l ſequenti. nam lu-
dus.& quod ibi nota. ff. ad legem Aquiliam. &
l.omne delictum § penultimo, ibi, per uinum,
aut laſciuiam.ff.de re militari. Et iſtud nunquā
exeat mentem tuam, quia valet mille aureos.
Sed ſolennis doctor dominus Antonius de Ro-
ſellis in c.congnoſcentes.circa principium.ex-
trà de conſtitutioni.videtur tenere contra præ-
dicta,dum dicit not. hic caſum non ponderatū
ab aliis doctoribus, quòd ſtatutum imponens
pęnam ordinariam pro aliquo delicto, verifica-
tur, ſi delinquens delinquat culpoſe, & ſi non
doloſe,ut ibi in textu. Sed certe ille text. non
probat. Bene enim uult,quòd culpa puniatur,
ſed non dicit quòd culpa verificetur in ſtatuto
imponente pro delicto pęnam capitalem, vel
corporalem. Vnde non recedas ab opinione
Bal.& do.Pauli de Caſtro ſuprà,quam etiam ſe
quitur Cynus, & Baldus, in dicta l.prima ff.de
33 legibus. † Adde tamen prædictis, quòd vbi
pęna atrox imponitur per ſtatutum, ſaltem re-
quiritur lata culpa:quia leuis non eſt talis cul-
pa,quam lex abhorret,licet extraordinarie pu-
niat, facit quod notat in l.liberorum.ff.de his
qui not.infam.ita dicit Baldus in l. quæ fortui-
tis.in penul.colum.circa principium.C.de pig.
actio. Et per prædicta id limito, quod notat
Baldus in l. quid ergo.§. pęna grauior.in ulti-
ma columna in principio ff.de his qui not.in-
34 fam. † vbi dicit, quòd quando pęna eſt limi-
tata per ſtatutum, iudex non habet arbitrium.
per l.hodie.ff.de poenis. quia ſtatutum eſt te-
naciter obſeruandum.argumen.l ſi quis reum.
de cuſto. reor. nam per talia ſtatuta ſpecialia,
videtur eſſe derogatum illi generali regulæ l.
hodie argumen.l.ſanctio legum.ff.de pęnis. cū
in nouis legibus non habeat locum regula l.
hodie. Nam iſtud dictum Baldi, debet intelli-
gi,niſi ex cauſa fiat diſpenſatio, ut dixi ſuprà
de puero & ſene:item, niſi fiat de iure interpre
tatio, ut dixi ſuprà de ſtatuto imponente poe-
nam corporalem,ut intelligatur,ſi dolus inter-
35 uenerit. † Quando vero unica poena eſt, in-
certa, & indeterminata à lege, vel ſtatuto, &
hoc caſu ſemper eſt electio iudicis:& talis pęna
dicitur arbitraria: & ſic ſtatur arbitrio iudicis,
ut eſt textus, qui ita debet intelligi in l. pri-
ma §.expilatores.ff.de effracto.ibi,quibus nul-
la ſpecialis pęna. & eſt textus in l. hodie.ff. de
pęnis. quæ ſic dicit, hodie licet ei qui extra-
ordinem de crimine cognoſcit,quam uult ſen-
tentiam ferre, uel grauiorem, uel leuiorem,
ita tamen, ut in vtroque modo rationem non
36 excedat.† Circa hoc tamē,quòd quando pęna
eſt in arbitrio iudicis non determinata a lege.
Et ſic vbi pęnæ ſunt arbitrariæ,dic quod debet
intelligi,ꝙ iudices, qui arbitrantur,arbitrātur
ſecundum mentem legis,ſiue iuris, & arbitrij
intellectus,ſeu rationis, ita not. dicit Bal. in c.
primo.§.iudices. in princ.tertia colu. verſicu.
not.quòd arbitria.in titulo,de pac.iura.fir. Vel
ſecundum conſuetudinem:ut nota.gl.in l.quid
ergo.§.pęna grauior.ff. de his qui nota.infam.
& uide ad hoc glo. in dicta l.hodie. & glo.in l.
reſpiciendum.in principio.ff.de pęnis.& in l.a-
thletas.in §.calumniator.in uerſic. ex utraque
parte ff.de his qui nota.infa. & vide Gandi. de
maleficiis.in rubrica, vtrum pęna poſſit au-
37 geri, uel minui. uerſiculo fina. † Item non
debet in arbitriis iudex ſequi rigorem ſcriptū,
imo poteſt etiā ſequi æquitatem non ſcriptā,vt
eſt

est casus in auten.de defenso.ci.in §.iusiurãcū.
secundum unum intellectum & sic ibi est ca-
sus,in quo æquitas non scripta. preferetur iuris
rigori scripto, secundum dominum Antonium
de Butri.in c.primo,in sexta colum. in uer.op-
po.quòd nec iudex possit iudicare.extra de cō
38 stitu.† Item in arbitriis, iudex debet inclinari
in mitiorem partem.vt extra de officio deleg.
c.de causis. non tamen debet esse nimium gra-
tiosus.vt de re iudicata.c. cum æterni.libro 6.
& ibi Ioannes Andr.in nouel ita dicit. Baldus
in dicta l.quicunque.infra eodem.quem sequi-
tur Ang.de Aret.in suo tractatu maleficiorum.
in verbo, amputetur sibi manus dextra. in pe-
nul.colu.& idem no.Bald.in l j.in fine.ff.de his
39 qui sunt sui uel alie.iuris † Item quando loco
ordinarię pœnæ, relinquitur pœna ad arbitriū
iudicantis,iudex pōt arbitrari vsque ad quanti
tatem pœnę ordinarię, cuius loco arbitraria
est subrogata, sed non potest illam imponere:
ita dicit not. Antonius de Butr.in c.inquisitio-
nis.in fine princ.extra de accusation.per gloss.
40 not.quę est ibi in verbo, aliqui. † Item dicit
hic Ang.singulariter per gloss.fin.hic,in princ.
quòd si potestas habet arbitrium puniendi fu-
res in plus & minus,quàm statutum dicat, de-
bet intelligi in plus.& sic, quod si eadem spe-
cies,pluris alias non esset plus, immo omnino
diuersa,quia differunt in nomine,substantia, &
in natura.ff.de euictio.l.schapham.& ff.de auro
& argento lega.l.penultim. Et ideo si pœna or
dinaria est pecuniaria,non transibit ad corpora
lem:quia hic non se haberet per modum pluris
sed per modum maioritatis. vt l.in seruorum.
ff.de pœnis.facit ff.de in litem iuran.l.cum fur
ti.cum similibus ibi allegatis in glo.& hoc etiā
videtur tenere Bal.in l.conuenticulā.& in quin
41 ta col.C. de ediscopis & clericis.†vbi dicit sin
gulariter,quòd si statutum dicit,quòd si aliquis
puniatur pœna pedis,vel alia, intelligitur de si
mili:unde non intelligitur de pecuniaria pęna,
quia non conuenit pœnę.nec dicitur de ampu-
tatione capitis,quia longe remota est a mutila
tione membri. quod est valde notabile, pro
multis statutis. tres libri statutorum commu-
nis Veronę,in quibus imponitur certa & specia
lis pęna pro delicto aliquo, & postea dicitur,&
plus & minus arbitrio dictæ potestatis,& toti⁹
curiæ, uel maioris partis eius:quia si illa pœna
specialiter nominata est pecuniaria,non potest
transiri ad corporalem. Secus si non esset cor-
poralis, quia tunc bene posset augeri in cor-
42 pus,per dictam doctrinam Angel.† Item adde
quòd dicta verba statuti, & plus & minus arbi-
trio dictæ potestatis, &c. intelliguntur non de
maxima quantitate, sed uigore dictorum ver-
borum,plus & minus, intelligitur de modico,
vt l.hæc adiectio ff.de verborum signification.
& in dicta l.cum fur.& ibi nota. per Doctores.
ff.de in litem iuran.& est textus in l.cum filius
§.pater. ff. de legatis secundo. & vide bonum
tex.in l.Publia.§.fi.ibi,plus non minus.ff.depo
siti.& intelliguntur illa verba, plus uel minus,
arbitrio boni viri,vt est tex.& ibi Doctores,in
43 dicta l.cum filius §. pater. † & ideo cum dica-
tur in statuto Veronensi,arbitrio dictę potesta
tis: intelligitur arbitrio boni iudicis, ut ibi fa-
cit l.continuus.§.cum ita.ff.de verborum obli
gation.Quòd arbitrium boni viri debet in hoc
esse,vt non transeat de pœna pecuniaria,ad cor
poralem:vt dixi secundum Ang.Item non tran
seat ad magnā quantitatē,ultra pœnam a statu
to specifice expressam,& maxime vltra tantun
44 dē.Exemplum.†.Dicit statutum,quòd si quis
dederit alicui alapā,cōdēnetur in quinquagin
ta libris denariorum,& plus & minus arbitrio
dictę potestatis,&c.non debebit arbitrari vltra
centum libras, quia non debet esse plus illud,
quod vltra arbitratur, quàm sit illud,quod spe
cialiter est iuductum,pro poena & statuto. pro
hoc vide omnino quod no.Cardinali. Zabar.in
c.nonnulli.in prin.in 20.questione, extra de re
scriptis.& non omittas, & hic addas. pro hoc
facit optime l sancimus.in princ.C.de fideius-
so.& quod not.Bald.in consilio suo,quod inci-
pit.In Christi nomine amen.Nobilis uir Hen-
ricus de aduocatis in princip.vltima columna.
45 † vbi dicit,quādo est factum compromissum
cum potestate prorogandi,quòd mensura tem
poris prolongati non potest esse maior, quàm
mensura temporis principalis.allegat dictam l.
sancimus. & auten. qui semel.C. quomodo &
quando iudex.quod est multum nota.pro pro
rogatione compromissi, & etiam pro dicto ar-
bitrio statuti,& est singulare, & menti tenen-
46 dum.† Item est magna dubitatio,an quando
statutum dat arbitrium iudici, non specifican-
do aliquam pœnam, vsque ad quam poenam
possit transire. dic quòd potest imponere poe-
nam pecuniariam fisco applicandam, & etiam
poenam capitis,& sic poenam mortis, ut tenet
gl.quæ allegatur pro singulari,institu.de iniu-
riis.§.in summa.in uersic. extraordinaria poe-
na. Sed aliqui Doctores allegant aliam gloss.
pro simili.in l. penultima.C. si aduersus liber-
tatem.in gloss.fin.quę dicit in persona uel arbi
trio iudicis. tu autem allega aliam simili gloss.
in l.sacrilegij in princ.in verbo, considerandū
ff.ad legem Iuliam pecu. posset tamen dici,ꝙ
dictę glossæ sentiunt contra,dum dicit gloss.in
dicta l.penultima.in persona, uel arbitrio iudi-
cis.& gloss.in dicta l.sacrilegij ibi, capitis,uel
extraordinaria poena imponitur. Nam dum di
cit extraordinaria,intelligitur, id est arbitra-
ria.vt habetur in toto titulo.ff. de extraordi-
narijs criminibus: facit textus in l. cum filius
viaticum.ff.si certum petatur.& inter illa ver-
47 ba,& poenam capitis,ponitur dictio vel.†quæ
solet poni inter diuersa, vt l.hæc verba ille,aut
ille. ff.de verborum significatione .ergo videt
inferre,quòd in poena extraordinaria & arbi-
traria,non compræhenditur poena capitalis in
persona.Sed an illa gloss.in dicto §. in summa.
sit uera,dic etiam quòd sequitur Bal. simplici-
ter in l. prima.C. de his qui larrones occul. &
idē etiam sequitur in ca.primo, in §.iniuria.in
 principio.

48 principio.in titulo,de pac.iuram.fir.† Vbi di-
cit, quòd pœnæ arbitrariæ extenduntur vſque
ad mortem incluſiue,propter exceſſum facino
ris,per illam gloſſam ordinariam.Et idem etiã
tenet ipſe Bald.in l fina.ff.de rerum diuiſione
ubi dicit per illam gloſſam,quòd arbitrium da
tum a lege in maleficiis,etiam ad mortem ſe ex
tendit, ſi ſit factum nimis graue. idem Bal.etiã
ſequitur illã glo.in c.j.in prin. in 5.col.uer.ſed
hic quæro,an ratione generalis arbitrij.ſin tit.
de pace tenenda.vbi dicit,quòd ratione gene-
ralis arbitrij , põt fieri condemnatio vſque ad
mortem,per dictam glo.ſing. inſti.de iniuriis.
§.pœna.debuit allegare.§.in ſumma . Et hanc
glo. etiam tenuit dominus Nicol. de Neap. in
l.fi.in fi.ff.vbi pup.educari debeat. vbi dicit,ꝙ
pœna extraordinaria poteſt eſſe vſque ad pœ-
nam capitis.allegat dictam glo.in §.in ſumma
quam fecit.teneas cordi. & dominus Angel.de
Are.in ſuo tractatu malefic.in fine.penu. colũ.
tranſit cum illa glo.& Matthe.de Math.in ſuis
no.in 40.no.tenet ẽt illam gloſſam,dicendo,ꝙ
ubi pro aliquo delicto imponitur pœna arbi-
traria,poteſt imponi pœna vſque ad mortẽ in-
cluſiue,per illam glo in §.in ſumma. Dicit ta-
men quòd iudex arbitratur, quòd imponatur
maior pœna,quàm fuerit ſolita imponi, niſi de
conſuetudine appareat,dicitur grauare & male
facere,niſi hoc faciat ex cauſa.l.hodie.ff.de pœ
nis.& nota.in l.quid ergo. §. pœna grauior.ff.
de his qui nota.infam.& in l. pen.§.ad crimen.
ff.de publicis iudic.Et tandem glo § in ſumma
tenet dom. Ang.de Are iuſtitu.de actio.§.om-
nes.in quarta columna.Sed dominus Ioann.de
Imol.in l.2.ff.de publicis iudiciis.in uerſi.quid
aũt ſi aliqua pœna.& Ang de Are. in ſuo tracta
tu maleficior.in glo.in verbo,& ibi ca.a ſpatu-
lis amputetur.in fin.ſequens dominũ Io.dicũt,
49 † quòd quandocunque lex,uel ſtatutũ dicit ,
ꝙ pœna ſit in arbitrio iudicis, & vſque ad pœ.
mortis,& tũc clarum eſt, quòd eius arbitrium
poteſt ſe extendere ad pœnam mortis.ut l.ſacri
legij.§ ſunt quædam.& ibi caſus ff.de uariis &
extraordina.crimini.Quandoque lex uel ſtatu-
tum dicit,pœnam eſſe arbitrio iudicis,dummo
do non ſe extendat ad pœnam mortis. & tunc
clarum,quòd illam non poterit imponere. pro
batur aperte in l.j.ff.de furtis.& in l.j §.expila
tores.& § final.ff.de crimine ſtellio. Quando-
que lex uel ſtatutum ſimpliciter dicit, pœnam
eſſe in arbitrio iudicis.tunc videtur,quòd tan
quam bonus uir arbitrari debeat:argu.l. uir bo
nus.ff.iudi. ſol.& nota.per gloſſ.& Bart. in l.ſi
qua pœna.ff.de verbo.ſigni.& per gloſſ.in c.ſu
per his.in uerbo,arbitrium.& in verbo, aſtrin-
gendo extra de accuſat.& ſic patet,quòd ſecun
dum qualitatem facti,aliter,& aliter debeat ar-
bitrari,argumen.eius quod habetur i uca.ſicut
dignum.extra de homicidi.& d.§.ſicut quędã .
Florianus autem de Sancto Petro de Bononia,
in l.item ſi obſtetrix.ad fin.principij.ff. ad l.A-
quiliam.tenet illam gloſſam.§.in ſumma.inſti-
tut.de iniuriis. limitando eam, ut habeat lo-
cum in delictis conſummatis, ſecus in non con
ſummatis,quod eſt notandum. Sed Bald.in ru-
brica ſupra C.de pœna iudicis , qui male in di-
cauit.uidetur tenere contrarium. & Antonius
de But.in c.de cauſ.extra de offi.delegati.& gl.
& Doctor.in c.inquiſitionis.in fin.principij,ex
tra de accuſationibus. & habetur etiam de in-
tellectu d.glo.in §.in ſumma.per Andr.de Iſer.
in c.primo.in ti.quæ ſunt regalia.in uſibus feu
dorum.Item pro hac opinione, quòd non poſ-
ſit imponi pœna mortis,uidetur probari : quia
ſi pœna imponitur arbitrio iudicis, poterit ar-
bitrari de temporali tantum, non de perpetua
niſi aliud fuerit expreſſum.ut ff.de furibus bal
neariis.l.prima. ibi,temporali.& ille caſus non
eſt alibi,ſecundum Alber.de Roſa.ita dicit Frã
ciſc.Zaba.in c. ex literis.in 6.oppoſitione. ex-
tra de conſtitutio. & idem ipſe nota.in cap. de
cauſis.§.in illis.in j.& 2.nota.extra de offici.de
lega. Tu autem ex omnibus potes prædictos
Doct.ad concordiã reducere,ſic diſtinguendo.
50 † Si quæritur in arbitrariis, quę pœna poſſit
uel debeat imponi. Aut pœna eſt certa & deter
minata in ſpecie, & expreſſe a iure communi.
Aut per conſuetudinem eſt certa,aut nullo mo
do eſt certa,uel determinata.Primo caſu,quan
do pœna eſt certa,& determinata in ſpecie a iu
re communi , & per formam ſtatuti iudex ha-
bet arbitrium , & tunc aut ſimpliciter arbitriũ
procedendi,& determinandi,ſeu condemnandi
ſuper maleficiis,& tunc tale arbitrium ſuccedit
loco pœnæ ordinariæ : & ſic ultra eam : immo
nec eam imponere poteſt.ita intelligitur gl. in
c.inquiſitionis.in fin.princ. extra de accuſat.&
qđ ibi nota.Anto.de Butr.& ſic dicit.in arbitri
um debet reſtringi ad formã iuris communis,
vel municipalis.argumen.l.creditor.§.Lucius.
& ibi uide Alber.de Roſa.ff.mandati.& de pœ-
nis.l. hodie & habetur per Gandinum in ſuo
tractatu de maleficiis.in titu.de quæſtio.& tor-
mentis.uerſicu.penultimo. & per Albe.de Ro-
ſate,in ſuo opere ſtatutorum, in 3.parte.q.33 .
Et ſic debet arbitrari ſecundum mentem leg.ſi
ue iu.& arb.intellectus,ſeu rationie, ſecundum
Bal.in c.j §.indices.in prin 3.culum.in titu.de
51 pac.iura.fir.† Niſi interueniret enormitas cri-
minis,quia pp enormitatem criminis , licitum
eſt leges tranſgredi,ſecundũ Inno.in c.j. extra
de cõſt.& no.Bal.in auten. ſed nouo iu.in c.ad
52 fin.j.colum.† Aut iudex habet arbitrium non
ſimpliciter,ſed generaliter in inquir. proceden
do,torquendo,puniendo,banniendo, & condẽ
nando & generaliter purum,merum, & liberũ
arbitrium in maleficiis, & quaſi non obſtante
iure communi uel ſtatuto, & tunc tale arbitriũ
multum operatur,tam in ſpecificatis , quam in
claſula generali.per ea quę nota.ff.ſi quis cau-
tio.l.ſed & ſi quis. §. quæſitum & ad hoc bene
facit l.filiusfam.uerſi.iam uideamus.& ff.de do
na.ſecundum Alber.de Roſa.qui ita nota.in d.
opere ſtatut. in 3. parte , queſtione xxxiij. &
hoc caſu,licet non declaret, credo quòd iudex
poterit arbitrari etiam ultra ius cõmune,& im

ponere pœnam etiam capitalem, id eſt mortis:
per prædicta, vt aliquid operetur dictum arbi-
trium ita liberum,& generale.quod bene nota
pro cxiiij.ſtatuto ſtatut.iij.li. ſtatuţorum com
53 munis Veronæ. † Secundo caſu, quando pœ
na non eſt certa & determinata per ius cõmu-
ne vel ſtatutum,ſed per conſuetudinem. & tũc
dicas idem quod dictum eſt proxime , quando
pœna eſt certa de iure communi,quia in dubio
non debet excedere pœnam,quæ de conſuetu-
dine ſolet apponi.vt eſt gl.nota in l.quid ergo
§.pœna grauior.ff.de his qui nota.infam.& gl.
in l.hodie.ff.de pœnis.& ſuprà dixi: vbi allega
ui etiam alia circa hoc , niſi haberet iudex li-
berum,& merum arbitrium &c.quia tunc poſ-
ſet excedere per ea,quæ ſtatim dixi. Item niſi
interueniret enormitas criminis, quia propter
enormitatem criminis,licitum eſt leges tran-
54 ſgredi,vt dixi ſecundum Inno.& Bal. † Ter-
tio caſu quãdo nullo modo pœna eſt certa, vel
determinata à lege. Et tunc ſubdiſtinguo. Aut
nulla pœna eſt limitata à ſtatuto, vt quia ſtatu
tum,vel lex dicit ſimpliciter, quòd ſit in arbi-
trio iudicis, vel quòd iudex habeat arbitrium,
aut pœna eſt limitata cum culpa plus vel mi-
nus,arbitrio dicti iudicis , ſi nullo modo pœna
limitata à lege vel ſtatuto , & tunc aut lex vel
ſtatutum dicit,quòd poſſit punire vſq; ad mor
tem, uel quòd non poſſit punire vſque ad mor
tem , & his duobus caſibus non eſt dubium :
55 † quia vbi caſus legis , ibi nulla dubitatio.l.
ancillę.C.de furt.& ita not.dominus Ioann.de
Imo.in l.ij.ff.de publ.iudicijs. Aut lex uel ſta
tutum nihil exprimit,ſed ſimpliciter commit-
tit arbitrio iudicis. & tunc aut delictum nõ eſt
conſummatum,& non poteſt iudex vigore ar-
bitrij condemnare vſq; ad mortem incluſiue .
& ita intelligitur quod no. Flor. in l.item ſi ob
ſtetrix.in fi.principi.ff.ad l.Aquil. Aut delictũ
fuit conſummatum,& tunc bene poterit impo
nere pœnã uſq; ad mortẽ incluſiue,& ita intel-
ligat̃ d.gl ſingularis in d.§.in ſumma.inſtit.de
iniurijs.& ita ẽt intelligantur Doct.s̃.alle.qui
tenent d.gl. Si vero pœna eſt limitata cũ cul-
pa plus uel minus,arbitrio dictæ poteſtatis uel
iudicis,& tunc poterit imponi maior pœna vi-
gore dicti arbitrii, quàm fuerit limitata à ſtatu
to,intelligendo in modica quantitate, arbitrio
boni viri, ita tamen quòd non poſſit excedere
duplum,ſiue tantundẽ,& ſic non poterit impo
ni pœna mortis.& intelligantur alii Doct.qui
tenent contra gl.in d.§.in ſumma. Et hoc caſu
debent conſiderari verba ſtatuti. Quia aut pœ
na limitata eſt pecuniaria, & vigore dicti arbi-
trii p̃ dicta verba,plus,& minus,nõ poterit trã
ſire ad pœnã corporalem,& eã imponere,vt di
xi ſecũdum Ang. hic aut pęna limitata eſt cor
poralis,videlicet, quòd aliquis puniatur pœna
pedis,& tunc non poterit fieri tranſitus ad pœ
nam corporalem maiorem in alio membro , &
ſic multomagis non poterit imponi pœna capi
tis , ut dixi ſuprà ſecundum Bald.in l.conuen-
ticulam.in 5.col.C.de epiſc.& cle.,& ita etiam
poſſunt intelligi Doctor. qui tenent , quòd in
arbitriis iudex nõ poſſit imponere pœnã mor-
tis.contra glo.in d.§.in ſumma.inſtit. de iniu-
rijs.quę omnia tene menti pro intellectu glo.
d.§.in ſumma.quia alibi nõ ita plane,& diſtin-
56 cte examinata reperies. † Et de materia , qñ
pœna eſt arbitraria,uide in locis præallegat. &
adde quod not.in l.i.ff.de iur. om.iudi. vbi di-
citur,officium iudicis latiſſimum eſt. Et ſi uis
ſcire multos caſus,in quibus iudex habet arbi-
trium tam in faciendo,quàm in omittendo, vi
de in quodam tractatu dom.Galua. decretorũ
Doctor.de Bono.qui incipit,Ad cõmunem uti
57 litatem.vbi numerat trecentos caſus. † Secũ
do caſu principali,quando duę uel plures pœ-
næ alternatiue ſunt impoſitæ à lege, vel ſtatu-
to tantum,cuius ſit electio pœnæ,an iudicis,an
rei ? & in hoc concordando omnes opiniones,
ſic dicerem ſaluo meliori iudicio . argumen.l.
Claudius.in fi.ff.qui pote.in pign.habe.diſtin-
guendo tres caſus. Aut utraque pœna alternati
ua eſt pecuniaria, aut utraque eſt corporalis ,
aut vna eſt corporalis,alia pecuniaria . Primo
caſu,qñ vtraq; pœna eſt pecuniaria , tunc ſub-
diſtingue ſecundum Bart. Aut uerba legis , vel
ſtatuti referuntur ad iudicem,& electio erit iu
dicis. Aut referuntur ad reum, & ita lectio erit
rei argu.gloſſ.in l. Lucio.ff.de leg ii. Nec obſt.
reſponſio Bald.in l.quicunque.not. dum dicit,
quòd illa glo loquitur in creditore fauorabili,
hic in odioſo , quia ſi ibi fauor deberet opera-
ri in omni caſu,eſſet electio creditoris, id eſt ,
legatarii,cum ergo ibi etiam ſit aliquando ele
ctio debitoris,id eſt,hæredis,iſtud procedit nõ
propter odium , vel fauorem,ſed propter ver-
bum,quod perſonę adiicitur, quia ſi verba re-
feruntur ad vnum, ad illum ſpectat electio . &
ita etiam debemus dicere in caſu noſtro . Aut
uerba legis, vel ſtatuti ad neminem referũtur,
vt dicunt , pœna ſit centum ducatorum , vel
quinquaginta , & tunc dubio electio eſt rei ,
58 † quia in alternatiuis electio eſt dare deben
tis.l.plerunque. in fi.ff.de iure dotium . & hoc
vltimum tenent omnes. Nec refert,an iſta pœ
na applicetur parti,ſicut etiam pœna furti,an
fiſco,argu.l. ſi de interpretatione.ff.de pœnis.
59 cum ſimil. † Secundo caſu, quando vtraque
pęna alternatiua eſt corporalis,& hoc caſu te-
neo indiſtincte, quòd electio ſit iudicis , q̃a nõ
memini me legiſſe expreſſe dicentem,in pęnis
corporalibus alternatiuis ſit electio ipſius rei,
ſed ſolum in pecuniariis bene reperitur, quòd
in alternatiuis,electio eſt dare debentis. ut d.l.
plerunq; .in fi.ff.de iure dot. Sed bene reperio
tex.cum glo.ubi probatur in contrarium,ſcili
cet in l.aut damnum.§.proinde.ff.de pęnis. &
60 ibi glo.in verbo , permittens . † vbi dicitur
quòd iudex non poteſt dare electionem reo eli
gendi ſibi mortem,quam vult.& illum tex. ad
hoc allegat pro ſingulari do. Lud.de Roma. in
cxxxi.ſingulari,quod incipit,quæro an iudex .
vbi dicit,quòd iudex non poteſt dare electio-
nem penæ morituro , licet Neto hoc fecerit in
Senecam ,

Senecam,magistrum suum : sed illud speciale
est in Imperatore,vt ibi,sed aliud est in alijs iu
dicibus inferioribus. vnde si lex vult,quòd iu-
dex qui potest,& debet considerare delicti , &
rei qualitatem,iuxta l.respiciendum. in princ.
l.aut facta.ff.de pœnis. non potest dare electio
nem reo.multo minus interpretabimur, quòd
lex sine facto iudicis voluerit reo dare electio-
nem pœnæ:quia ipse reus in dubio semper eli-
geret minorem,seu mitiorem pœnam facit ad
hoc l.j.§.expilatore.ff. de effra. & expil. Item
quis non est dominus membrorum suorum.l.
liber homo.ff.ad l.Aqui.sed si posset reus elige
re pœnam corporalem,esset dominus membro
61 rum suorum, ergo. † Item pro hoc, quia qs
non potest fideiubere , nec etiam obligare se
pro alio ad pęnam corporalem.vt est tex cum
gl not.in xxiij.quæst.v.cum homo.& not.Bar.
in l.Iul.in fi.ff.qui satisd.cog.& nota. per Cyn.
in l.ad commentariensem.C.ed custo. reorum.
& nota.Bald.in titu.de pace Constan.in xxvij.
colum.& Ludou. de Roma.in cxxvj.singulari.
quod incipit,Tuscis , quòd in causa criminali .
Licet in hoc consuetudo valeret,vt dicit Bald.
& Ludou. in locis præallegatis . Et de hoc qđ
in pœnis alternatiuis,non pecuniarisj , electio
sit iudicis,est glo.singularis,in c.sicut Iudæi.in
fin.super verbo,aut excommunicationis.extrà
de Iudæis.secundum Francis.Zaba.in ca. inter
cæteras.in vlti.colum. in prin.extrà de rescri-
62 ptis. † vbi dicit,quòd si in lege , vel statuto
imponitur duplex pęna alternatiua, electio est
ipsius iudicis,per tex. cum gl.fi.in d.§.sicut Iu
dęi.in fin. quam dicit esse singularem . Et isto
modo intelligo istam l.scilicet quòd electio sit
iudicis,non rei : non propter hoc , quòd verba
referantur ad iudicem,vt dixit Bar.in l.quicũ-
que.infrà eodem.quia in hoc non bene vide-
tur dixisse,sed quia pœna corporalis, cuius ele
ctio non potest esse rei,vt dixi. Et in hoc nõ te-
neo etiam Bal.quia dixit in d.l.quicunq;.quòd
indistincte in pęna corporali alternatiua ele-
ctio est rei , quia hoc non probatur l. ut suprà
dictum est . Nec est bona reprehensio sua dum
dixit, quòd distinctio inter pœnam pecuniariã
& corporalem sibi nõ placet,cum in pœnis cor
poralibus mitius sit agendum,præsertim si per
sona nõ sit vilis.allegat etiam ad hoc l.si de in-
terpretatione.ff.de pœnis.quia immo est bona
distinctio inter pœnam pecuniariam,& corpo-
ralem, videlicet quòd potius ĩ pecuniaria pos-
sit esse electio rei,& non corporali : nam pœna
corporalis solet apponi pro grauiori delicto ,
quàm pœna pecuniaria : quod patet , quia est
63 maior : † pęna enim corporalis quantuncũ-
que minima , est maior regulariter quacunq;
pœna pecuniaria.l.in seruorum.in fi.ff. de pœ-
nis.& vbi est maior pęna , ibi grauius est deli-
ctum.vt no.gl.xxiiij.q.i.non afferamus, quæ di
cit,quòd maiora delicta maioribus pęnis, mi-
nora minoribus sunt punienda.alleg.in auten.
vt fratrum filii.§.fi.colum.ix. sed sic est , quòd
vbi imponitur pęna pecuniaria , ibi sit minus
delictũ , quàm vbi imponitur pęna corporalis,
ergo mitius est agendum,vbi est pęna pecunia
ria,& sic minus delictũ, quàm vbi est pęna cor
poralis,& sic maius delictum.vt est tex.in l.re-
spiciendum.in princip.ff.de pęnis. Et propter
hoc facilius conceditur , quòd in pęnis alter-
natiuis pecuniariis sit electio rei, quàm in pę-
nis corporalibus: & pro hoc etiam patet,quòd
non est bona distinctio , quam facit Bartol. in
hoc casu : videlicet aut verba legis, vel statuti
referuntur ad iudicem,aut ad partem,siue reũ,
per gloss. in dicta lege Lucio.ff.de legat.secun-
do quia illa loquitur in debitore , & creditore
pecuniæ,vel alterius rei, nos vero loquimur in
debitore sui corporis, cuius ipse reus nõ est do
minus , nec in ipso potestatem habet , vt patet
per prædicta. Nec obstat gloss.in l.si minor.§.
si seruus.ff.de mino. quæ dicit , quòd si seruus
verberibus, vel noxæ dari debet , quòd electio
est ipsius domini , quia illa gloss. non loquitur
de electione iudicis,vel rei,sed de electione do
mini,scilicet rei,vel minoris lęsi , & sic non fa-
cit. Præterea ibi,licet loquantur de pęna cor-
porali serui,quæ reputatur pecuniaria respectu
interesse domini.facit quod nota. Bartol.in l.i.
§.generaliter.ff.de pęnis. Et eodem modo nõ
obstat lege final.& quod ibi nota.ff.de in ius
vocan. quia ibi loquitur de electione pęnæ in-
ter debitorem & creditorem : nos uero loqui-
mur de electione pęnæ inter iudicem & reum.
64 †Tertio casu ĩ pęnis alternatiuis,quando vna
pœna est corporalis,alia pecuniaria , cuius sit
electio . breuiter concludo , quòd semper sit
electio iudicis , & non partis , siue rei , per ea
quæ statim dixi, quando vtraque pœna est cor
poralis , quia rationes , quæ ibi dicuntur , &
hic concludunt . nec prædictis obstat gloss. in
dicta lege quod si minor.§ si seruus.ff. de mi-
nor.& l.fina.cum ibi nota.ff.de in ius vocando
quia dixit,ut statim dixit. Et ista materia,sci-
licet in pęnis alternatiuis,cuius sit electio , an
iudicis,an rei, vide hic Cyn.& Bart.& Bald.ad
fin uide Baldum,& Doctor.in l.quicunque.in-
frà eodem. & Bartol. in l.i.§.expilatores.ff.de
effract.& per Ioann.de Imo. in l.ii ff.de publi.
iudiciis. & plene per Angelum de Aret. in suo
tractatu maleficiorum.in uerbo, quòd ampute
tur sibi manus dextra. & uide Francisc. Zabar.
in c.inter cæteras.in vltima columna. in prin-
cipio,exttà de rescriptis. & in cap.sicut dignũ.
de homicidio. & per Alberic. de Rosa.in lege
sexta.ff. de eo quod certo loco . Quæro se-
xto , quia hic dicitur in textu,si fugitiui ser-
ui depræhendantur ad Barbaricos transeuntes.
& gloss. in prima dicit , depræhendantur : sci-
licet in itinere , secus si ad hostes peruenerint
& sic facit differentiam , an fugitiuus depræ-
hendantur in itinere , in actu fugæ , an post
65 completam fugam. † Quid si ex forma sta-
tuti imponitur pęna portantibus bladum,vel
farinam , vel aliquid aliud extra districtum, &
inuenti sunt aliqui portantes,& capti sunt,an
tequam sint extra districtum,an debeãt puniri

pęna

pœna ſtatuti? & videtur quòd ſic, per iſtum textum coniuncta gloſſ. j. in prin. & per l. quis ſit fugitiuus. § idem Cel. ait. el. j. ff. de æd. l. edicto. & vide, quod ibi ſcripſi de hoc. & per l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcop. & clericis. ubi punitur affectus, licet non ſequatur affectus. E contra videtur, quòd non, quia delictum non eſt perfectum. leg. qui falſam. ff. de falſis. Item pro hoc glo. notabilis in l. arboribus. § final. in verbo, vſusfructus. ff. de vſufruct. vbi dicit, lupus exit ſyluam, non tamē exiuit. & ibi Floria. & quod dixi ſuprà, in prima opinione, in fine. & eſt glo. ſimilis. xxxij. queſt. j. cum renuntiatur.

66 † Item quia in pœnis ſtatutorum, regulariter non inſpicitur affectus, niſi ſequatur effectus: ut nota. hic Bald. & dixi ſuprà in tertia oppoſitione, in fine. & nota. in dicta leg. ſi quis non dicā rapere. C. de epiſcopis & clericis. & in le. is qui cum telo. infrà ad l. Cornel. de ſiccariis. quid dicendum eſt? Diſtingue tres caſus. Aut conſtat quòd portantes capti, non habebant animum portandi frumentum extra diſtrictum, aut conſtat quòd habebant animum portandi extra diſtrictum, aut ſumus in dubio. Primo caſu quādo conſtat, quòd non habebant animum portandi extra diſtrictum, tunc ſine dubio puniri non debent, ſed abſolui: quia nec fecerunt, nec facere voluerunt contra ſtatutum, & ſic non concurrunt verba, nec ſententia. iuxta notab. in. l. ſi id quod. in princip. ff. de iuriſdic. om. iudi. Secūdo caſu, quando conſtat, quòd habebat animum portandi extra diſtrictum, quod poteſt eſſe per confeſſionem eorum, vt. l. qui ſententiam. C. de pœnis. vel quia eſt captus per cuſtodes in limine diſtrictus, ut dicta leg. qui ſententiam. & leg. ſciant cuncti. ibi, vel indiciis ad probationem indubietatis. C. de probatio. vel ſi prius confeſſi fuerint, quòd volebant portare extra diſtrictum, argument. text. cum gloſ. in verbo, approbatum. in l. ſi prætor. §. Marcellus cum ibi not. ff. de iudiciis. uel alio legitimo modo apparere poteſt, & tunc ſubdiſtinguitur, conſiderando verba ſtatuti, quia aut ſtatutum loquitur per verba præteriti temporis, ſignificantia actum ex toto perfectū, ut quia dicit ſtatutum, ſi quis extraxerit frumentum, & tunc pœna limitata à ſtatuto non punientur. & ita intelligitur gl. in dicta l. arboribus. §. fin. ff. de vſufructu & gloſſ. xxxij. quæſtione. j. cum renūtiatur ſecundum Baldum hic. & in dicta. l. arboribus. in apoſtillis. & ibi per Floria. ſed tamen

67 hoc caſu extra ordinem puniri poterit, † quia non eſt omnino abſque delicto, qui delinquere inchoauit. & cum non ſit determinata pœna, punietur iudicis arbitrio, ut. ff. de pœnis. l. hodie. & leg. j. §. expilatores. ff. de effractoribus. & minor pœna debet imponi, quàm ſi portaſſet extra diſtrictum, ut. l. j. §. fina. cum ibi nota. ff. de extraordina. crimin. ſecundum Baldum hic. & bene. Et idem tenet Baldus in quodam ſuo conſilio, quod incipit, canetur ſtatuto, ꝙ bladū non extrahatur. vbi tenet ſecundum Vbertum de Bobio, quòd hoc caſu puniatur minori pœna. Aut ſtatutum loquitur per verba preteriti tēporis, quæ non ſignificant de neceſſitate actum ex toto perfectum: puta, quia loquitur per verbum, portauerit, & tunc punitur pœna ſtatuti, quia tunc non requiritur actus conſummatus, ex quo cōtra legē portat ille, qui ad prohibita ꝑ legē tendit. l. Cæſ. ff. de publicanis ſecundum Baldum, qui ita notat in. d. l. arboribus. in apoſtillis. Aut ſtatutum loquitur ꝑ verba, quæ poſſunt ſignificare vtrunque tēpus delicti, ſcilicet tam præteritum perfectum, quàm imperfectū, vt quia dicit ſtatutum, ſi quis extraheret: ut. ff. arborum furtim cæſarū. l. credo. §. ſubſecare. & ff. de iurisdi. omninm iudicum, le. ſi id quod. §. quod ſi dum proponeretur. & quod no. gloſſ. in d. le. arboribus. §. fina. in gloſſ. quæ dicit, lupus exit ſyluam, non tamen exiuit. & tunc debent puniri pœna ſtatuti, nec iudex debet eſſe clemētior lege, ſecundum Baldum hic. Tertio caſu, quando ſumus in dubio, an habuerint animum portandi extra diſtrictum, tunc aut non poteſt apparere ex coniecturis, quòd habuerint animum portandi extra diſtrictum, & tunc non poſſunt puniri pœna ſtatuti, quia deficit probatio, & non ius l. duo ſunt Titij. ff. de teſtament. tutel. aut poteſt apparere ex coniecturis, quòd volebant portare extra diſtrictū: & tunc diſtingue, vt dixi in ſecuudo caſu proxime præceden

68 ti. † Quæ autem ſunt iſtæ coniecturæ? Dic ſi reperti fuerint in via non recta, & publica, nam tunc eſt mala ſuſpitio contra eos, qui non tenent viam rectam & publicam: ut eſt caſus notabilis, & ibi hoc not. Bartolus, in. l. ſecunda. C. de curſu publi. libr. duodecimo: & idem notat Bartol. in. l. penulti. qui fiſcalis. per illum text. C. de nauicolariis. lib. xi. vbi dicit, quòd ſi reperitur quis cum ſalma frumenti, vel cum aliis rebus vetitiis portare extra territorium, in aliqua via non recta & non conſueta, eſt ſuſpectus ꝙ eas velit portare extra territorium. facit ad hoc. l. eos. in fine. ſecundum vnam lectionem. ff. de falſis. & hoc modo dicit, ꝙ poteſt practicari. l. noſtra, ſi fugitiui. dum dicit, ſi fugitiui ſerui depræhendantur, quomodo poterit probari, quòd ipſi habuerint animum tranſeundi, cū fuerint capti, antequam perueniant ad locum. & dicit, ꝙ ex qualitate loci. facit ad hoc quod no. Bar. in. l. is qui. § diuus. ff. de tutoribus & curatoribus da. ab his. & vide ad hoc. l. non ſolum. § annus. ff. de excuſati. tuto. & quod plene notat Ange. de Are. in. l. Imperator. in princip. ff. de appellatio. hoc tamen fallit, quando via vſitata non eſſet ſecura, & inuiſitata magis ſecura quia tūc licet quis eſſet repertus in via inuſitata, non tamen eſſet mala præſumptio contra eū vt notatur per gloſſ. in dicta. l. eos. in fine. ff. de falſis. vel niſi via vſitata eſſet deſtructa, vel inundatione aquarum occupata, vt habetur in. l. ſecūda §. quod diximus. ff. ſi quis cautionibus. Sed ſi reperti fuerint in via, vel loco ibdifferenti, vt in via eundi ad molendinum. Dic ꝙ debet perpendi & iudicari ex qualitate perſonæ, quæ conſueuit talia facere, uel non facere. ut. le. non omnis.

omnis.§.à Barbaris.ff.de re militari.cum simi-
libus & ratione loci, vt d.l.penultima. C.de na
uicularijs lib.xj & ratione rei prohibitę.argu-
ment.l.quæro.§ finali.ff.de ædili.edic.l. respi-
ciẽdum.§.j ff.de pœnis.& d.§.à Barbaris.& sic
istis consideratis , poterit iudex condemnare
vel absoluere , hoc tamen casu quando non est
omnino certum , quia depræhensi reperti fue-
runt in loco indifferenti,quia poterant diuerte
re ad plura loca , in dubio magis est proceden
dum ad absolutionem quàm ad condemnatio-
nem , vt ff.de pœnis.l.absentẽ. Et in casu quo
iudici videretur , quòd puniri deberent , tunc
moderanda est pœna : quia iudicatur ex præ-
sumptione , secundum Baldum hic , qui ita in-
69 telligit dictum Nico. de Ma. † Sed an depre-
hensi poterunt pœnitere? videtur quòd sic,per
l.qui falsa.ff.de falsis. Econtra videtur ꝙ non,
per l.quis sit fugitiuus.§.primo.& §.idem Cel
sus ait si seruus.& quia quasi pręuentus est : vt
ff.de ædili.edic.l.si quis postea.& leg edicto.in
principio.ff.de iure fisci. Et istud tenet Guido
de Suzaria,& Nicolaus de Matarellis,ut refert
hic Baldus. Et idem tu teneas, quia non est sui
arbitrij, postquam in laqueum inciderunt.l.in
laqueum.ff.de acquir.rerum domin.facit l.qui
ea mente.cum ibi nota.ff.de furtis . & si aliter
diceremus , faciliter possent legem & iudicem
deludere , quod esset absurdum secundum Bal
dum, qui ita tenet hic . & idem notat Florian.
in dicta lege arboribus.§.finali.in fin.ff. de vsu
70 fructu. † Sed quid si nondum cœperunt por
tare firmentum , & sic non fuerunt reperti in
itinere , sed fecerunt aptare salmas ad portan-
dum frumentum ? Dic quòd non punientur ,
quia ista præparamenta non faciunt rem non
esse integram,vt l.si pecuniam.in princip.ff.de
condictione ob causam. ita dicit notanter Bal-
dus in dicta lege.arboribus.ff.de vsufructu. in
71 apostillis . † Maior autem dubitatio est,si isti
non fuerunt reperti in itinere , sed pręparaue-
runt frumentum in domo ipsum occultando ,
vel in aliquo alio loco occulto, vt possint po-
stea portare. Dic quòd hoc casu,quia incœpe
runt aliquem actum præuenire,puniri debent:
& de hoc probatur in l.si quis sit fugitiuus. in
§.idem ait interrogatus. & ibi hoc not.in pri-
mo notabili,in fi.ff.de edil.edic.& probatur op
tĩe in l.si concubina.§.res amotas.ff.rerũ amo
tarum . & adde quod dicam in sequenti quæ
72 stione. † Quæro septimo iuxta prædicta , q.a
dixi in pręcedenti,quęstione,quòd si ex forma
statuti imponitur pœna portantibus bladum ,
vel aliquid aliud extra districtũ , & aliqui sunt
inuenti portantes,& capti. Quid si solum fue-
runt nisi , sed non capti, nunquid incidant in
pœnam statuti,perinde ac si fuissent capti ? Et
videtur quòd sic,quia inuenire quis dicitur ,
licet non appræhenderit,vt l.nunquam.§ the-
saurus.& hoc videtur tenere Ang.ĩ l.iij.§.Ho-
noratius.ff.de acquir.poss. In contrarium vi-
detur tex.coniuncta glo.§.item lapilli.eo.titu.
vbi dicitur secundum vnum intellectum glos.
ibi,quòd si quis promisit inuenire Barsatorem
latronem,non liberabitur , licet inuenerit eũ,
73 si non exhibeat . † Et per illum tex.dicit ibi
Bar.quòd verbum,inuentus,vel inuenite, non
verificatur in solo aspectu , sed appræhensionẽ
requirit.allegat etiam ad hoc quod notatur in
l.j.in prin.ff.de acquiren possessi. & dictum.§.
74 thesaurus. † Et per hoc dicit Bar.in d.l.si Bar
satorem . quòd si statutum dicit, si quis fuerit
inuentus cum armis,si non est captus,non dici
tur inuentus , quia non sufficit sola uisio sine
captura,& idem dicit ipse Bartol.in l.j.in prin-
ci.in antepenul.col.ff. de acqui.poss.& idem te
net Cy.in l.licet.in iij.quæst C. de acquir.pos.
Idem etiam tenet Bald.in l lapilli.in fi.ff.de re
75 rum diui. † vbi dicit,ꝙ si statuto cauetur, ꝙ
quicunq; fuerit inuentus cum cultello , soluat
decem,& quidam visus est cum cultello,quòd
ille non soluit,quia non est inuentus : licet sit
visus secundum Iaco. de Ra.& Cy.in d.l.licet.
76 Idem dicit Bal. † si statutum dicit,quòd domi
næ inuentæ cum perlis soluant decem . nam si
sunt visæ per officialem , sed non apprehensæ ,
non tenentur:quod dicit esse notum.Et ꝓ hoc
videtur esse tex.in l.si ful.o. in princ.cum glo.
super verbo , inuenit vestimenta.& glo.subau
dit & habuit.& illum tex.cum glo. inducit ibi
dom.Pau de Cast. ad statutum quo cauetur,vt
inuentus cum armis puniatur tali pœna, quòd
non dicatur inuentus per familiam , nisi fuerit
captus,uel àd palatium ductus,vel dederit fide
iussores de se præsentando,licet familia viderit
ipsum cũ armis.Item hoc videtur tenere Bart.
in l.tutor qui repertorium.in ij.col.in fin.ff.de
77 admin.tuto.vbi dicit, † Quòd inuentarium
dicitur,quia reperta & inuenta in bonis pupil-
li ibi describuntur,vt notatur per gloss.in prin
ci.Sed inueniri dicitur illud proprie,quod ma-
nibus apprehenditur, vt insti.de rerum diui.§.
item lapilli.& d.l. si Barsatorem. Ex quo deci
dit Barto.singulariter in d.l.tutor,qui reperto-
78 rium. † quòd licet tutor teneatur facere in-
uẽtarium de omnibus rebus pupilli,de quibus
in bonis suis non reperitur instrumentũ,quòd
tutor non tenetur ponere in inuentario ante-
quam exigat · quod est valde not. in practica.
Quid dicẽdum ? Reperio Angelum de Perusio
ĩ hac materia varie scripsisse, nam in l.iij.§.Ne
79 ratius.ff.de acqui.poss dicit, † ꝙ si statutum
punit inuentũ cum armis vel ad ludum azar-
di , quo ad impositionẽ ordinariæ pœnæ statu-
tum non considerauit inuentionem personæ ,
sed delicti,& ideo ludente conuicto imponi po
terit pœna statuti arg.l.j.C.de raptu virg.& c.
quanquam.de vsur.lib.vj.coniuncta l.secunda
in prin.C. de veteri iure enucle.vbi pluries ha
bet hoc verbũ, inuenerit. sed si statutum præ-
miaret officialem inuenientem ludentes, tunc
cum exorabit à iure communi , non consequi.
tur pręmium, nisi ludens personaliter inuenia
tur:sic intelligit l. si Barsatorem.hoc enim pręmium de iure communi non est concedendũ ,
& intelligitur statutum pręmiasse, vt officialis
fit

ſit ardentior ad prohibendum ludum. Sed idē
Ang.in aut.de ſanctiſſimis epiſcopis.§.reuerē-
80 diſſ.col.viij.dicit aliter,videlicer, † quòd ſi ſta
tutum eſt,quòd ſi quis fuerit inuentus cōmit-
tere homicidium, capite puniatur, quòd tunc
inuentus,dicitur qui commiſit,licet non ſit re
pertus in flagranti crimine,arg.illius tex.quod
dicit eſſe verum, vbicunque inuentio non fa-
cit crimen,ſed illi quod fit, eſt neceſſe quòd in
81 ueniatur. verbi gratia, † dicit ſtatutum, ſi
quis fuerit inuentus arma portare, tanta pęna
puniatur. ſtatutum hic non punit, portantem
ſimpliciter,ſed portantem inuentum,quia ſine
inuentione crimen non eſt,qm̄ ſtatutūcrimē fa
cere voluit.Exemplum eſt etiam in ſtatuto di-
cente,ſi quis fuerit inuentus de nocte, nam ire
de nocte non eſt maleficium,ſed ſtatutum facit
tunc maleficium,cum vadit de nocte, & puni-
tur,tunc eſt neceſſaria inuentio,& dicit, quòd
ita practicatur in ciuitate Peruſii. & ad hoc al-
legat gloſſ.in d.l.ſi Barſatorem C.de fideiuſſo.
82 † Adde tu,quòd imò non eſt licitum ire per
ciuitatem, vel per domos alienas,de nocte, ut
probat text.coniuncta glo.fi. in l.item nihil.ff.
de ſeru.ruſtic.præd & ibi hoc not dom.Pau.de
Caſt. Quæro octauo,ſtante antedicto ſtatuto,
83 de quo in præcedenti quæſt. † Accuſatus eſt
aliquis,quòd extraxit bladū, uel aliquid aliud
prohibitum extra diſtrictum, vel quòd porta-
uit arma,uel quòd iuit de nocte, & accuſans ꝓ
bauit per teſtes, nunquid propter hoc debeat
puniri. Vel ſi ſtatutum præmiat inuenientem
aliquem facientē contra ſtatutum. Alb.de Roſ.
format iſtam quæſtionem in ſuo opere ſtatuto
84 rū,in ſecunda parte, q.cxxiiii.& dicit, † quòd
ſi ſtatutum dicat, quòd ſi quis fuerit inuentus
ludere ad taxillos, vel tenere ludum taxillo-
rum,puniatur in decē, & medietas ſit accuſato
ris: Et aliquis accuſatus fuit, quòd luſerat ad
taxillos, vel tenuerat ludum taxillorum, & ac-
cuſator hoc probauit per teſtes, nunquid habe
bit dimidiam & dici videtur, quòd ſic.C.de pę
nis.l.qui ſententiam.ſed dicit, quòd Iacob.de
Aretio tenet contrarium,quia ſtatutum requi-
rit,quòd ſit inuentus,& ſic non ſufficit, quòd
ſit conuictus per legem ff.de adulteriis l.quod
ait lex. ubi etiam hoc ponit idem Albe. de Ro-
ſa.& facit d.l.ſi Barſatorem. & idē ponit in d.l.
licet.C.de acq. poſ & in ſuo primo alphabeto.
in verſic.venditionis verbo. Circa quod adde
quæ dicam in quęſtione ſequenti, & quod dixi
85 in quæſtione pręcedēti. † Quæro nono,quid
ſi ſtatutū dicit,ſi quis fuerit depræhenſus por-
tare bladum extra diſtrictum, vel cum armis,
puniatur tali pęna. Et probatur, quòd aliquis
portauit bladum extra diſtrictum,uel portauit
arma,non tamen fuit captus cum blado,uel cū
armis,an debeat puniri pęna ſtatuti. & textus
cum gl.in uer.depræhenſus. in l.i.C. vbi ſena-
tores uel clariſſimi. facit quòd ſic. In contra-
rium facit d.l.ſi Barſatorem. & quod ſuprà di-
xi in ſeptima qō. In hac quęſtione dicit domi-
nus Paul.de Caſtr. in d.l.i.C.vbi ſenatores vel
clariſſimi. quòd ſi ſtatutum diceret, depræhen-
ſus portare arma, uel extrahere extra diſtri-
ctum, quòd tūc debet puniri per dictam l.i.ſed
ſi diceret, depræhenſus cum armis,uel cū bla-
do, &c. intelligitur, ſcilicet per familiam, &
idem fortius, ſi hoc diceret expreſſe. Sed te-
nendo opinionem Cyn. & Bartoli,& aliorum,
de quibus dixi ſ.in vii.qō.non procederet iſta
diſtinctio, quia in omni caſu requiritur quod
appræhendatur. Et in caſu huius quæſtionis
non,& non videtur mihi, quòd poſſit eſſe du-
bium,quia ſi dubitatur vbi ſtatutum loquitur
per verſi.inuentus.& communiter tenetur qđ
requiratur appræhenſio,non debet habere du-
bium vbi ſtatutum loquitur per uer.depræhen
ſus.licet glo.in d.l.i.in ver.depræhenſus. uide-
tur velle quòd depræhenſus in crimine dicitur
ille, contra quem eſt probatum crimen: licet
per familiam non ſit depræhenſus,uel captus:
quam gloſſ.ſoluit dominus Pau. ibi per diſtin-
ctionem, ut ſuprà ſtatim dixi.Sed mihi non pla
86 cet per prædicta. † Quæro decimo,& vltimo,
quid dicatur membrum, & quid veniat appel-
latione membri. Dic ut plene dicam in auten
ti.ſed nouo iure.quæ ſtatim ſequitur, vbi pone
mus materiam pęnæ furti, ſicut in principio
huius legis pollicitus ſum, quia conuenit ibi
melius.

SVMMARIVM IN AVT. ſed nouo iure.

1 *Furi mēbri abſciſſio ubi pro crimine debetur, una ſola manus abſcindi debet: & pro ſurto quis non debet mori, nec ſibi aliquod membrum amputari, & fures dicuntur qui ſine armis delinquunt. ſed qui violenter aggrediuntur, pœnis legalibus puniri debent.*

2 *Membrum ubi de iure veteri abſcindi debeat, de iure nouo vna ſola manus tantum amputari debet.*

3 *Manus amputatio, minor pœna eſt quàm pedis.*

4 *Membrorum diſſolutio grauior eſt, vtriuſque manus abſciſſione.*

5 *Pœna abſciſſionis membri duplicari non debet.*

6 *Manus membrum eſſe dicitur.*

7 *Pœna vbi generaliter imponatur, non cenſetur eſſe impoſita pœna illius generis grauiſſima, nec etiam minima, ſed mediocris.*

8 *Fur pro furto mori non debet, nec membri abſciſſione puniri, ſed fuſtigari tantum.*

9 *Fures proprie ſunt, qui occulte ſine armis delinquunt.*

10 *Delicta publica grauiora, quā occulta exiſtunt.*

11 *Legum correcto in dubio euitanda eſt.*

12 *Conſuetudo puniendi fures, tam in Lombardia, quam in Tuſcia, quomodo ſe habeat.*

13 *Membri abſciſſione quibus in caſibus aliquis puniri debeat.*

14 *Membri abſciſſione tributorum exactores puniri debent, ſi non faciunt de ſuſceptis libros, uel ſcripturam,*

pturā, ubi scribi debet id, qaod publici exactores exigunt.

15 Introitus communis ad scribendum positus, si deficiat in scribendo aliquem particularem introitu pœna manus punitur.

16 Nouellarum librum allegare licitum est.

17 Nouellarum librum an Iustinianus composuerit.

18 Nouellarum liber, iuris ciuilis liber existit.

19 Nouellarum liber, an ante autenticorum librum editus a Iustiniano sit.

20 Nouellarum liber an sit autenticus.

21 Tabellioni, qui fecit falsum instrumentum, manus abscindi debet.

22 Leges Lombardas in iure an allegare licitum sit.

23 Conradus Imp. quam constitutionem fecerit.

24 Imperator constituendo legeme, an generalē facit.

25 Imperatores noui, leges nouas condere possunt, & legibus antiquis derogare.

26 Leges Lombardorum fuerunt Caroli Imp.

27 Libros gentilium allegare, & inducere possumus.

28 Consuetudines, quia non sunt generales, sed speciales, allegari non possunt.

29 Glossa, quæ fons Lōbardorum dicitur. quæ nā sit.

30 Decretales vel leges extrauagantes, si obuient consuetudini, quæ probabilis sit, & legitime præscripta, potius ipsa consuetudo seruatur.

31 Argumentum a nomine, an licitum sit.

32 Bartolus ex potestate Imperatoris sibi attributa, glossauit extrauagantem, ad reprimendum. & qui sint rebelles. Odof. autē ti. de pace Cōstātiæ.

33 Tabellio si super feudi alienatione illicite facta instrumentum confecerit, manum amittere debet.

34 Delinquens si membri pœna puniri debeat, & per consequens pœna manus, in qua manu puniēdus ueniat, an scilicet dextera, uel sinistra.

35 Manus duas si delinquens habeat, quarum una prorsus arida sit, quæ sibi abscindi debeat.

36 Arboris appellatione continetur etiam illa, cuius radices uiuere desierunt.

37 Manum tantummodo unam si delinquens habeat, an illa sibi amputari debeat.

38 Lex uel statutum de manus amputatione loquens. ad duas restringi debet.

39 Manum unam habenti an imputar debeat, si sentētia lata fuerit, a qua appellatum non est.

40 Manum nullam si delinquens habeat, qua pœna puniatur, statuto stante, quòd manus abscissione puniri deberet.

41 Statutū si dixerit, ꝙ uulneranti aliquē in platea manus abscindatur, & quispiā pluribus uulneribus aliquem eodem tempore in platea uulnerauerit, an plures sibi sint manus abscindendæ.

42 Bānitus aliquis unius delicti ratione in amputatione manus, si ex alio delicto in capitis amputatione banniatur. qualiter executio fieri debeat.

43 Mēbrū quid sit, & mēbri appellatione cōtineatur.

44 Fur qua pœna puniri debeat.

45 Latro publicus quis dicatur.

46 Fur simplex qui sit.

49 Fur famosus qui appelletur.

48 Latro simplex qui nominetur.

49 Latro publicus, uel famosus, qui dicatur.

50 Glossa semper secundum text. intelligi debet.

51 Famosus latro an sit qui tria furta fecit.

52 Pœna furum & latronum quænam sit.

53 Furū aliqui improbi sunt, aliqui improbiores, aliqui improbissimi, aliqui plusquā improbissimi.

54 Domesticus qui dicatur.

55 Filius est patri domesticus, & pater filio.

56 Vxor est domestica marito, & econtra.

57 Cliens & libertus sunt patronis domestici.

58 Familiares & serujentes domestici dicuntur.

59 Domestici etiā appellantur, quibus patriæ ratione uel dominicæ potestatis imperari potest.

50 Domestici dicūtur omnes, qui de alicuius familia existunt, siue liberi sint, siue serui.

61 Furtum leue uel paruum, uel graue siue magnum quod dicatur.

62 Furtum manifestum quando dicatur.

63 Statutum nullum Veronæ de furtis habetur, sed quòd arbitrio potestatis & curiæ totius furta cōmittantur.

64 Pœna dupli & quadrupli, pro furto Romæ exigit.

65 Pœna quæ per iudicem imponi possit, quand. a lege pœna extra ordinaria imponenda uenit.

66 Furatur qui semel ueniam meretur a furca.

67 Puniendus quis non est propter primam offensam.

68 Furtum unum dicitur, quod de uno loco, uno contextu, uno tempore commissum est.

69 Furtum unum est, si quis unam rem in diuersis materijs contrectauit, licet in quolibet territorio deprahensus puniri possit.

70 Furta plura fecisse diuersis tēporibus si quis confiteatur, suæ confessioni standum nō est.

71 Furta plura, eodē loco & diuersis temporibus si quis fecisse conteatur, quid agi debeat.

72 Furtum unum uel plura an dicatur, si quis una nocte iuerit cum uno sacco ad domum unius, et quinque milij quartas surripuerit, deinde iuerit ad domum alterius, et surripuerit alias quinque quartas milij, quas reposuerit in eodem sacco, deinde eadē nocte continuando, intrauerit domum alterius, et alias sex milij quartas surripuerit, et eas in eodem sacco reposuerit, domumque suam asportaueri.

73 Furtū an unū cōmissum dicatur, si quispiam uolēs furari frumentum uicini sui, iuerit cū uno sacco, et ipsum de dicto uicini frumēto impleuerit, et domū suā portauerit, et quia simul totū frumentū portare nō poterat, bis redijt cū dicto sacco et sic successiue portauit tres uel quatuor saccos de dicto frumento, ipsum surripiendo, etc.

74 Accusatio una uel plures, quando dicatur, et quando unum testamentum uel plura, et quando una actio, uel unus libellus, uel plures, remissiue.

75 Fur-

75 *Furtum quod quispiam, commisit, si ita magnum fuerit, quod tribus paruis æquiualeat, an committens suspendi debeat.*

76 *Tutela vna magna ita à tutela secunda immunitatem præstat, sicut tres ab onere quartæ excusãt.*

77 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*

78 *Pœnæ in dubio moliendæ sunt, non autem exasperandæ.*

79 *Qualitas furantis, & qualitas illius, cui furtum factum est, indicat furtum magnũ uel paruum.*

80 *Furtum si ille cui factum fuerit, uel etaim ipse fur est filiusfa. & sic in bonis parũ uel nihil habet, sed eius pater est diues an furtum magnum & paruum, reputabitur.*

81 *Statuto si caueatur, quod nullus ad aliquod officiũ eligi possit, nisi habeat in bonis libras trecentas, nunquid filiusfa. cuius pater ultra lib. ccc. hẽat, ad tale officium eligi possit.*

82 *Domini appellatione filius continetur.*

83 *Statuto castri uel ville si caueatur, quod nullus ibi potestas eligi possit, nisi centum bubulcas terræ habeat, nunquid filius, cuius pater mille bubulcas habet ĩ potestatem eligi possit.*

84 *Statuto si disponatur, quod nemo miles esse possit, n si habeat in bonis mille, si filiusfa. nihil hẽat, sed si pater sic, an ipse filius habilis reputetur.*

85 *Furtum si ille qui facit, uel ille cui furtum fit, sit maritus vel vxor, et ipse parum habeat, sed eius coniunx diues sit, an diues reputabitur.*

86 *Statuto si caueatur, ꝙ habens in bonis mille pro cõi vnum equũ tenere debeat, & aliquis ex proprijs bonis habeat quĩgenta, & ex vxoris dote alia quingenta, an patrim niũ suũ cum dote cõiungetur, ut equum pro cõmuni tenere debeat.*

87 *Furto, ꝙ quis suspendi non debeat, quibus in casibus locum habeat.*

88 *Lex sub congruo ti. debet esse posita, & secundum eum ĩtelligi debet.*

89 *Furto pro prio, ꝙ quis puniri non debeat, quomodo intelligat.*

90 *Furem associantes & facientes ei custodiam, ne deprehendantur, an proprie fures existant.*

91 *Virginem deflorans an furtum cõmisisse dicatur.*

92 *Furto pro primo de iure Lombardo oculus euelli debet, pro secundo nasus scarpelari, pro iij. antẽ debet mori.*

93 *Delictum unum qui sæpius commisit, magis punitur, quam qui semel tantum.*

94 *Furtis pro tribus magnatiuis, puta gallinis, &c. quomodo quis condemnari debeat.*

95 *Degerarij, plusquam fures puniendi sunt.*

96 *Relatiuũ qui, ad suum antecedens referri debet.*

97 *Rapere furari est.*

98 *Statuti forma, uel consuetudine si sæpius cõmittens furtũ mori debeat, & unus cõmisit ĩ uno loco unum paruum furtum, sed alibi plura, an illa furta alibi cõmissa furti parui delictũ aggrauẽt, ita ꝙ tanquam famosus fur suspendis dẽat.*

99 *Furta in diuersis locis commissa, non tm̃ qualificãt furtum factum in uno loco, sed etiam in furtorum numero computantur.*

100 *Furta tria si quispiam commiserit in uno loco, uel alio, et pro primo et secundo punitus fuerit an pro tertio furto ultimo loco commisso mori debeat.*

101 *Furtum magnũ, delictũ atrox appellatur.*

102 *Saccularij qui proprie dicantur.*

103 *Grassatores, quare fures dicantur.*

104 *Legales pœnæ quæ dicantur.*

105 *Grassatus tantum semel si quispiam fuerit, tenetur lege Iulia, de ui publica.*

106 *Pœna damnationis in metallũ, hodie in usu non est.*

107 *Latrones famosi, etiam insignes latrones dicuntur.*

108 *Statuti forma si latro famosus intelligatur qui tria furta fecerit, locum habet, siue quis ea simul, seu successiue fecerit.*

SED nouo iure. Ista autentica situata est
super l. si fugitiui. C. de ser. fugitiu. & sum-
pta est ex corpore autenticorum. in aut. ut nul
li iudicũ. §. q̃a vero. col. xj. ut dicitur hic in gl.
fi. & habet pulchrã materiã de pęna furti, quã
infra plenissime examinabo. Et diuidit̃ in qua-
tuor partes. In prima corrigit l. si fugitiui in
vno uidelicet, in abscissione mẽbri. In secunda
parte ponitur quæ sit pęna pro furto. In ter-
tia, qui dicãtur fures. In quarta, quæ pęna im-
ponatur illis qui violenter aggrediuntur. Se-
cunda ibi, Sed pro furto. Tertia ibi, Fures autẽ.
Quarta ibi, Qui violenter. Et hoc dicit in sum
1 ma, † Vbi pro crimine abscissio membri furi
debetur, vna sola manus debet abscindi, & pro
furto quis non debet mori, nec sibi aliqđ mẽ-
brũ abscindi. Et fures dicuntur qui occulte, &
sine armis delinquunt. Sed qui violenter ag-
grediuntur, pęnis legalibus puniri debent. h. d.
in terminis & in summa. Vel sic, Vbi in corpus
pęna venit imponẽda, hodie loco pedis, manus
abscinditur, quod locũ non habet in furto, sed
alia poena extraordinaria punitur, & publicus
fur furcis suspẽditur. h. d. secũdũ Raph. Vel sic,
hodie iure autenticorũ, loco amputationis pe
dis, succedit manus abscissio, pro furto uero
solum debet imponi fustium, castigatio, sed ꝓ
latrocinio furca. h. d. secundum Floriam. No-
ta primo, quòd dixi in summarijs, ex qui-
bus colligitur sensus ad istum textum de quo
infrà dicetur. † Et maxime nota, quòd ubi-
2 cunque de iure veteri, debebat membrum ab-
scindi, quòd de iure isto debet vna sola ma-
nus tantum amputari, ut hic, & in §. penul-
ti. in auten. ut nulli iudicum. & not. glo. in au-
ten. de mandatis principium. §. reges in verfi-
cu. amputatio. colũ. iij. quæ dicit, quòd poena
manus est hodie generalis, cuius debet incidi
aliquod membrum per legem, ut probatur in
dicto §. penultimo, & hic. in quibus casibus ha
beat

beat locum in iure,membri aſciſſio, dicetur in
3 frà,in prĩa quæſtione † Nota ſecundo,ex iſto
textu cõiuncta l. ſi fugitiui.ſuprà eodem.quòd
minor videtur eẽ pœna amputatio manus, quã
pedis : cui adde, quòd maior pœna eſt amputa
tio pedis , quàm effodere oculum , ſecundum
Bal.in l.binas ædes.aliàs incipit,Gaius.ff.de ſer
uitute vrbanorum prædiorum. per illum tex-
4 tum in apoſtillis. † Item,quòd diſſolutio mẽ
brorum grauior eſt vtriuſque manus abſciſſio-
ne,& intellige de diſſolutione membrorũ , qñ
ita diu trahitur brachium , quòd euellatur ab
armo, vt eſt textus in aut. vt nulli iudicium.
§.penultimo. quia vero.coniuncta ibi gloſſ. in
verbo,articuli.columna viij quòd nota contra
iudices crudeles, qui faciũt dimittere brachia
5 in tortura. † Nota tertio in verbo , ſola ma
nus . quòd pœna abſciſſionis membri non de-
bet duplicari , vnde ſtatuta, quæ loquuntur de
publicatione pœnarum , non habent locum in
pęna mutilationis membri,& de materia dupli
cationis pœnarum. vide per Bartolum in l.ſan-
6 cio legum.ff.de pœnis. † Nota quarto,quòd
marus dicitur eſſe membrum , & ad hoc ſemp
allegatur iſta autentica. Quæ autem dicantur
membra,& quid contineatur appellatione mẽ-
bri,ponitur hic per Baldum & Doctor. & ego
7 dicam infrà plenius. † Nota quinto , quòd
vbi pęna imponitur generaliter, non cenſetur
eſſe impoſita grauiſſima pœna illius generis ,
nec minima , ſed mediocris.ad quod facit l.le-
8 gato generaliter.ff.de leg.j. † Nota ſexto,in
ſecunda parte , quòd fur pro furto non debet
mori,& ſic non debet vltimo ſupplicio puniri:
nec ẽt membri abſciſſione, ſed tantum fuſtiga-
ri.vnde contrarium , quod de facto ſeruatur in
multis locis,potius eſt de conſuetudine vel ex
lege municipali,quàm de iure.de quo infrà di-
cetur in ſecunda oppoſitione, & pleniſſime in
9 quęſtione iiij. † Septimo in tertia parte, qui
dicantur fures : nam ſunt illi qui occulte ſine
10 armis delinquunt . † Nota octauo in quarta
parte,quòd grauiora ſunt delicta publica, quã
occulta, & maxime cum continent violentiã ,
vt inſti.vi bonorũ raptorũ.§.j. Opponitur pri-
mo contra primam partẽ, de le.iij.§.& de his.
& d.l.Cornelia.in fi.principij.ff.ad Syllanianũ.
vbi fugitiui puniuntur l.Cornel. non pœna,de
qua hæc glo.hic in fin.ſoluit , fatendo contra-
riũ,quia ibi aliter puniuntur quàm hic . & ſic
ibi ſpeciale , qñ dominus reperitur interfectus
& ſerui, & quibus libertas in teſtamento reli-
cta eſt,fugiunt. Opponitur ſecundo contra ſe-
cundã partẽ , & dum dicitur, ꝙ quis pro furto
nõ debet puniri vltimo ſupplicio , vel membri
abſciſſione d.§.ſi quis quinq; ſolidos.in tit.de
pace tenẽda.& eius violatoribus.in vſibus feu-
dorum. vbi dicitur ſic ad litteram,Si quis quin
que ſolidos valens,vel amplius furatus fuerit,
laqueo ſuſpendatur : ſi minus , ſcopis & forpi-
ce excorietur,& tondeatur. Sol ille.§.videtur
corrigere iſtam autenticam,quia eſt ius nouũ :
& quamuis hoc ſit durum , quòd pro qiunque
ſolidis fur debeat ſuſpendi,lex tamen ita ſcri-
pta eſt,& ſic debet obſeruari.l.proſpexit.ff.qui
& à quibus.ita dicit gl.not.in cap.primo §.in-
iuria.in glo.magna. ſuper verbo, furtum.in fi
ne.in tit.de pa.iura.fir.in vſibus feudorum. ita
notant Doctores hic. Alij ſoluunt in dicto.§ ſi
quis quinque ſolidos . quòd ille textus loqui-
tur in ſpeciali caſu, propter violationem pacis
& iſta videtur vera ſolutio, quia non violat il-
lam literam , & congruit dicto titulo de pace
tenenda. facit l.Imperatores.ff. de in diem ad-
iectione.& §.quibus in prima conſtitutiõe.Co
dicis.& hoc modo intelligunt gl.in d.§.iniuria
ſcilicet, quòd loquatur in terminis dicti tituli
de pace tenenda,vt refert dom.Iacob.de Alua.
in dicto §.ſi quis quinque ſolidos.& ego teneo
illum intellectum ꝓ vero ad illum §. quia per
11 eum non corriguntur alia iura. † Ex quo legũ
correctio in dubio eſt euitanda, l.præcipimus.
in fine.C.de appellatio.& l. ſancimus.C.de te-
ſtamentis. Alij dicunt , quòd deciſio dicti § ſi
quis quinque ſolidos . eſt hodie abrogata per
contrariam conſuetudinem : ita dicit gloſſ.no.
in capitu.primo.§.iniuria.ſuper verbo, factum
in ſuis verbis finalibus. & dicit hic Cy.quòd il
la gloſſ.in fi.eſt cauda ſcorpionis,& ſic de con-
ſuetudine non ſeruatur deciſio dicti §. ſi quis
quinque ſolidos . & ita tenet ibi Iacob.de Bel.
& Andre.de Iſernia,& Nicolaus de Neapo. &
Bartolus,& dominus Iacob.de Alu. qui dicunt
ibi,quòd hodie non ſeruatur in Italia , vt pęna
illius §. locum habeat per contrariam conſue-
ſuetudinem , & idem tenet Gandinus in tra-
ctatu ſuo de maleficijs, in rubri. de pęna furũ.
in penultima quæſtione,vbi dicit,quòd de con
ſuetudine non ſeruatur ille §.nec etiam ſeruã-
12 tur iura communia. † Imo conſuetudo ſe ha
bet ita, quòd puniantur fures , ſecundum le-
gem Lombardiam,imò tam ĩ Lombardia, quã
in Tuſcia . Tu dicas , quòd imò hodie nec in
Lombardia , nec in Tuſcia ſeruantur leges Lõ
bardorum , maxime in hoc. de quibus legibus
Lombardorum dicetur infra in prima quæſtio.
verſicu.quartus caſus . dicit autem Bart. quòd
hodie habemus ſtatutum in qualibet parte Ita
liæ,& illud obſeruatur.Sed adde,quòd Veronæ
nullum eſt ſtatutum ſpeciale de poena furti .
ſed poena eſt arbitraria arbitrio d.poteſtatis &
totius curiæ,vel maioris partis eius,nec de cõ-
ſuetudine hic Veronæ ſeruatur,quòd pro quin
que ſolidis ſiue aureis ſuſpẽdatur, nec membri
abſciſſionem patiatur. De intellectu tamen di-
cti §.ſi quis quinque ſolidos. dic ut infrà dice-
tur in materia pęnæ furti , in decima quæſtio.
13 † Quæro primo pro declaratione primæ gl.
hic in quibus caſibus debet quis puniri in ab-
ſcisſione membri , & glo.hic reſpondet, quòd
in quatuor caſibus . Primus eſt , in lege ſi fu
gitiui. ſuprà eodem .C. de ſeruis fugitiuis .
vbi ſeruus fugitiuus ad hoſtes punitur in ab-
ſcisſione pedis , hodie in amputatione ma-
14 nus , ut hic . † Secundus eſt in exactoribus
tributorum , ſi non faciunt de ſuſceptis li-

bros

bros vel scripturam, vbi scribi debet id quod
exigunt puplici exactores, ut in autentic. de mā
datis principum. §. coges. & ibi glosla. colum.
tertia. vbi dicitur, quòd debet manus amputa-
ri. & ille tex. est singularis secundum Bald. in. l.
15 vbi exigitur. §. dolo. ff. de edendo. † Vbi dicit,
ꝙ positus ad scribendum introitus communis,
si deficit in scribendo aliquem particularem in
troitum, punitur pœna manus, per d. §. coges.
& secundum Lud. de Rom. in suo singulari, qđ
incipit, positus ad scribendum introitus. Sed si
scribat, sed diminutiuè. & ita nō totaliter omit
tit, qua pœna puniatur? dic, ꝙ pœna dupli eius,
quod tacuit. casus est singularis in. le. excellen-
tia tua. C. de e ogatione mili. annonæ. libr. xij.
secundum Lud.[r] in dicto suo singulari. in fi. qđ
bene nota cotra scribentes introitus, & dam-
na communis. Tertius casus est in nouellis de
16 quibusdam hæ. reticis secundum glo. hic. † ex
qua nota quòd est licitum allegare librum no-
uellarum, sicut allegat glossator Accur. hic, &
in auten. nouissima suprà de inoffic. test. in uer
bo, titulo. ad fi. & suprà de emenda. Iustiniani
codicis. in glo. in verbo, in alia congregatione.
& gl. in auten. de iureiu. à moriente præstito.
§. j. in verbo, iurauerit. in princi. col. v. & glos.
decret. xxiii. q. viij. sancimus in verbo, Zeno-
nes in fi. & vide tex. in. c. ij. in prin. ibi. constitu
17 tiones nouellæ. extrà de testi. † Et iste liber no
uellarum est quidam liber compositus, vt cre-
do, per Iustinianum, qui extractus est ex libris
autenticorum, & in quolibet. §. in quo tractatur
diuersa materia, fecit specialem titulum seu ru
bricā & est liber breuis & magis clarus quàm
sit liber autenticorum. ita dixit in voce do.
Pau. de Ca. legendo, me audiente, in dicta aut.
nouissima. C. de inoffi. testa. quod an sit verum,
18 ex infrà dicendis apparebit. † Ex prædictis col
ligitur, ꝙ iste liber nonellarum est liber iuris
ciuilis, & ita tenet Azo in princip. summæ au-
tenticorum, licet Rofredus in libellis suis iuris
ciuilis, in tit. de bon. posses. contra tab. quæ da-
tur patri & auo. in 2. colum. versi. vij. dixerit
contrà, scilicet, quòd non sit liber iuris ciuilis.
sed opi. Azonis verior est per predicta. Itē pro
hoc facit, quia quædam constitutiones ex illis
sunt canonizatæ in decretis ij. q. vij. si hæreti-
cus. & xxx. q. ult. c. si quis. aliàs est. §. si quis sub
ca. nec illud. Item hoc probatur in text. suprà
de emenda. Iusti. codicis. vbi Iustinianus profi-
tetur, quòd si quando in futurum componet
alium codicem propter futura negotia, appel-
19 labit illum librum nouellarum. † Item ex his,
hac vltima ratione colligitur decisio alterius
q. videlicet, vtrum liber nouellarum fuit com-
positus ante librum autenticorum. Et videtur
quòd sic, vt probatur ex proxima ratione præ-
cedenti. Nam Iustinianus suprà de emēda Iust.
codicis. ad fi. confitetur, quòd primam compi-
lationem post codicem appellabit librum no-
uellarum. Hoc etiam probatur sic. nam cum
in libro nouellarum constent infinitæ constitu-
tiones, ex illis Iustinianus elegit tantum illas,
quas voluit esse autenticas, & illas posuit in li-
bro autenticorum, quod no. vt scias quare ap-
pelletur liber autenticorum, quòd forte nun-
quam aliàs audiuisti. & ita attestatur Albertus
in. d. tit. de emen. da Iusti. codicis, dicens se ita
legisse in antiquissimis scripturis. & licet Odo-
fredus ibi & Azo in principio summæ autenti-
corum, & multi etiam hoc tenuerunt, & sensit
etiam dom. Pau. de Cast. in auten. nouissima su-
prà de inoffi. test. per ea quæ dixi suprà in prin.
Alber. tamen putat primam partem veriorem
in d. ti. C. de emenda. Iusti. codicis, & Baldus.
in auten. hoc amplius. circa princip. C. de fidei-
commiss. & sentit idem Baldus in autē. res quę.
in ulti. colum. j. communia de log. & ego eam
sequor. Si enim liber nouellarum fuisset com-
positus post librum autenticorum, in dubio stā
dum potius esset illis tanquam posterioribus,
quàm iuri autenticorum. Cum ergo stetur tan
tum autenticis, & non libro nouellarum, tum
quia si reperitur, ꝙ liber nouellarum contradi-
cat autenticis, magis statur libro autenticorū.
& dicit dom. Pau. de Cast. in. l. mulier. §. cū pro
poneretur. post princip. ff. ad Trebell. Item etiā
quia non est in vsu, dicam potius illum librum
fuisse priorem, & ei derogatum per librum au-
20 tenticorum. † De hoc tamen an liber nouella-
rum sit autenticus, vide per Albe. de Rosa. C.
de emenda. Iusti. codicis. & per Bald. in auten.
hoc amplius circa princip. infrà de fideicom-
21 missis. † Quartus casus in quo quis punitur in
abscissione membri, est in Lombarda quæ dicit
manum incidendam tabellioni, qui fecit falsum
instrumentum, vt in Lombarda, de eo qui fal.
22 test. le. j. ita dicit hic gloss. j. † Ex qua nota. ꝙ
licitum a videtur in iure nostro ciuili allegare
Lombardam. id est, leges Lombardorum, Sicut
allegatur hic in gl. Accursij. & per gloss. in. l.
falsus. §. si iactum. ff. de furtis. & in. l. consensu.
in princip. in verbo, adulterium. C de repudiis
& in. l fi. in verbo, recuperare. C de iure do. im
petr. Et pro hoc etiam sunt glossæ aliorum, nō
Pecursii, de quibus infrà, quæ hoc aperte pro-
bare videntur. Nam gloss. Iacobi Columbi de
Regio, qui vsus feudorum solenniter glossauit,
& eius glossis nunc vtimur, hoc videtur velle,
dum allegat in pluribus locis in materia feudo
rum leges Lombardorum, primo in c. j. §. hoc
autem notandum. in verbo, legibus. in ti. de his
qui feudum da. possun. posset tamen dici quòd
illa gloss. non multum faciat, quia gloss. ibi non
allegat iura Lombardorum ad decisionem, sed
ad discepantiam iuris feudalis. Secundo quòd
possint allegari, probat optime gl. in. d. ca. i. §.
cum vero Conradus. in verbo, dignaretur. quæ
23 gloss. dicit quòd ille Conradus Imperator fe-
cit illam constitutionem & legem, in qua con-
tinebatur, quòd non solum filii, sed etiam nepo
tes succederent in feudum, ut dicitur in. d. §.
cum vero Conradus. & constituit etiam multa
alia quæ habeutur in Lombarda, id est, in legi-
bus Lombardorum, in tit. de beneficiis & tri-
butariis. l. vlt. Sicut ergo ille. §. cum uero Con-

a Quod licitū videtur. De hoc quod liceat allegare legē Lombardorū, & quādo sit approbata ultra ea quæ ponit hic autor & Doct. in. c. ii. de feudis. adde & uide Fel. in. c. ex parte. el. i, col. antep. uers. de diuersorum librorum. de re scri. & ibi qui sunt libri aut. & aliquid etiā per eundem in. cap. qualiter & quàdo. el ii. colo. i. de accusa. & pro decisione vide quæ ponit Ale. de Imol. in. l. ꝑ hærede. §. si sepulchri. ff. de acqui. heræ. qui distinguit, & eius distinctionē sequuntur Nouis. Papiēses in tracta. feudorum Car. col. i. post medium.

radus. poteſt allegari & quotidie allegatur, ita
etiam debent poſſe allegari leges Lombarbo-
rum, cum ſint compoſitæ etiam ab iſto Conra-
do Imperatore, † quia Imperator conſtituen
24 do legem, videtur eam facere generalem, vt l.
iij.& fin.ſ.de legibus.& l j.ff.de conſtit.princ.
cum ſimil. Tertio pro hoc gloſſ.in c.j.§.quali-
ter.in verbo,duellum. in titu de pace tenenda.
quæ allegat iura Lombardorum pro deciſione.
Quarto pro hoc facit tex. cum glo.in c.non
eſt conſuetudo.in verbo,licet lex.in titul.de a-
liena.feudi paterni.vbi tex.allegat leges Lom-
bardorum.& glo.di.in materia pugnæ fiendæ à
vaſallo. pro deciſione allegat iura Lombardo-
rum.ſed tex.ibi in veritate non multum facere
videtur:quia dicit,licet lex ſcilicet Lombardo-
rum contra ſit.q.d.quæ lex non ſeruatur:& ſic
tex.potius ſentire videtur contrarium. Quin
to pro hoc glo.in d.c.primo.§ penul.hoc quo-
que ſciẽdum. in ver.gradum.alias, geniculum.
in titu.de his qui feudum dare poſſunt.verſi.ꝙ
autem dicit gradum.quæ limitat illum tex. per
text.in Lombarda.de ſucceſſionibus.l.j.& cum
eadem glo.tranſeunt ibi Docto. & maxime do.
Iaco.de Are.qui eam recitat,& ſic videtur eam
tenere,ſed tamen non eſt tenenda. not. per illã
l.j.ſed per c.ij.in titu. ſi de inueſtitura inter do
minum & vaſallum lis oriatur. Sexto pro hoc
facit glo.in c.primo.§.ſi ruſticus.in ver.volun-
tate.& in §.&.q.ſimiles.in verſi.diuino.de pace
tenenda.vbi glo. pro deciſione feudorum alle-
gat iura Lombardorum. Septimo allego glo.
in c.primo.§.ſimilibus.in titu.an mutus vel ali
ter imperfectus. Octauo adducitur glo.etiam
Accurſii in §. hoc igitur in æternum. in verſic.
neceſſe. in ſecunda conſtitutione codicis. quæ
vult † quòd noui Imperatores poſſint de no-
25 uo leges condere,legibus antiquis derogare,ut
videmus in titu.de pace Conſtantiæ,& ad repri
mendum,& qui ſint rebelles. † & leges Lom-
26 bardorum fuerunt Caroli Imperatoris, vt nota
tur per gloſſ.magnam in c.j.§.iniuria. in verſi.
legitime.in tit.de pa.iur.fir.& fuit nouus Impe
rator poſt Iuſtinianum, ergo potuit leges etiã
generales & derogantes aliis cõdere. Nono ꝓ
hoc facit rubrica in ti.hic finitur lex, incipiunt
conſuetudines regni. vbi videntur eſſe appro-
batæ de iure conſuetudinario feudorum. De-
cimo & vltimo ad hoc allego textum, qui vide
tur hoc probare in c.primo.ibi, in Lombarda.
in titu.de mili.vaſal.qui contum.eſt.& in c.pri
mo.§.quod autem. & §.ſequenti.vſque ad fin.
in titul.de notis feudorum.& in c.primo.& ibi
Bald.in titu.de cogni.feudi. & in c.primo.in fi.
in titul.hic poteſt eſſe titulus. qui ſucceſſ.tene.
& in c.primo.in princip.in tit.qualiter feudum
27 poterat alienari. † Et prædictis poſſet addi:
quia ſi poſſumus allegare, & inducere libros
gentilium, vt Virgilii,Ariſtotelis,Hippocratis,
& ſimilium, ut in c.forus. extra de verborum
ſignific.vbi de Virgilio. & in l.ſeptimo menſe.
vbi de Hippocrate.ff.de ſtatu homin. & in l.ſi
pater.ff.de ſo. vbi de Ariſtotele dicitur: licet
contrarium faciat l.intantum § fin. ff.de re.di-
ui.ergo multo magis dici debet,quòd allegari
poſſint iura & leges Lombardorum, quæ fue-
runt Imperatorum. Sed in contrarium pro
parte negatiua,quòd leges Lombardorum, vel
cõſuetudines regni non poſſunt allegari in cau
28 ſis iuris ciuilis,nec feudorum. † Primo proba
tur, quia conſuetudines allegari non poſſunt,
quia non ſunt generales, ſed ſpeciales.l.omnes
populi.ff.de iuſti.& iure. ſed leges Lombardo-
rum,& conſuetudines regni ſunt huiuſmodi,vt
habetur in prima rubrica feudorum, vbi dici-
tur,incipiunt conſuetudines feudorum &c. fa-
cit quod ſtatim dicam in iiij. artic. Secundo,
quia leges Lombardorum non ſunt incorpora-
tæ in corpore iuris ciuilis,ergo per text.in ſe-
cunda conſti.codicis.§ hoc igitur in æternum.
cum glo.in verbo,neceſſe. Tertio, quia Caro-
lus Imperator quando compilauit leges Lom-
bardorum, non erat Imperator, ſed text.ergo
non debent haberi pro lege vniuerſali, & gene
29 rali.l.fin.C de legibus.& not. gloſ. † quæ ap-
pellatur fons Lombardorũ. in c.primo § iniu-
ria.in verbo,legitime.in princ. in titul.de pac.
iura.fir. Quarto probatur, quia leges Lom-
bardorum non ſunt leges, ſed potius cenſuetu-
dines ſunt Lombardorum, ſicut dixit gloſſ.in
ſimili in c.primo. extra de ſponſalibus. vbi di-
cit tex.l. Saxonum.& glo.exponit, id eſt,con-
ſuetudine,quia non eſt generalis, ſecus ſi fuiſ-
ſet generalis.l.leges generales.C.de legibus.fa
cit quod dixi ſ.in primo articu.pro hac parte.
Quinto pro hoc adduco dictum Bald.in autẽ.
dos data.C de dona.ante nuptias.allegat Odo-
fredum dicentem, quòd lex Lombardorum &
eorum ratio receſſit ab aula. & alibi etiam di-
xit Bald.quòd de hoc iure non erat curandum.
in l.ſi inuito.C.de nup. Et de hac quæſtio.vide
per And.de Iſer & Ioan de Platea in præludiis
feudorum.in quæſt.ſecunda.in princ. & ibi ali-
quid per Iaco.de Aluar. & vide plene per eun-
dem Iaco.de Alua.in c.j.in prin.in titu.de pace
iur fir. Ego autem ita dicerem in hac quæſt.
quòd aut quæritur, an poſſint allegari leges
Lombardorum tanquam iura ciuilia,& dicen-
dum eſt, quòd regulariter hodie non ſunt in
vſu,maxime in iſtis partibus Lombardię, & ſic
receſſerunt ab aula,ut dicit Bald. in d.autẽ.dos
data,aut quæritur, an poſſint allegari ſimplici-
ter, & tunc ſi reperitur aliqua lex Lombardo-
rum incorporata in volumine fforum,vel codi
cis,vel autenticorum,vel etiam feudorum,quę
ſit conſona iuri communi,& tunc poteſt allega
ri,& iudex poteſt ſecundum eas iudicare:& iſto
caſu non dicetur iudicare proprie autoritate il
lius legis,ſed autoritate iuris communis: & ita
intelligatur c.forus.de verbo.ſign.& l.ſeptimo
menſe.ff.de ſtatu.ho.& l.ſi pater.ff.de ſol. & id
quod dixi ſupra in prima parte in ſi ſecundum
not.in l.j.ff.ſi cer.pet. Sed ſi eſt diſſona, & con
traria iuri communi, tunc forte videtur quòd
poſſet etiam allegari,ſed iudex per eam non de
bet moueri ad iudicandum: ſed videtur quòd

debeat superſederi interim in cauſa, & reſcribi
ad ſuperiorem, vt ad Imperatorem, vt hoc de-
cidat, & hæc diſtinctio probari videtur in c.pa-
ſtoralis, extra de fide inſtrum. vbi etiam gloſſ.
30 dicit, † quòd ſi tales leges vel decretales extra
uagantes obuiant conſuetudini, quæ ſit proba-
bilis, & legitime præſcripta: potius ſeruatur cō
ſuetudo. & de hac materia uide 19. diſtinctio.
in ſumma. & vide in c.fina. extra de conſuetudi
ne. & quod not. in d.c.paſtoralis. Sed certe ego
credo in casu noſtro, quando dictæ leges Lom
bardorum ſunt contrariæ. & diſſonæ iuri com-
muni, quòd nullo modo poſſunt allegari, dato
etiam quòd ſint Imperatorum. Non obſtat d.
c.paſtoralis. de fide inſtrum. quia ibi loquitur
quando dubitatur, an aliqua decretalis extraua
gans ſit generalis. ſed in caſu noſtro eſt certum
quòd leges Lombardorum non ſunt generales
31 quòd patet a nomine ipſarum. † a quo nomine
licitum eſt argumentum: vt eſt textus cum
gloſſ. & ibi notatur. in l a nullo C.de feriis. nā
appellantur leges Lombardorum, ergo nō ſunt
aliorum. Et ſic patet quòd conſtat etiam de mē
te Imperatorum ſtatuentium, qui voluerunt,
quòd non ligarent, niſi homines de Lombar-
dia. Et ſic non ob. l. leges. C. de legibus. vbi di-
citur quòd leges Imperatorum ſunt generales
quia illud verum, niſi appareat cōtrarium. Nec
obſtat quòd extrauagans de pace Conſtan. &
ad reprimendum. & qui ſint rebelles. ſeruentur
& allegentur tanquam leges generales: quia
32 hoc apparet de uoluntate Imperatorū. † quia
dederunt poteſtatem Bartolo, vt gloſſaret ex-
trauagantem, ad reprimendum, & qui ſint re-
belles. & Odofredo, qui gloſſauit titulum de pa
ce Conſtantiæ. Et ſic per hoc apparet, quòd no
luerunt, quòd eſſent generales, dato quòd ali-
ter non eſſent incorporatæ in voluminibus iu
ris ciuilis. Nec etiam obſtat quòd in libro feu-
dorum, & aliis plerunque in textu, & gloſſ. alle
ganter leges Lombardorum, vt dixi ſupra pro
parte prima. quia reſpondetur, quòd ideo alle-
gantur, vt oſtendantur uarietates conſuetudi-
num in hac materia, quę ſecundum varia iura
formabantur, non autem allegantur pro deci-
ſione, vt patet ex eis. Et hoc etiam voluit Iaco.
de Alua. in præludiis feudorum. in 4. princi. fa-
teor, quòd ſi aliquæ leges Lombardorum ſint
interpretatæ in iure communi, vt in libro feu-
dorum in decidendo, vt eſt in titu. hic finitur
lex. quòd illæ tantum quaſi approbatæ pro ge-
neralibus poterunt in iudiciis allegari, & iudex
per eas debebit iudicare. † Quintus caſus in
33 quo quis debet amittere manum eſt, ſi tabel-
lio confecit inſtrumentum ſuper alienatione
feudi illicitè facta, & eſt caſus in c.j. §. calidis.
in tit. de prohi alien. per Fede. per illum text.
dicit Lud. Rom. quod notarius ſcribens inſtru
mentum ſimulatum, debet perdere manum, ita
dicit ipſe Ludo. in ſuo ſingulari, quod incipit,
Pone quòd notarius ſcribit &c. Sūt etiam mul
ti alij caſus, in quibus quis punitur in amiſſio-
ne membri, de quibus uide hic Guil. de Cu. &
pleniſſime per domi. Iacob. Artizoni de Broiſ-
lo de Verona. in ſua ſumma feudorum in prin-
cipio, & vlti. char. vbi ponit in quibus caſibus
quis puniatur in amiſſione manus, & in amiſſio
ne pedis, & oculi, & narium, & naſi. Et in qui-
bus caſibus quis debeat tondi, & declanari, &
34 comburi. † Quæro ſecundo principaliter, quia
hic dicitur in text. quòd ubi quis deberet puni
ri pœna membri, quòd puniri debet hodie pœ-
na manus, in qua manu debet puniri, an in dex
tera vel ſiniſtra. In glo. ſunt duæ opiniones. Pri
ma quòd puniri debeat in ea manu, in qua mi-
nus poteſt. argum. l. ſi de interpretatione. ff. de
pœnis. Secunda eſt opinio in contrarium, ſcili-
cet quòd puniatur in ea, in qua plus poteſt. ar-
gumen. l. quæritur hermaphroditum. ff. de ſtatu
homi. cum ſimilibus. Primam opinionem ſequi
tur hic Bartolus & Bald. Odofredus uero dicit,
quòd debet puniri in illa manu, cum qua deli-
quit, per l. ſi fugiti. ſupra eod. vel quòd electio
rei puniendi, per l. cum his. §. fina ff. de condi.
inde. Ego autem ſequor opinionem primam
gloſſæ. & Bartolus & Baldus hic per d. l. ſi de in
terpretatione. & l. ſi præſes. in fin. ff. de pœnis.
& per ea quæ dixi in d. l. ſi fugitiui, ſupra eodē.
35 † Quæro tertio extra gloſſ. quid ſi delinquens
habet duas manus, & vna eſt prorſus inutilis,
vel arida? & videtur per prædicta, quòd inutilis
tantum abſcindi debeat. Econtra videtur quòd
imo alia debeat abſcindi, quia ſi aliter dicere-
mus, maleficium eſſet ſine pœna vel quaſi: vt
l. 2. infra ut intra certum tempus quod eſſe non
debet: vt l. ita vulneratus ff. ad l. Aqui. Item
quia inutilis habetur pro nulla: vt l. quoties. ff.
qui ſatiſda. cog. Dicit hic Bald. quòd ſi manus
eſt debilis & omnino inutilis, & tunc ſit vera
hæc opinio ſecunda: ſed ſi aliquo modo eſt vti
lis, tunc ſit vera prima ſententia per prædicta.
Sed dominus Paulus a de Caſt. hic tenet iſtam
partem vltimam, ſcilicet quòd debeat manus
debilis indiſtinctè abſcindi, per glo. quæ eſt hic
quæ vult quò illa debet abſcindi, in qua minus
poteſt. ſed minus poſſe in arida, licet nil poſſit,
vt l. illud. §. minus. ff. de tribu. & ſic uerificatur
iſta gloſſ. Præterea non eſt parua pœna defor-
mitas, quæ reſultat ex amputatione manus, li-
cet aridæ: & ita determinat Ioannes Andr. in
mercurialibus, in regula, in pœnis. Pro hoc al-
legat Angel. bonum text. in l. tertia. §. Labeo.
36 ff. arborum furtim cæſarum. † Vbi appellatio-
ne arboris continetur etiam illa, cuius radices
deſierunt viuere, & ſic eſt deſiccata, quouſque
durat ſuper terram & incidens illam, perinde
punitur ex illo titulo, ſicut ſi incideret aliam
viuentem: ergo videtur ꝙ amputata ſic manu,
licet arida, ſit ſatisfactum verbis ſtatuti: & iſta
eſt benignior ſecundum dominum Paulum de
Caſtro hic. Baldus tamen hic in fine aliter di
ſtinguit: videlicet aut ſtatutum loquitur de ma
nu certa, vt puta dextera, & tunc illa indiſtin-
ctè debet amputari, quia ſolutione eius quod
debeatur, omnis tollitur obligatio: vt inſti-
tutio. quibus modis tollit. obligat. in principio,

a Sed Paulus. Adde ꝙ hoc idem tenet. d. Maria. Sozi. in ca. ſicut Iudæi. de Iudęi. in 5. colum. qui allegat text. contra Bal. fundare videlicet in ca ſicut urgeri, infra q.j. qui tex. dicit quòd licet manus arida ſit ſine ſanguine, tamen membrū eſt. & ad argu. Bal. reſpondet, vt per Paulum hic. & alle. Angel. in d. l. 3. dicit tamen opi. Bald. uno caſu poſſe ſaluari, uidelicet ſi manus arida eſſet talis, quòd magis expediret ñ habere quā habere, puta cancroſa, vel talis quę viſu terrorem induceret, adeo quòd ad ſaluandū totum corpus opus eſſet illam amputare, quia tamē non poſſet illius amputationē eligere, cum non cederet ſibi ad pœnam, ſed ad maximū commodū, maxime ſi commiſiſſet delictū ea mentione, vt illa manus ſibi amputaretꝰ, cū quis nō debeat ex ſua malitia commodum reportare. cap. intelleximus. de iu. Et adde ad ea quæ notaui ſ. l. quicūq; co. 11. Quid ſi delinquēs habeat ſolam manum, an illa debet amputari?

& quia liberatur ſoluendo rem talem qualis ẽ,
& ideo licet manus ſit inutilis, tamen mutila-
tio eſt magna pœna,& ideo ſufficit illam ampu
tari,& minimum ſoluendo liberatur argum.ff.
de regu.iur.in l.obſcuris. ſecundum Iaco.But.
Si autem iudex habet arbitrium in amputatio-
ne membri. tunc poterit illa manus amputari,
quæ iudici videbitur. & ita ſequi videtur hic
Bal.in fi.& iſtud ego teneo, intelligendo tamẽ
ꝙ iudex in dubio debeat arbitrari in manu, in
37 qua minus põt,per prædicta.† Quæro quarto,
quid ſi delinquens habet vnam ſolam manum.
Reſpondit Guil.de Cu.illa debet amputari,ar-
gum.ff.de contrahen.emptio.l.ſi in emptione.
§.penul.& licet hæc pœna ſit grauior, hoc con
tingit caſu,imo culpa delinquentis,ideo iudex
ex arbitrio,quod habet per l.quid ergo.§ pœ-
na grauior.ff.de his qui no. infa. poteſt dictam
pœnam imponere,ſecundum Bald.hic circa fi.
Sed hic Bald.in prin.dicit, quòd hæc ſententia
videtur ſibi dura,quia grauior eſt pœna perde-
re manum ei, qui vnam ſolam habet,quia per
hoc fit omnino inutilis, quàm ei qui duas ha-
bet.de quo hic loquitur argum ff.de pœnis.l.ſi
interpretatio.ff.de offi.præſidis.l.illicitas.§.ne
tenus.ibi, lumine vnico. & pœna non eſt ag-
grauanda ex interpretatione,vt d.l. ſi de inter-
pretatione.Et ita tenet hic Iaco.Bu. Bal.Ang.
38 & Do.Pau.de Caſt.† Nam lex vel ſtatutum im
ponens pœnam manus debet reſtringi ad habẽ
tem duas,& ita intelligitur iſte text & ideo vi
detur poenam tunc debere in aliud cõmutari,
vt l.2.infra,vt intra certum tempus.ſicut fit de
pecunia in perſona propter paupertatem.vt in
l.quicunque infra eo.quod ego intelligo uerũ
quando haberet niſi vnam manum ſine culpa
ſua, ſecus ſi vna manus fuiſſet ſibi incisa pro-
pter delictum,quia nemo ex ſuo commodũ cõ
ſequi debet,per iura uulgaria.Et prædicta ꝓce
39 dunt ante ſententiam.† Sed quid ſi ſententia ẽ
lata à qua non eſt appellatum,& iudicatũ fuit v
nam manum abſcindendã,& iſte non habet niſi
vnam:dicit Bal.hic,quòd credit,ꝙ illa ſit abſcin
denda,argum.ff.de contrahen.empt.l.ſi in em-
ptione.§.pen.& ad hoc,vt ſententia habeat ef-
fectum.ff.de rebus dubiis.l.quoties. & quia iu-
dex lata ſententia amplius eam reuocare nõ po
40 teſt:ut l.j.C.ſenten.reſcindi non poſſe.† Quæ-
ro quinto,quid ſi nullam manum habet delin-
quens,qua poena puniatur,ſtante ſtatuto ꝙ pu
niatur in abſciſſione manus. Dic aut hoc con-
ſtat ante ſententiam,& tunc in alio membro de
bet condemnari & puniri,ut l.ſecunda.ibi, ſi ꝑ
ſona vtilior.infra,ut intra certum tẽpus.& ha-
betur in l.quicunque.infra.eo aut non conſtat
ante ſententiam,& in ſententia condẽnatus eſt
in abſciſſione manus, tunc talis ſententia eſſet
nulla,quaſi impoſſibilis,ut l.fi.ff.quæ ſententia
ſine appel reſcin.& ideo iterum eſſet iudican-
dum,ea ſententia habita pro nulla,vt l.4.infra
de accuſa.ſecundum Nico.de Matarellis hic in
41 ſua lec.& Bal.& bene. † Quęro ſexto quid ſi
ſtatutum dicat,ꝙ vulneranti aliquem in platea
abſcindatur manus? aliquis vulnerauit quendã
in platea pluribus vulnerib.eodẽ tẽpore, an plu
res ſibi ſint abſcindendæ.& videtur ꝙ ſic,quia
tot ſunt delicta,quot vulnera,licet eodem tem
pore facta,& de quolibet meretur poenam, ut
l.nunquam plura.ff.de priuatis delictis.& in l.
quicunque.in ſecundo reſponſo. infra ea.l. In
contrarium facit iſte text.in verbo,una ſola.&
quia ſimul fuerunt facta,videtur unum delictũ
per glo.in l.j.circa fi infra unde ui. De hac q.
dic,ut per Barto.in l.vulgaris. in prin.ff.de fur
tis.& vide quod no.Bar.in l.nunquam plura.
ff.de priuatis delictis.& in l.ſanctio legum.ff.de
42 poenis.† Quero ſeptimo,aliquis eſt bannitus
in amputatione manus ratione vnius delicti,po
ſtea iterum bannitur pro alio delicto in ampu-
tatione capitis,captus fuit per familiam præto
ris,vel alio modo,qualiter fiat executio. Dic,
quòd primo debet abſcindi manus,& poſtea de
capitari, ſi fieret econtrouerſo, non pateretur
niſi poenã mortis, quia amputatio manus poſt
mortem,non eſſet poena,ſecundum Bar.in l.o-
mnes iudices.C.de delatoribus.lib. 10.qui dicit
quòd ita de facto vidit obſeruari,& ita tenet do
minus Pau.hic.de quo vide gloſſ.no.in d.l.om
nes iudices.& in c.j.§.milites.in verbo,poenã
in fin.in ti.de pac.iur.firman.& eſt tex. ſi bene
ponderetur,in l.j.in fi.ff.nil nouari appe pendẽ
te.& ibi vide do.Pau.de Caſt.& vide Flor.in l.
Neratius.§.quanuis.ff. de ſeruo corrupto. &
Ange.in l.nunquam plura.ff.de priua. delictis.
43 † Quæro octauo,quia hic probatur,quòd ma-
nus eſt membrũ,vt dixi in 4.no. quid ſit mem-
brum, & quid contineatur appellatione mem-
bri.Dic, quòd membrum dicitur a metior me-
tiris,quod eſt partiri,& diuidere, vnde mem-
brum dicitur, quia corporis pars, ſecundum
Hugo.in verbo, metior. ita dicit Bar.in l.2 ff.
de publi.iudic.& Bal.hic.& domi. Pau. de Ca-
ſtr.hic,qui dicit, quòd ſtricte intelligendo mẽ-
brum,ſumitur pro illa parte, quę habet certũ
officium deputatum.& hoc fuit dictum Angeli
de Peruſio hic, qui dicit, quòd membrum eſt
omne id quod in corpore noſtro diſtinctam ha
bet operationem, ſecundum Philoſophum in
4.Metaurorum ad finem & ideo manus ad pal
pandum,pes ad ambulandum,oculus ad viden
dum,auris ad audiẽdum,os ad guſtandum ſunt
membra.Et idem no.ipſe Ange.in l.uitem.§.j.
ff.arborum furtim cæſarum & in auten.ut nul-
li iudicum.§.quia uero nos. vbi ſubdit, quòd
ratio eſt, quoniam in iſtis conſiſtunt quinque
principales ſenſus noſtri corporis, ſcilicet vi-
ſus,auditus,guſtus,odoratus,& tactus,vt notat
gloſſ. in l.quod meo.§.ſi venditorem.ff.de ac-
quiren.poſſeſ.cum igitur quilibet iſtorum ſen-
ſuum ſit attributus uni membro corporis,quic
quid habet illam virtutem, appellatur mem-
brum.Et ideo quia in oculo conſiſtit virtus vi
ſiua,in naſo virtus odoratiua,in aure virtus au
ditiua,in lingua virtus guſtatiua,in manu vir-
tus tactiua, in pede ſimiliter virtus tactus, &
palpationis,ſcilicet ambulando.Merito omnia
iſta

iſta membra appellantur, vt not. Ariſt. 4. Metaurorum, ad finem, ſecundum Ange. in d. §. quia vero nos. & de hoc quid ſit membrum, vide in locis præallegatis. & vide etiam Bal. in c. j. in prin. in tit. de noua forma fidelitatis. & per Bald. Ang. & Ioa. de Imo. in l. 3. ff. de publi. iudi. & hoc per Barr. & Doc. in l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu ho. & per Alber. de Ro. in ſuo opere ſtatutorum. in ij. parte q. xxviij. & vide pleniſſime per domi. Nellum de ſancto Gemi. in ſuo trac. bannitorum in ij. parte ſecundæ partis. in lj. quæſt. & per Ang. de Aret. in ſuo trac. maleficiorũ, in gl. in verbo, membrum. & vide Bal. in l. reos in ij. colu. in fin. cum princip. ſequen. C. de acc. & in l. data opera. in xviij. co. ver. & ibi lex facit mentionem. & in ver. in corpore noſtro multa membra habemus. C. qui accuſa. nõ
44 poſſ. † Quæro nono, qua pœna puniri debeat fur, & gloſ. hic ſuper verbo, caſtigabitur. dicit, ꝙ debet fuſtibus cædi, per iſtum textum, niſi ſit publicus latro qui ſcilicet conſueit furari, qui debet furcis ſuſpendi: vt l. capitalium. §. famoſos ff. de pœnis & idem not. glo. xxiij. q. iij. ſi quis fortitudinem. de quo dic ut pleniſſime dicam in ſeq. vbi ponetur quæ ſit pœna furum
45 & latronum. † Et ex hac glo. quæ eſt Iaco. ꝙ publicus latro dicitur ille qui conſueuit furari, & ſic etiam ſi clàm, ſi tamen pluries, Bart. in d. §. famoſos. intelligit iſtam glo. veram, quando contra ipſum laborat infamia, aliàs non diceretur latro vel famoſus. ſed Barto. hic dicit, quòd gloſſæ noſtræ vbique dicunt, & intelligunt publicum latronem, qui conſueuit furari, & ita obſeruant. Tamen proprie non bene dicunt nam ille §. famoſos. loquitur de publico latrone, ſed fur qui conſueuit furari, eſt publicus fur, non publicus latro, latro eſt ille qui per vim furatur, ut hic in tex. ita dicit hic Bar. Tu vero dic, quòd reperitur fur ſimplex, item fur famoſus, item latro ſimplex, item latro publicus & fa-
46 moſus. † Fur ſimplex eſt ille qui ſemel tantũ & clàm, vel de nocte, maxime in domibus & ſine armis furatur hic eſt text. ver. fures autem. & in corpore vnde ſumitur iſta auten. ſcilicet in aut. ut nulli iudi. §. quia vero. col. ix. & probatur in l. j. ff. de furtis. & inſti. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur. §. furtum autem a furto. & not. gl. in l. cum duobus. §. damna. in verbo, ſur
47 repta. in fin. ff. pro ſocio. † Fur famoſus dicitur ille qui conſueuit furari, puta bis vel ter, ut l. iij. in fin. ſuprà de epiſc. audien. & pro hoc gl. notabilis in autent. de teſtibus. in §. quia vero multi. colum. vij. super verbo, ſæpe. a quæ dicit quòd ſæpe dicitur fieri illud, quod fit bis, aut ter. & not. in l. quibus. ff. de legi. & per Bar. & Doctor. in l. j. C. quomodo & quando iudex.
48 † Latro ſimplex dicitur ille qui palàm, vt in ſtrata pub. uel etiam in ſyluis furatur, vt no. gl. in l. j. ſuprà depoſiti. & in dict. l. cum duobus. §. damna. ff. pro ſocio. & maxime quando fit per uim, & cum armis, ut probatur hic in text. Poteſt etiam dici latro ille, qui eſt diurnus & clã furatur, vt eſt tex. coniuncta gl. inſti. ad l. Aqui. §. j. in verbo, latronem. Intelligendo tamen ꝙ hoc faciat per uim, vel cum armis. per iſtũ tex. hic in fi. idem intelligo quando ſemel tantum.
49 † Latro uero publicus uel famoſus eſt ille, q. pluries palàm in ſtrata pub. uel in ſyluis ꝑ uim, uel cum armis furatur, & iſta fuit intentio glo. hic, quæ dicit, quòd publicus latro eſt ille qui conſueuit furari, dum allegat l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. ſecundum do. Pau. de Caſtr. hic, qui ita intelligit iſtam gl. & hoc credo ve-
50 rum, † quia glo. ſemper debet intelligi ſecundum tex. quem allegat, ut not. Bart. in l. non ſolum. §. ſi liberationis. ff. de liber. lega. & no. Io. Ant. in c. cum tu. extrà de teſtib. & Raph. Fulg. in l. patronus. ff. de proba. & do. Signorolus de Homedeis in quodam ſuo conſi. quod incipit, Chriſti ſaluatoris nomine inuocato. circa med. & vide quod dicam infra in materia, quando quis commiſit plura furta. vel nec etiam obſtat glo. hic in uerbo, caſtigabitur. Vnde fur occultus nunquam poteſt dici latro, etiam ſi conſueuit furari, ſed bene poteſt dici famoſus fur, & pro hoc uide text. in l. j. §. aduerſus. ff. de ſepulchro uiolato. ibi, more latronum. ubi Ang. qui dicit not. quia per hunc tex. declaratur. § famoſos. qui dicit, famoſum latronem furca figi. q. non intelligitur famoſus latro, qui conſueuit furari clàm, ſed ille qui armatus rapit uel ſub-
51 trahit. unde dicit ibi Ange. † ꝙ falſa eſt opin. dicentium, eum qui tria furta fecit, eſſe famoſum latronem, & ideo debere ſuſpendi. Et hoc eſt notandum propter ſtatuta, quæ loquuntur de furibus & latronibus. Et dicit hic do. Paul. de Caſt. ꝙ hoc habuit de facto in ciuitate Vicẽtiæ, ubi dubitabatur de quodam capto pro robaria, an poſſet dici publicus latro, quia ſemel tantum derobauit. nam ſtatutum Vicentiæ, grauius punit latronem quàm furem. & gloſſ. quæ eſt hic, allegabat pro eo quòd non, quia licet in ſtrata publica, non tamen reperiebatur unquã illum alia talia commiſiſſe, niſi nunc, & ſtatutũ loquebatur de famoſo latrone, unde non poterat dici famoſus, propter hoc ſolum ꝙ in ſtrata publica, ſubdit tamen hic in fin. do. Paul. quòd nil ualuerunt allegationes, quia fuit ſuſpenſus.
52 † Quæro decimo & ultimo pro declaratione huius tex. & gloſſæ, & materiæ, quæ ſit pœna furum & latronum. Reſpondeo, quòd alia eſt pœna pro furto, alia pro latrocinio. unde diuidendo hanc quæſtionem in duas partes, ſeu quæſtiones principales. Prima erit, qua pœna puniri debeant fures. Secunda, qua pœna puniri debeant latrones. Et quia iſta materia eſt quotidiana & utilis, ideo hic per modum cuiuſdã diſtinctionis & tractatus, plenius videamus, iuxt. l. legaui. in prin. ibi, & plenius rogo quæ ad hęc ſpectant, attingas, quotidiana enim ſunt. ff. de lib. leg. & l. j. in prin. ff. de appel. & l. fi. cum non ſolum. in princ. ibi, & ſemper in iudicis uerſantur. C. de bonis quæ liber. & facit glo. in cle. dudum. in uerbo, huiuſmodi. de ſepulturis quæ dicit, quòd ubi de lana, lacte, & redditu agitur, potius eſt inſiſtendum & diſputandum. Circa

a Quod dicitur fieri ſæpe. Adde & uide Alex. de Imol. in l. ſæpe. ff. de re iudi. & ultra eũ adde, quòd Inno. in c. cum oporteat. in prĩcip. de accu. dicit, quòd relinquitur arbitrio iudicis. & ſequitur Arc. 2. q. 8. in ſumma.

primam igitur quæstionem, videlicet qua pœ-
na fures puniantur: dic primo secundum Bart.
hic. q quinque sunt iura super hoc. Primum
ius est antiquum, quo imponebatur pœna ex-
traordinaria pro furto, ut l fin.ff. de furtis.nisi
esset publicus & famosus fur:ut hic in gl.& di-
cetur infrà. Secundum ius est autenticorum,
de quo habetur in autē .ista:quæ vult quòd fu-
res fustigentur. Tertium ius est, quædam con-
stitutio noua, quæ habetur in ti.de pace tenen-
da.in §.si quis quinq; solidos.in vsi.feu.quæ di-
cit, Qui quinque solidos, vel rem valoris quin-
que solidorum subtraxerit, suspendatur. Quar
tum ius est ex alia constitutione noua, quæ po-
stea superuenit:ut habetur in titulo de pace iu-
ra.fir.in §.furtum. Quintum & vltimum ius
est, quia hodie de hoc statuta sunt in qualibet
parte Italiæ, & illa obseruantur iuxta l.omnes
populi.ff.de iustitia & iure, secundum Bar hic.
Sed per hoc non habetur vera & perfecta do-
ctrina, unde tu dicas sic, plenius distinguendo:
† Aliquando fures sunt improbi, ut sunt sim-
53 plices fures, qui clàm & sine armis, & sine ef-
fractura furāt, ut d.l.j.ff.de furtis.& hic in tex.
in versi.fures autem. Aliquando sunt fures im
probiores, ut expilatores hæreditatis: ut l.j.§.
expilatores.ff.de effracto.& expilato.& est tex.
& ibi hoc not.glo.fi in l.si te. C.de his qui not.
infam.& habetur per Bal.in l.de his. in tit.j.de
fur.hi enim dicuntur etiam fures:ut est text.in
l.si cum exceptione.§.qui vim intulit.ff. quod
metus causa. improbiores etiam fures dicūtur
illi, qui cum fractura furantur, per d § expila-
tores secundum do.Pau.de Cast.hic, & isti vo-
cantur etiam effractores:ut probatur in d.l.j.§.
item effractores. ff.de effractoribus & expilato
ribus. Aliquando sunt fures improbissimi, vt
sunt raptores.in l.raptores.supra de episcop.&
cleric.& insti.ui bonorum raptorum.in princ.
& not.Barto.in d.§.expilatores.& not.glo.fin.
in fin.& ibi Bart.in l.si te.supra de his qui not.
infam. Sed tu aduerte, quòd isti fures impro-
biores a iurisconsultis appellantur: vt est text.
in l.si cum exceptione.§. qui uim intulit. ibi,
quāuis qui vi rapit, fur improbior essevideatur
vt Iuliano placet.ff.quòd metus causa.& in l.j.
§.eum qui.ff. ui bonor.raptor.vbi dicitur, eum
qui ui rapit, furem esse improbiorem, ab impe
ratore autem fures improbi tantū vocantur:vt
est text.insti.vi bonorum raptorum.in prin.ibi
ideoque recte dicendū est, eum improbum fu-
rem esse. Dicuntur etiam improbissimi fures
illi, qui in strato pub.furantur, sine tamen inter
fectione:& isti vocantur grassatores, ut l.capi-
talium.in §.grassatores.ff. de pœnis. Item qui
dam dicuntur, plus quàm improbissimi fures,
quando in strata publica, & cum interfectione
furantur, & isti notantur publici latrones, ut l.
capitalium.§.famosos.ff. de pœnis. & de istis
duobus vltimis ponit hic dominus Pau. de Ca.
de quibus dicemus ī.in seq.q. præallegata, ui-
delicet de pœna latronum.dic, ut ibi dicā. Pri-
mo casu princip.qn̄ fures sunt improbi, & sic fu

a Est graue. Adde eundem Cæp. in consil. 26.colū. 3.uers. circa secundum in fi.quod cōsi. habet etiā in j. vol.consiliorū. Alexā.cōs.135. & ibi, quis dicatur domesticus.

res simplices, subdistingue:aut ē fur domestic⁹,
aut nō domestic⁹:si ē domestic⁹aut furtū quod
cōmittit, est leue vel paruū, & tunc nō pōt de
tali furto accusari, nec per iudicē pōt puniri, sed
mi:sic vt est casus in l.respiciendum.§.furta do
mestica.& ibi gl.in verbo, leuiora. & in verbo.
publice.ff.de pœnis. Aut furtū est graue a vel
magnum, tunc potest puniri ciuiliter & crimi-
naliter:ut not.gl.in d.§.furta domestica. in ver
bo, publice.& ibi probatur in verbo, leuiora.
a contrario sensu. & ibi habetur per Doctores.
54 † Quis autem dicatur domesticus, ponitur ibi
per tex.uidelicet seruus, libertus, & mercena-
rius, qui stat cum aliquo, ut ibi, uel mercenarii,
apud quos degunt.qui text. mihi probat, quòd
non sit idem in mercenario, qui non stat cum
suo magistro, sed stat de per se in domo, licet la
boret ad mercedem cum ipso:quod est notan-
dum, quòd mercenarius sit domesticus: tenet
Arch.& Ioan.Andr.in nouella.in c.filii.de hæ-
reticis.libro vi.Et est text.de istis in l.si liber-
tus.ff.de furtis.& in l.pridem.C. de quæstioni-
55 bus. † Item filius dicitur domesticus patri, &
econuerso, pater filio, ut est textus inst.de testa
mentis.§.sed si filiusfa.in fi.ibi, domesticum te
stimonium. Item coloni & ascriptitii, & simi-
les dicuntur domestici, ut l.præsenti.§.sane.&
ibi glo.& Doct.C.de his qui ad ecclesias confu
56 giunt.& not.glo.in d.§.sed si filiusfa. † Item
uxor marito, & econuerso. argu.l.quicunque.
& ibi hoc not.glo.Andreas de Barulo & Bart.
C.de re iudi.libro xij. & ff. de ædil.edic.l.ædi-
les.in § familiæ.& ff.de religiosis.l. familiaris.
& l.j.§.si vir.ff.ad Sylleianum.& ita tenet glo.
in d.l.præsenti.§. sane.& in d.§.sed si filiusfam.
institu.de testamentis.& glo.in cap.ij.etiam su
pra de testibus.& ibi per Cyn.& omnes Docto
57 res.& est gloss.iij.q.v.capit. j. † Item cliens.
58 vt l.si libertus.ff.de furtis. † Item seruientes
familiares, siue cappiferi: ut d.l.præsenti.§. sūt.
C.de his qui ad ecclesias confugiunt.& not.gl.
59 in d.§.sed si filiusfami. † Item domestici ap-
pellantur, quibus potest imperari ratione pa-
triæ, vel dominicæ potestatis: ut d.l.præsenti.
ita dicit glo.& ibi per Doctor.in cap.in literis.
60 extrà de testib. † Item omnes qui sunt de fa-
milia alicuius, siue sunt liberi, siue serui:dicun-
tur domestici:ut l. ędiles.§. familię. ff.de ædil.
edic.sed in gloss.3. quæstione 5. capit.j. largo
tamen modo dicuntur familiares omnes, qui
cohabitant cum aliquo, ut extra de testibus.
c.in literis.& de officio de leg.insinuante.secū-
dum glo.in d.capi.j.& qui dicantur domestici,
uide & maxime Bald.Ange. in d.l.rem.& Do-
ctores in omnibus locis pręallegatis. & uide
gloss.& Doct.in c.literis. extra de testibus. &
glo.ordina in tertia quæstione 5. cap.j. & per
Archi.in c.quicunque.de sen.excom.libro 6.&
per Angel. in l. pridem. C.de quęstionibus. &
Franc.Zab.in clem.j. de excessibus prælatorū.
& in clement.j.de priuilegiis.& tex.glo.& Bal
dus cap.j.in cap. quidam vas.iur.debi.fideli.&
uide l. j. C. de emendation. propinquorum.
† Quid

61 † Quid autem dicatur furtum leue vel paruũ,
vel graue,ſiue magnum:dic, vt dicam infra,ver
ſiculo,quando autem dicetur furtum magnum
Si vero ille qui committit furtum, non eſt do-
meſticus.& tunc aut furtum committitur palã
& per uim.& hoc dic,vt infra dicam de latrone
quia iſte eſt proprie latro,& non fur, vt dixi ſu
pra. Aut furtum committitur clam,& non per
vim, puta in domibus:& ſic eſt ſimplex fur:vt
ſupra dixi:& tunc ſubdiſtinguitur.aut agitur ci
uiliter,aut criminaliter , quod fieri poteſt.vt l.
fi.ff.de furtis.& l.vnica.C. quando ciuilis actio
præiudi.criminali. & not.Gofredus in ſumma
de furtis.verſicul. & eſt ſciendum quòd tribus
modis facit l.fina.ff.de priuatis delic. Si agitur
ciuiliter, & tunc aut agitur de iure ciuili, & ſic
communi,aut de iure diuino, aut de iure con-
ſuetudinario,ſiue municipali. Si agitur de iure
communi ciuiliter , iterum ſubdiſtinguitur,
quia aut fur non eſt manifeſtus,aut eſt manife-
ſtus. Si eſt non manifeſtus, punitur in duplũ.
Si mauifeſtus,in quadruplum,vt eſt text.inſti-
tu.de actio.§ in duplum.& §. quadrupli.& in-
ſtitu.de oblig.quæ ex delicto.§.furtorum.& §.
penulti.& l.de his.C.de furtis. & habetur in l.
ſecunda.ff.eodem titulo.cum ſimilibus.& not.
Gofredus in ſumma,de furtis.§.pœna furti.
62 † Quando vero dicatur furtum manifeſtum,
uide text.in l.3.quæ incipit , fur eſt.cum dua-
bus legibus ſequentibus. & ibi Bartolus & Do
ctores.ff.de furtis.& inſtit.de oblig. quæ ex de
licto naſcũtur §.manifeſtus.& no.in d.§.in du-
plum.& in d.§.quadrupli.& vide per Barto.&
Doc.in l falſus.in princip.in titu.j. & Gofredũ
in ſumma de furtis.§. furtorum duæ ſunt ſpe-
cies.Si agitur de iure diuino, & ſic in foro pœ-
nitentiali, & tunc dic , quòd talis pœna dupli
vel quadrupli non debetur *a*, ſed ſolum quan
do agitur in foro ciuili contentioſo.vt no.Bal.
ſingulariter in l.quibus diebus.§.dominus ſer-
uo.in fine.ff.de conditio. & demonſt.qui dicit,
quòd de hoc eſt vnica glo.in iure.in c.fraterni
tatis.12.q.2.& idem no.ipſe Bal.in l.poſt deci-
ſionem.in fine.infra tit.j.de furtis. allegat di-
ctum c fraternitatis.& 6.q.j.ca.imitare Petrũ.
Sed in contrarium videtur eſſe gloſſ. 2.13.q.j.
quod deberet.in verbo,vltra. Prima opinio ve
rior eſt.& adde hic quæ habentur in c.vigilan-
ti.& in cap fina.extra de præſcrip.& in c.nouit
extra de iudiciis.Si agitur de iure municipali ſi
ue conſuetudinario,dic ꝙ hodie iſta pœna du-
pli vel quadrupli pro furto non habet locum,
cum hodie de conſuetudine vel ex forma ſtatu
torum habeat locũ pœna corporalis tantum:&
ſic videtur , ꝙ pœna illa pecuniaria dupli vel
quadrupli, ſit per cõſuetudinẽ vel ſtatutũ ſum
mata.argum.text.notabilis in l.fin.ff.ad legem
Fauiam de plagiariis & argum l.j.§. fina. ff.de
ventre inſpiciendo.& l.viros.C.de diuerſis offi
ciis.libr.12.licet quidam dicunt, quòd non ha-
bet locum vtraque pecuniaria & corporalis.l.
3.§.diuus.de ſepulchro violato. pro hoc facit.
C.de his qui ante dominos ma . Et idem vide-
tur poſſe dici in actione ui bonorum raptorum
& ſimilium, in quibus a lege imponitur pœna
pecuniaria.& a ſtatuto imponitur pœna corpo
ralis Sed contra prędicta facit gloſſa in l.prima
quando ciuilis actio pręiudicat criminali, quæ
vult,quòd licet ego agam ad pœnam dupli uel
quadrupli,tamen poſſum etiam agere crimina
liter,vt puniatur extra ordinem. Sed quicquid
ſit de iure ciuili,vel de foro pœnitentiæ, de cõ
ſuetudine,dicta pœna dupli vel quadrupli, pro
furto non exigitur: maxime in ciuitate noſtra
63 Veronæ,†in qua nullum eſt ſtatutum de hoc ,
ſed eſt ſtatutum quod committitur arbitrio d.
poteſtatis & totius curię, vel maioris partis,in
ſpecta qualitate facti,& conditione perſonarũ:
vt dixi ſupra in l.ſi fugitiui. in quinta quæſtio-
ne. Alibi tamen per totam Italiam communi-
ter ſunt ſtatuta ſuper hoc prouidentia:ut nota.
64 hic Bar.in fi & Docto.& ſupra dixi.† Audio,ꝙ
Romę etiam hodie exigitur pœna dupli & qua
drupli,pro furto . Si uero agitur criminaliter
ad pœnam furti,& dubitatur quæ pœna veniat
imponenda: & dic quòd quinque ſunt iura cir-
ca hoc diſponentia,vt dixi ſupra.ſecundum Bar
to.hic.Et primum ius antiquum eſt, quòd pro
furto criminaliter imponitur pœna extraordi
naria:vt l.fi. ff.de furtis.& l.fin.ff.de priuatis de
lictis.& notat gloſſ.fin. in l. ſubtracto.infra de
furtis. & habetur in l.j.§.expilatores.ff.de ef-
65 fract.& expilatoribus.† Et quę pœna poſſit per
iudicem imponi, quando a lege imponitur pœ
na extraordinaria,id eſt,arbitraria? dic vt ple-
niſſime dixi in l.ſi fugitiui. maxime in q.ſupra
eo.Hodie vero omiſſis aliis iuribus, de quibus
ſupra,dic diſtinguendo, aut fur commiſit vnũ
furtum tantum,aut plura:ſi vnum tantum fur-
tum commiſit, & tunc ſubdiſtingue : aut illud
furtum eſt paruũ , aut eſt magnũ,aut eſt enor-
me,aut atrox.Si eſt paruũ,debet fur tantum fu
ſtigari,non ãt debet mori,vel pati aliquam ab-
ſciſſionem membri:vt eſt text.in iſta auten. no
ſtra.& in corpore vnde ſumitur. in aut.vt nulli
iudicũ.§.penultimo.col.9. & eſt gloſ.ſing.in l.
capitaliũ.§.famoſos.ff.de pænis. in verbo,graſ-
66 ſati.quæ dicit † quòd ſi ſemel quis furatur, ve-
niã meretur a furca.Et idem no.Odof. & Gui.
de Suzaria in ſuo tractatu de maleficiis.in rub.
quæ pœna imponitur furibus.& idem not.Bal.
in l.quid ergo.in principio.ff.de his qui not.in
fa.& not.Ang.in l.quod ſi nolit.§.quia aſſidua.
ff.de ædil.edic.& not.glo.in titulo de pace iur.
in §.iniuria.in verbo,furtum.& ibi per Docto.
& facit gloſſa 92.diſtin.capit. fina.ſi quis preſ-
byter.in gloſſ.fina.quæ dicit, † quòd propter
67 primam offenſam quis non eſt puniendus. alle
gat 74.diſtin.Honoratus. † Et dicitur vnum
68 furtum *b*, quòd de vno loco,vno contextu,ſi
ue vno tempore fit , antequam habeat actum
pro perfecto,vel abſoluto:& ſi plures res ſimul
furto ſubtraherentur,dicetur vnum furtum,vt
dicit Barto! per illum textum. in l.eum qui.§.
idẽ reſpõdit.ff.de furt.& Ang.de Aretio in ſuo
tractatu maleficiorum. in glo.in verbo, & ve-

a Non deb. Adde Imo.in d. §. dominus. & in l. ſtipulatio iſta. §. a bona. ff.de verborum obl. & Fel.in c. j.col.9.de cõſt. in verſi. tertius caſus,cum duabus colu.ſe.vbi late, quando in foro conſciẽtiæ pœna legalis poni poſſit. & ad gl.in d.c. fraternitatis.ponit quinque fal. & vide etiam aliquid pro Iaſ.in §.ſed iſte.colu. 23.verſic. & an in foro cõſcientiæ inſti. de act.

b Vnum fur. Quod furtum dicatur unum, adde & vide Bal. in conſilio 257.incip.ad audiẽtiã.in 5.vol.

ftem cœleftem abftulit.ad fin. 3. col.verficulo,
hinc fumpta materia. & inftitut. de actio.§.ex
maleficiis.in 3.col.& idem vult Bal.hic in ver.
vlterius quæro.nunquid plura furta.qui etiam
69 dicit,† quod fi quis vnam rē contractaui in di-
uerfis materiis,unum furtum eft. Nam licet in
quolibet territorio depræhenfus poffit puniri,
ex quo ibi contractauit:vt no.Barto. in l.fi do-
minum.ff.de fur. & in l.fi abducta infra de fur-
tis.& ibi per Doct.& Bar. in l.fiue manifeftus.
§ iam diu.ff.de condi.furtiua.& Ant.de But.in
c.j.extra de rapto.quæ tamen opin.an fit vera,
dic vt per Doct.in d.iuribus,& plene per Ang.
de Areti.in fuo tractatu maleficiorum.in glof.
in verbo,veftem cœleftem abftulit. Tamen ,p-
prie non funt plura furta,fed vnum & idem fæ
pius repetitum. & adde hic quæ dicentur in-
fra verfic. fi autem commifit plura furta. Item
70 dicit Bald.hic plus,† quòd fi quis confitetur fe
feciffe plura furta diuerfis temporibus,non eft
ftandum fuæ confeffioni, quia eft generalis &
incerta, cum non conftet de rebus fubtractis:
arg.ff.ad Sylleia.l.prima.§.item illud. & idem
tenet hic dominus Pau.de Caftro.qui dicit, ꝙ
huic confeffioni incertæ non eft ftandum, cum
agitur de pœna mortis de corporali, cum non
fit dominus membrorum fuorum.vt l.liber ho
mo.ff.ad l Aquil. & poffit ita confiteri volens
mori iuxta l.non tantum.ff.de appel.& d.§.itē
illud.quod eft not.fecundum domi.Pau.de Ca
ftro.hic:qui dicit,quòd iftum cafum vidit de fa
cto in ciuitate Bononiæ, in quodam capto,qui
confitebatur plura homicidia feciffe,& non cō
ftabat de perfonis interfectis,vnde allegabat ad
eius defenfionem dictum Bal.hic,fcilicet,quòd
deberet aliter conftare,per illum.§.item illud.
& quod fuit allegatum:quia non fuit decapita-
tus:fed fuit fibi amputata manus.licet poteftas
propter multa mala,quę de ipfo audiuerat, ha-
beret magnam voluntatem ipfum fufpendendi
fecundum dom.Pau.hic. & idem tenet Ang.de
Areti.in fuo tractato maleficiorum, in gloff.in
verbo, & veftem cœleftem abftulit. in 7. colu.
verfic.quòd fi confitetur fe plura furta.fequen
do dictum Bald.hic.& fubdit,quòd tu iudex fis
bene cautus,ne damnes animam & corpus tuū
quando fur confitetur coram te maria,& mon
tes,& plura furta commififfe, quòd velis dicta
furta alibi,& hic,vt dixi,commiffa qualificare,
in deftinando nuntium,ad habendum informa
tionem pro veritate:& in reperiendo furta ita,
quòd appareat,quæ diftraxerit,& quæ pignora
uerit,& quæ penes fe,vel alium habeat.alias fæ
pe innocentem condemnares,qui metu tormē
torum multa non vera confiteretur.vt l.prima
§.quæftioni.ff.de quęftio. contra l.abfentem.
ff.de pœnis.quod not.in practica, vt fi es aduo
catus, fcias adiuuare confitentem delicta in ge
nere,& obftare,quando non conftat de malefi-
cio.& fi es iudex,fcias defendere proceffum,&
inquifitionem tuam, verificando maleficia, ne
delicta remaneant impunita,iuxta l.ita vulnera
71 tus,cum fi.ff.ad l.Aquil. † Item fi quis confite
tur fe feciffe plura furta,eodem loco, diuerfis
tamen temporibus,dicit hic Baldus, quòd ifta
verba funt obfcura,quia poffunt intelligi diuer
fis temporibus continuatis,& fic non reputan
tur plura.vt not.ff.de act.& obli.& l.& nunquā
actiones:& pro confitente interpretamur in mi
tiorem partem.vt ff.de iudi.l.fi quis intentio-
ne ambigua,& extra de acc.ca.cum dilecti.nifi
dicatur,cum temporum interuallo. & hæc ver
ba faciunt iudices apponi in confeffione.& idē
fequitur dom.Ange.de Aret.in d.tract.malæ fi
fuper ante d.gloff.in 8.col.verfi.& eodem mo-
72 do,fi quis confitetur.† Sed dubitari poteft de
cafu,qui fuit de facto Veronæ:quidam una no-
cte iuit cum vno facco ad domum vnius, & ibi
furripuit quinque quartas milii. deinde iuit ad
domum alterius, & ibi furripuit alias quinque
quartas milij,quas pofuit in eodem facco: dein
de eadem nocte,continuando intrauit domum
alterius, & ibi furripuit alias fex quartas milij,
& eas pofuit in eodem facco,& cum illis fexde
cim quartis milij iuit domum,an hæc dicantur
vnum furtum,an plura. Videtur,quòd fint plu-
ra,ex diuerfitate locorum, & temporis,& fa-
ctorum,quia plura funt facta.argum.l.j.ibi,nec
diuerfitate factorum.C.fi vnus ex pluribus ap-
pellauit. In contrarium videtur,quòd fit vnum
tantum furtum vel faltem,licet de facto videan
tur plura,vnum tamē debeat reputari,propter
continuationem argum.gloff. & quod ibi not.
in d.l & nunquam actiones.ff. de actio.& obli.
& pro hoc gloff.not. in l.j.C.vnde vi.in gloffa
magna,in fin.quæ dicit, quòd quando inconti-
nenti infertur violentia,quafi vnum factum re
putatur.quod non fic eft,fi ex interuallo.ad idē
facit quòd notat Ange. in l.nunquam plura.ff.
de priuatis delictis. & eft bonus tex.ad hoc,in
l.una eft via.in princip.ff.de ferui.ruft pręd. Et
pro hoc etiam optime facit,quod dixi fupra,fe
cundum Bald. & ita fuit iudicatum hic Vero-
næ, me tunc exiftente de curia, fcilicet quòd
non reputarentur tria furta, quantum ad hoc,
vt deberet fufpendi,fed quòd folum deberet fu
ftigari,& fibi vna auricula amputari, & fuit v-
nus rufticus de villa Franca. Et maxime, quia
quis debet fufpendi propter tria furta, vt not.
hic per Doct & dicam infra principaliter,quia
dicitur tunc habere confuetudinem furandi ar
gu.l.3.in fi.fupra de epifcopali audientia.& no
ta.in l.capitalium.§.graffatores & §. famofos.
ff.de pœnis.& hic.fed in cafu prædicto non po
teft hoc dici, ex quo actus illi furandi fuerunt
73 eadem nocte, & continuate facti. † Ex his pōt
decidi alia quæft.fimilis, fi vnus volens furari
frumentum vicini fui,iuit cum vno facco,& ip
fum impleuit de dicto frumento vicini,& por-
tauit ad domū fuā:& quia nō poterat fimul por
tare totum,bis rediit cum dicto facco,& fic fuc
ceffiue portaui tres, vel quatuor faccos,de di-
cto frumēto ad domū fuā ipfum furripiendo: ꝙ
ifte talis furripiens dicatur vnum tantum fur-
tum commififfe,& non plura:quando continuā
do hęc fuit quantum ad hoc,vt non debeat de
iure

iure ſuſpendi, per prædicta. Cogita tamẽ ſuper
hoc,quia ſatis dubitabile eſt. Et idẽ dicere pote
ris,in multis caſibus ſimilibus. Sed ad prędicta
vide,qđ in ſimili not.Barto.in.l.libellorũ.§.ſed
74 ſi aliud.ff.de actioni.† vbi ponit, quando dica-
tur una accuſatio,uel plures.& vide Bar.& Do.
in.l.i.in.fi.ff. de teſtamentis. vbi ponit quando
dicatur vnum teſtamẽtũ,vel plura,& vide Bal.
in.l.ordinarii.C.de rei vend.qui ponit, quando
dicatur una actio,vel vnus libellus, vel plures.
& vide omnino circa iſta Angel.de Aret. in ſuo
tractatu maleficio.in glo.in ver.nec non ad que
relam Tytii infrà ſcripti.in xxiiii.col.uer.quid
ſi ex forma ſtatuti liceat à qualibet accuſatione
diſcedere.& vide Lud.Rom.in.l.ſcire debemus
ff.de verbor.oblig Et vide omnino,& nõ omit-
tas Ang.de Peruſio in.l.i.C.ſi reus vel accuſa-
tor mortuus fuerit.quæ bene not.quia ſunt ma
gni ponderis,& effectus,cum tractatur de mor-
75 te,& vita hominis.† Si vero furtum quod quis
commiſit eſt magnum,& tunc ſi eſt ita magnũ
quòd æquileat tribus paruis, debet ſuſpẽdi pe-
rinde,ac ſi tria furta commiſſet, quia ſæpe vnũ
magnum,æquiualet tribus paruis.argum. ff. de
excu.tuto.l.ſi quis. Tu dic, quòd vult allega-
re l.ſi is qui tres. & quia propter enormitatem
delict.permiſſum eſt leges tranſgredi. ut notat
Innocen.in cap. extrà de conſt. ſecundum Bal.
qui hoc not.hic ſingulariter in.i.col.ad fin.uer.
3.not.de pœna fur. Et idem tenet Ang.de Peru.
in.l.quod ſi nolit.& ibi etiam hoc dixi in.2. no.
& idem tenet dominus Ange.de Aretin. in ſuo
tractatu maleficiorum,in verbo, & veſtem cœ-
leſtem abſtulit ad.fi.3.co.vbi dicit hoc eſſe no.
quia ita ſemel practidauit Peruſii, dum ibi aſſi-
deret & idem tenet ipſe Ange.de Aret. inſtitu.
de actio.in §.ex maleficiis.in ii.col. verſi.quod
dixi pro primo furto. Et idem tenet Lud. Põ.
de Roma.in ſuo ſingulari, in ordine meo diſt.
ccxcvii.quod incipit,dixit Bal.in auten.ſed no
uo iure.& allegat d.l.ſi is qui tres. in verſi.cæ-
76 terum.ff.de excuſat.tuto. vbi text.dicit, † ꝙ
vna tutela magna ita præſtat immunitatem à
tutela ſecunda.& ſic excuſat quem ab onere ſe
cundę tutelę,ſicut tres tutelæ excuſant ab one
re quartæ. qui tex.eſt valde ſingularis, ſecun-
dum prædictum Ludo. qui ſubdit inducendo il
lum tex.ſic, Contrarium eadem eſt diſciplina,
ſed vna immenſa tutela in fauoribns tantũ ope
ratur,quantum triplicata tutela.vt ibi eſt tex.
ſingularis.ergo ſequitur, quòd in pœnis vnum
furtum ita magnum æquiualet tribus, & tan-
tum operatur, quantum tria.& ita declarat di-
ctum Bald.hic,qui dicit, quòd Bald. debuiſſet
hoc dicere,& ita declarare. Sed dicit hic domi
nus Paulus de Caſtro, quòd alii Doctores te-
nent hic contrà, quia plus aggrauatur delictũ
ex frequentia, quàm ex magnitudine rei ſub-
tractæ. & hanc partem tenet Raphael, & cum
eo tranſit domin.Paul.de Caſtro ego autem te
neo, & ſequor iſtam vltimam opin. pro vera,
ſcilicet quòd pro vnico furto etiam magno,nõ
debeat mori, & ſic nec ſuſpendi. Et hoc pro-
bo ſic, nam hoc non reperitur iure cau. facit
ad hoc l.præuaricationis.§.fin.ibi, quia neque
l.aliqua de hac re cautum eſt.ff.de præuar. &
xxxi.quæſtio.ulti.cap fin.in princip.& gloſſ.in
verbo,legitimas.in auten.de reſtitut.& ea quæ
parit.in §.fina. in fin.gloſſ.colum.iiii. & xxiii.
diſtinct. Pręterea ibi,niſi nos fallit opinio, le-
gimus.& xxx.qõ.iiii.quod autem ibi nulla au-
toritate reperitur prohibitum. & tex.xxxiii.q.
iiii.non inuenitur exemplum.cum ſimilib imò
potius reperitur contrarium, ſcilicet quòd pro
furto ſimplici quis nõ debeat mori.ut eſt text.
hic,& in corpore,vnde ſumitur iſta aut.ut nul
li iudi.§.pe.ſi vero.qui tex. loquuntur indiſtin
ctè, quòd pro furto ſimplici quis nõ debet mo
ri: ergo indiſtinctè debent intelligi, tã pro par
uo,quàm pro magno.l.i.§.generaliter.ff.de le-
ga.præſtã. † & vbi lex non diſtinguit,nec nos
77 diſtinguere debemus.l.de præ.ff.de publi. cum
ſimi. Item hoc probatur, pro furto atroci ſeu
enormi,quis non debet mori.vt eſt caſus in l.i.
§.expilatores item effractores.ff.de effractori.
& expil.vbi dicitur,quòd qui furantur effracto
pariete,prout admiſſum crimen ſuggerit, puni
ri debent,dummodo ne quis in plebeio operis
publici pœnam,in honeſtiori relegationis pœ-
nam excedat.vnde ibi vult quodcunq; ſit fur-
tum,etiam effracto pariete commiſſum, quòd
non poſſit fur ad mortem condemnari. Item
tale furtum dicitur atrox, ut dixi. & etiam
ſtatim dicetur. ſed furtum magnum dicitur
atrox.vt eſt gloſſ.nota.in l.ad ea.in vlti.charta
ff.de regu.iu.ergo ſicut pro atroci non imponi
tu. pœna mortis, ita nec pro magno. Item
pro hoc eſt caſus in le.ſacrilegii.in ca. in prin.
ff.ad.l.Iu.peculatus.& probatur in.l.peculatus
pœna.cõiuncta.l.i.&.l.Iul.peculatus.e.tit Itẽ
hoc etiam probatur in.l.ſaccularii.in prin.ff.de
extraor.crimi. vbi dicitur, quòd ſaccularii qui
veritas in ſacculo artes exercentes partim ſub-
ducunt,partim ſubtrahunt. Item qui degerarii
appellantur,hoc eſt hi, qui in aliena cœnacula
ſe dirigunt furandi animo, plusquam fures pu-
niendi ſunt,idcirco ad tempus in opus publicũ
dantur,aut fuſtibus caſtigantur,& dimittuntur
aut ad tempus relegãtur.ecce ergo,quòd iſtud
plus contra factores puniuntur, & tamen non
condemnantur ad mortem,vel membri abſciſ-
ſionem. Item pro hoc eſt glo.ordi.in.l. capita
lium. §. famoſos.digeſtis de pœnis. quæ dicit
ſimpliciter & indiſtinctę. quòd qui ſemel fura-
tur,veniã meretur à furca,nec ibi diſtinguit,an
furtũ ſit magnũ vel paruum,ergo vltrà ad hoc
adducitur id quod habetur in.l.interpretationẽ
&.l.ſi pſes.& in.l.hodie.ff.de pœnis.† vbi dicit,
87 ꝙ in dubio pœnę ſunt molliendæ,nõ exaſperã-
dæ. Nec obſtant rationes ſuprà in contrarium
allegatæ ſecundũ Bald.hic.nam dũ dixit, quòd
magnum æquiparatur tribus paruis, per. l. ſi is
qui tres digeſtis de excuſa.tuto. Reſpondetur,
quia ut infra dicam, etiam de iure pro tribus
furtis, quis non debet mori. ergo. Præterea
poſito, ꝙ deberet quis mori pro tribus furtis,
non

non tamẽ ſequitur,ergo idem pro uno magno.
Ratio eſt,quia quando quis committit tria fur
ta,habet animum & conſuetudinem furandi.vt
eſt textus,& ibi gloſſa,quæ allegat concordan
tes in.l.tertia.in fine.ſuprà de epiſcopali audi.
& iſta cõſuetudo magis aggrauat delictũ,quàm
ſi ſemel fieret,& eſſet magnnm. pro hoc opti-
me facit quod no Cyn.in.l.certis annis. in. vj.
q.ſuprà de pactis.& in.l.ſi pro te.in princip. &
ibi Bal.ſuprà de dotis promiſ. Nec ob.tex. in.
d.l.ſi is qui tres.§.cæterũ.ff.de excu.tu. ubi di-
citur, ꝙ excuſat vna tutela magna, ſicut tres
paruæ, quia ibi hoc ideo eſt , quia onus trium
tutelarum excuſat propter difficultatem ratio-
num conficiendarum,& reddendarum.ut dicit
tex.in.d.l.ſi is qui tres.§.j.in fin.quæ ratio mi-
litat,quando eſt vna tutela magna,diffuſa,& ne
gocioſa,quia ſub eſt eadem difficultas. vt ibi di
citur:ſed in furto conſideratur alia ratio. nam
vbi vnum furtum etiam magnum, cõſideratur
ſolum delictum,ſed vbi ſunt plura furta , etiam
parua,conſiderantur duo,delictum furti, & ani
mus,& conſuetudo furandi,quæ aggrauat ma-
gis delictum , quàm ipſius delicti magnitudo,
vt dixi,probatur in.c.accuſatus. de hære.li. vj.
facit quod no.in.d.l.3.§.fin.ſuprà de epiſ.audi.
Nec etiam obſtat ſecunda ratio Bald.dum dici-
tur,ꝙ propter enormitatem criminis. licitum
eſt leges tranſgredi , quia iſtud debet intelligi
in hoc caſu,dummodo non excedat pœnã ope-
ris publici,& relegationis, quia pro ſurto etiã
atroci,quodcunque ſit,non debet extendi vltra
dictam pœnam.vt eſt caſus in.l.j.§. fi. de effra-
cto.& expila.Præterea dicit Lud.Pon.in.d.ſin-
gulari,quod incipit,dicit Bal.in auten. ſed no-
uo iure.quòd iſtud dictum,quòd licitum ſit in-
dici leges tranſgredi propter enormitatem cri
minis,non eſt verum,quia niſi iudex habeat li-
centiam à principe, non poteſt augere pœnam
propter immanitatem criminis : vel niſi iudex
habeat licentiam à magnificis dominis huius
ciuitatis,qui ſunt vicarij Impetatoris : de hoc
allegat tex.ſing.ſecundum vnam lecturam glo.
communiter approbatam,in.l.antep.quæ inci-
pit,diuus.ff.de fal.qui text.cum glo.ſuper uer.
pati poſſe.in fin.uult,ꝙ iudex non poteſt puni-
re plus quàm ſit pœna ordinaria , etiam ut alii
teneantur , & ſic vbi eſt aliqua immanitas cri-
minis. & iſtud credo verius de iure:quicquid
dixerit hic Bald.& alii ſuprà allegati . Sed vbi
in loco eſſet ſtatutum,quòd iudex habeat arbi
trium puniendi,in hoc caſu,ſicut eſt hic Vero-
næ , ut ſuprà dixi, forte poſſet imponi pœna
mortis.argumen.gloſſ.ſingularis inſtitu.de in-
iuriis.§.in ſumma.in verbo,ordinaria. & gloſſ.
in.l.ſi ſaccularii capite.in prin.in ver.cõſiderã
dum.ff.ad.l.Iul.peculatus.ſed tamen ea quæ di
xi in.l.ſi fugitiui.in.v.quæ.ſuprà eo.& pro hac
facit gloſſ.3.in.d.l.diuus.vbi plus quàm ſit pœ
na ordinaria à contrario ſenſu.ff.de falſis. quæ
omnia nota , quia non ita reperies alibi iſtum
79 paſſum plene deciſum.† Quando autem dica-
tur furtum magnum vel paruum.dic quod dici
tur conſiderata qualitate furantis, & qualitate
illius cui eſt factum furtum:ſi eſt diues vel pau
per.argumen.l.ſed & ſi ſuſceperit. & quod ibi
nota.per glo. & Docto.ff. de iudiciis.& quod
not.Barto.in.l.reſpiciendum.§.furta domeſti-
80 ca.ff.de pœnis.† Sed quid ſi ille,cui eſt factum
furtum,vel ipſe fur eſt filius fami. & ſic in bo-
nis parum,aut nihil habet,ſed pater eius eſt di-
ues:an ipſe reputabitur diues an pauper: vt in-
telligi poſſit,an furtum ſibi, uel per eum factũ
ſit magnum, vel paruum. credo quòd repute-
tur & cenſeri debeat diues, inſpecta conditio-
ne patris.per ea quæ nota.Albe.de Roſa.in ſuo
opere ſtatutorum.in.j. parte. q.lxxiiij.vbi di-
81 cit,† quòd ſi ſtatuto cauetur,quòd nullus poſ-
ſit eligi ad aliquod officium,niſi habeat in bo-
nis libras trecentas , & quidam filiusfamiliàs,
cuius pater habebat in bonis ultra trecentas
libr.electus ad unum officium, habebat unum
ſubſtitutum, qui eum ab officio excludere ni-
tebatur,dicens,quòd non habebat in bonis tre
centa,ſecundum formam ſtatuti.contra quem
obiiciebatur,quòd pater habebat in bonis pluſ
quam trecenta: quærebatur an de officium de-
beret admitti. & allegat pro & contrà & tan-
dem concludit pro filio. allegat inter alia.l.in
ſuis.ff.de libe. & poſthu.& ibi hoc etiam not.
Alb.de Roſa.&.l.2.§. filium.ff. pro hærede.&
quia perſona patris & filii, eadem reputatur.l-
fin.C.de impub.& aliis ſubſtit.& dicit Albe. in
d.q.lxxiiij.quòd ita fuit conſultum, ſcilicet ꝙ
admitteretur filius ad officiũ. Nam maritus&
vxor euitant ſatisdationem de iudicio ſiſti pro
pter fundum dotalem.ut.l.ſciendum.§. ſi fun-
dum.ff.qui ſatisda.cog.ſic & bona patris , ſæpe
dicuntur eſſe filii , & ideo hæreditas parentum
dicitur debita filiis.l fin.C.de codicillis.l.fi. C.
de cur.fur.& C.de imponenda lucra.deſcriptio
ne.l.j.circa prin.lib.x.& non deficit eis niſi ad-
miniſtratio.d.l.in ſuis de.libe.& puſthu. & pro
etiam.ff.unde liberi.l.ſcripto.& de bonis dam-
natorum.l.cum ratio.& quia filij dicuntur ad
propria bona uenire.ff.de ſucceſſ edic. le. j.§.
largius. nam filii non debent theſaurizare pa-
rentibus,ſed econtra parentes filiis.xvi. q. i. c.
82 prædicator.& ibi gloſſ.† Item quia appellatio-
ne domini continetur filius in bonis patris.ut
l.prima.§.domini.ff.ad Sylleia. Item quia filii
poſſunt dicere libertos patris eſſe ſuos.ut.ff.de
uerbo.ſignifi.l.licet.§.patronos. Item pro præ
dictis facit quod not.idem Alber.de Roſa.in.d.
opere ſtatutorum,in prima parte,quæſt.cxiiij.
83 vbi dicit.† ꝙ ſi ſtatuto caſtri,uel uillæ contine
tur,ꝙ nullus poſſit ibi eſſe poteſtas, niſi ibi ha-
beat centum bubulcas terræ:quidam filiusfami
lias fuit electus poteſtas, & non habebat ibi cẽ
tum bubulcas terræ:ſed pater eius ſic:quæreba
tur,an poſſit eſſe poteſtas. & ibi tenet ꝙ ſic. &
ibi allegat iura & rationes. Itẽ pro hoc,qđ ſta-
tim dicã de uiro & vxore. Itẽ etiã pro prædictis
facit opti.l.fi.infrà de impu. & aliis ſubſtitu.&
maxime id quod per Angel. ibi dicitur:ub
84 uult, † ꝙ ſi ſtatutum dicit,quòd nemo poſſi
mil.s

miles esse,nisi habeat mille in bonis, si filiusfa-
milias,nihil habet,sed pater eius habet mille,fi
lius reputatur habilis. Item pro hoc,quia æsti
mum patris, dicitur ee æstimum filij.vt not.
Bald.Angel.& Doctor. in l.fi.infrà de impu. &
alijs substitu.& adde quod not.Bar.in l.cum sci
mus.C.de agricolis & censitis.li. vndecimo,&
quod no.Bal.in l.j.ff.ad Sylleia.& in l.si plures
ad fi.C.de sacro san.eccle.& in addi.Spec.in ti.
de censibus. Et intellige prædicta vera,quando
filius est filiusfam. in potestate patris, secus si
esset emancipatus,vt no.gl.in l.secunda.C.qui
ætate se excusant lib.x.& no.Docto.in d.l.fina.
85 C.de impu.& alijs substit. † Quid autem erit,
si ille qui facit,vel ille cui fit furtum, est mari-
tus,vel vxor,& ipse parum habeat,sed eius cō-
iunx sit diues,an ipse reputabitur diues? & bre
uiter dico quòd sic,per text.in l.sciendum.§.si
fundus.ff.qui satisd.cog.vbi dicitur,ꝙ maritus
& vxor euitāt satisdationem de iudicio sisti ꝓ-
pter fundum dotalem.& ad hoc faciunt,ea quę
statim dixi de filiofam. Sed contra istam deter
minationem facit quod not.Alber.de Rosat.in
suo opere statutorum,in j parte.q.cvj. vbi di-
86 cit,pone aliam quæstionem. † Statuto caue-
tur,quòd habens mille in bonis, debeat tenere
vnum equum pro communi. aliquis ex bonis
proprijs habebat quingenta, & ex dote vxoris
alia quingenta,nunquid patrimoniū suum con
iūgetur cum dote, vt sic teneatur tenere equū
pro communi,tanquam habeat mille in bonis?
& dicit Alber.ꝙ obtentum fuit secundum Do-
ctor.antiquos quòd non,& dicit, quòd de hoc
videtur casus in l.Lucius.§. idem respondit cō
stante matrimonio.ff.ad municipales. & licet
hoc multum faciat, contrà tamen adhuc idem
teneo,quod dicit, & dico, quòd de hoc est ca-
sus in d.l.sciendum.§.si fundus. & in d.§.idem
respondit constante matrimonio.in princi.vbi
dicit, quòd dos in bonis mariti est constante
matrimonio,& probatur in l.in rebus.suprà de
iure dom.cum simil.Nec obst. quod dixit Alb.
de Rosat.per dictum §.idem respondit in ij.re
sponso.quia illud procedit quantum ad onera,
quę imponuntur respectu quantitatis patrimo
nij: nos vero loquimur quantum ad hoc,an re
putetur diues, & sic quo ad eius commodum
& fauorem, quo casu.dos dicitur esse in patri-
monio viri,& etiam vtriusque,vt d.l.sciendum
§.si fundus. Cogita tu,quia nūc circa hoc nil
mihi aliud occurrit. Si vero furtum quod cō-
mittitur,est enorme,siue atrox: quod est quan
do fit cum fractura ostij,vel scrinij, vel capsæ,
vel alio modo simili, vel expilatur hæreditas,
& tale furtum committentes,dicūtur fures im
probiores,secundum do.Pau.de Cast.hic: & di
xi suprà, circa prin.Et videtur quòd sit iudicā
dum idem quod dictum est de furto magno, se
cundum Bald.hic, ad finalem colum.versi.ter-
tio nota. Sed de hoc dic,vt dicam infrà,quan-
do fures sunt improbiores, qua pœna punian-
87 tur. † Et aduerte ad id quod dixi, quòd pro
vno furto,& sic primo, quis non debet suspen
di,nec aliter mori. Nam hoc fallit in pluribus
casibus. Primo enim fallit,quando furtum es-
set magnum, vt dixi suprà secundum Baldum,
quod tamen non teneo de iure,vt suprà dixi.
Secundo fallit, quando esset statutum vel con
suetudo de hoc in loco:vt notatur hic per Do-
ctores. Tertio fallit,in cap.j.§ si quis quinque
solidos. in titu.de pace tenenda. in vsibus feu-
dorum. sed secundum aliquos, ibi est speciale
propter facturam pacis. pro hoc fecit ille titu.
sub quo ille §. est positus, qui est de pace te-
88 nenda. † Nam lex debet esse posita sub con
gruo titulo,& secundm eum debet intelligi vt
in prima constitu.codic.§.quibus.& in l.Impe
ratores.ff.de in diem adiec.& ita tenet Angel.
de Aret. institut.de actio.§.ex maleficiis.in ter
tia colum. Vel dic.quòd ille §.si quis quinque
solidos. hodie corrigitur per eundem Impera-
torem in cap.i.§.iniuria.in titu.de pace iur.fir.
& ibi gloss.in versicu.furtum.& in verb. legiti
me.& ibi plene per Doctor.& maxime per do-
min.Iaco de Alua & ita sentit etiam Bart. hic.
Vel dic, quòd ille.§.si quis quinque solidos.de
generali consuetudine non seruatur,secundum
gloss.in dicto.§ iniuria.in versicu. legitime. in
fin.maxime in Italia secundum Iaco.de Bel.&
Bald.ibi. & idem tenet Gandinus in suo tracta-
tu maleficiorum,in titu de pœna furum.in pe-
nulti.quæstio.Et idem tenet hic Bald. ad finem
prima colum.qui dicit, quod ille §. non serua-
tur de consuetudine: ideo de eo non est curan
dum. Et idem tenet Bartol.in l.capitalium fa-
mosos.ff.de pœnis. vbi ponit opiniones. & istā
opinionem credo veram, saluando etiam pri-
mam, scilicet quod ille §.loquatur in pace ru-
pta,& quod hodie de consuetudine non serua-
tur in simplici furto, circa intellectum dicti §.
si quis quinq; solidos.Vide etiā quę dixi suprà,
in secunda opp. Quarto fallit in l.penult.ff.de
condi.ob causam.sed ibi per Doctor.dicitur, ꝙ
ita fuit ibi de facto,non autem,quod de iure fie
ri debuerit. Vel forte ibi speciale propter vti-
litatem personæ,quia erat seruus secundū An-
gel.de Aret.Institu.de actio.§.ex maleficiis.in
iii.colum. Quinto fallit,quando fur est famo
sus,vel latro.de quo per text.glo.& Bartolum
in l.capitalium.§.famosos ff.de pœnis. & dicā
89 infrà de pœna latronum. † Et prædicta sunt
vera, scilicet quod ꝓ primo furto quis debeat
puniri, quando furtum est commissum simpli-
citer: secus si esset commissum propter neces-
sitatem famis extremam: quia tunc non debe-
ret puniri, per cap. si quis furatus.extrà de fur
tis. cum ibi not & per cap.discipulos.cum ibi
not. per gloss.de consecra.distinctio.v.& vide
tex.cum glo.de consecra.distinctio.prima sunt
nonnulli.& notat glo.in l.tertia.in §. cum ea-
dem in versicu.confert. quæ incipit, ad come-
dendum.ff.ad legem Rhodiam de iactu.quæ di
cit,quod tempore necessitatis omnia sunt com
municanda. Item quia necessitas non habet
legem, vt in prædictis iuribus notatur. & no-
tat Bartolus in lege prima.in fin.infrà de ope-
tis

ris liber.& in l.j.C.de naufragijs lib.xj.& vide
text.j.qõ.j.remiſſionem.§.ergo. Et hoc etiam
notat & tenet Gofre. in ſumma de furtis. ver-
ſicu.excuſatur autem. qui etiam dicit ſingula-
riter,quòd ſi non eſt extrema neceſſitas, ſed tñ
neceſſitas eſt, quòd tunc attenuatur delictum :
non autem excuſatur omnino. allegat dictum
ca.ſi quis ꝓpter neceſſitatem. extrà de furtis.
quòd allegaui, dum eſſem conſultus de quodã
ſtipendario,qui propter neceſſitatem famis,nõ
tamen extraneã,commiſerat furtum.& dicit ꝑ
dictum Gofr. quòd talis non debebat ſuſpendi
aliquo modo,nec etiam alirer mori,ex quo ne-
ceſſitate famis inductus fuit ad hoc faciẽdum :
ſed quòd debebat mitius puniri.quod bene no
ta,vt poſſis euadere quem à morte. Item præ-
dicta vera, niſi fur eſſer nimium iuuenis, puta
puer,vel nimium ſenex : quia tũc iudex poteſt,
& debet pœnam mitigare,vt l.auxiliũ.§ in de-
lictis. & l.ſi ex cauſa.§.nunc videndũ ff.de mi-
nor.facit l.aut furta.§.perſona in fi. ibi,in hu-
ius rei conſideratione ætatis quoq; ratio habe
tur.ff de pœnis.& in l.ij.ad fi.ibi.& vt cuiuſcũ-
que patiatur ætas.ff.de termino moto. & pro
hoc vide quod no.Bal.in l.quicunque infrà eo.
in iiii.col.verſic.iiij.caſu vbi dicit, quòd quan-
do eſt vnica pœna,ibi non cadit electio : ſed di-
ſpenſatio.& iſta ad iudicem ex cauſa ſpectat, ut
ſi ſtatutum dicat de amputatione manus, & ali
quis eſt ita puer,vel ita ſenes,quòd ſtatim mo
reretur : poteſt iudex diſpenſare : tamen nõ co
gitur: nec propterea poteſt appellari.arg.l.qui
poſthumos.in fi. in ratione literæ.ff.ad Syllan.
90 & dixi ſuprà in l.ſi fugitiui.in 5.quæſt. † Sed
iuxta prædicta quæro, an aſſociantes furem,&
facientes ei cuſtodiam ne depręhendantur,ſint
proprie fures,ita quòd compręhendantur à ſta
tuto loquente de furibus.Dicas, quòd nõ ſunt
proprie fures,nec in dicto ſtatuto comprǽhen-
duntur,ſecũdum Ang.in l.proinde ff.de condi.
91 fur. † Dubitari etiam poteſt, an ille qui de-
florat virginem,dicatur commiſiſſe furtũ. Dic
quòd ſic,vt probatur in autẽ.de lenonibus.ibi,
caſtitatis furtum.Et ideo dixit ibi Ang.quòd ſi
eſt conceſſum alicui arbitrium contra fures &
latrones,& aliqua virgo fuit,deflorata, ꝙ con-
tra talem deflorantem iudex poteſt inquirere
vigore dicti arbitrij, quod pulchrum eſt,& no
tabile. Et prædicta omnia procedunt, quando
quis commiſit vnum furtum tantum. Si autẽ
quis commiſit plura furta, aut commiſit duo
tantum,aut tria,vel plura, ſi duo tantum com-
miſit, & tunc idem videtur quod ſuprà dixi de
vno furto,videlicet,quòd quis non debeat fur
ca ſuſpendi vel mori,debet tamen grauius pu-
niri. & de hoc quòd debeat grauius puniri, eſt
gl.quæ allegat ad hoc concordantes in l.iij.in
fi.ſuprà de epiſc.audien.etiam ſi pro primo fur
to fuerit punitus, vt probatur in l.capitalium.
§.ſolent.ibi,tractari clementius.ff.de pœnis,ut
infrà dicam de verſic. ſed pone aliam quæſtio.
quotidianam. Et licet text.& glo.in fin.in d.l.
iij.in fine.C.de epiſco.audien. videatur dicere
contrarium, ſcilicet quòd duæ vices inducant
conſuetudinem.& dixi ſuprà in hac x.quæſt.in
prin.ibi,fur famoſus dicitur.& glo. in l.capita-
lium.§.famoſos.ff.de pœnis.in verbo,graſſati.
ibi,nam ſi ſemel veniam meretur à furca,à cõ-
trario ſenſu videtur velle, quòd ſi bis ẽ quis fu
ratus, non mereatur veniam à furca. Tamen
quantum ad hoc vt pœna mortis inferatur fu-
ri, requiruntur tria furta, ſaltem de conſuetu-
dine generali.ſecundum Docto.hic,& maxime
Bald.qui dicit, & pro primo & ſecundo furto
quis furca non ſuſpenditur,ſed pro tertio,quia
delictum in conſuetudinem deducitur, furca
ſuſpenditur de conſuetudine generali, quæ eo
ipſo reputat eum publicum & famoſum furem
quòd fecit tot furta,vel ſaltem graſſatorem,ut
l.capitalium §.graſſatores. & § famoſos.ff.de
pęnis. hoc an ſit verum de iure, ſtatim videbi-
mus in eo qui commiſit tria,vel plura furta.
92 † Sed de iure Lombardo,pro primo furto de
bet oculus euelli,pro ſecundo naſus ſcarpelari,
pro tertio vero debet mori, vt in Lõbardia de
furibus.& ſeruis fugacib.l.ſi quis latro. & hic
no.gl.in tit.de pace iur.fir.in § iniuria. in ver-
bo,furtum.in vſibus feudorum & no etiam gl.
in l.capitalium.§.famoſos.in verbo,furta. quæ
incipit.clam.ad fi.ff.de pœnis. Si vero quis cõ
miſit tria furta. vel plura, & tunc cõmunis eſt
opinio gloſſatorem & Doctorum,quòd debeat
mori,& ſic furca ſuſpendi,vt eſt gloſ. hic ſuper
verbo,caſtigabitur,vt dixi ſuprà in princip. hu
ius x.quæſtio.& hic per Bald.& Doctor.& pro
hoc eſt gloſſ.in l.capitalium.§.famoſos. in ver
bo,graſſati.ibi,nam ſi ſemel veniam meretur à
furca à contrario ſenſu,vt ſuprà dixi. & glo.in
verbo, furta.& facit d.l.capitalium.§.ſolent.&
§.graſſatores.quia ſaltem per trinum actum fu
randi inducta eſt cõſuetudo furandi, ut eſt tex.
& ibi gloſſ.in l.iij.in fin.C.de epiſcop.audien.
93 † Item ꝓ hoc, quia ille qui commiſit ſæpius
vnum delictum,magis punitur quàm qui ſemel
tantum : ut eſt text.cum glo.notab.in l.ſi diu
turni.ff de pœnis circa princip. quæ allegat ad
hoc concordantes:& ſic magis punitur furtum
reiteratum,quàm non reiteratum, vt eſt text.
cum gl.fi.in l.fi.C.de conuentu.lib.xij.& text.
cum glo.in verbo,deterior.in aut.de litigioſis.
§.ſi vero apud iudicẽ.col.viij.& habetur xxvij
q.i.peruenit.& ff.de re militari.l.iii.§.ſi plures
& l.nõ omnis.§.à barbaris.in fi.& extrà de hæ-
reticis,ad abolendum.§.illos autem.& not.gl.
i.xxv.quæſt.2.ita nos.& habetur ĩ c.accuſatus.
de hęreticis.lib.6.& ita communiter practica-
tur de quadam conſuetudine generali. & idem
tenet Gandinus in ſuo tractatu maleficiorum.
in tit.de pœna furum. ſiue in titulo de furibus
& latrociniis.uerſi. ſed pone pęnam.ſecundum
Vbertum de Bobio.etiam ſi pro primo & ſecũ-
do furto fuiſſet punitus,ut dixi, & infrà dice-
94 tur in verſi.ſed pone aliam quæſt. † Si tamen
iſta tria furta eſſent parua, & de rebus magna-
tiuis,puta de gallinis, de conſuetudine non ſer
uatur Veronæ, quòd fur ꝓ his tribus furtis de
gallinis

gallinis ſuſpendatur, vel moriatur, ſed vidi con
demnari in pecunia, vel ad ſtādum per aliquod
tempus, puta duorum vel triū menſium in car-
ceribus. Sed ego credo, quòd de iure ſit verius:
videlicet, quòd fur etiam qui commiſit tria fur
ta, vel plura, non debeat ſuſpendi, vel aliter mo
ri: nam hoc non reperitur iure cautum: vt dixi
ſuprà de illo qui commiſit vnum furtum ma-
gnum tantum: ergo l. præuaricationis. §. fin. ff.
de præuaricationi. cum ſimi. s. alleg. Imo repe
ritur contrarium hic, & in corpore, vnde ſumi-
tur iſta autent. vt nulli iudicum. §. penultim.
95 † Item hoc probatur in l. ſecularii. in princ. ff.
extraor. criminibus. ubi dicitur, quòd degera-
rii plus quàm fures puniendi ſunt. idcirco aut
ad tempus in opus publicum dantur, aut fuſti-
bus caſtigantur, aut ad tempus relegantur. Ex
quibus verbis apparet, quòd illi, qui ſunt ma-
gis quàm fures puniendi, vt ſunt degerarii, non
puniūtur ad mortem: ergo multominus fures,
qui minus ſunt puniendi: argum. autent. quan-
to magis. s. de ſacr. ſanct. eccle. & l. quanto ma-
gis. ff. de iureiur. cum ſimi. Item hoc probatur
in l. j. §. expilatores. & § fin. cum l. ſequen. ff. de
effrac. & expil. vbi probatur hoc manifeſte ſic.
nam in d. § expilatores. dicitur, quòd etiam fu-
res atrociores, qui etiam cum fractura oſtii, vel
hortorum ſunt fures, non ſunt ad mortem con
demnandi, imo ſunt relegandi, vel in opus pu-
blicum dandi, vel fuſtibus caſtigandi, ſecūdum
conditionem perſonæ. vt ibi, ergo multominus
debet imponi pœna mortis ſimplici furi qui nō
ſit atrox, nec cum fractura oſtii, vel alterius rei
furtum commiſit: vt etiam dixi s. quoniam fur
tum eſt enorme, vel atrox. & j. etiam dicetur:
vbi ponetur de furibus improbioribus. Vnde
ex his concludo, quòd furi, qui cōmiſit tria fur
ta, non debet de iure imponi aliquo modo pœ-
na mortis, ſed debet fuſtigari, vel relegari, vel
hodie banniri, vt hic probatur, & in d. l. j. § fi. ff.
de effracto. & expila. non autem aliquod mem-
brum abſcindi. & probatur hic, & in corpore,
vnde ſumitur iſta autent. Et iſtud teneo, quòd
de iure ſit verum, licet ex forma ſtatutorū Ita-
liæ, vel de quadam conſuetudine generali ſer-
uatur contrarium: ut ſuprà dixi. Nec obſt. prę
dictis d. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. q̃a
ille § loquitur de latronibus, qui in itineribus
inſidiantur hominibus, & per vim deprædātur,
& homines interimunt, vt colligitur ex verbo,
interemptorum. ibi poſito, in d. §. famoſos. nō
autem loquitur in furibus, qui clàm furantur,
vt loquuntur omnia iura, quæ s. dixi, & ſi quæ-
ſtio noſtra. Nec etiam obſt. d. l. capitalium. §.
graſſatores. quia qui etiam loquimur de latro-
nibus ergo. Nec etiam ob. §. ſolent. in d. l. capi-
talium. quia ibi non loquitur de fure, ſed de a-
lio, ſcilicet ſeditioſo. Item ibi etiam non debet
puniri ad mortem, licet dicat, quòd grauius de
beat puniri ex eo, quòd frequentius idem com
miſit. Nec etiam quòd per trinum actum indu
catur conſuetudo furandi: & quis magis delin-
quat, ſi pluries commiſit furtum, quàm ſi ſemel
tantum. vt l. iij. in fi. C. de epiſcopali audiē. cum
ibi not. per glo. & Doc. per no. in l. ſi diuturno.
per glo. ff. de pœnis. quia reſpondetur, Fateor,
quòd magis delinquit, & q̄ magis debeat puni-
ri, ut in iuribus s. alleg. & not. glo. in l. fin. C. de
comme. libr. xii. non tamen ibi dicitur, q̄ de-
beat iſta pœna tranſire vſque ad mortem inclu
ſiuè: imo probatur contrarium in iuribus prę-
alleg. Nec etiam ob. glo. hic in uerbo, caſtigabi
tur, quæ videtur dicere contrà. & ſolet allegari
contra ea quæ s. dixi. nam ſi recte intelligatur,
non dicit contrà. dicit enim, niſi ſit publicus la
tro, qui ſcilicet conſueuit furari, quòd furcis ſu
96 ſpendatur. † illud enim relatiuum, Qui, de-
bet referri ad ſuum antecedēs. hoc eſt, ad latro-
nem publicum, qui conſueuit furari. & ſic vult
dicere, quòd nō ſufficeret latronem eſſe, id eſt,
violentem aggreſſorem, & ſpoliatorem, atq; ho
micidam. de quo loquitur. § famoſos. niſi id ſæ
97 pius feciſſet, id eſt, conſueuiſſet furari. † nam
& rapere, furari eſt: ut inſtitu. vi bo. rap. in prin.
& §. j. vt furca figi deberet, vel ad beſtias dam-
nari. vt vult ille §. famoſos. & ſic illa verba gl.
ſcilicet ille qui conſueuit furari, non debet re-
ferri ad furem, ſed ad latronem, de quo dixerat.
& ita vult in effectu Iacob. But. hic. & pro hoc
etiam facit: quia gloſ. intelligitur ſecundū text.
quem alleg. vt dixi ſuprà circa princip. huius x.
quæſtionis. ſed ille §. famoſos. quem glo. alleg.
loquitur de latrone. ergo de illo glo. intelligit,
vt dixi ſupra in ix. q. in verſi. latro vero publi-
cus. vbi vide, & hoc bene not. pro intellectu gl.
hic, in verbo, caſtigatur. Nec etiam obſt. quod
dicit glo. in d. §. famoſos. in verbo, furca. ibi, aut
eſt famoſus, ſed non niſi clam ſurripuit. & tunc
forte, quod hic dicitur, obtinet. quia illa gloſſ.
non firmat pedes, ſed loquitur ſub dubio forte.
vnde non eſſet firma ſentētia gloſſatoris. quod
bene no. quia non ita reperies tacta, & plene di
ſcuſſa, & declarata, & facient tibi honorem.
98 † Sed poſito, quòd de iure, vel ex conſuetudi
ne, vel ex forma ſtatuti ille, qui eſt publicus, &
famoſus fur, & ſic ſæpius commiſit furta, poſſit,
& debuit mori, & ſic furca ſuſpendi: & unus cō
miſit hic unum leue vel paruum furtum, ſed ali
bi commiſit plura furta, an illa furta alibi com
miſſa aggrauant delictum furti parui hic com-
miſſi, ad hoc vt poſſit hic tanquam fur publi-
cus, & famoſus ſuſpendi? Et videtur quòd nō:
quia paria ſunt commiſſa non eſſe, & cognoſci
non poſſe: nam ſi non poteſt cognoſci, ergo nō
poteſt conſtare iudici, ut iudici ad hoc. ff. de fe-
riis. l. ij. in fi. & ſic ſi non poteſt iudex procede-
re cognoſcendo, ergo nec aggrauando. Tu di-
cas, quòd ſic. nam furta alibi commiſſa, qualifi-
cant furtum factum hic: ut acrius puniatur, &
ſic vt ſuſpendatur, ut l. iij. in fi. C. de epiſc. aud.
& l. ſeruis. infra ad l. Iul. de vi. & l. j. ff. de iur. pa
tron. ita dicit Di. & Bar. ſingulariter in l. ſi cui.
§. ſi cum ſacrilegium. ff. de accu. & idem tenet
hic Bald. in prin. ij col. verſi. ſed dubitatur nun
quid. qui dicit, quòd licet de furtis alibi com-
miſſis hic principaliter non poteſt inquiri, ta-
men

men quia ratione aliorum remanet infamia,
cognosci in consequentiam,seu in concomitan
tiam potest.argum.l.quoties. C. de iudiciis.&
dicit ꝙ ista est vera opin.quam tenuit etiam Ia
co.de Bel.in autent.vt nulli iudicum.§. si quis
vero compræhensorum. & ita etiam tenet hic
Pau.deCa.& communiter Doct.Et idem etiam
tenet Ange.de Aret.institu.de actio.§.ex male
ficiis in 4 col.& in suo tractatu maleficiorum.
in gloss.in verbo,& ei vestẽ cœlestem abstulit.
in vj colum.in fin versicu quęro nunquid fur-
tum,de quo non posset cognosci. Et idem di-
cunt Docto.præfati,quando esset tale furtum,
de quo nõ posset cognosci per præscriptionem
temporis.sicut non posset, si esset commissum
extra territorium, quia vtroq; casu aggrauat
99 furtum hic commissum,ꝑ prædicta.† Imo plus
dico,ꝙ non tantum furta alibi commissa,qua-
lificant furtum factum hic,sed etiam computã
tur in numero furtorum hic. vnde si statuto ca
uetur,ꝙ quis non possit suspẽdi nisi pro tribus
furtis,& aliquis commisit hic vnum furtum nõ
maguum, & alibi commisit duo furta, & tunc
verum est dicere, ipsum commisisse tria furta,
& sic poterit suspendi vigore dicti statuti,licet
principaliter propter illa duo furta alibi com-
missa,non potuisset hic suspendi, nec etiam ali
ter puniri.ita vult d.Bartho.de Sal.singulariter
in.l.seruus.C.ad.l.Iul.de ui publica. quem se-
quitur Ange.de Aret.in suo tract.malefi. in gl.
in verbo,& vestem cœlestem abstulit.in vi.co.
in fin.& instit.de act.§.ex maleficiis.& in 4 co.
& hoc etiam sentit Bar & Ang.in d.l.si cui.§.fi.
in fin. Sed aduerte,quia Gãdi.qui fuit magnus
practicus,in suo tractatu malefi.in tit.de pœna
furum.vers.item pone aliã quæstionem de fa-
cto.& Odofredus & Guido de Suza.in suo tra-
ctatu maleficiorum. in titu. quæ pœna furibus
imponatur.licet arguant,vt suprà pro illa par-
te,tamen dicunt,ꝙ de iure contrarium est ve-
rius,scilicet quòd hic possit ipuniri pro vno tã
tum furto,& de aliis furtis debet remitti fur ad
iudicem loci,in quo est commissum furtum, se
cundum Vber. de Bobio. dicunt tamen, quòd
iudices feroces sequuntur primam opin & pu-
niunt fures& latrones etiam pro furtis alibi cõ
missis.& istud teneas,quando hic aliquod fur-
tum commisit,& non aliàs,ut dicit, quia tales
iudices bene faciunt, & ista est hodie commu-
100 nis opin.Doctor.modern.† Sed pone aliã quæ
stionẽ quotidianam iuxta prædicta. Quis com-
misit tria furta,vel hic,vel alibi,nõ curo,& pro
primo & secundo furto fuit ponitus,an pro ter
tro a furto hic vltimo loco commisso debeat
mori,& sic suspendi. posito quòd ex forma sta
tuti, vel ex consuetudine generali, pro tribus
furtis quis debeat suspendi. Et videtur quòd
non. quia iam de duobus punitus est. nec pro
uno solo furto potest suspendi. & si suspende-
retur pro pluribus,bis puniretur pro primo &
secundo furto.quod esse non debet,ut.ff.de ac
cu.l.senatus.&.ff.nautæ,caup.stabu.l.licet. Sed
videtur,ꝙ debeat suspendi:quia cũ ꝑseuerauit

a Pro tertio fur. Adde & uide consiliũ qđ est inter consilia Ba.cccxlviii. in.v.uol. qui uidetur limitare hoc procedere, quãdo tertium est furtum post illa duo,secus si primo,quia tũc non potest puniri.

in crimine.magis deliquit, & maior pœna im-
ponitur.C.ad.l.Iuliam de ui. pub.l. seruos. in
fin.& suprà de episcopali audientia.l.3.in fi. &
ff.de pœnis l.capitalium.§.solent.& dicit Lom
barda quòd pro tertio furto moriatur.non au-
tem pro primo,& secundo. Et sic sentit Vbert.
de Bobio,quod debeat mori & ita dicit Gaudi-
nus in suo tractatu de maleficiis,in titu.de pœ
na furum, versi. sed pone pœnam impositam.
Et idem tenet ad literam Odofre. & Guid.de
Suzaria,in suo tractatu maleficiorum,in titulo,
de pœna furibus imponenda. in prin. Et idem
tenet hic do.Pau.de Cast.& istud etiam ego te
neo pro vero,maxime per tex.in.l.capitalium
§.solent ibi,tractari clementius.coniuncto ibi,
nunquàm capite plectendi. nam ibi loquitur,
quando pro prima & secunda uice fuit punitus
& tamen dicit ibi,quòd etiã pro tertia punitur
acrius,& bene,quia ex coadunatione aggraua
tur delictum,ad quod.c.accusatus.de hæreticis.
li.vi.Et idem ego dixi suprà,quando quis com
misit duo vel tria furta,in principio.Item ad de
prædictis, ꝙ si pro tertio furto quis possit su-
spendi,quòd hoc non habet locum,quando di-
cuntur esse facta plura furta eodem loco,& tẽ-
pore,quia talia furta non possunt numerari vt
plura.Nam mens statuti intendit grauius puni
re propter consuetudinem delinquendi:in qua
consuetudine requiritur temporis interuallum
ad hoc facit.l.eum qui.§.idem scribit.& ibi gl.
in uersi.sed non in totum.& ibi etiã Bart.ff. de
fur.ita dicit hic Bald.in 2.col.uer.ulterius quę
ro ad quod adde quæ dixi suprà, quando dica-
tur unum furtum,vel plura:quæ omnia singu-
lariter nota,& tene menti.quia sunt pulchra&
quotidiana. Secundo casu principali, quando
fures sunt improbiores,ut sunt expilatores hæ
reditatis,& furantes cum fractura ostij.vel scap
sæ,vel seræ,uel alterius rei,uel similes,qui etiã
atrociores fures appellantur:ut est casus in.l.j.
§.expilatores.cum.§ seq.&.l.ij.ff. de effrac.&
expila.qua pœna puniantur.Dic,aut loquimur
de expilatoribus hæreditatis,aut de furantibus
cum fractura,qui effractores dicuntur,ut.l.i.§.
item effracto. de effrac. & expil.aut loquimur
de saccularriis & detractariis.Si loquimur de ex
pilatoribus hæreditatis,dic, quòd licet isti non
sint propriæ fures,ut l. 2. §. de crimine expil.
hæredi.& nota.gloss.in dicto.§. expilatores.in
verbo,atrociores.tamen fures etiam dicuntur,
ut probatur in dicta.l.i.§.expilatores.& in.l.si
cum except.§. qui vim intulit.ff.quod metus
causa.& dixi suprà,circa principium huius de-
cimæ quæstionis. & isti pœna extraordinaria,
id est,arbitraria puniuntur,ut est text.in.l.i.&
l.diuus.ff.de crimine expli hæred.& habetur in
dicto.§.expilatores.vbi etiam sic dicitur.Expi
latores fures,qui sunt atrociores,hoc enim est
expilatores,in opus publicum,uel perpetuum,
uel temporarium dari soleut. honestiores autẽ
ordine ad tempus patria moueri, vel fines pa-
triæ iuberi excedere:quibus nulla specialis pœ
na rescriptis principalibus imposita est:idcirco

Ꝯ usa

causa cognita, liberũ erit arbitrium ei qui cognoscit:& sic in effectu erit in arbitrio iudicis, vel prætoris cognoscentis punire secundũ conditionem personarum.& quomodo regulari debet hoc arbitrium, & vsque ad quam pœnam possit iudex vigore huius arbitrii accedere, vide quæ plenissime dixi in l.si fugitiui.in v.q.s̃. eodem. Si loquimur de furibus cum fractura, qui dicuntur effractores, vt dixi: & dicas, quòd isti sunt propriè illi qui furantur cum fractura, vel perforatura ostii, vel hortorum, vel scrinii, vel capsæ vel parietis: vt probatur in d.l.j.§.itẽ effractores ff. de effractoribus & expilatio. ibi, effracto pariete. coniuncta gloss. quæ dicit aliàs perforato, aliàs effracto. & quòd furtũ per eos commissum dicitur atrox, ut est tex. in l fi.eod. tit. Et etiam dicitur enorme, secundum dominum Pau.de Cast.hic.vt dixi s̃ quando furtum est enorme, vel atrox. & videtur quantum ad pœnam, ꝙ idem sit iudicandum de hoc furto, sicut de magno.de quo s̃.dixi: quia Bald hic in j.col.versi.iij.not.maxime ibi, ego puto.ponit furtũ multum enorme, pro magno,& sic promiscue vtitur illis vocabulis. Item pro hoc gl.in
101 l ad ea.in ult.char.ff.de reg.iuris. † quæ appellat magnum furtum delictũ atrox.& sic videtur, ꝙ sicut pro magno quis debet suspendi, vt s̃ dixi, secundum Bal.licet hic non tenuerim s̃. ita etiam pro furto atroci & enormi. Sed contrarium in hoc est verius, tenendo quòd furtũ enorme sit, quando cum fractura ostii, vel alterius rei, vt suprà dixi. nam licet quis furetur frãgendo, vel perforando prius ostium vel parietem, vel scrinium, vel etiam seram: nihilominus propter hoc nõ debet mori, ut probatur in parte d.l.j.§.expilatores.& §.fina. cum l. seq.ff.de effrac. & expil. Item hoc probatur, quia magnum furtum dicitur atrox: ut est gl.in l.ad ea. ff.de reg.iuris.& suprà dixi. Vnde sicut pro magno quis non debet mori de iure, ut suprà dixi: ita nec pro isto, quod dicitur atrox, ut est text. in d l.j.§.expilatores.ibi, atrociores. & in l.fin. in prin.ibi, atrociores enim sunt. eod. tit. Sed debet distingui: Aut tale furtum est commisũ de die,& sic sunt fures diurni,& puniri debent: habetur in dicta l.j.§.item effractores. subaudi, puniuntur vt expilatores. de quibus dixerat in §.pręcedenti. postea sequitur in litera, sed enim diuus Marcus effractorem equitem Romanum, qui effracto pariete pecuniam abstulit, quinquẽnio abstinere iussit prouincia Aphrica, vnde erat,& ab vrbe, & ab Italia. Oportebit autem æquè & in effractores, & in cæteros suprascriptos causa cognita statui, prout admissum suggerit, dummodo ne quis in plebeio operis publici pœnam, vel in honestiore, relegationis excedat. Item dicitur in l.fina.eod.titu. Diuturni verò effractores, & post fustium castigationem in opus perpetuum, vel temporarium sunt dandi. vnde in effectu tales non possunt ad mortem condemnari, sed debent pro admissi & personarum qualitate puniri, citra mortem tamen. Aut tale furtum est commissum de nocte, quia sunt fures nocturni cum fractura ostii, vel alterius rei.& isti debent fustibus cædi, & in metallum damnari, ut est casus in l.fi in princ.ff de effractoribus & expil.ubi in hæc vẽrba per Paulum iurisconsultum scribitur, In effractores variè animaduertitur: atrociores enim sunt nocturni effractores,& ideo hi fustibus cæsi, in metallũ damnari solent, quod bene nota: quia multi crederent quòd de iure fures diurni vel nocturni cum fractura ostii, vel scrinii, vel alterius rei deberent ad mortem condemnari: quod minime verum est. vt ex prædictis manifeste patere potest. Si vero loquimur de saccularijs,& detractariis, siue degerariis:& dic breuiter, quòd isti possunt puniri arbitrio iudicis, prout puniuntur expilatores hæreditatis: ut est casus in d.l.j. §.expilatores. in versi. simili modo & saccularii.ff.de effracto.& expilato. Et vult etiam textus circa hoc in l. saccularii. in principio.ff.de extraordina.crimi.vbi per Vlpianum ita scribi-
102 tur: † Saccularii qui veritas in sacculo artes exercentes, partem subducunt, partem subtrahunt. Item qui digerariis appellẽntur, hoc est, hi qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, plus, quàm fures puniendi sunt, idcirco quoq;, aut ad tẽpus in opus dãtur publicũ, aut fustibus castigantur,& dimittũtur, aut ad tempus relegantur. Et qui dicãtur saccularij, exponitur ibi per gl.j. quæ inter alias expositiones in fi.ponit istã, videlicet quòd saccularij sunt qui in saccis portãt merces desuper bonas, inferius malas in eodẽ sacco. quod bene nota contra huiusmodi delicta cõmittentes: quia puniri debent plus quàm fures: qui tamen a iurisconsultis improbiores, ab imperatore improbi tantum appellantur, vt dixi suprà, circa principiũ huius decimæ quæst.vbi vide. Item tertio casu principali, quando sunt improbissimi, vt sũt raptores, qui in strata publica furãtur, qui grassatores vocantur. Itẽ illi qui cum interfectione in strata publica furantur, qui publici latrones uocantur, & etiam dici possunt plus quàm improbissimi, vt probatur in l.raptores.C.de epis.& cle.& inst.vi bonorũ raptorum.in prin. & l.capitalium.§ grassatores & §. famosos. ff. de pœnis.& dixi suprà in ix. q. circa principiũ huius decimæ quæstionis. Et isti qua pœna puniantur? Dic distinguendo, aut loquimur de raptoribus,& dic, quòd pro rapina ꝑtor fecit edictum suum, quod habet tria capita. Prima duo capita ponuntur in l.iij. in principio. ff. vi bonorum raptorum. vbi sic dicitur, Prætor ait, si cuiusdolo malo hominibus teneris dãni, quod factũ esse dicetur, siue cuius bona rapta esse dicẽtur, in eũ qui id fecisse dicet. eidẽ vi bono.rapt. j.annum in quadruplum, post annũ in simplũ iudicium dabo. Item si seruus fuisse dicet, in dñm iudiciũ noxale dabo. Tertiũ caput ponit in l.iij.quæ incipit, Prætor aut eo.tit.vbi dicit, Pręter ait, cuiusdolo malo in turba damnũ q̃d factũ eẽ dicet, in eũ in ãno quo primũ de ea re experiũdi ptãs fuerit in duplũ, post ãnũ in simplũ, iudiciũ dabo. Et ita tria cap. declara vt hẽt

per

iuriſconſultos,in toto illo titulo.ff.vi bonorum raptorum.& habetur etiam in c.j.& inſtitu.eodem titul & per Azonem in ſumma. eodem titulo.& ſufficiant iſtæ remiſſiones: quia non intendo tractare materiam ui bonorũ cauſa breuitatis . Sunt enim aliæ violentiæ quæ puniuntur, de quibus uide per gloſſam ordinariam, & magiſtram in l.extat.ff. quod metus cauſa . & ibi per Docto. Si vero loquimur de his, qui in ſtrata publica,vel in ſyluis furantur, qui graſſatores dicuntur , ut l.capitalium.§ graſſatores :
103 ff.de pœnis.qui † quare dicantur graſſatores, vide textum cum gloſſ.in dicto §. graſſatores . & vide tex.xxiij.quæſt.j.militare. in ver.graſſatur . & ibi Archidia. qui ponit de hoc verbo , graſſari.& de incipiendo hic ponere materiam, qua pœna latrones puniantur. Quòd autem iſti qui furantur ſine interfectione alicuius, & iſti proprie craſſatores vocantur , ſed proximi latronibus habentur : vt dicit text. in dicto §. graſſatores. & ideo eos latrones ſimplices appellaui,ut dixi ſupra,in ix.quæſtio.in ver.latro ſimplex. Aut furantur cum interemptione hominis,& tunc propriè dicuntur latrones: vt eſt caſus in dicta l.capitalium.§.famoſos.ff.de pœ. in verſicul.interemptorum . & in ver.homicidia. Primo caſu,quando aliqui furantur in ſyluis,vel in ſtrata publica,vel in itineribus,vel in domibus,aut in mari per vim aggrediendo,aut cum armis,aut ſine armis:ut dicit hic tex.& infra in corpore , unde ſumitur iſta autentica.& in §.pen. quòd pœnis legalibus ſubiiciuntur.
104 † Quæ autem ſint iſtæ pœnæ legales , dicit gloſſ.in dicto §.penulti.quòd ſuſpendatur, per dictum §.famoſos . & idem videtur dicere glo. in dicto §.famoſos in ver.furta. ibi, ſed hodie. vbi gloſſ.dicit, ſed hodie hoc caſu pœnis legalibus.quod exponunt verba huius l. Ego in hoc ſtinguerem , Aut iſti ſemel tantum furati ſunt, aut pluries . Si ſemel tantum , tunc debent in metallum damnari , vel in inſulis relegari . Si pluries,tunc debent capite puniri,vel furca ſuſpendi. Iſtud probatur aperté in dicta l. capitalium §.graſſato ff.de pœnis . vbi ita ſcribitur, graſſatores,qui prædæ cauſa id faciunt , proximi latronibus habentur: & ſi cum ferro aggredi, & ſpoliare inſtituerint , capite puniuntur , vtique ſi ſæpius ,atque in itineribus hoc admiſerunt,cæteri in metallum damnantur,& in inſulas relegantur . & hoc expreſſe te et gloſſ.in dicto §.famoſos in verbo, graſſati ſunt.in ſecũda & ultima expoſitione,dum dicit, uel graſſati,id eſt , ubi frequenter obſederint itinera publica:nam ſi ſemel, veniam meretur a furca,ut dicto § graſſatores.& in l.iij.in fine. C.de epiſ. audien.& idem tenet alia gloſſ in dicto § famoſos.in verbo,furca.in verſi.aut palam & in ver
105 ſic.poteſt dici. † Vbi dicit,quòd ſi ſemel tantum quis ſit graſſatus,tenetur l. Iulia de ui publica.& non debet furca ſuſpendi , per dictum §.graſſatores.& idem tenet gloſſ.j. xxiij.q.iij. ſi quis fortitudine . & iſta opinio verior eſt, & hoc modo debet intelligi iſte tex.hic in fi.dum dicitur pœnis legalibus ſubiiciuntur. & textus in corpore,vnde ſumitur iſta autent . vbi eodẽ modo dicitur. nam intelligitur de pœnis legalibus,ſcilicet ſecundum dictum §. graſſatores . & ſecundum leges,titulus ad l.Iul.de ui publica.& etiam ſecundum § famoſos.quando ſcilicet furtum factum fuiſſet cum interemptione hominis,ut infra dicetur: quod eſt ſingulare ꝓ latronibus,& piratis, qui ſemel tantum aggrediendo aliquem,vel aliquos, ſpoliauerunt:ut ꝑ hoc non debeant furca ſuſpendi,vel aliter mori:ut dixi ſupra in ix.quæſtio.in titul. ſed debẽt relegari,& fuſtibus cædi, vel loco damnationis
106 in metallum. † quæ hodie non eſt in vſu: vt dicit glo.in §.relegati.in verbo,in metallum.in fine.inſtitu. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur . Manum abſcindendam,æquiſſimum eſſe putarem, & deinde bãniendos eſſe propter admiſſi criminis atrocitatem. Nec obſtat glo. in dicto §.pen.in autent.ut nulli iudi. quæ videtur exponere pœnis legalibus,ſcilicet quòd ſuſpendantur , quia debet intelligi ſecundum legem quam allegat,ut dixi ſupra in d.q. nam allegat.§.famoſos. ergo debet intelligi , quando concurrit furtum,ſecũdum §.famoſos. ſcilicet cum interemptione. Eodem modo non obſtat glo.in d.§.famoſos.in verbo,furca.in verſi.ſed hodie,quia intelligitur illa gl. ſecundum illam legem.nam dicit,pœnis legalibus. quod exponit,pœna huius l.non dicit huius §. & ſic quòd illa verba quæ hic in fi.dicunt,pœnis legalibus ſubiiciuntur, intelligantur ſecundum dictam l. capitalium.ſcilicet in §.graſſatores . & in § famoſos. ſecundum diſtinctionem quam ſupra feci. Preterea glo.ibi non firmat illam opinionẽ, ex quo ponit poſtea aliam,& iſti qui hoc modo ſæpius furantur , dicuntur etiam publici & famoſi latrones, vt d.§.famoſos.& hoc modo intelligo glo.hic,in verbo,caſtigabitur.ut dixi ſ. in ix.quæſtio.licet proprie latrones ſint illi,qui cum interemptione furantur , ut ſupra dixi.& infra ſtatim dicetur. Et prædicta procedunt nõ ſolũ ſi furati ſunt. ſed ẽt ſi cum ferro aggredi & ſpoliare inſtituerint,& ad aliquẽ actũ peruenerint,ante tñ perfectionem.ut eſt no.tex.in d §. graſſatores.ibi,& ſi cum ferro aggredi , & ſpoliare inſtituerint.qui tamen debet intelligi,dũmodo ad aliquem actum peruenerint. iux.not. in l.qui cum telo. C. ad legem Corneliam.de ſicar.ſecus ſi ad nullum actum peruenerint.qđ bene nota cõtra illos,qui ſtant in ſyluis,vel itineribus,vel in mari, & prædæ cauſa aliquẽ aggrediuntur,ut ſpolient,licet ipſum non ſpoliauerint,quia euaſit de eorum manibus, quòd nihilominus ipſi debent puniri,ac ſi eum ſpoliaſſent,licet Bart.in d.§.famoſos.ad fin.aliter ſenſerit,dum dicit.& intellige hoc de his qui perfecerunt delictum,aliàs ſecus.ſ.ea.l.§.graſſatores.quod ſingulariter no. Secundo caſu,quando aliqui furantur in itineribus , vel in ſtrata publica,vel in ſyluis,vel ĩ domibus, vel in mari per vim cum armis, vel ſine, cũ interemptione hominis. Et diſtingue,aut hæc fecerunt ſemel tantum,

tantum,& tunc dicuntur simplices latrones, vt
dixi suprà in ix.q. & non debent furca suspen-
di,propter furtum vel spoliationem, ut est ca-
sus in d.§ grassatores & glo. in d.§.famosos.in
verbo,grassati.relata ad tex. & est gloss.xxij.q.
iij. si quis fortitudinem . Si tamen interuenit
homicidium,prout præsupponitur,tũc pro ho-
micidio deberet mori,etiam pro spoliatione so
la.& ita intelligo dictum § famosos,& gloss.in
l.ij in verbo,defensionem.ff.de bonis eorũ qui
sibi mor.consci.quæ dicit, quòd latrones furca
suspenduntur,aut hoc fecerunt pluries,& tunc
dicuntur publici,& famosi latrones , & isti de-
bent furca suspendi.Et de hoc non est dubium,
quia ut est tex.cum glo. in dicta l. capitalium.
§.famosos.ff.de pœnis. vbi sic eleganter dicit,
famosos latrones in his locis, ubi grassati sunt,
furca figendos compluribus placuit,ut & con-
spectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus,
& solatio sit cognatis & affinibus interempto-
rum eodem loco pœna reddenda,in quo latro-
nes homicidia fecissent . Nonnulli etiam ad be
stias hos damnauerunt,maiores nostri in omni
supplicio seuerius seruos quàm liberos, famo-
sos quàm integræ famæ homines punierunt.&
ita etiam potest intelligi glo.hic in verbo,casti
gabitur.dum allegat §.famosos . & dicit quòd
publicus latro,qui scilicet consueuit furari,qui
debet furcis suspendi, scilicet quando furtũ fa-
ctum est cum interemptione hominis , ut dici-
tur in d.§.famosos. & eodem modo debet intel
ligi gl.xxiij.q.iij si quis fortitudinem. in prin.
quæ dicit,intelligas istud c. de famosis latroni-
bus,qui licet furca suspenduntur,ut dicto § fa-
107 mosos. † Et adde,quòd isti famosi latrones,
dicuntur etiam insignes latrones,ut est textus,
quem ita intelligit ibi Bar.secundum Oldra.in
l.constitutiones.ff.de appellat . & quis dicatur
proprie latro,uide Bàld.in addi.Specu.in tit.de
furtis. Item,quis dicatur publicus latro , vide
Oldra.in consi.clvij. Item quis dicatur famo-
sus latro,uel fur,vide tex.& Bart.in l.capitaliũ.
§.famosos.ff.de pœnis.& Angel.in l.j §.aduer-
sus.ff.de sepul.uiola.& Alberic.de Rosa.in l.sa-
crilegii pœnam.§ fin.ff.ad l. Iul. pecul. & vide
108 Bar.in l.ij ff.de furtis. Quibus adde, † quòd
si ex forma statuti latro famosus intelligitur,
qui fecerit tria furta,habet locum, siue quis fe
cerit ea simul,siue successiue , secundum Bald.
in l.quid ergo.§.quod ait.ff.de his qui no. infa.
dum tamen sint distincta per illum text.sufficit
ergo,siue sint distincta re tantùm, siue re & tẽ-
pore. Sed Doctores tenent contrarium cõmu-
niter , scilicet quòd requiratur distinctio tem-
poris:quando punitur propter consuetudinem
furandi,ut ff.de furtis l. eum qui.§.idem respõ
dit.arg.l.iij C.de episco.audien.quæ consuetu-
do non inducitur in instanti tempore.ita dicit
Bal.in d.§.quod ait.ad quod uide, quod dixi su
pra,quando dicatur unum furtum.Quæ omnia
singulariter nota & tene menti , quia sunt uti-
lia & quotidiana,& plenius quàm alibi discus-
sa, & sufficient tibi pro una repetitione & uno
tractatu de pœna furum,& latronum . De qua
materia uide hic per Docto.& habetur in locis
præallegatis,& maxime in d.l.capitaliũ.§.præ-
ceptores.& §.famosos.ff.de pœnis. & per glos.
magistram in c.j.§.iniuria.in verbo, furtum &
in verbo,legitime.& ibi per Docto.in tit.de pa
iur.fir.& per gl.in d.§.si quis fortitudinẽ.xxiij.
q.iij.& per Gand.in suo tract.de malefi.in ti.de
pœna furum & latronũ.& per Ange.de Aret.in
suo tract.malefi.in glo.in verbo, & ueste cœle-
stinã abstulit.& in §.ex maleficiis.inst.de actio.

FINIS.

TRACTATVS D. IOAN. THIERRII I. V. DOCTOR.

TOTAM MATERIAM FVGAE LACONICAE COMPLECTENS.



SVMMARIVM.

1 *Fuga ſerui, eius præſcriptionem impedit, ſicut animalis fuga:*
2 *Fuga facit ſemiplenam probationem, tamen non totam, ſi aliter ſtatuto diſponeretur, licet quem in mala fide conſtituat.*
3 *Fuga eſt triplex, ſcilicet voluntaria, cauſaria, & ignominioſa.*
4 *Fuga an proprie dicatur, quando quis latitat, ut fugiat, ſed non compræhenditur.*
5 *Fugiens in domum propriam, an poßit in ea capi, & per officialem pro debito ciuili extrahi.*
6 *Fugiens ad eccleſias, an ſit tutus.*
7 *Debito ciuili ſi quis ducatur per eccleſiam, nõ gaudebit eccleſiæ immunitate.*
8 *Titius homicida ſi non potuit fugere ad eccleſiam, ſed inuenit quendam ſacerdotem deferentem corpus Chriſti, aufugit ad ipſum, & eum accepit, an eccleſiæ immunitate gaudere debeat.*
9 *Fures eccleſiæ an iſtud priuilegium habeant.*
10 *Fugiens de vno territorio in aliud, an per poteſtatis familiam, vel præpoſiti capi poßit.*
11 *Fuga poſt accuſationem an ſuſpitionem faciat.*
12 *Fugiens cum gladio de domo, in qua homo mortuus reperitur, an occidiſſe præſumatur.*
13 *Debitor fugitiuus, an creditoris propria autoritate capi poßit.*
14 *Fuga ſola an faciat ſuſpitionem.*
15 *Fugitiuus qui ad aliam patriam vadit, an per loci iudicem citari poterit, in quo deliquit, ſine illius iudicis requiſitione, cum hic criminis ratione forum ſortiatur.*

QVONIAM ſuperius tractatum eſt de
ſeruis fugitiuis, ut totus titulus limpidus
exantletur, ibidem fugæ materiam inſerere au
1 ſus ſum. Et primitus eſt notandum, † ꝙ fuga
ſerui impedit eius præſcriptionem, ſicut fuga
animalis. l. j. & ibi Bal. C. de ſer. fug. Fuga enim
reddit quem ſuſpectum. l. impuberibus. § præ-
terea. & ibi Bar. ff. de ſuſpe. tut. & ſi exiſtat leue
indicium ad torturam. Bal. in l. non hoc. C. vn-
de cogna. Spec. in ti. de proba. § fi. verſi. vltim.
2 no. ubi † dicit, quòd fuga facit ſemiplenã pro-
bationem, tñ non totã, ſi aliter ſtatuto diſpone
retur, licet conſtituat quẽ in mala fide. l. mala
fide. & ibi Bal. C. de lon. temp. præſc. quæ ꝓ lib.
3 op. † Vnde eſt aduertendũ, ꝙ fuga eſt triplex,
.ſ. voluntaria, cauſaria, & ignominioſa. Bal. in l.
4 j. C. de ædil. acti. Ideo quæritur, † fuga an pro-
prie dicat̃, qñ quis latitat, ut fugiat, ſed non cõ-
præhendit̃. vide Bal. ĩ l. j. iij. col. C. de ædi. act. &
in l. j. C. de ſeruis fug. vbi dicit, ꝙ fugiens dicit̃
latitare. Alex. de Imo. in l. pen de cuſto. reo. Et
fugiens de carcere, quem inuenit apertum, nõ
facit indicium contra ſe. Bald. in l. ſuccurritur.
C. ex quib. cau. ma. Petr. de Sun. in l. in bonæ fi-
dei. C. de iureiuran. tamen ſi reuertitur, non di-
citur fugere, nec tenetur pœna ſtatuti de fu-
giente de carcere. Bald. in l. j. vij. colum. C. de
5 ſeruis fugit. & in l. j. C. de ædil. acti. † Sed fu-
giens in domum propriam, an poſſit in ea capi,
& extrahi ꝑ offic. ꝓ debito ciuili? Bal. & Alex. ĩ
l. pleriq;. de in ius vo. cõtra Bal. in l. j. C. de sũ.
trin. q. tñ loquit̃, qñ fuit captus extra domũ, ſed
euaſit, & in domũ aufugit, q̃a põt de domo in-
continẽti extrahi. ita Alex. in l. qđ ait. de adul.
6 † Itẽ quærit̃, an fugiẽs ad eccleſias ſit tutus. ꝓ
hoc uide tex. in ti. de his q. ad eccle. cõfug Bar.
in l. cõſi. incipiente, ſtatuto ciui. Tuderti. Old. ĩ
7 cõſ. iij. qđ eſt notandũ ẽt, † ꝙ ſi q̃s pro debito
ducat̃ ꝑ eccleſiã, non gaudebit immunitate ec-
cleſiæ. ita Arc. xvij. q. 4. c. antiq̃tus. ex quo orit̃
8 alia q. † Titius homicida nõ potuit fugere ad
eccleſiã, ſed inuenit quendã ſacerdotẽ deferẽtẽ
corpus Chriſti, aufugit ad ipſum, & eũ accepit,
an gaudere debeat immunitate eccle. & primo
videt̃ ꝙ ſic, ꝑ tex. in l. una. C. de his q. ad eccleſ.
cõfug. Nã ꝙ aliq̃s in eccle. tuet̃, eſt introductũ
in fauorẽ dei, ergo multo fortius ſi fugiat ad ip
ſum. ar. l. capit. §. ad ſtatuas. ff. de pœn. & de ędi.
edic. l. q̃s ſit fugitiuus. §. ſtantẽ. & §. idẽ Iulian.
nã teſte Ariſt. ꝓp vnũquodq; tale, & ipsũ magis.
9 † Sed q̃d de furibus eccle. an habeant iſtud pri
uilegiũ? & dicendũ ꝙ ſic. in l. pñti. §. ꝙ ſi in fini.
C. de his q. ad eccl. cõfu. tex. ĩ c. ſicut de immu.
eccle. qđ põt intelligi ſ̃m Iac. de Belui. de furi
bus neceſſariis, ſecus autẽ in aliis, arg. de relig.
& ſum. fu. §. fi. & ff. de contrah. emp. l. ęde ſacra.
§. j. C. de religio. l. ſi ſepulchrũ. & ibi Bal. Vnde
quando

quando quis in ecclesia delinquit, tunc iudex secularis non potest eum extrahere de ecclesia vel episcopus loci,& eum tradet iudici seculari,& sit laicus.C.ad l.Iul.de adul.aut.si quis ei.

10 † Propterea quæritur,an fugiens de uno territorio in aliud,per familiam potestatis, vel præpositi, possit capi.& est dicendũ quòd non. ita Bal.in addit.ad Spec.de compe.iud.aditi.versi. sed pone quòd malefactor. Bald. & Floria.de san.Pe.in l.sicuti.§.Aristo.ff.si ser.uend.Salyce. in l.2.C.de exhiben.re.Ange.de Aret.in tractatu malefi.ver.quod fama facit.qđ est contra dictum Bar.in l. quod ait.§.quod ait. & ibi Ale. de adul.Bal.in l.quicũq;.C. de seruis fugitiuis.

11 † Sed quæritur, an fuga post accusationem, suspitionem faciat.Bal in l.j.ff.de re.eod.tenet quòd non, quod est modo limitandum secundum Socyn.nisi quis coram iudice fuisset minatus de accusando, licet adhuc non accusauerit, quia tunc videtur, quòd fuga secuta faciat suspitionem,propter quòd ex hoc resultat in multis casibus idem effectus, qui resultarent ex libello accusatorio, vt est textus singularis in l. miles.§.socer.de adulteriis.

Secundo, nisi alias frustra suspitio laboraret contra fugientem post accusationem. tunc.n. maximam inducit suspitionem. argumentum eius quod dicitur in l.finali.quibus mod.tuto. & ibi Doctor.

Tertio,nisi post accusationem accusatus,aufugiat de carceribus, quia tunc contra eum ꝓceditur tanquam contra confessum de crimine text. in l.eos.in fi.ff.de costud.reo.& ibi gloss. nota.quæ ad hoc sæpe allegatur. Quando ergo accusatus est captus,& aufugit, non habet locum dictum Bartoli,cum statim possit condemnari tanquam confessus. quod intelligendum est,si aufugerit de carcere clauso,secus si de aperto,sicut de aula palatij,vbi iudex eum stare præcepit:quo casu,si incarceratus fugiat, ostio dimisso aperto, per negligentiam custodum, tunc aufugiens non habetur pro confesso. ita tenet singulariter Bald. in l. succurritur.ff.ex quib. causis ma. & fuit dictum originale Guil. de Cu.quod solennizat Ludo.de Roma.in l.admonendi.ff.de iureiuran.

Quarto limitatur, nisi carcer fuisset fractus per tertiam personam,nõ data opera incarceratorum.quia tunc est eadem ratio,quæ est in ostio dimisso aperto.ita tenet Lanfran. de Oriano. in l.fugitiui.C.de seruis fugitiuis. gloss.in §.si vero quidam.in auten.de exhib.reis.

12 † Finaliter quæro, an fugiens cum gladio de domo,in quá reperitur homo mortuus, præsumitur occidisse. Doct.& Bald.in l.fi.C.de proba.& in l.neque natales.co.ti. dicunt,quòd sic.ita Angel.in tract.malefi.versic.quod fama. Angel.& Alexan.post Bartol. in l.2.ff. de furt. quod vidi in praxi.

13 † Sed quæritur, an fugitiuus debitor possit capi autoritate creditoris. Spec.in ti.de renun. ver.itẽ est beneficium.tenet ꝙ sic.qđ est verũ & sic intellige, vt iudici præsentetur,non vt occidatur. ita in titu.de accusa.§.j.ver.hoc tñ.

14 † Ad hæc quæritur, an fuga faciat solam suspitionem.Barto.in l.admonendi.de iureiuran. & ibi gloss.tenet, quòd faciat semiplenam probationem quod est limitandum secundum Socyn.nisi quis timore familiæ rectoris aufugiat, & postea citatus a iudice compareat.tũc enim purgatur omnis suspitio.text.in l.quis sit fugitiuus.§.j.ff.de ędil.edic.

Item fallit, nisi aliqua causa excuset fugientem, puta tenere partialitatem in ciuitate,vel quid aliud.d.l.quis sit fugitiuus.§.apud Labeo.

Item limitandum est dictum Bar. secundum Socy.quòd fuga indicium facit, vt dicitur in d. l.admonendi.& clarius in l. Corne.ff. ad senatu.Sylle.videlicet,quando aufugit ante accusationem de se factam, secus si post:quia tunc licuit sibi sanguinem redimere.in l.j.in fi.de bo. eo.vbi Bar. tenet per illum text.quod est intelligendum, quando delictum erat capitale. ex quo aut debebat occidi,aut membris mutilari secus si esset imponenda pecuniaria.Tamen est notandũ, quòd in casu speciali fuga plene probat.l.consiliarios & ibi Docto.C.de assesso.

15 † Finaliter quæritur,fugitiuus qui vadit ad aliam patriam,an poterit citari per iudicem loci,in quo deliquit sine iudicis requisitione illius loci. cum hic forum sortiatur ratione criminis.vt C.vbi de cri.agi.oport. aut. qua in prouincia. Aliqui dicunt,quòd sic.& allegatur ꝓ hoc text.in l.omnis.§. si verò apparitor.C.de episc.& cle.& in l.si ff. de offi. præfec.vrb.nec obstat l.si ff.de iurisdic.om.iud.Tamen contrariũ seruatur de facto. vnde aut commisit in illa iurisdictione extranea,aut non. Si in illa commisit,tunc debet iudex, qui eum captum detinet,primo ipsum punire, si crimen ibi commissum sit tale, quod non impediat executionem alterius iurisdictionis: vt puta si crimen sit tale,quod mortem non exigat,& aliud primo cõmissum mortem exigeret: quia tunc primo de minori pœna,de inde de maiori esset tractandũ ff.de accusa.l.si cui.§.fi.& sic in loco captionis potest manum, vel aurem amittere: & deinde est remittendus ad aliam iurisdictionem,in qua maius,vel æquale crimen commisit,& sic executio una aliam impedire non debet:ita Bar.in d.l.si cui.§.fi.supra allegato.

CONSILIVM D. SIGNOROLI DE Homedeis & Raphaelis Fulgosii Doctorũ.

IN Christi nomine amẽ.Supposito statuto ciuitatis Mediolani,ibi, vt stetur sacramẽto eius, cui defertur in omnibus per omnia, tam super forma sacramenti,quàm quibuslibet aliis depẽdentibus,vel facientibus ad negotium, de quo quæritur. Pro cuius euidẽtia sciendũ est,ꝙ ne-

gotia dicuntur connexa, quando ſunt negotia ibidem debitum tangentia: quorum unum tendit ad obligationem, alterum ad eiuſdem debiti liberationem: vt ſi dico te debere mihi 10. & tu reſpondes te debere, ſed tibi eſſe factum pactum de non petendo, ut no. per Bar. in l. Aurelius. §. eum qui. ff. de lib. leg. Item plura dicũtur negotia connexa, quando plura ſunt negotia, quorum unum procedit ab alteroi hinc eſt, quòd crimen adulterij, & lenocinij dicuntur connexa, quia unum procedit ab altero ut no. Bar. in l. is qui reus. ff. de publi. iudi. & in l. 2. §. ſi public. ff. de adul. Item plura dicuntur negotia connexa, quando plura ſunt negotia, quorum unum uenit ad qualificationem alterius. not. Bar. in d. §. eum qui. facit l. Fulcinius. §. quid ſi latitare. ff. ex quibus cau. in poſ. eatur. & quod no. in l. diuus. ff. de re iudi. Item plura dicuntur negotia, quando plura ſunt negotia, quorum unum ineſt alteri contrahentium uoluntate: ut ſi promitto tibi cum hoc pacto incõtinenti appoſito, ut pro me uadas Romam: ut no. Bar. in d. §. eum qui facit. l. iuriſgentium. §. quinimmo. ff. de pact. & l. lecta. uer. dicebant. ff. ſi cer. pe. Item negotia dicuntur connexa, quãdo ſunt plura negotia ad unum effectum tendentia. ut l. illud. in fi ff. ad l. Aquil. & quod no. glo. in l. cum filius. §. j. ff. de uerbo. oblig. faciũt no. in l. nonnunquam plura. C. de priua. delic. iſta dicuntur connexa, imo cenſentur unum factum. Item negotia dicuntur dependentia inuicem, quando unum negotium habet aliquam acceſſorietatem alteri negotio. Item negotia dicuntur unum tangens aliud, quando unum negotium in aliquo de ſupradictis modis tangit aliud, uel ratione acceſſorietatis, uel ratione qualificationis, uel aliis modis, de quibus ſupra dixi. negotia uero diuerſa & ſeparata dicuntur, quando ſunt facta diuerſis temporibus ex diuerſis cauſis, & ad diuerſos effectus, & vnum non tendit ad qualificationem alterius, nec ad alterius peremptionem. Item unũ nullam habet dependentiam ſeu acceſſorietatem ab alio. Item unum non ineſt alteri. iſta dicuntur diuerſa & ſeparata, nullo modo unũ alterum tangentia: ut no. Bart. in d. §. eum qui faciunt. no. in l. ſi quidem. C. de exc. & in l. etiam. ff. de mino. His præmiſſis pro euidentia condeſcendamus ad q. ego peto a te aſſerens me tibi tradidiſſe 10. petias pannorum ad tingendum eas: ideo peto eas mihi reſtitui. defero tibi iuramẽtum. Tu iuras me tibi tradidiſſe, ſed me feciſſe pactum de non petendo, uel liberaſſe per acceptilationem, in omnibus: & per omnia ſeruandum eſt iuramentum: cum dicatur iuramẽtum ſuper negotio principali, & ſuper conarxo. & tangente negotium de quo agitur. Eodem modo, ſi iuraſti me tibi tradidiſſe, ut ſupra, ſed me tibi debere centum ex tinctura pannorum tuorum: quia cum ſecundum debitum procedat a traditione prima, & cauſa primæ traditionis, iſta dicuntur negotia connexa: & ideo ſeruandum eſſet iuramentum in omnibus, & per omnia: cum dicatur eſſe iuramentum ſuper negotio principali, & connexo, & dependente ab eo & ipſum negotium tangente. Sed ſi tu iures me tradidiſſe tibi, ut ſupra, ſed me debere cc. ex alia cauſa mutui, uel ex tinctura aliorum pannorum, cum iſta negotia ſint ſeparata & diuerſa ex diuerſis cauſis contracta, ad diuerſos effectus, & unum nullo modo tangit aliud, aliquo de ſupradictis modis, in eo quod tu iuraſti me tibi tradidiſſe 10. petias, &c. ſeruandum eſt iuramentum, ut tu tenearis ad reſtitutionem, cũ factũ ſuper negotio, de quo agitur in eo quòd tu iuras me tibi debere cc. ex cauſa mutui, uel ex tinctura aliorum pannorum, non eſt ſeruandum iuramentum, cum illud iuramentum non ſit factum ſuper negotio de quo agitur, nec cõnexo, nec dependente, nec in aliquo modo tangente negotium de quo agitur. Et ita ego dico & conſulo Signorolus de Homedeis iuris utriuſque doctor, & in teſtimonium &c. ut ſupra dico & conſulo ego Raphael de Fulgo. &c.

F I N I S.

TRACTATVS CAVTEL.

BARTHOLEMAEI CAEPOLLAE VERONENSIS I. V. DOCTOR.

OMNIBVS IVRECONSVLTIS, ET PRAECIPVE PRACTICIS LONGE QVAM NECESSARIVS.



Cautela a quibus modis euadere quis posſit pœnam mortis propter commiſſum crimen.

PRIMA.

1 *Crimine læſe maieſtatis omnis cautela liberandi aliquem a morte propter delictum commiſſum periculoſa eſt.*

NOTA ſingulariter, quòd ſi filius commiſit aliquod delictum ſiue crimen, puta læſæ maieſtatis: & pater b ipſum offerat ſiue exhibeat iudici, filius non debet mori: nec eſt ita puniendus, ſicut ſi fuiſſet accuſatus, & ductus per alium, ut eſt text. not. in l. milites agrum. §. deſertorem. ff. de re militari. ſecundum Salycet. in l. propter inſidias. C. qui accuſ. non poſ. & per illum textum Ray. de Forliuio, oſtendit alias eſſe conſultum de facto in ciuitate Forliuii. & ita reſpondit. Ratio ibi erat talis: filius interfecerat vnum, ex quo veniebat decapitandus, & pater propria autoritate cepit filium, & duxit ipſum ad iudicem, vtrum ſit decapitandus. Et concludit quòd non, per illum text. Adde tu ſimilem text. in l. quicunque uno. §. qui filium. eod. titul. de re mili. Et in ciuitate Fruxinii Paul. de Caſtr. ita conſuluit, cum quidam mercator ueniret de Alemania, interrogauit eum de quibuſdam dubiis, inter quæ erat iſtud: Quidam filius comitis Palatini commiſit crimen læſe maieſtatis: pater propria autoritate præſentauit Imperatori. dubitatur nunquid eſſet decapitandus. & conſuluit dominus Paul. de Caſtr. quòd non. & monebatur autoritate Rayn. & Salyc. & quando ille mercator rediit, dixit quòd imperator viſo conſilio voluit ipſemet videre text. quo viſo eum liberauit a pœna mortis relegando eum per decennium. ita dicit Paul. de Caſtr. in dict. l. propter inſidias. C. qui accuſa. non poſſ. quod ſingulariter tene menti. Quid ſi pater vidit filium commiſiſſe delictum capitale, & ſperat iudicem velle ſequi illa iura, quòd ipſemet pater offerat eum iudici vel ſuperiori?
1 † tamen iſta cautela eſt periculoſa in crimine læſæ maieſtatis: licet Imperator prædictus obſeruauerit, eſt tamen utilis, ſi occurreret ei caſus ſicut fuit in Paul. & Rayn. quod nota bene, & tene menti.

a Cautela. Cautela cõgrua quæ dicatur, vide Pau. de Caſ. cõſ. 136. in fin. Et cautela ſuperflua non nocet. l. teſtamentum. C. de teſt. ubi Bald. in iij. not. l. ſi pupilli. §. item ſi procuratori. per Bar. in j. col. in ver. & ſic not. ff. de nego. geſt.

b Pater. Adde Specu. de tutor. §. fi. ver. item excipitur. Et pater eſt melior amicus, q̃ habeat filius. Bald. in cap. per tuas. de probat. Et pater põt defendere filiũ in cauſa criminali, ut pater, non ut procurator. Bald. in l. ſi cuiuſdam. de accuſat.

Cautela liberãdi aliquem a morte iuſte damnatum, & qualiter executio ſententiæ alicuius ad mortem condemnati differri posſit. II.

1 *Executio alicuius, qui ad mortem ducitur propter maximam & perfectam peritiã alicuius artis. vel reſpectu roboris differri poteſt.*

2 *Executio alicuius, qui ducitur ad mortem, differri poteſt, ſi de grauiori crimine accuſetur, ex quo grauior pœna imponenda venit.*

3 *Executio alicuius ad mortem damnati differri poteſt, ſi iudici proteſtatum fuerit, quòd ipſe reus alicuius apothecæ, vel mercantiæ rationem reddere tenetur.*

4 *Executio ad mortem dãnati differri poteſt, ſi a ſententia contra eum lata appelletur.*

5 *Executio capitalis differri poteſt, quandocunque ſuperior mandet reum ſeueriori pœna puniri.*

6 *Prælati vere miſeri, in multis caſibus literis Papæ obedire non debent.*

7 *Interficiens aliquem, decapitari non poteſt, ſi ſe furioſum vel amentem fingat, niſi de furoris fictione conſtiterit.*

8 *Maleficium committens, ſi pœnã euadere voluerit, clericus efficiatur.*

9 *Executio capitalis contra mulierem prægnantem fieri non debet.*

10 *Mulier malefica prægnans si pepererit, & non reperiatur qui puerum nutrire voluerit, an executio aliqua contra ipsam fieri debeat.*

11 *Decuriones ciuitatis ad mortem condemnari non possunt, nisi prius præses, vel prætor principi vel superiori rescribat.*

12 *Statutum si dixerit quòd homicida decapitetur, & aliquis per culpam sine dolo aliquem interficiat, mitius puniri debet.*

13 *Statutum si dixerit, quòd occidens occidatur, non habet locum nisi quis dolose & ex proposito occiderit.*

14 *Statutum, si dixerit, quòd si quis condemnetur ad pœnam pecuniariam, & non soluerit intra mensem, decapitetur, locum non habet, vbi delictum non dolose commiserit.*

15 *Statuto si pœna manus vel membri imponatur, quo casu iudex dispensare possit.*

16 *Sententia condemnatoria contra inquisitum vel accusatum si differri debeat, testes de falso accusari debent.*

17 *Iudex si sub conditione condemnauerit, puta si nō apparuerit, testes falsum dixisse, sententia condemnatoria impediri potest.*

QVANDO aliquis ducitur ad iustitiam
vel patibulum, procuretur, vt ducatur per
viam vnde transitum faciat aliquis cardinalis.
nam si obuiam fiat aliquis cardinalis dicto du-
cto ad mortem, ipse reus condemnatus liberabi
tur. habent enim cardinales de consuetudine
vel priuilegio, ut possint ad mortem condem-
natos, eis obuiando liberare. ita uult not. Bald.
in l. aditos. C. de appella. quem sequitur Pau. de
Castr. ibi, qui dicit, quòd istud fit ponendo ca-
pellum suum super caput eius, qui ducitur ad
mortem, & dicit, quòd ita de facto seruatur: &
ideo tu posses esse cautus, quando aliquis esset
condemnatus ad mortem, ut procures, ut qui-
dam cardinalis sibi obuiam fiat, & super caput
eius capellum eius imponat: quia hic a morte
liberatur. Sed dominus iustitiæ si hoc uult eui
tare, debet esse cautus, ne duci faciat condem-
natum per loca in quibus obuiari possit aliquis
1 cardinalis. † Propter maximam & perfectam
peritiā vnius artis, vel respectu roboris, differri
pōt, executio alicuius qui ducitur ad mortem.
l. ad bestias. ff. de pœnis. vnde formo, tibi istam
quæstionem. sententia est lata contra quendam
vel contra aliquem, qui esset alicuius fortitu-
dinis vel roboris, & esset multum vtilis ciuita-
ti. iudex vult mandare sententiam executioni:
scis etiam quòd ab executione sententiæ non
possit appellari, nec debet executio differri. ff.
de appellatio. l. ab executione. & l. ab exceptio
ne. C. quorum appe. non reci. isto casu propter
eius artem uel fortitudinem egregiam poterit
populus suspendere executionem. Nam vnus
de populo potest ire ad iudicem, & dicere, Iste
est sapiētissimus & egregius in arte sua, de quo
tota ciuitas indiget, non interficias ipsum: tunc
iudex debet suspendere executionem, donec
principem uel superiorem consulat. est text. in
dicta l. ad bestias. & ita tenuit Ludoui. de Rosa.
in suis singularibus, ccccIxj. quod incipit, Tu
Senensis. & pro hoc vide quod not. Nicol. de
Neapol. in l. hoc accusare. §. penult. ff. de accu-
sat. quod verum intellige, cum talis condem-
natus esset aliqua persona in magna dignitate:
vt est casus nota. in l. penulti. ff. ad l. Cornel. de
sicar. quæ omnia vera intelligo, nisi forte tu-
multus aliter se dari non posset, nisi condem-
natus interficiatur: quia tunc non obst. quòd
sit in dignitate, vel magni artificii, vel maxime
fortitudinis: tamen poterit inconsulto princi-
pe interfici. & hoc per tex. in dicta l. penultim.
ff. de sica. in fin. Item intelligo prædicta vera,
nisi condemnatus esset latro manifestus, vel
seductor præruptus: quia tunc poterit fieri exe
cutio mortis, & postea ad principem consuli,
per l. si filio exhæredato. §. ij. & l. vero. in versi-
cul. hi autem omnes. §. finali de iniusto testa-
2 mento. † Pro condemnatis cautela est, ut
eorum executio differatur, videlicet quòd ac-
cusentur de grauiori crimine siue delicto, ex
quo venit grauior pœna a imponenda, ut est
casus in l. j. §. final. ff. nil no. appel. pende. & hoc
tenuit Baldus, per illum textum, in l. ij. §. final.
ff. de custod. reorum. & Ludoui. in notabilibus,
in ccccxlj. in singulari, quod incipit, suscipe
3 vnam cautelam. † Si uis differre mortem ali-
cuius ad mortem condemnati, cautela est, ꝙ
tu dicas quòd ipse tenetur tibi reddere ratio-
nem alicuius apothecæ, vel mercantiæ, vel
alterius debiti: quia hoc casu debet differri
executio, donec reddiderit rationes. casus est
ad literam in l. j. C. de bon. præscrip. & ibi hoc
nota. Angel qui dicit, quòd illa lex decidit,
quòd volens differre executionem condemna-
ti ad mortem, vt eius gratiam consequatur
a superiore, debet habere iustam cautelam,
videlicet protestari præsidi vel pontifici, vt
non exequatur, eò quia condemnatus est si-
bi obligatus ad reddendam rationem, nisi pri-
mo reddiderit: & petat sibi super hoc termi
num assignari: dicit tamen, quòd hoc de con-
suetudine non seruant iudices: licet de iure
ita sit. & pro hoc facit text. in l. seruo legato.
§. penult. ff. de lega. j. & ita etiam tenuit domi-
nus Ludouic. in l. Pomponius scribit. ff. famil.
herciscund. & credo quod ibi non esset obser-
uatum contrarium: quia hoc non fuisset pe-
titum, quod etiam de iure hodie debet obser-
uari: quia regulariter non tollitur per desue-
tudinem, sed per contrarium vsum: vt habe-
tur per Cyn. & Doctor. in l. final. C. de iure do.
& per gloss. & Doctor. in proœmio institu. §. j.
& hoc etiam vide per dominum meum in l. si
4 cogniti. C. de negoti. gesto. † Potes adhibe-
re aliam cautelam b, vt executio differatur:
videlicet quòd a sententia contra reum la-
ta appelletur: quod de iure regulariter fieri
potest: ut not. in l. & in maioribus. C. de appell.
& in l. non tantum. ff. eodem titul. & ca. de ap-
pellationibus. extrà eodem titulo. nam si con-

demnatus

a Graui pœ. Grauis vel grauior pœna, quæ dicatur in statutis vel legib. gl. in l. j. C. ne li si. fal. no. in l. j. C. de enunc.

b Adhibere aliam cautelam. Cautela superflua facit præsumi dolum. Bal. in l. testa. C. de testa. in iij. not. per l. si quis sub condi. hæres. de conditio. insti.

demnatus ducitur ad locum iustitię post appel
lationem interpositam, tunc solummodo duci
non poterit:quia officium eius conquiescit,quā
do appellatur a diffinitiua, & eius,manus sunt
immediate ligatæ, sed etiam poterit eximi de
manibus familiæ per quoscunque appellantes
fine pœna, & licite.ita singulariter dicit Ange.
in l.aditos.C.de appellat.& Imo. in c.si quan-
do.in versic.resistere.extra de officic. de leg.&
idem tenet Angel.de Arec.institu. de act.§.pœ
nalem.in versicu adde quòd eximens captum:
quod intelligit verum, nisi condemnatus esset
latro manifestus vel seductor præruptus : vt in
l.si quis filio exhæredato. §. hi autem omnes.
ff.de iniusto testamento,nam iste text.etiam lo
quitur quando esset appellatum.facit quod no
ta.Innocen.& alij Docto.in c.j. de constitu. &
idem not.Bald in l.aditos.C.de episco.audien
5 tia. † Notandus est alius casus, in quo potest
& debet licite executio capitalis differri: quā-
do scilicet princeps vel superior mandet quem
puniri seueriori pœna quā sit eius cōsuetudo.
nam tunc non debet fieri incontinenti execu-
tio,sed debet differri per 30.dies:vt est casus in
l.vendicari.C. de pœn. per quem text.dicit ibi
Angel. quòd non est parendum rescripto prin-
cipis in ferendo sententiam,nec in executio-
ne pœnarum, cum rescriptum duriorem pœnā
contineat. Sit ergo cautus assessor, vt non fa-
ciat trucidari in curru ad decapitandum bule-
ctrinum domini vel ciuitatis regis: imo debet
resistere omni modo honesto,& duritiam hanc
differri per tempus prædictum 30 dierum:& si
postea exequatur,non peccat. & pro ista dila-
tione uide textum in c.si quando. de rescripti.
& vide gloss.in autenti.de mandat.principum.
§.denique.versicu nuntiandum. colum.3.quę
6 nota † contra miseros prælatos,qui timent li
teras Papæ, & non audent reclamare.quod fa-
cere non debent.& vide gloss.in verbo, Nosca
tis.ad finem de constitut.libr.vj.c.j.& glo.2.in
c.2.extrà de fil.presby.ad quod nota.Angel.in
autenti.vt determin. sit numer. cler. colum.j.
& Florianus in l.4.§.sed si quis iudici.ff.fini.re
7 gund.†Est & alia cautela,ne ille qui interfecit
hominem,vel aliud delictum commisit, decapi
tetur vel moriatur, quòd fingat se furiosum
a uel amentem: quia tunc non poterit puniri
criminaliter,etiam de delicto commisso ante fu
rorem:vt not.Bald & Iacob.de Alua.in c.j. an
ille qui interfec.fratr.domini sui.in usib.feudo
& propterea est quòd dicitur stultitiam loco
prædæ sumere,quod inde procedit nisi adpare-
at de fictione furioris.vt est tex.in l.obseruare.
ff.de cura.furio. & in l.diuus.de offic.pręsid.&
8 vide quæ dicam in sequenti.† Si quis commi-
sit aliquando maleficium, & vult euadere ali-
quod iudicium seculare,cautela est, quòd effi-
ciatur clericus,quia si aliquis lite pendente tē-
pore executionis reperitur clericus b, iudex
secularis non poterit facere executionem,cum
sit in effectu res sacra. & ita dicebat Ioan. de
deo in suis cauillationibus:vt not.Ioan.Andr.
& Doc.in ca.j.de obl.ad ratiocin.sed Ioā.And.
ibi.tenet contrarium:videlicet quòd si quis lai
cus deliquerit, & postea est effectus clericus,
poterit per iudicem laicum puniri : & ita fuit
obseruatum Bononiæ,in uno,qui veniebat de-
capitandus propter sua delicta, qui uolebat se
facere fratrem,& mortem euitare, & nihilomi
nus fuit decapitatus.ita dicit Zabar. in ca.per-
pendimus. extra de senti. excommu. de qua
quæstio.vide plene per Bartol.& Doctor.in l.i.
ff.de pœ.& in l.j.C.an seruitu. ex fam.fu.& in
l.officialis.C.de episcop.& cleric.& per Ange.
in l.denuntiasse.§. quæritur.in fin.ff. de adult.
& per Dyn.& Nicol.de Neapol. in l.idem Vl-
pianus.ff.de excus. tuto. & per Cyn. in auten.
causa quæ cum.C. de episcop. & cleric. & per
Ioan.Andr.& Butri. & omnes Docto. plene in
d.c.j.de oblig.ad ratiocina.& per gloss.in d.c.
9 perpendimus.in repetitione sua. † Non debet
fieri executio pœnæ capitalis contra mulierem
prægnantem, nec etiam debet torqueri. text.
est in l.prægnantis.ff.de pœnis. & in l.impera-
tor Adrianus.ff. de statu homin.& nota.gloss.
in l.negat lex regia.ff. de dam. infect. & idem
habet locum in ancilla, secundum glossam,&
Doctor.in l.imperator. quia est eadem ratio,si
partus pereat. Idem si deberet pati aguillatio
nem seu amputationem membri, secundum
Bartol. in dicta l.imperator. Item si deberet
deportari vel confinari, si partus ex hoc detri-
mentum pateretur, secundum Guil.de Cu.&
10 Bartol.in dicta l. imperator.in fin. † Sed du-
bium est quid si pariat, & non reperiatur qui
puerum velit nutrire. Dic quòd si non reperia
tur propter defectum pecuniæ, quia non est
qui velit nutrici soluere,& nutrix non reperi-
tur gratis : tunc debet nutrix solui de publico,
ne executio differatur.argu.l.j.C.qui. ex caus.
ser.per pri.libe.reci.& l.lex Cornelia. ff.ad Sy.
Et si non reperitur nutrix propter defectum,per
sonæ,tunc debet seruari mater ad nutriendum,
donec nutrix reperiatur : quia eadem ratio est
in conseruando eum qui erat in ventre.argum.
l.secundum hæc.§.finautem.ff ad Carbo.& ita
tenet Oldra. & dicit quòd ita fuit obseruatum
Paduæ secundum Bartol. qui ita not.in d.l.prę
11 gnantis. † Decuriones ciuitatis non possunt
ad mortem condemnari, nisi prius pręses vel
prætor rescribat principi, vel superiori, vt est
textus in l.diui fratres.§.j.ff.de pœnis. vbi est
tex.& ita dici, Mar. Syll. in suis quæstionibus,
in quæsti.quę incipit,decuriones. Sed tu adde
similem tex.in l.2.§.j.ff.de bo.eo.qui sibi mor.
consc.& in l.j.§.simili modo. quando appell.
rescind. & in l. si quis filio exhæredato.§.eius.
C.de iniusto testa.& in l.qui eodem.ff.ad l.Cor
ne.de sica. nisi aliter tumultus sedari non pos-
set in populo vt dicitur in d.l.qui eodem.& no
ta.gloss.in d.§. simili modo. & hodie decurio-
nes dicuntur consiliarij ciuitatis : vt est gloss.
in rubric.de decurio.lib.10. & glo.in l.sed et.
in ver.decurionum ff.de dolo. & not per Bar
tol.in l.j.ff.de assesso. & illud quod dictum est

a Furiosum. Furiosus nō tenetur de delicto vel homicidio cōmisso etiam ante furorē,vt ex eo possit criminaliter puniri, nisi constaret de simulatione furoris l.obseruare.de cu.fu.l. diuus. de off.præsi. & Barto.in l.congruit. eod.ti.& Bal.in l. furiosum.C. qui tes. fa.poss.& est uerum etiā si ante furorem fuit cōdemnatus secundū Bart.in l.ex facto.vj.colū.versi.quinto requiritur. de vul.& pup.& per Alexan.in l.Fulcinius.§.ad eo. sed eius bona confiscantur secundum Bald. in d.l.furiosum Furiosus si culpa sua factus ē, & delinquit,nō excusatur.Cardi. in clem. vj. q.de homic.

b Clericus. Clericus factus post delict⁹ nō tamen condemnatus,non punitur per laicum, sed per episcopū nisi in fraudem clericauerit, quæ præsumitur,si post accusationem factus est clericus.Old. consi. 4.& Car.in cle. j.9.q. da censi.

de decurionibus ſeu conſiliariis, etiam proce-
dit in principalioribus ciuitatis: vt eſt textus
in l.diui fratres.§.fin.vbi pulchra in hæc verba
ſcribit textus. ſi quis ex principalioribus alicu
ius ciuitatis latrocinium fecerit, aliudue faci-
nus, & capitalem pœnam meruiſſe videatur,
vinctos eos cuſtodies, & mihi ſcribes & addii-
cies.quòd quiſque commiſerit.& hanc cautelã
nota. per quam poterit differre executionem
alicuius damnati, qui ſit conſiliarius, ſiue de
principalib.alicuius ciuit.:ad qđ adde qdʳ dictũ
12 eſt ſupra. † Si ſtatutum dicat,quòd homicida
decapitetur, & aliquis per culpam ſine dolo in
terfecit homines:aſſeſſores ignorantes conſue
uerunt dicere, quòd non debemus diſtinguere
ſed ſimpliciter ſtare ſtatuto, & a verbis ſtatuti
non recedere: quia non inſpicitur animus,ſed
factum:vt l.prima.§.diuus.ff.ad legem Corne-
liam de ſica. Baldus vero tenet contrarium in
l.data opera.qui accuſare non poſſ.alias ſeque-
retur quòd de homicidio capitali quis deberet
decapitari,quod eſt contra communem æquita
tem,& ita pluries conſului, & a morte aliquos
defendi: & tene menti. Nam quidam mortis
tempore potius ex laſciuia,quàm ex dolo pro-
iecit quendam lapidem, & percuſſit quendam
qui mortuus eſt:conſului quòd deberet minus
& mitius puniri,ſcilicet pecunialiter,vel forte
data gratia banno pro tempore.Iſta ſunt nota-
bilia verba Paul. de Caſtro in l.j.C. vbi ſena.
vel clari. & adde tu quod idem tenet gloſſam,
quando delictum eſt commiſſum per laſciuiã,
in l.& ſi ſeuerior. in §.certum.ff.de his qui no
ta.infam. & ibi Bald. hoc etiam tenet. Pone
iſtud exemplum de illo qui currebat cum e-
quo,& interfecit aliquem.quòd non debeat ad
mortem condemnari. & vide quod dicam in ſe
13 quenti. † Si ſtatutum imponat pœnam perſo
nalem pro homicidio: puta quòd occidens oc-
cidatur. Dic quòd niſi occidat doloſe,& ex pro
poſito,non habet locum pœna illius ſtatuti:ſed
debeat alia mitius puniri.& pro hoc allego qdʳ
notat Bartol.in l.quicunque.C.de ſeruis fugiti
vbi dicit,quòd vbicunque de pœna capitali vel
corporali loquimur,ſubintelligitur dolus.ff.de
in litem iurendi.l.j. & in l.actionibus. & inſti.
de ſuſpec.tutorib. §. ſuſpect. ſecus in pecunia-
riis pœnis:vt C.de noxa.actio.l.ſi ſerui.& idem
tenet Salyc.in l.penult.C.ad l.Corn.de ſicariis.
& idem tenet Pau. de Caſtro in l.j.C.vbi ſena.
vel clari.& dixi ſuprà in proxima cautela,& vi
de ad hoc quod notat Baldus in l.non dubium
in 6.colum.in princip.in verſic. eo modo ſi ſta
tutum diceret.C.de legibus.& vide Salyc.in l.
2.C.de noxa.Angel.de Aret.inſtitut.de iure na
tur.gentium & ciuili.§.ius autem ciuile. in 10.
colum.vbi prędicta inducentur ad multas quæ
ſtiones.& vide Paul. de Caſtr.in l.j.in fin.ff.de
14 legi.qui dicit † quòd idem,ſi diceretur in ſtatu
to,quòd ſi quis condemnatur ad pœnam pecu-
niariam,quam ſi non ſoluerit intra menſem,de
capitetur.ſi non occiderit doloſe,non debet de
capitari, licet ſoluerit. & ſigna hoc perpetuo
menti: quia ignorantes iudices maleficiorum
ſeruant ſtatuta ad literam,prout iacent ſiue cõ
miſerit doloſe, ſiue non.nam poteſt euadere
multos per autoritatem Bald. qui hoc dicit in
l.data opera.C.qui accuſare non poſſ.quia aſſeſ
ſores & iudices niſi viderint autoritatem ſcri-
ptam, neſciũt a verbis ſtatuti recedere.& iſtud
teneas, vt etiam dixi in præcedenti cautela.li-
cet dominus Antonius de Roſel.in c.cognoſcẽ
tes. de conſtitut. ibi dicat contra caſum ab a-
liis in contrarium allegatum.ſed non dicit ue-
15 rum,quia ille texrus non probat.† Si per ſtatu
tum pœna manus vel membri imponitur,& iu
dex debet punire puerum vel ſenem,poteſt di-
ſpenſare: non tamen cogitur,nec poterit appel
lare. ita dicit Baldus in l. quicunque.C. de ſer-
uis fugiti.argument.l.qui poſthumos. in ratio
ne illius literæ.ff.ad Sylle. quod nota. vt ſcias
euadere puerum vel ſenem ab amputatione
membri.pro hoc vide textum in l.auxilium.§.
in delictis.ibi, niſi quatenus interdum miſera-
tio ad mediocrem pœnam iudicem perduxerit.
& ibi glo.in verbo,miſeratio.ff.de minor.& vi
de gloſſ.ordin.in dicta leg quid ergo.in §.pœ
na grauior.in verſicu.onoraſſet.in prin.ibi,ſed
in ipſa ſentẽtia põt minuere ratione forte ſene
ctutis vel iuuentutis.ff.de his qui nota. infam.
16 & ibi hoc nota.per Bartol.& Doctor.† Ad hoc
vt differatur ſententia condemnatoria contra
inquiſitum vel accuſatum, cautela eſt, quod
a Creditori. Creditor an & quando potest sibi retinere rẽ debitoris pro debito, vide Bartol. in l. si nõ in ducta. C. in qui. cau. pign. taci. contra.

b Tutore. Tutor debet facere tanquã tutor, quod facturus est. l. si q̃s. §. j. & ibi Bart. in vers. sed & si tutor. ff. iud. solui.

c Inquisitionẽ. Inquisitio non tollitur, si offẽsus uelit accusare pœnitendo, quia prius dixit nolle accusare. Bal. in l. accusatorem. ij. colũ. C. qui acc. non pos. & in l. ea q̃dem. pe. col. de accusa. & Alex. in l. si maritus. ff. de adult.

piſcopum,& quòd epiſcopus uel poteſtas dele-
get cauſam,& ſi appellatur a ſententia lata per
delegatum, appelletur ad ipſum epiſcopum,
vel poteſtatem delegantem, qui iterum dele-
1 get, quod poteſt, † quia cauſa appellationis
poteſt delegari,ut l.cum poſt ſententiam. C.de
appella.& not.glo & Ange.in l eos in prin.eo.
titu.& ſic iterum appellet ad ipſum epiſcopum,
vel poteſtatem, tunc ipſe epiſcopus,vel pote-
ſtas poſſunt cognoſcere ne tertio loco licet ap
pellare,& ſic per iſtum modum delegando bis,
uel cauſa non exibit de manibus ipſius epiſco-
pi uel poteſtatis.& hoc tenet Rapha.Fulg.in l.
eo caſu.C.de appel.

Cautela pro debitore ad prolongandum ſolutionem debiti. XXVII.

1 *Promiſerit ſi quiſpiam uel ſit condemnatus alicui
ſoluere id quod debet ad certum tempus ſub cer
ta pœna,ſi debitum non fuerit liquidum, ne in
pœnam incidat,quid agere debeat.*

NOTA, quòd vbi debitum non eſt liqui-
dum,exemplum in eo qui eſt iuſſus redde-
re rationem per iudicem vel arbitrium, & ſub
pœna & infra certum tempus ſiue terminum,
& ſunt rationes intricatæ ut mercatorum, ꝙ
non poteſt condemnatus uidere an eſſet credi-
tor vel debitor, tunc ſufficit quòd condemna-
tus compareat,& dicat,quòd calculatis & viſis
rationibus dico me eſſe debitorem in uno de-
nario,& ecce illum, & ſi appareat plus me de-
bere,ecce fideiuſſorem pro reſiduo,& ſic debet
deponere unum denarium & præſtare fideiuſſo
rem de reſiduo,& erit ſecurus. textus eſt ſingu
laris ſecundum Dy.in l.ſtatuliberum. ff.de ſta-
tulib.ſecundum Ange.qui ita no in l.quarta.§.
ait prætor.ff.de reg.iur. qui allegat aliam legẽ
ſociam in l.ſeruus ſi hæredi.§ ſi.ff. de ſtatuli.&
vide omnino Ang in l ſi reſiduam.C.de diſtra.
pig.& in l.ij C.debi.uend.pig.in pœ.non po.&
in l ij C.de uſufr.leg. & Bal. in l.j.§ j.in princ.
iiij.col in titu.de leg Corra.in uſi. feud. Et ex
1 prædictis collige cautelam, † quòd ſi aliquis
promiſit vel eſt condemnatus alicui ſoluere id
quod debet ad certum tempus,ſub certa pœna,
ſi debitum non eſt liquidum,dicat ſe eſſe debi-
torem in uno nummo, & illum offerat in iudi-
cio deponendo, & præſtet fideiuſſorem qui ſe
obligat de ſoluendo omne id,in quo apparebit
ipſum eſſe debitorem, & petat quòd eligantur
arbitri & calculatores:quo facto,etiam ſi laba-
tur terminus ſoluendi, non incidit in pœnam,
donec debitũ nõ fuerit liquidum, quod eſt no.
pro mercatoribus,& negotiorum factoribus.
Aliquis emit unã rem,& promiſit ſoluere pre-
cium ſub pœna,vel ſimpliciter non poteſt illud
ſoluere:cautela eſt ut excuſetur, ſi non ſoluit:
ſi vidit, ꝙ uenditor non eſt potens ad ſatiſdan-
dum,ſubmittat amicum ſuum qui litem moue-
rit,& petat ꝙ ſibi ſatiſdetur.nã ſi venditor non
ſatiſdederit propter impotentiam,non tenebi-
tur emptor ſoluere precium,ſecundum Angel.
qui ita no.in l.ij.§.ſtipulatio dupli.ff.de præto.
ſtipu.qui ſubdit, quòd aduerſus hanc fraudem
eſt remedium duplex. Primum quòd emptor
iuret de calumnia.arg.l.atqui natura. § cũ me
abſente.ff.de neg.geſt.& idem no. Ioan.de Pla.
inſti.de ſuſpect.tu.§ ſi.ver. ſed quæro qualiter.
Sed dicit Ang.in d.§.ſtipulatio dupli. ꝙ iſtud
remedium hodie eſt diuerſorium, cum homi-
nes ſint ualde proni ad deierandum: & ideo ſo
lum remedium eſt,ſi uenditor obiicit de calum
nia:in examinatione iudicis eſt, quòd non au-
diat emptorem, ſi ueriſimiliter inſpiciatur litẽ
per calumniam motam.argu l. fideiuſſor.cum
glo.in uer.ſed erit.quæ exponit, ſcilicet in ani-
mo iudicis.ff.qui ſatiſd.cog. hanc tamen caute
lam docui,ut non ea utaris ad malum.

Cautela quod quis non teneatur actione iniuriarum. XXVIII.

1 *Familiaris non tenetur de eo quod eius rectoris iuſ-
ſu fecerit.*

DVCTVS ad carcerem,vel ad alium locũ
vituperoſum per militem,vel alium officia
lem alicuius poteſtatis ſeu rectoris,poteſt age-
re actione iniuriarum contra ductores, ut pro-
batur in l.iniuriarũ.§.ſi quis. ff. de iniu.& ideo
ſit cautus prætor vel rector,ſi eſt oblatus libel-
lus in actione iniuriarum contra aliquẽ de ſua
familia, elapſo tempore ad dandum libellum
contra ipſum.de quo in l.j.C. omnes cauſ. tam
ciu.quàm cri. faciat reum conuentum articula
re & probare, quòd hoc fecit de mandato re-
ctoris, & ipſe etiam rector hoc confiteatur, ꝙ
1 fieri fecerit hoc pro officio exercendo. † Nam
tunc familiaris non tenebitur: quia debuit iuſ-
ſui rectoris obedire,per d.§.ſi quis.quod not.in
l.non uidetur.§ qui iuſſio. de re iud. nec etiam
rector detinebatur:ex quo eſt elapſum tempus
ſyndicatus,licet alìas teneretur, & ſic uterque
erit ſecurus,& ita in effectu no. Ang.in d.l.iniu
riarum.§.ſi quis.ff.de iniuriis.

Cautela quod ualeant geſta à minori parte uni uel collegio. XXIX.

1 *Rector ſcholarium, ſi duæ partes congregari nol ue-
rint,contumaces priuare poteſt, & tunc eorum
voces ex translatione penes alios erunt.*

IN VOCIBVS etiam habet lucum ius a-
ctionis,morte priuatione, & ſuſpenſione, &
ideo, qui nolunt congregari, poſſunt eorum
uoces ſuſpendi & priuari, & ſic non erunt de

numero

numero electorum,ſi ſunt ſuſpenſi ex iuſta cauſa,puta per contumaciam.extra de conſtit ca,
1 ex literis.ff.de fideicom.liber.l.ſi legatario.§.j.
† Et ſic poteſt facere rector ſcholarium, ſi duæ partes nolunt congregari, priuet contumaces, & tunc voces eorũ erunt penes alios.vel poteſtas vocũ ex translatione,quia iſta eſt priuatio non translatio: & ſic rector facta uniuerſitatis expediet.ita not.dixit Bald.in l.unica:in vltim. q.C.de non pe.partes.

Cautela quod quis non poſſit accuſari criminaliter. XXX.

1 *Pax quando amicorum interuentu inter rixantes facta fuerit,ne poßint criminaliter accuſari,libellus ciuilis produci debet.*

TV debes ſcire, quòd vbi pro eodem facto poteſt criminaliter & ciuiliter ad vindictã agi,ſi actum eſt in uno iudicio, in alio nunquã agi poteſt:ſecus ſi non ſit actum ad vindictam ciuiliter, ſed ad ꝓſecutione rei familiaris,quia tunc exactione facta ex vna via non tollitur alia,vt probatur in l.quod ſenatus.ff.de iniur.cõiuncta l.2.§ j.ff.vi bo.& no.Ang.in d.l.quod ſe
1 natus.†Et propter hoc tu ſumas cautelam,quãdo inter rixantes interuentu amicorum facta ẽ pax.nam vt non poſſit criminaliter accuſari iniuriam ferens ex magnitudine & ex grauitate pœnę,& vt ita dixerim deſolerti remedium eſt quòd proponatur ſeu producatur libellus ciuilis *a* ad vindictam. Nam lata ſententia ſuper ea non poteſt accuſari criminaliter, vt no. Ange.in l.prætor.§.ſi dicatur.ff.de iniur.quod eſt valde no.melius tamen faceret iudex præueniẽdo in procedẽdo criminaliter ad vindictam publicam vel inquiſitionem.iuxta no. in c.qualiter & quando.2 de ac.

Cautela quod non facta excuſſione contra debitorem, poſſit fieri contra debitorem debitoris. XXXI.

1 *Debitor quando conſtituit ſe tenere & poßidere nomine creditoris omnia bona ſua, ſi ipſi debitor aliquam rem ſuam alienauerit,creditor contra poſſeſſores agere poterit,nulla excußione ex conditione facta.*

REgulariter quis non poteſt agere contra tertium poſſeſſorem vel debitorem debitoris,niſi facta excuſſione, vt habetur in autẽ. hoc ſi debitor.C.de pignor.Sed cautela eſt, ꝙ poſſit agi contra debitorem creditoris, per creditorem non facta excuſſione etiam hoc modo videlicet quòd creditor idemque debitor mandet & cedat ſuas actione ſuo creditori:nam tũc vt procurator in rem ſuam habebit exercitium directorium: contra quas talis excuſſionis non factæ non poterit oppon.& dicit Cyn.in l.2.in fine.C.quando fiſcus vel priua.quòd ad eas mãdandas poterit cogi, per l.ſi conuenerit.2.in princ.ff.de pignor.act.Et ideo ſis cautus,quòd in inſtrumento obligationis bonorum facies adiici,quòd extunc mandat tibi,& cedat actiones contra ſuos debitores, faciens te procuratorem in rem tuam.ita dicit no. Salyce in l.nomen.circa fi.pe quæſtionis.C. quæ res pign.obli.poſ.& dicam in cautela ſequenti.In præcedenti cautela dictum eſt,regulariter requiritur excuſſio: & ibi dedi vnam fallentiam cum vna
1 cautela.†Sed nunc adde aliam, videlicet quòd debitor conſtituat ſe tenere & poſſidere nomine creditoris omnia bona ſua. iuxta not.in l. quod meo. in princip.ff.de acquir.poſſeſ.& l. ab emptione.ff.de pac.vel ſi conſtituat poſſidere precario nomine creditoris.iuxta l.interdũ. ff.de acqui.poſſeſ.tunc ſi debitor alienet aliquã rem ſuam,poterit creditor agere contra poſſeſſorem nulla facta excuſſione, non dico hypothecaria,ſed condictione.l.fin.C.de acquir.poſſeſ.& etiam non excuſſis aliis,ſi plures erant ad idem debitum obligati.ſecundum Iacob. But. in aut.hoc ſi debitor.C.de pig.& ibi etiam ponunt Doctor.& idem ſequitur Ange. & Raph. Cu.& Imo.in l.enitus.de acqui.poſſeſ.& Ang. in dicta l.fi.& in c.cum ueniſſent.de cauſa poſ. & proprie. & in repertorio ſuarum concluſionũ,in ver.excuſſio.& Flo.in dicta aut.hoc ſi debitor.& Ang.de Are.inſti.de act.§.item ſi quis in fraudem.Præterea ſemper ſis cautus.vt apponi facias in fine cuiuslibet inſtrumẽti vbi eſt obligatio bonorũ,vt adiiciatur quæ bona dictus debitor,videlicet dictæ partes cõſtituerũt ſe tenere & poſſidere omnia bona ſua uſque ad plenam & integrã ſatisfactionẽ:quia hoc caſu non erit opus excuſſione,& ita vidi ſæpius iudicari & ita in ciuitate Veronę practicatur.

Cautela ad impediendum rei alienationem. XXXII.

1 *Parentes quæ uerba concipere debeant, quando nolunt prohibere filios alienare.*

MVLTI ſunt modi prohibendi alienationem *b* alicuius rei,ita,quòd valeat & obſcuretur prohibitio cum effectu, & vnum modum ſiue cautelã vidimus ſupra. Sed nũc adde aliam,videlicet ꝙ dicatur relinquo,vel vendo, vel dono,vel concedo, vel relaxo tibi talem rẽ cum hoc pacto & conditione,quòd tibi non liceat alienare,& ſi ad aliquem actum alienationis deuenerit, tunc dominium ad me reuertatur,vel ad tertium,& in eo caſu,vt ex nunc,ꝓut ex tũc conſtitues re meo nomine, vel tertij poſſidere:nã iſto caſu non expectato, ꝙ perfecte alienes,ſed cum incipies alienare, ſtatim redit ad me vel tranſit ad tertium. & ita tenet Bar.in l.qui habenti.§.j.in fi ff.de acqui. poſſ,

a Libel. ciui. Libellus in actione iniuriarũ ciuiliter mota formatũ ſic:Vellẽ potius ꝑdidiſſe mille ducatos quã pati talẽ iniuriã. Cyn. & Doc. in l.ſi ñ conuit.C. de iniur.& ꝑ Bart.& Bal. in l.iniuriarũ.ff e.ti.Lanfr. in trac.de arbi. 4.parte.j col.& hoc tenet Car. in cle.j.§. ciuitas.de pœ.vbi etiã dicit, quòd iudex poſtea taxabit 2.q. j. in primis.3.q.3.ꝙ fieri.inſti.de iniur.§. datur.in Spec.eo.ti.ver. in hac. vide tamẽ Ale.conſilio 221.2.parte.

b Prohibendi alienatio. Prohibitio alienãdi facta ꝑ teſtatorẽ hæredibus, quando valet in l.pater.§. Iulius Agrippa. & §. 15. & ibi Dyn.de leg. 3.in l. filiusfa. §. diui. & ibi Bar.de leg.j.d. c. & Abb.in ca. Rayna.in 6.co. in pri.in glo.in ver.neutra pars de teſt.Old.cõſil. 204. incip. prima dubitatio & Specu. de ꝓprie § j.verſ. eſt & alia vtilis rei vendicatio in poſitionibus rei,& valet etiã ſi fiat in perpetuum, vt ibi. & Alexand. in l. ſi non ſor.§.ſi cẽtam de condi ind.c.

& filius mulieris.§. diui.ff.de lega.j.& l. si ita
quis.§.ea lege & ibi per Ang.& Raph.& Imo.
& Doctor. ff. de verbor.oblig.& per Angel.de
Are.institut.de act.§. item si quis in fraudem,
1 † quod no. quia sœpe numero parentes prohi
bent filios alienare, vt scias qualiter debes con
cipere verba.

Cautela pro iniuriato si uult agere actione iniuriarum. 33.

1 *Iniuriatus casu quo pro uindicta iniuriarum actione agere non poßit, potest tamen agere l. Aquil. actione ad damnorum satisfactionem.*

SCIANT omnes, quia si alicui est facta in-
iuria animo iniuriandi, potest agere actio-
ne iniuriarū iniuriatus regulariter, vt habetur
in toto titu.de iniur.ff.& C.institu.& maxime
in l.si non conuitij.per Cyn.& Doct.C.de iniu.
Sed ista regula fallit, quādo ille cui est illata in
iuria malefactorem accusat, vel iudicem insti-
gat. & sollicitat quòd malefactor torqueatur,
& damnetur ad vindictam publicam: quia tunc
si fuit punitus per iudicem, non potest postea
agere actione iniuriarum, pro iniuria sibi illa-
ta. quia eo ipso quòd fuit tortus vel condemna
tus per iudicem, satisfactum est iniuriæ suæ se-
cundum voluntatem suam, vnde videtur illam
iniuriam pro sui emendatione remisisse, vt est
text.& ibi Bart.in l.sed si vnius.in § sed si ante
iudicem.ff de iniur.facit text.in l.interdum.§.
qui furem.ff.de furtis. Vnde sis cautus tu iniu-
riatus, quòd aut vt non facias ista, aut si facias,
protesteris quòd per hoc tu non vis tibi præiu
dicare, quin pro tuo interesse agere possis ãctio
ne iniuriarum.l.fina.ff. de iniur. & ita tenet e-
tiam Ang.de Are.in suo tractatu maleficiorum
1 in versi.necnon ad querelam.in pen colu. † Sed
aduerte, ꝙ licet iniuriatus in casu prædicto non
possit agere actione iniuriarum pro vindicta, ta
men potest agere actione l. Aquil. ad satisfactio
nem damnorum.l seruus meus ff de iniuriis.se
cundum Ang.in dicta l.sed C vnius.§ sed si an-
te iudicem.ff.de iniuriis. quod bene nota, quia
de hoc fui sæpe interrogatus.

Cautela pro illo qui secure uult emere rem litigiosam, lite pendente. XXXIIII.

1 *Litigium non obest nisi litigantibus tantum, non autem extraneis.*

DEBES scire, quòd res litigiosa efficitur ꝑ
libelli porrectionē, & litis cōtestationem,
ita quòd solet dici, quòd non potest vendi, vel
aliter alienari pendente lite, donec duret liti-
giosa, vt habetur in toto titulo.ff.de litigio.&
1 C.si tamen non efficitur res litigiosa: † quia ta-
le litigium non obest nisi litigantibus tan-
tum, & non extraneis, vt est gloss. nota. in l.j.
versicu.non poterant.ff.de litigio. unde si inter
te & me contendatur de dominio alicuius rei,
duo tertij non litigantes poterunt super illa
contrahere, nec eis obstaret vitium litigiosi, &
ideo sis cautus quando vis emere rem litigio
sam, vt non emas eam à litigante de dicta re, sed
a quodā tertio, secundum Angel. qui ita not. in
auten.de litigiosis.in princip. quod no. est.

Cautela pro assessoribus potestatis, quod non patiantur scribi apud acta, quod de eorum consilio potestas criminosum condemnauit. XXXV.

1 *Potestates terrarum si ferant sententiam iniquam de consilio iudicum de curia, qua pœna tenetur ipse potestas, & omnes alij iudices tenentur.*

QVANDO fit processus per dominum po-
testatem vel alium superiorem, & fertur
sentētia, & dicitur sub examine iudicis malefi-
ciorū, sicut communiter fiunt inquisitiones &
sententiæ quę hodie formātur per rectores ter
rarum, dicuntur ita fieri per iudices. sicut per
ipsos rectores: & ideo si iniustitia facta fuerit,
ita tenetur iudex maleficiorum, sicut rector. ita
not. Ange.in auten.de litig.§. tamen.in fi.& ꝓ
hoc allego text.in § quoniam vero. in auten,
1 vt nulli iudi. vbi Ange. dicit per illum tex. † ꝙ
si potestates terrarū ferūt sententiam iniquam
de consilio iudicū de curia: & quòd qua pœna
tenetur potestas, tenentur & omnes alij iudi-
ces: & ideo sint cauti assessores iudices malefi-
ciorum & consiliarij, ꝙ nunquam in actis patiā
tur scribi, quòd sententia eorum consilio vel
deliberatione ita lata fuerit, alias possent con-
ueniri tempore syndicatus, & eam pœnam su-
stinere, quam rector & potestas, vt dicit Ange.
in d.§.quoniam vero. Et sic cautus, ꝙ etiā pro-
testeris quòd tu non consentis, ne tacendo vi-
dearis consentire, iuxta ea quæ habentur in ca.
nonne.de præsumptio. & Barto.& Doctor. in l.
quæ dotis.ff.soluto matrimonio.

Cautela contra illum, qui dat operam, quod legatum alteri factum adimantur a testatore. XXXVI.

1 *Actio doli, uel in factum subsidiaria, quibus in casibus locum habeat.*

LICET cū verbis blandis sit permissum in-
ducere aliquem ad ipsum instituēdū hære-
dem.

dem.argum.l.fina.C.si quis ali.te prohi.tamen
si aliquis per suas suggestiones operatur,ut re-
lictum sibi factum testator adimat,uel quia vo
lebat relinquere,& non reliquit, sicut de facto
sæpe contingit in agnatis, qui tantum testato-
ri persuadent , & bona sua quæ pauperibus di-
stribuenda reliquerat , reliquit eadem eisdem :
tenetur tunc actione de dolo,vel in factũ subsi-
diaria illis,quibus ademptum est, uel eius soli-
citudine non relictum. ff. de doli except. l.j.&
tene menti.quia est casus quotidianus,ut dicit
Angelus in dicta l.final. C.si quis ali.ex quo tu
sumas cautelam,quòd si aliquis te instituit,vel
aliquid tibi reliquit, & aliquis per suggestionẽ
uel solicitudinem uel importunitatem ad adi-
mendum tibi relictum vel legatum & sibi relin
1 quendum, † quòd per actionem doli uel in fa-
ctum subsidiaria poteris petere ea quæ tibi in
testamento relicta sunt.facit l.j.& quod ibi no.
C.de bo subla.li.x.& not. bene:quia uidi semel
de facto practicari.

Cautela quomodo ualeat statutum , quod a sententia inferioris non posit appellari ad superiorem. XXXVII.

1 *Partes in arbitrium compromittere possunt, & per hoc appellationi renunciare.*

VIDISTIS in c.veniens . extrà de iure-
iuran.quòd ciuitas quæ recognoscit supe-
riorem , uel alius princeps inferior non possit
facere statutum quòd à suis sententiis nõ pos-
sit appellari ad superiorem.& habetur per Bar.
& Doc.in l.omnes populi.ff.de iust.& iur. Sed
nunquid possit adhiberi aliqua cautela, ut tale
statutum ualeat & seruetur præcise? Dicas, ꝙ
sic hoc modo,uidelicet ꝙ omnes ciues & prin-
ceps inferior promittant,& iurent seruare sta-
tutum prout iacet, & renuncient appellationi-
bus interpositis & interponendis in quacunq;
alia forma, præterquàm in forma a statuto cõ
cessa.C,de tempo.appel.l.fin.in fi. nam per pa-
ctum potest renunciari appellationi, & causæ ,
& scripturæ principali, de necessitate sapit na-
turam appellationis.ar.ff.de suspe.tuto.l.post-
quàm . & sic per statutum uallatum pacto po-
test fieri plus quàm per statutum simpliciter.
& si dicatur,istud pactum fit per fraudem supe
rioris: respondetur quòd superior non debet
hoc aspernari,si partes seinuicem componunt,
1 ut ff.de noui ope.nun.l.j.§.post operis . † Nã
& possunt partes compromittere in arbitrium,
& per hoc renunciare appellationi , ut l.in diẽ
proferri.§.stare.ff.de arbit.& uide glo.in c.ue-
niens.de iureiur.nec propter hoc dicitur dero-
gari superiori,& ideo a simili ita dicendũ est in
proposito ad hoc.C de pac. l.& postquã liti.&
l.iij.C.de fide.instru.& l.tale pactũ.& l. q pro-
uocauit.ff.de pac.& istã cautel. ponit in effectu
Bald.in c.ueniens.quam bene notet,qui habet
condere statuta uel reformationes in ciuitati-
bus uel locis recognoscentibus superiorem .

Cautela ad instituendum filium spurium. XXXVIII.

1 *Spurius a defuncto aliquid capere non potest.*
2 *Spurius quamuis non possit ex patris re aliquid habere , tamen propter patris rem aliquid habere poterit.*
3 *Substitutio in spurium facta quomodo valere poterit.*

NVNC videamus cautelas,quas multi conati sunt adhibere,ut per directum parentes filiis spuriis,vel aliàs illegitime natis, hæreditates uel aliquid relinquere possint, ut habetur per Bar.in l.si gener.ff.de his quibus ut indig.& l.si is qui duos.& ibi per Doc.ff.de libe. leg.& per Doc.in l.in tempus.in prin.ff.de hæredib.institut. & per Bald.in l.j.C.pro socio.& plenissime per excellentem Doct. domi.Ludouicum de Sardis de Ferraria,in quodam suo libello de na.lib.& aliis illegitime natis , seu de legitimationibus,in ultima charta.& multas ꝑ ordinẽ collegit Vbertus de Bob . Et prima est , si venientes ab intestato promiserunt spuriis non attentare hæreditatem patris.C.de na.lib. l.j.nam tunc spurius obtinebit hæreditatem secundum Vbertum . sed certe hoc non procedit secundum præfatum Ludo.quia si venientes ab intestato non acceptauerunt hæreditatem, applicatur fisco,ut d.l.j. Aduerte tamen , aut illa hæreditas ex voluntate & iudicio est penes spurium, si tunc & venientes ab intestato eam nõ acceptant,applicatur fisco . & ita loquitur l.j. Aut ex voluntate patris & iudicio, nihil peruenit ad filiũ per se vel per interpositã personã , tunc sequentes hæredes vel uenientes ab intestato possunt mortuo patre relinquere,donare, vel vendere spurio *a* : quia hoc non reperitur prohibitum,nec est præsumptio fraudis,q a videntur potuisse de suo largiri.ar. ff.de iure fis. l.in fideicommissum.in fi . Et ita potest saluari quod dicit Vber.secundum Ludo.præfatũ.Ego de hoc allego tex.cum glo.no.in aut.quib.mo. na.effi.sui.§ fin.col.vj. Secunda cautela est,ut instituas spurium, & roges eũ ut alii restituat , & tunc si nollet sibi restitui , remanebit penes spurium.ff.de leg.ij.l.cũ ei. & ff.si quis ali.test. prohi.l.j.§.sed & si legatũ.ad Treb. l. cogi.§ q solidũ.secundum Vber.& de hoc habet in l.antequam.C.de fideicom.secundum do. Ludo.de Sardis in dicto suo tract.in fi.dicit ꝙ hoc nõ putat esse verũ,quia talis hæreditas est pro nõ scripta.C.de hæredi . instit.l.j. & ideo pertinet ad uenientes ab intest.ut ibi no.& in l.iij.ff.de his quæ pro non scri. Sed tu dicas, ꝙ si ille cui debet fieri restitutio per spuriũ,non uult acceptare restitutionem ipsius spurii,& hoc constat,& tunc remanet apud spurium etiam legitima,

a Vend. spur. An filius spurius possit emere bona patris, uide in l.j.§.siue itaque.ff. de na.libe. glo.& Doc. in l.qui testamẽtum.ff.de probat. & Barto.& Doc.in l.si is q ex bonis.de vulgar. & pupil.in Spec. de succes. ab intest. versi. quid si pater.

quia tunc ſpurius intelligitur habere ab eo potius quàm a teſtatore.arg.l.ſi nupta.§.fin.ff.de fun.do.& ar.l.profectitia.§.ſi prius. coniuncta glo.ibi.ff.de iure do.Aut renunciat in fauorem venientium ab inteſta. & hoc conſtat, & tunc applicabitur illis,& non ſpurio,eadem ratione. Aut ſumus in dubio cui debetur hæreditas: & debetur venientibus ab inteſtato,ut not.in l.j. C.de hæredi.inſti.niſi ex coniunctione & amore perſonarum aliud ſit dicendum, uidelicet ꝙ eſſet amicus ſpurii,& non venientium ab inteſtato,vel eſſet maior amicus. ar.l.ſed ſi plures. §.in arrogato.cum ibi not. ff.de vul.& pupil.& l.ſi proprio. §. procurator ut in cæteris. ff.de procur.cum ſi. & hoc modo intelligas cautelā præcedentem. Tertia cautela eſt, ꝙ pater inſtituat regem Frācorum uel alium ſimilē, & eius filios & nepotes uſque in infinitum ſub conditione,ſi perſonaliter veniat ad capiendam hęreditatem,vel ſub alia conditione non uerisimiliter, & interim relinquat ſpurium & eius filios & nepotes eius uſque in infinitum, curatores, gubernatores,& adminiſtratores dictæ hæreditatis,& quòd non poſſit ab eis peti ratio adminiſtrationis,nec cogi ad præſtandum fideiuſſionem,a quibus redditione rationum & fideiuſſione eos liberet abſoluatque expreſſe: vel inſtituat ſpurium cum capere poterit, quæ inſtitutio valet,ut l.in tempus.ff.de hære.dit.inſti.& interim relinquat eum curatorem, ut ſuprà, & ſi capere non poterit, ſubſtituat eius filios, & nepotes. Sed certe hæc cautela non prodeſt, quia notorie fraus depræhenditur ex eo quòd eſt liberatus a redditione rationum,& a præſtatione fideiuſſoria,nam præſumitur id feciſſe ſāguinis affectione,ut ff.de lib.leg.l. Aurelianus. §.Titius.& ſi illa prohibitione facta non poſſet miniſtrare,ne ſub prætextu liciti committatur illicitum.C.de ſacr.ſanct.eccl.l.ſub prætextu. Item prohibetur adminiſtrare quocunque colore ut hæres,& ſic iſta cautela non prodeſt ſecundum do.Lud.præalleg.qui dicit,ꝙ ita vidit conſultum per Salyc. & collegium Bononiēſe. Quarta cautela eſt, ꝙ pater inſtituat uxorem vel aliam perſonam, & eam roget ꝙ reſtituat pro anima ſua cui uolet, vel cui ſibi uidebitur: nam poterit illam teſtituere illi tertio,qui pōt poſtea reſtituere ſpurio, & tunc filius obtinebit,uel obtinere poterit.ff.de legat. iij.l. pater filiam.§.quidem.ita dicit Barto. in l.fi.ff.de his quibus ut indig.tñ dicit hoc continere aliquid fraudis.quapropter dicit præfatus do. Ludo.ꝙ aduertendū eſt,aut ille inſtitutus reſtituit ſpurio,& tunc præſumitur fraus, maxime ſi omnia bona relinquit,ut ff.de leg. j.l. Lucius.§.j. & ff.de his qui in frau.cred.l.omnes.§.Lucius. maxime poſt reſtitutionem factam ſpurio,quia eo reperto poſſidere bona patris, præſumitur fraus quaſi per interpoſitam perſonā.C.de na. lib.l.j.& iij.& in auten.quibus mod. na.effi.ſui vel alie.iur.§.& quoniam. qui enim rogatur reſtituere arbitrio boni uiri.ff.de fideicommi. lib.l.fideicommiſſaria libertas.& gloſ.in clem. ſæpe.de ver.ſig.in uer.defenſionem.& per Bar. in extrauag ad reprimendam. ſuper uerbo, uidebitur.ideo nō poteſt eligere ſpurium, ut eſt

1 glo.in l.cum quidam.de leg. ij. † nam ſpurius non poteſt aliquid capere a defuncto,ut in aut. quibus mod.nat.effi.ſui §.fi.,ſed capiens ex iudicio hæredis rogati hoc modo.ſ.cui ſibi, uidebitur,uidetur capere a defuncto, ac ſi nominatim in primo teſtamento hæres relictus eſſet.argu.l.unum ex familia.§.ſi de Falcidia. ff.de le. ij.& idem dico de eadē ratione, ſi reſtituit tertio,eum hoc,ꝙ ille reſtituet cui ſibi videbitur: & ille poſtea reſtituat ſpurio. & ita tenet Bart. in uno conſi.quod incipit, Graſſo de Spoleto. Secus ſi reſtituat tertio abſolute, & ille poſtea tanquam rem ſuam donet,uel relinquat ſpurio quod fieri poteſt, ut dixi in præcedenti cautela huius materiæ. Quinta cautela poteſt eſſe, ꝙ ſi pater inſtituat aliquem, & illum rogat ut reſtituat ſpurio. nam tunc fideicommiſſum eſt pro non ſcripto:ideo remanet apud eum a quo relinquitur:ut ff.de iure fiſci.l. nō intelligitur. in princ. & ſic ille hæres non tenetur reſtituere,tamen ſi uelit,poterit.inſtitu. de fideic.hær. in prin.uidetur enim de ſuo largiri,& ſic ceſſat ſuſpitio fraudis.ar.ff.de iure fiſci.l.ita fidei hæres.& hoc quidam approbant.ſed dicit do.Lud. de Sar.ꝙ ſi videtur in dubio præſumi quòd reſtituat non tanquam rem ſuam, ſed ut impleat voluntatem defuncti,ut probatur inſtitu. de fideicom.hæred.in princ.niſi ex aliis coniecturis appareat,quòd uoluerit de ſuo largiri,puta qa eſt talis perſona,cui uerisimiliter donaſſet,quāuis non fuiſſet rogatus. & ipſe proteſtatur ꝙ non uult de ſuo largiri.argu.ff.de proba.l.procula.non tamen ſufficeret ſola proteſtatio.arg. ff.de leg.iij.l.cum quis.§. item. & de probat.l. qui tantum. Sexta cautela eſt, ſi pater inſtituat aliquem,& inſtitutus accommodet tacitam fidem de reſtituendo ſpurio, quia tunc poterit ſpurius deferre fiſco, & lucrabitur dimidiā hæreditatis, aliam dimidiam habebit fiſcus. ff.de iure fiſ.l.edicto.in princ.& § ad hæredes. & l.ſenatus.§.ſenatus ſecundum Vbert.de Bon.& ita videtur uelle glo.in l.j.eod.titu.ſed dicit præfatus dominus Lud.quòd non arbitratur hoc indiſtincte procedere.aut enim eſt natus eo inceſto coitu,aut ex alio primo caſu, primo īſtituit ſuccedentes ab inteſtato, de quibus ſit mentio in l.ſi quis inceſti.C.de inceſt.nupt.& tunc habet locum quod dictum eſt:quia aufertur ab illo accomodante tacitam fidem tanquam indigno,aut inſtituit alios q̄ illos, de quibus ibi habetur, & tunc quia non habet teſtator cum eis teſtamēti factionē, non aufertur ab eis tanquā indignus.quia non poſſunt eſſe hæredes,ut requiritur.ff.de iur.fiſ.l.eius qui delatorē.in fi.eſt ergo pro non ſcripto, & ſic non applicatur fiſco: ſi non applicatur fiſco, non habet locum delatio,ut eo.ti. ſi metallū. ſi vero ſit natus ex alio coitu,tunc habet locum quod dictum eſt ſ.ſm Vber. ſed periculū teſtatorū eſt,ne ab alio præueniatur in defendendo, puta ab ipſo hærede

tacite

tacite rogato,vel ab alio: quia tunc ſpurius ni
hil haberet,vt habetur in l.j.in prin.eo. titu.&
quãuis non præueniatur,& tamen non conſu-
litur ei plene.quia tunc non haberet niſi dimi-
diam.Septima cautela eſt,quòd ſi ſpurius con-
trahat ſocietatem *a* omnium bonorum cũ ali
quo, & pater illi ſocio mutuet magnam pecu-
niæ quantitatem,& poſtea ei leget liberationẽ
tunc illa liberatio proſit illi ſpurio , quantum
ad dimidiam illius quantitatis.ff.de lib. leg.l.ſi
is qui duos.ſecundum Vber. & Dyn.ibi. dem
eſt dicendum,ſi illum ſocium hæredem inſtitu.
nam tunc hęreditas acquiritur ſocietatis ff.pro
ſocio.l.ſi ſocietatem vniuerſorum, & ſic ſpuri-
us habebit dimidiam. & poteſt eſſe ratio,quia
nec hæreditas nec liberatio relicta ſocio,quæ-
ritur.ſocio ipſo iure, ſed quęritur ſocio,& po-
ſtea uenit communicanda tanquam ſit de bo-
nis ſocij.probatur in d.l.ſocietatem. & per gl.
eo.ti.l. 3.§. cum ſpecialiter. Spurius ergo his
caſib.non capit de bonis teſtatoris, ſed de bo-
nis ſocij,quod pôt vt eſt gloſſ.in aut.quib.mo.
nat.effi.ſui.§ fin.& hanc caut.lam dicit Barto.
eſſe bonam. niſi appareat fraus, ſecundum eã
quæ no Barto.& Doctor.in l.ſi poſt contractũ.
ff.de do.& dicit do.Lud. ꝙ præſumet fraudem
in dubio,maxime,quia non poteſt dici ꝙ ſoci-
us donet de ſuo proprio,quia cogitur commu-
nicare , ergo non donat.ff.de re iudi.l.donari.
ideo potius dicitur acquiri filio per interpoſi-
tam perſonam,mediante iudicio teſtatoris,qđ
eſt prohibitum per prædicta, ideo iſta cautela
non videtur eſſe tuta,ſecũdum eum, ſed Bal.in
l.j.in 14 q.C.pro ſocio.tenet indiſtincte prædi
ctam cautelam,& dicit eam eſſe bonã.Sed circa
eam poſſet dici, ꝙ ſit conſideranda perſona ſo-
cij,an pater ſpurio reliquit:quia ſi erat amicus
patris,cui veriſimiliter eſſet etiam exiſtente ſo
cietate cum filio relicturus,& tunc indiſtincte
prædicta cautela ſit vera : quia ceſſat omnis ſu-
ſpitio præſumptionis.argu.l.ſi plures.§.in arro
gando.ff.de vulg.& pupil.ſed ſi nulla affinitas,
coniunctio , vel amicitia eſſet cum illo ſocio,
tunc ego crederem dictam cautelam non ſuffi-
cere,& tunc diceretur filius ſocio acquirere po
tius ab ipſo patre per interpoſitam perſonam,
quàm a ſocio ſuo vigore ſocietatis,per prædi-
cta.Octaua cautela eſt, quòd pater inſtituat fi-
lium ſpurium,cum capere poterit,quæ inſtitu
tio valet.ff.de hæredi.inſti.l.in tempus. & eſt
glo.in l.ſicut.ff.quibus mo.vſusfru amit.Nam
tunc pendente conditione,petit inſtitutionem
& bonorum poſſeſſionem ſecundũ tabul.l.2.§.
ſi ſub conditione. ff.de bono.poſ.ſecundum ta
bu.ſecundum Bald.in l.fi.C. de his qui ſunt ſui
vel alie.iur.qui dicit ſe ita multoties conſuluiſ
ſe.ſed ſecundũ do.Lud.tunc conceditur ſecun-
dũ tab.inſtitutio, quando pôt ab inteſtato ſuc-
cedere,vt dicitur ibi notabiliter,vt hic. Nona
cautela eſt, quòd de iure canonico poſſunt re-
linqui alimenta ſupriis *b*, extra de eo qui du-
xit in ma.quã pol.per adul.c.cũ haberet.quòd
relinquat pater filio ſuo vnum fundum pro ali
mentis , & poſt eius mortem ſpurij relinquat
eius filiis & hæredibus illum fundũ,ſecundum
Barto.in l.fi.ff.de his quibus vt indignus.quòd
etiam eſt verum,niſi excedat magnam quanti-
tatẽ reſpectu alimentorum, quòd tunc præſu-
metur fraus.Decima cautela eſt,quòd pater in
ſtituat aliquem & grauet eum vt det ſpurio cẽ
tum.ff.de iure fiſci.l.ſi ita fidei.ſecundum Dy.
ſed Bar.dicit hoc eſſe contra textum.l.quod cõ
ditiones.ff.de dona cauſa mortis.nam illud nõ
remanet apud ſpurium,ſed aufertur ab eo tan
quam ab indigno,& applicatur fiſco,vt ff.de cõ
di.& demonſtra.l.hæres meus ſecundum Bald.
in l.ſocium qui eum. in apoſtil.ff.pro ſocio.&
recitat Richar.de Malum. tenere cum Dyn. &
2 reſpondet † quòd quãuis ſpurius non poſſit a-
liquid habere ex re patris, tamẽ poteſt aliquid
propter rem patris.ff.de pec.leg.l.eo tempore.
in fi.ff.de ædil.edic.l.cum autem.§.item ſi leg.
& de coniun. cum eman.lib.l.j.§. tunc videa-
mus.& C.de aduo.diuer.iudi.l.fori.& dicit do.
Lud.quòd hoc putat eſſe verum:quia non repe
ritur expreſſe prohibitum : ergo videtur con-
ceſſum.l. nec non.§. ſed quod eis.ff.ex quibus
cau.maio. & in ca.inter corporalia. de tranſla.
& vide gloſſ.in aut.qui.mo.na.effi.ſui.vel alie.
iur.§.fin. Nec obſtat l.quod conditionis.quia
ideo inſpicitur,an ſi quid ad eum peruenerit di
recte vel indirecte hic : aut de eo qui eſt inca-
pax ratione delicti teſtatoris, ideo non inſpici-
tur an ad eum aliquid perueniat:ſed in materia
teſtatoris ſufficit , quòd bona ſua ad ſpurium
non perueniant,& hoc procedit,niſi manifeſta
fraus appareat , vt quia hæreditas valebat cen-
tum, & eum rogauit vt tantumdem redderet.
& ita pôt intelligi d.l.quod conditionis. Vnde
cima cautela eſt,ſi habet pater amicum,de quo
confidat,eum inſtituat,& nihil aliud dicat,ſcili
cet expreſſe,ſed inter ipſum & eum roget vt fi
lio reſtituat. nam tunc poterit ille reſtituere
ſpurio,quia non poterit probari eum fuiſſe ro-
gatum,nec etiam fraus præſumatur , quia non
apparet quòd fuit rogatus tacite vel expreſſe,
immo videtur potius de ſuo largiri,nec eſt ve-
rum,quòd ſi reperiantur bona patris poſſidere
præſumatur fraus,vt l.j.C.de natu.libr.quia il-
lud non procedit,niſi oſtenderetur ipſum poſſi
dere interueniente iudicio vel voluntate pa-
tris,& ita poteſt intelligi d.l.j.ſed certe ſecun-
dum domi.Lud. hoc tendit ad interitum ſalu-
tis æternæ quia quamuis probari non poſſit,ta
men eſt fraus,& tam rogans quàm rogatus te-
neretur in animam ſuam ad ſatisfaciendum ve
nientibus ab inteſtato,qui eis auferunt hæredi
tatem, quæ eis de iure debebatur,& ideo me-
lius eſt ſecundum eum quòd inſtituat illum a-
micum ſuum,& nihil aliud dicat,& ille poterit
ſpurium inſtituere, & hoc approbat Specu.in
titu.de ſucceſ.ab inteſta.§.j.ver.ſed quid ſi pa-
ter.& eſt communis cautela ſecundum do.Lu.
qui dicit,quod raro reperiuntur amici, qui re-
ſtituant non rogati Duodecima cautela eſt, ꝙ
pater in teſtamento dicat, qualiter eſt conten

a Societatem . Adde Alexã. in l.3.§.incertam. in 3.col.verſic. extra gl.de acquir. poſſeſſio. Societas habet ius fraternitatis.l. verum.in princip. & ibi Barto in j. not. ff. pro ſocio. in Specu. de iudi. § ſpecialia vero. ad fi. & glo. in l. fina.C.depoſi.

b Spuriis. Adde Ant. Roſel.in arbo.con ſang.8. colum.

tus quòd filius suus etiam post mortem suam
possit legitimari. nam tunc propter consensũ
patris etiam eo mortuo, filius poterit legitima
ri, & patri succedere etiam extantibus aliis li-
beris, vt not. Bar. & etiam Docto. ibi, in l. Gal-
lus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthu
mis. & postea dicat, & ego instituo filium meũ
spurium in toto vel in parte, prout voluerit, cũ
3 capere poterit. † nam talis substitutio facta sub
tali conditione, valet: vt est casus in l. in tẽpus.
in prin. ff de hæredi insti. & hoc modo valebit
institutio. & filius etiã post mortẽ patris potest
se facere legitimari, & succedet, & ista est opti
ma & tutissima cautela pro illis qui habent fi-
lios uel coniunctos rebelles, quos vellent hære
des instituere, ne fiscus succedat: dicunt. n. insti
tuo talem, si & quando peruenerit ad gratiam
domini: quod bene nota.

Cautela ad excusandum mandãtem committi delictũ quod mandatarius dicat se commisisse delictum exequendo mandatum. XXXIX.

1 Confeßio matrimonij ficta a delicto non excusat.

a Manda. &c. Mandans delictum põt reuocare mãdatum, sed debet intimare reuocationem mandati, & cõtra quem mãdauit, vt sibi caueat talis, alias tenẽt, secũdum Bald. in l. mandatum. ad fin. C. manda. & Inn. in c. ad audientiam. de homicidio.

VIDIMVS quamplures casus, in quibus
quis potest liberari a morte. hic adde v-
num alium. Nam si quis mandauit a Titio vt
interficeret Gaium, & interfecit: si Titius dicat
quòd hoc non fecit exequendo mandatum, sed
motu proprio, quia erat suus principalis & ca-
pitalis inimicus. nam ei credendum sit in excu
satione mandantis. & multi Doctores mouerũt
hanc quęstionem, extra de homici. ad audien-
tiam. & clare non responderunt. Tu dic, quòd
est recurrendum ad coniecturas, & in dubio
præsumitur contra mandatarium: vt l. sæpæ. ff.
de verborum signi. nec est bonum testimoniũ
delinquentis: vt l. fin. de accu. Glo. tamen dicit
1 in simili casu, † quòd si quis deprehendatur cũ
aliquibus, & confiteatur quòd prius contraxe-
rant matrimonium adinuicem, & se excusant:
vt est gloss. in l. pe. C. de fideius. Sed in hoc cre-
do, quòd inspiciantur coniecturæ: & quia ficta
matrimonij confessio non excusaret. arg. ff. de
dona. l. donationes in concubinam. in prin. ita
no. dicit Bald. in c. j. §. in reuert. in 5. col. tit. de
pace iur. fir. in usi. feud. Ex quo sumas cautelã,
quòd si aliquis accusatur, quòd mandauerat ho
micidium committi, si committens erat inimi
cus capitalis occisi, ita quòd verisimiliter eum
occidisset propter suam inimicitiam, quòd ip-
se examinetur & deponat, si verum est quòd
ipsum interfecit, non propter mandatum, sed
propter inimicitiam propriam, & mandans li-
berabitur: quod bene nota.

Cautela in fauorem illius, qui mandato alterius occidit alterum, quod mitigetur eius pœna. XL.

1 Damnatus in metallum mori ciuiliter dicitur.

NOTA quòd licet mandatum in delictis
non excusat in totum, tamen mitigare fa
cit pœnam: quia si quis ex mandato domini ali
1 quem interfecit, damnatur in metallum, † &
morti ciuili traditur, vbi sine mandato morti
naturali traderetur: vt est casus in l. seruus. C.
ad legem Iul. de vi. facit l. Gracchus. c. de adu.
quod not. propter eũ qui mandato tyranni ali-
quẽ occidit. nam licet non excusetur, pœna tñ
mitigabitur: quia morti naturali non tradetur
secundum Bart. & Salyc. in dict. l. seruos. quod
nota, vt scias adiuuare illos, qui interficiunt ho
mines de mandato dominorum suorum.

Cautela ad compromittendũ uel transigendum super rebus decisis per sententiam. XLI.

1 Iuramentum seruari debet, si poßit sine interitu salutis æternæ.

POTEST adhiberi modus & cautela transi
gendi, & faciendi compromissum super re-
bus iudicatis: & sic super rebus decisis, hoc mo
do, scilicet si dicatur in cõpromisso vel in tran-
sactione, quòd sit cõpromissum vel transactio
de omnibus præsentibus, & quæ in futurũ fieri
possent: intelligitur sup omni eo, sup quo fuit
arbitratum vel transact. nam hoc modo facien-
do, compromissum vel transactio valebit super
rebus decisis. & ita no. Ang. in l. j. ff. de transa. l.
nã hi. §. sed cum licet. eod. ti. nisi lex prohibeat
fieri transactionẽ. nam tũc nihil operabitur fin
gere lites: vt in d. §. sed cum licet. & ibi de hoc
not. Ang. & de hoc ẽt dic, vt ibi per Doct. & in
c. exposita. de arbi. Secundo modo potest fieri
cõpromissum super re decisa in transactione, si
compromittentes uel exigẽtis iurent stare om
ni eo, quod transactum vel arbitratum fuerit p
arbitratores, secundũ Barto. & Doct not. in l. si
1 quis maior. C de trans. † & hoc operatur virtus
iuramẽti, qđ debet seruari, si possit sine interi-
tu salutis æternæ. vt in c. cũ cõtingat. de iur. iu.

Cautela pro conuictis in actu carnali illicito, si uolunt euitare iudicis cõdemnationẽ. XLII.

1 Iuramentum quo casu delicti pœnã euitare poßit

ALIQVANDO

ALIQVANDO contingit ꝙ duo, sci-
licet masculus & fœmina coniunguntur
in actu carnali, qui non erant coniuges, sed esse
possunt, & accusantur, vel iudex procedit con-
tra ipsos. cautela est, si volunt euitare condem-
1 nationem, † ꝙ iurent ꝙ ante coitum clam con-
traxerunt, & propter hoc euitabunt condemna-
tionem: vt est gloss. nota. in. l. pe. C. de fideiusso.
& ibi per Doctores & per Baldum in lege vni-
ca. C. de confes.

Cautela quomodo debeat interrogari testis[a] XLIII.

2 *Testis deponens per uerbum credo, regulariter non probat.*
3 *Testium interrogationes solent fieri ad illius instantiam, contra quem testes examinantur.*

1 TV SCIS, † quòd qui deponit per uer-
bum credo, licet regulariter non probet,
vt habetur in. c. cũ causam. de testi. & l. testi. eo
dem titul. tamen si testus concludit, rationem
contingentem necessario probat: vnde testis in
ter rogatus super mutuo, dixit: credo ꝙ mutua
uit, quomodo scis? respondit quia presens fui, &
vidi numerare, valet eius dictum, quia attendi-
tur ratio quæ limitat dictum: vt. l. eius dictum
ff. de pact. & habetur in. l. eius solam. C. de testi.
& ita tenet Bald. in. l conuenticulam. C. de epi-
scop. & cle. & in. l. data opera. C. qui accusa. non
poss. Et ideo tu qui es examinator testium pro
amico, & vides testem productũ per partem ad
uersam, & interrogatur per collegam tuũ etiã
examinatorem tuum, si testis deponat per ver-
bum, credo, quòd examinator contra quem te
stis producitur, dicit non curo ꝙ fiat alia exa-
minatio, quia satis bene deponit. nam tale testi-
moniũ nõ valebit: quia deponit solummodo de
credulitate: & ideo sis informatus, quando pro-
ducuntur interrogatoria tua, vt dicas in rubri-
ca interrogationum, si testes examinati dicant
se in his scire, vel credere ita esse vt in capitulis
continetur, ne fiant aliæ interrogationes seu nõ
interrogentur vlterius: nam hoc casu nõ debe-
bitur interrogari testis, qui deposuit se ita cre-
2 dere: † quia interrogationes solent fieri ad in-
stantiam illius, contra quem testes examinan-
tur: vt habetur in d. c. cum causam. & in. c. per
tuas. de testib. quod bene nota.

Cautela q̃uo ab executione, nec à pronũciatione de exequendo non possit appellari, & quando possit. XLIIII.

1 *Exceptio super executione opposita audiri debet.*
2 *Iudex reijciendo exceptionem, quam reycere non debet, modum excedit.*

NOTA ꝙ licet ab executione sentẽtiæ quę
est facti, nõ possit appellari, vt in. l. ab exe
cutore in prin. ff. de appe. & in. l. ab executione
C. quãdo appel. non re: &. 2. q. 6. §. sunt quorũ.
ver. ab exetione. & habetur in. c. nouit. extrà de
appe. tamen à pronunciatione de exequẽdo, po
test appellari, vt est glo. in. d. l. ab executore. in
princ. & ibi no. per Doct. & ideo sumitur in pra
ctica cautela, ꝙ quando sententia est lata pro
te, quæ transiuit in rẽ iudicatam, ꝙ realiter eam
exequi facias sine aliqua pronuntiatione, hoc
modo, videlicet quia iudex dicat, ꝙ exequendo
sententiã concedit victori familiã, & ministros
suos ad capiendũ debitorem & pignora, vel ad
mittendũ vincentẽ in possessionẽ. ita dicit Ang.
de Peru. se multis vicibus procurasse, in. d. l. ab
executore: quia tunc secundum omnes non po
terit appellari. & idem etiã tenet domi. Ange.
de Are. in. d. l. ab excentore. in princip. qđ nota.

a Interr. test. Interrogatiões testiũ quomodo fiãt. gl. or. in c. presentium. de testi. in. 6. & in Spec. de test. §. iam de interrogatorijs. uer. habita ergo. & ibi Bald. in add. uer. interrogatorũ & Io. An. in. d. c. præsẽtiũ pe. col. in nouella. & plene per Abbi. in. c. cum causã. de te. Interrogatio fieri potest hoc modo, uidelicet si nõ credit de tanto, dicat de quãto. Bal. in. l. fi. v. co. C. de fideic.

Regulare est, ꝙ ab executione sententiæ nõ
potest appellari, vt dixi in præcedenti cautela.
1 † Quæritur nunquid sit aliqua cautela, propter
quã possit appellari. quãdo iudex est cautus. q̃a
non vult ꝓnuntiare simpliciter, exequatur sen
tentiã, vt dictum est in cautela præcedenti, di-
cas ꝙ sic. nam tu qui es aduocatus rei, & vis ap
pellare, debes appellare tuã exceptionẽ, & si ea
nõ obstãte exequitur, poteris ex hoc capite ap
pellare. quia iudex debuit audire exceptionẽ in
executione, & ea nõ obstãte pronuntiare sentẽ
tiã exequendam esse, aliàs diceretur excedere
modũ. & sic posses appellare ꝑ. d. l. ab executo
re. imo dico plus secundũ Ang. in. d. l. ab execu
tore, ꝙ si ex forma statuti nõ possit appellari ab
executione, non possit appellari à pronuntiatio
ne ab exequendo. ut est Perusij. caute. est, ꝙ tu
aduocatus rei si uis appellare, opponas secũdũ
Ang. in. d. l. ab executore. aliquã exceptionẽ ad
impedimentũ executionẽ. & si iudex pronun-
tiabit sententiam, vel instrumentũ exequendũ,
appellabitur ex hoc capite: quia reiiciẽdo tuas.
2 exceptiones, modũ excedit in exequẽdo. † Nã
iudex reiiciendo exceptionẽ quã nõ debet reii-
cere, modũ excedit: vt dicit gl. in. d. l. ab execu
tore. in verbo, excedat. & ideo hoc casu, non est
prohibita appellatio ab excessu: ut. d. l. ab exe-
cutore. & dixi in præcedenti cautela. quod sin-
gulariter no.

Cautela ad instruendum iudicem contra appellantem friuole, causa differendi iudicium. XLV.

1 *Iudicis simplex admonitio uim paremptorij habet & iussum in uera cõtumacia constituit, adeo ꝙ postea, si cõparuerit, appellare non poterit.*

SI vis illa queare appellantem causa dif-
ferendi iudicium, tu iudex potes uti mul-
tis

tis cautelis. Et prima cautela est, quòd si appellans comparet infra terminum, & petat apostolos in debita forma, respondeas & dicas: ego nõ possum nunc tibi tradere, venias die vltima termini, in tali hora, puta decimaoctaua, nam tunc si non venit, & non comparet appellans illa hora, coram dicto iudice à quo prodictis apostolis, appellatio manet de serta a nec excusabitur si ante comparuerit, sine post, vt in clemen. quãuis. de appell. & ita dicit do. Matthe. de Mathe. in suis singu. notabi. in nota. xxij quod incipit, nota practicam, qua vti potest iudex. Secunda cautela est, quòd index assignet sibi appellanti terminum competentem, infra quem appellans iter arripiat causa prosequendæ appellationis, nam si eo lapso, non incœpit iter arripere, appellatio erit deserta: vt est casus in. c. peruenit. 2. de appell & in. c. cum causa. de re iudi. & ibi no. per Docto. in. c. personas. & in. c, ex insinuatione. de appel & vide not. per do. Mathe. in. d. xxij. no. & idem etiam not. per omnes Doct legistas in. l. pręses. C. de appella. Tertia cautela est, quòd iudex à quo, assignet certum terminũ non competentem, infra quem appellans se tenetur præsentare iudici ad quem, quod si non fecerit, appellatio erit deserta: vt est casus in. c. personas. de appel. & ibi not. per Doct. & in. d. c. ex insinuatione. eod. titu. &. d. l. pręses. C. de appell. Quarta cautela est, quòd iudex à quo est appellatum, assignet & figat terminum appellanti, infra quem præsentet apostolos iudici ad quem: quod si non fecerit, appellatio deserta habebitur: vt probatur per text. & glo. & ibi habetur per Docto. in. l. præses. C. de appel. & ita etiam tenet do. Matthe. de Mat. in suo notabili. xxij. Quinta cautela est, quòd iudex à quo, assignet certum terminum, infra quem appellans debeat facere fidem iudici à quo, quia se præsentauerit coram iudice ad quem, infra terminum sibi statutum, vt dictum est in præcedentibus cautelis: quod si appellans non fecerit, secundum communem & veram opinionem Doct. appellatio non erit deserta: quia nõ reperitur iure cautum. sed tamen ista assignatio termini habebit istum effectũ, quòd iudex à quo, poterit sentẽtiam suam exequi, nec unquã retractabitur executio, nisi demum lata sententia in causa appellationis, si iudicatum fuerit, bene appellatum, & male iudicatum. ita singulariter dicit Fede. de Senis in consilio suo. xxij. quod omnino vide. & idem tenent Docto. in. d. c. personas. & in. ca. ex insinuatione. de appe. & idem tenet do. Ludo. de Ro. in. cxlj. singulari. quod perpetuo nota. Sexta cautela est, quòd per iudicem à quo, pręfigatur certus terminus competens ad prosequendum appellationem, quo elapso, si non fuerit prosecuta, rata manet sententia, & iudex à quo, poterit eam executioni mandare, nec retractare potest: vt est casus in. c. cum sit Romana. extrà de appell. & habetur in. c. cum causam. de re iudi. & c. ex insinuatione. de appel. & in. l. pręses. C. eo. ti. per do. Ludo. de Ro. in. clxx. singulari. & per do. Matthe. de Mat. in. xxij. notabili. & intellige persecutionem appellationis finiendæ, quia talis terminus non potest assignari per iudicem à quo & in. d. ca. ex insinuatione. & nota. gloss. ordin. in. d. c. cum sit Romana. sed intellige de termino appellationis prosequendæ, vel inchoandę: vt est casus, qui ita debet intelligi in. d. c. cum sit Romana. & in. d. c. cũ causa. & intellige omnes prædictas cautelas, quando iudex à quo detulit appellationi, aliàs autem si non detulisset sed incœpisset procedere post appellationẽ interpositam, non posset assignare aliquẽ de prędictis terminis: vt singulariter nota. Innocen. in. c. fina. extrà de accusat. & dominus Ludo. de Rosa in clxv. singulari. & habetur in. d. c. cum sit Romana. per Doctores. Septima cautela est, quòd ille qui credit habere sententiam pro se, faciat quòd iudex admoneat partem, vt compareat in tali termino ad audiendum sententiã, quia si nõ comparebit in termino, & fertur sententia, ille admonitus per iudicem non poterit
1 appellare.† Et est ratio, quia simplex admonitio iudicis, habet vim peremptorij, & cõstituit iussum in vera contumacia, adeo quòd non poterit postea appellare, si comparuerit. vt est gl. valde no. in. l. 2. C. quomodo & quando in. quæ ita vult per illum textum. & ibi hoc not. singulariter Angel. quod perpetuo tenementi.

a Deserta. Appellatio deserta censetur p lapsum termini dati ad se presẽtandum coram iudice ad quẽ. l. 2. §. fin. C. de tẽpo. appe. Bal. & Docto. in. l. pses. in ver. pone iudex à quo C. de app. c. sæpe. eod. ti. Itẽ si apostoli infra terminum non petantur, Bart. in. l. i. in ue. quero quid si iudex ff. de lib. dimi.

Cautela, quod ualet præscriptio cum mala fide. XLVI.

1 *Possessor malæ fidei, nullo tempore præscribit.*

1 VIDIMVS † in. c. fin. de præscri. quòd possessor malæ fidei, nullo tempore præscribit. & istud debet obseruari etiam in foro ciuili, secundum veram opi. vt ibi dixi. sed cautela est secundum Bal. ad hoc ut aliquis laicus posit præscribere, etiam cum mala fide, & quòd omnes præscriptiones sint licitę. quòd fiat statutum in ciuitate generale, quòd omnia statuta loquentia de præscriptionibus, habeant vim cõtractus, & consensus vtriusque partis ibi nõ potest dici, ꝙ proprie sit mala fides. ff. de re iudi. l. non fraudantis, facit. l. cũ donationis. C. de transact. & probabiliter anima saluatur, & voluntaciuiũ, & bonum publicũ obseruatur. & hoc cõsilium est de ingenio meo. ita dicit Bald. in. d. c. fi. de præscrip. vbi vide.

Cautela ad hoc, quod priuilegium a non intelligatur reuocatum per legem generalem illius qui illud ante cõcessit scilicet quod annectatur & incorporetur statutis. XLVII.

1 *Priuilegium principis statutis additum, quam efficatiam habeat.*

a Priuilegium. Priuilegiũ speciale non cẽsetũ reuocatũ p generalẽ reuocationẽ priuilegiorũ. glo. sing. in l. decurionibus C. de silenti. li. xii. & sẽtit Bal. in. l. nõ plures. de sac. sa. eccle. & in. leg. i. C. de Iusti. C. cõsi. & in autẽ. habita. in ca. ne fil. pro patre. & in. l. ii. i. co. ff. de cõsti. princ. & Andr. Bar. cõsil. scripsit. vii. col. quod est cõsiliũ. ciiii. Alexã. iiii. parte. & And. Barba. in cõsi. ul. in d. iiii. parte. ad fin.

Domini

DOMINI & princeps sæpenumero concedunt priuilegia immunitatis, & exemptionis alicui benemerito de re publica, & pro cessu temporis, per legem generalem cassant & annullant omnia priuilegia ex emptionis per eos concessa. Cautela est, quòd non possit reuocari, videlicet quòd faciat inseri in libello statutorum ciuitatis, quando ei conceditur hoc priuilegium, & hoc debet inseri, quando reformãtur statuta, vel si non reformantur, dicetur:
1 † & hoc priuilegium addatur statutis nostris, & pro statuto etiam intelligatur, nam hoc casu quandocunque dominus vel princeps cassaret omnia priuilegia, tamen nunquam de isto intelligatur in statutis inserto, nisi de eo fieret expressa mentio. istud probatur per gl. in aut. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opo. & ibi hoc tenet do. Pau. de Cast.

Cautela ad hoc, ut quis semper teneatur de casu fortuito. XLVIII.

1 *Conductor simplex regulariter, quo tempore pensionem soluere non teneatur.*

1 REGVLA † est, quòd simplex conductor non tenetur tempore guerræ soluere pensionem, sed non potest recipere fructus, vt l. item quæritur. § exercitu. ff. loca. idem, quando non potest recipere propter aliquam tempestatem. l. si merces. §. vis maior. eod. titu. & l. ex conducto. §. j. Idem, quando ex alia causa simili percipere non potest, puta propter sterilitatem, vt l. si vni. in prin. eod. ti. & in c. propter sterilitatem. in prin. extrà de loca. sed de liuellario dubium est, sed veritas est, quòd non tenetur: vt no. in l. j C. de iure emphy. per Doct. & in d. c. propter sterilitatem. Sed cautela est, quòd sine dubio in omnibus prædictis casibus teneatur indistincte tam conductor, quàm liuellarius ad soluendum pensionem, si instrumento locationis renunciatum est per conductorem, vel liuellarium, seu emphyteotam exceptione doli mali conductione, sine causa etiã iusta, & cum consilio, quo conductor vel liuellarius se tueri posset à præstatione pensionis: nam tunc tenetur ad solutionem mercedis, ẽt si guerra superueniat post locationem. secundum Alber. de Ros. qui dicit se obtinuisse corã collegio Pergamensi, vt ipse no. in l. item quęritur. §. exercitu. ff. loca. & ita dicit in Lombardia obseruari, quod nota bene.

Cautela quando instantia perit, quod reiterentur omnes termini. XLIX.

1 *Instantia causæ principalis, de iure canonico nunquam perit, secus tamen de iure ciuili.*

1 LICET † de iure canonico, instantia causæ principalis nunquam pereat, vt in c. pe. extrà de iudi. tamen de iure ciuili, in casibus ciuilibus perit triennio, in criminalibus biennio, ita quòd nec de cõsensu partium potest prorogari, vt est casus in l. properandũ. in prin. & ibi not. C. de iudi. intantum, quòd perempta instantia, pereunt omnia acta vsque ad litẽ contestatam, & multa quæ fiunt post litem contestatam: vt habetur plene per Bart. in l. cum lite mortua ff. iudica. sol. & not. in l. properandum. in prin. & sic est necesse de nouo incipere processum, vt in dictis iuribus habetur. Sed tu adde hanc cautelam, ꝙ partes sibi promittant adinuicem per solennem stipulationem, & etiam per iuramentum: quòd sit triennium labere-tur antequã causa expediatur, quòd vnico contextu, actor & reus teneantur producere libellum, & responsiones, & replicationes, & omnia acta sigillatim de nouo: secundum l. quæ nam. cum ibi no. per gl. Bar. & Doct. ff. de procurat. nam tunc licet instantia dicatur perempta iure nullus tamen in expensis condemnabitur, sed proceditur in iudicio de nouo: & si dicatur, cautela non prouidet, vt instantia non pereat: istud est fatendum, tamen prouidet secundum intentionem partium, scilicet propter expẽsas, & ne de nouo habeant facere singula acta de tempore ad tempus, sicut facta fuerunt in prima instãtia: quod bene no. quia ita sæpe practicaui.

Cautela quod non respondens positionibus, non habetur pro confesso. L.

1 *Positionibus nõ respondens, regulariter pro confesso habetur, licet sententia requiratur.*
2 *Quæstio generalis est illa, quæ omnia capitula cõplectitur.*

1 ILLE qui † non respondet positionibus, regulariter habetur pro confesso, tamen requiritur sententia super hoc. vt in ca. ij. de confess. libr. 6. & l. ij. §. quòd si actor. C. de iura. calum. Aliquis non respondet positionibus, estne aliqua cautela, quòd ipse non succumbat? Dicas, quòd quidam aduocatus adhibuit hanc cautelam, cum clientulus suus debebat haberi pro confesso, quia non respondit positionibus: nam fecit causam committi consilio sapientis sub hac forma, quæ essent partes iudicis in diffiniendo: & quia non erat pronuntiatum, quòd positiones haberentur pro confessatus, non potuit cõsultor cõsulere sup eius põnibus tãquã confessatis, & sic stent actor absque probatiõe ex forma commissionis, cum nihil nocuerit eũ respondisse. & ideo tu aduocate partis alterius esto cautus, ne clientulus circumueniatur in forma puncti, quando transmittitur ad consulendum, dicas ergo, iudex commisit, quid iuris,

2 Instantia. Perit quatuor modis, s. lapsu tẽporis. Itẽ si absoluit reus ab obseruatione iudicij ante terminũ. Itẽ ꝑ renuntiationẽ litt. Itẽ si remittãt. Bal. in mar. versi. instãtia. ver. ij.

nunquid

nunqiud diffiniēdum exagitatur? ita dicit Barto.nota.in ca.vnico.in fi.de litis contesta.& est ratio: quia quando punctatur causa diffinienda, intelligitur de diffinitiua. argu.l.pen.§.biduum. cum gl ff.quando appellan.sit. vnde cū vigore commissionis, debeat consultor iudicare tantum super causa principali, & sic diffinitiue, & non super interlocutoria, sequitur quòd cum sit pronuntiatum interlocutorie, positiones haberi pro confessatis, quòd nec iste cui est causa commissa iudicare vel consulere poterit. sed cum causa committitur, quid iuris? intelligitur esse commissum, vt super omnibus consi-
2 lium. † Nam quæstio generalis est omnia capitula complectens: vt l. eius qui in prouincia ff.si certum pet. vnde si cōmittitur alicui quæstio consulenda, per istum modum quid iuris? nisi super omnibus consilium reddatur, non videtur consilium reddidisse.arg.ff.de arb.l.quid tamen.vt dicit no.Bald.in c.j.in tit.de controuer.inuesti.in vsi.feud.& no.per Ang.in l.quærebatur.in princip. de testam.ff.& l.si fundum sub conditione §.Stichum Sempronio. de leg. primo dixi in repeti.cap.j.de feud.cog.& ideo quando in casu proposito cōmittitur decidenda vel consulenda, quid iuris? intelligitur, vt super omnibus articulis pronuntiet uel consulat, & sic cum reperiat partem fuisse in respondendo positionibus, debet super hoc consulere super causa principali, & sic illum habeat ꝓ confesso condemnando, quod bene no. ut scias practicare, quia erit utilis tam ꝓ actore, quàm pro reo.

Cautela ad l. pleriq; de in ius uocā ut inuitus possit quis extrahi de domo. L I.

1 *Domo nemo inuitus extrahi potest.*
2 *Domo pro criminalibus quis extrahi potest:*
3 *Citatus per se, uel procuratorem comparere potest.*

1 REGVLA est, † quòd nemo inuitus trahi de domo potest, quia domus cuique tutissimum refugium est: vt est dictum in l. plerique cum seq.ff.de in ius voc.& in l.nemo.de reg.iur. Sed cautela est, quòd iudex præceptū faciat debitori meo, quia stat in domo, vel non vult exire, quòd compareat coram ipso sub pœna quinque vel sex librarum applicanda fisco, nam si compareat, poterit capi *a* extra domū, si noluerit comparere, iudex condemnet illum in illa pœna fisco applicanda, quam pœnam si
2 non soluet, posset capi etiam in domo, † quia pro criminalibus quis posset capi, & extrahi de domo.l.nemo carcerem.C.de exact.trib.lib.x. nam condemnatus fisco, propter contemptum mandati, dicitur condemnari criminaliter, iuxta ea quæ habentur in l.iiij.ff.de sepul. vio. Item condemnatus etiam simpliciter potest incarcerari, & quia est condemnatus fisco, potest extrahi de domo, & quando erit ibi positus in carcere, poterit ibi pro debito alio condemnari, secundum ea quæ habentur per Bartol.in l. ij.de custod.reo. & in sua disputatione quæ incipit, Lepus captus. & istam cautelam ponit Bartol. in effectu in l.sacrilegij.§ fina.ff.ad le. Iuliam pecu. Sed circa prędictam cautelam potest duplex remedium adhibere. Primum est, quòd si est citatus, mittat procuratorem, vel
3 nuntium † quia quando quis est citatus, potest regulariter comparere per se, vel per procuratorem.iuxta no.in l fina.C. de procura. Aliud remedium est, quòd si nullo modo compareat, quòd ipse potius soluat condemnationem uel mulctam, quàm quòd patiatur se detineri, ut habetur per Oldr.in l.iiij.§. prætor.ff.de dam. infect. Sed contra primum remedium posset adhiberi cautela per iudicem, uidelicet quòd citet eum, vt personaliter cōpareat, & per procuratorem, quia vult loqui secum, & ca.nā hoc casu mittēdo procuratorem, non excusaretur. facit quod habetur in ca.cum dilecta.in versic. personaliter.extrà de rescri.& in c.fin.§ is autem.extrà de offic.deleg.

a Poter.cap.Captura debitoris regulariter fieri pōt, nisi si fœmina, uel ī domo, sed ꝓcedēte cit. Bar.ī l. cōsenta neū. 3.colū.C. qūo & qn̄.ī ver. cōtra hoc opp. de le.j.Captura in ꝓpria domo debitoris ꝓ debito ciuili, n̄ valet.l. pleriq;.ff. de ī ius vo.Debitor in domo propria in qua nō habitat, capi pōt.Bar. ī l.nec in ea.ff.de adul. Doc. mod.in l. pleriq;.Item in horto, ad quē n̄ sit aditus à domo habitatiōis. ar.l.prædijs. de leg.3.& l.olim. pe col.ff.de ser. vr.præ. Item in apotheca.do.& Pa.de Ca.in d.l. pleriq; vbi Car. & Bu.t3 contra Bart.& Abb.ibi distinguit, & refert opi.Bar. fuisse Hos.& vide Abb.in c.ꝙ clericis.de fo.cōp. in pe. col.

Cautela quod ex delicto patris, filius non priuetur successione. LII.

1 *Filius delicto patris aliquando successione priuatur non tamen agnatus.*

1 PROPTER † delictum patris, etiam aliquando priuatur filius sua successiōe, & nō agnatus. de quo habetur in l.adoptiuum.ff.de in ius voc.& in l.ij.C.de libe.& eorum li. & in c.pe.si vasal.feud.priue.cui deferatur.sed circa hoc hodie potest adhiberi cautela, quando proprietas spectat ad filium, & ad patrem vsusfructus, quòd pater renuntiet vsufructui. dicit Angel.in d.l.adoptiuum. quod hoc remedium ꝓuenit in quodam patre, qui calore iracūdię occidit filium habentem patrimonium maternū, vnde ei non poterat succedere, & similiter filij eius videbantur exclusi à successione, ne patri acquirant, vnde alij attinentes ex latere materno dicebant hæreditatem ad se spectare, pater renuntiauit vsufructui, & alij fratres obtinuerunt.

Cautela ad hoc quod quis nō teneatur de falso, quando falsis instrumentis uel testibus fuit usus. L III.

1 *Attestationibus publicatis partibus, quibus interrogationes fieri soleant.*
2 *Responsum petitioni seu responsioni conforme esse debet.*

Paria

3 *Paria sunt non respondere, vel clare non respondere.*

4 *Dominus si ratum habere promittat, quicquid erit legitime per procuratorem factum, ratihabitio non tenet.*

1 COMMVNITER † in causis publicatis attestationibus, solent fieri interroga-
tiones partibus, si volunt uti literis & a testa-
tionibus,& instrumẽtis bonis, veris, legalibus
& legitimis,ad hoc vt si dixerint ꝙ sic,& repe
riatur falsitas,puniri possint de falso,& causam
amittant. non quia falsum fecerunt, sed quia
falso vsi sunt.sed pone ꝙ quis produxi instru-
mentum bonafide quod credebat esse verum,
postea peruenit ad eius notitiam quod est fal-
sum,uel fecit examinare testes suos, quos co-
gnouit publicatis attestatiõibus falsum dixis
se.quae cautela est,quòd producens non tenea-
tur de falso pro vsu dictorum testium.secundũ
Bald.not.in l.si C.si ex fal. instru. quod aut in-
terrogatur pars producens, si uult uti attesta-
tionibus, & instrumento probationis pro bo-
nis legalibus.aut non interrogatur, & non po
nit,quia illud non est vti, sed vsum esse,quan-
do aderat bona fides.sed si interrogatur, dixi
cautela est, quod respondeat,ita ꝙ non possit
comprahendi ex uerbis, quod reputet instru-
mentum vel testes falsos, quia esset diffamare
se & alium,& ponere se & alium in periculum:
nam in talibus multum est periculosa suspitio
iudicis,vt l.si aduersarius. C.de fide instrumen.
& l.iubemus C.de probat.debet ergo hoc mo-
do cautus respondere, quia non reputo mihi
hos testes,uel de illo instrumento non curo, &
vsui cedo,ut dicit Bal l.in d.l.fina. Nam si in-
terrogatus disceret simpliciter se velle uti in-
strumentis vel testibus,videtur fateri, illud fal
sum,vt not. Bald.in d.l.si aduersarius.C.de fide
inst.& cõsulo,quod talia potius facias per pro-
curatorem generalem,quâm per seipsum.iuxta
no.in l.furti.§.qui alium.ff.de his qui no.infa.
& de generali procuratore,cũ libera intelligas:
alias procurator generalis non possit cedere te
stibus & instrumentis, sicut non possit cedere
liti.Alias posset adhiberi alia cautela circa prae
dicta,secundum quosdam,uidelicet, ꝙ in respõ
sione dicatur,quod vti intendit testibus, atte-
stationibus,& instrumentis pro bonis, veris &
legalibus,si & inquantum de iure sunt, & non
aliter,& alio modo vel sic dicat, quod vult uti
in illis passibus,& punctis, qui sunt in eius fa-
uorem,nec aliter declarare.sed ista cautela pro
cederet, si opponeretur à parte. Sed tu dic, ꝙ
per alteram partem posset opponi, ꝙ non sit
2 sufficienter responsum, † quia responsum de-
bet esse conforme petitioni, seu interrogatio-
ni,vt l.stipulationem.§.cum additi.ff. de verb.
obliga.sed interrogatio fuit simplex responsio
ergo dicitur,quod ista responsio non est clara,
& non redditur aduersarius, uel iudex certus,
3 ergo responsio non sufficit: † quia paria sunt
non respondere,uel clare non respondere,vt l.
de aetate.§ nihil.ff.de interrogat.act sicut dici-
4 mus de procuratore, † quod si dominus pro-
mittat ratum habere, quicquid erit factum le-
gitime per procuratorem,non ualet. Itẽ quia
iuramentum est indiuiduum,ut not.Bal.in c.j.
§.cum aut.de contr.inuest.& no.in l.si auus.in
prin.ff.de vsufruc.vnde interrogatus super de-
positione testium, uidetur interrogatus super
iuramento,quod est principale,& à quo depẽ-
det depositiones, & ideo non potest pro parte
adaptari, & pro parte non iuxta no.in l.Aurel.
§.idem quaesijt insuper.ff.de leg j. per Bartol.
& hoc casu,in effectu voluit Bald. in quodam
suo consilio, quod incip. In Christi nomine
amen.decreto cauetur, quòd post publicatio-
nem testium.

Cautela pro illo qui debet producere instrumnetum ad partes lõginquas, ad hoc ut fidem faciat. LIIII.

1 *Signa testium quanta in chartis existunt, tanta instrumenta esse dicuntur.*

SI aliquis haberet contrahere cum aliquo
forensi, & esset necesse producere illud in-
strumentum in partibus longinquis, esset im-
possibilis literarũ probatio,propter loci distan
tiam,si instrumentum rumperetur.cautela est,
ꝙ fiat iustrumentũ,& insinuetur de partiũ vo-
luntate:nã hoc facto,fides dicti instrumenti,nõ
poterit in dubiũ reuocari,vt probat aut.de fi-
de instr.in §.nihil.in ver.insinuet.& ibi gl.quae
incipit.q.d.si ibi dubium est. de fide chartae. &
ibi hoc not. Ang.sed ista cautela nõ videt suffi-
ciens,quando instrumentũ defertur ad longin
quas partes,nã sicut negatur instrumẽtum, ita
posset negari insinuatio,& cõsensus partiũ, sic
ideo melior cautela, ꝙ tu qui celebras contra-
ctũ cũ aliquo forensi,vel ciue, & instrumentũ
debet dimitti ad partes extraneas, vt facias di-
ctũ instrumentũ scribere per tabellionẽ publi-
cũ,& subscribere tres tabelliones honestos, &
signare eorũ signis, ad hoc vt nõ possit negari
instrumentũ,ẽt manu notarij.& hoc probat ꝑ
gl.no.in aut.de tabelli.in §.aliàs aũt.in gl.quę
1 incipit,caue tibi.in fin. † quae dicit quanta si-
gna sunt in chartis,tot & plura sunt instrumẽ-
ta,vt in §.oportet.de fide inst. de hoc etiã not.
Ang.in d.§.j.in aut.de tabe.col.4.Solet ẽt adhi
beri cõis alia cautela, videlicet ꝙ à fine instru-
menti,vel ẽt in alio instrumento officialis loci,
in quo est scriptũ instrumentũ, sicut est praetor
faciat scribere literas de legalitate notarij, di-
cendo notũ sit in oĩbus,ꝙ notarius qui scripsit
tale instrumẽtũ,ponẽdo principiũ & finem, est
bonus,verus & legalis notarius:& ꝙ eius ĩstru
mento adhibeatur bona & plena fides &c.& ap
ponatur ipsius officialis sigillum. iuxta not. in
c.j.& ij.& in c.inter dilectos.de fide instru.

Cautela

Cautela pro illo qui aliquid perdidit in ludo. LV.

1 *Ludo aliquid surripiens, nedum actione pœnali non tenetur, sed nec iudicio rei persecutorio.*

SI aliquis scolaris, vel alius per ludum amisit pecuniam, libros, vel alia bona, iuxta ea quæ habentur in aut. alearũ ludus. C. de reli. & sum. fu. & de aleato. & in toto ti. ff. de alea. ad hoc vt ipse possit recuperare illud, quod perdidit in ludo, & tantundem: cautela est vtilis, ꝙ ille qui ꝑdidit, iterum vadat ad ludendum cum illo qui vicit, & surripiat, si potest etiam furto, illud qđ perdidit, pecuniam, vel aliquid de bonis vincentis, dum est in ludo: & isto modo satisfaciat propria autoritate a, & erit securus, quia non poterit conueniri ab illo cui surripuit, quia non cõpetit actio: vt est tex. in. l. fi. in pri. & ibi hoc no. Ray. & d. Flo. ff. de alea. qui dicunt, ꝙ per illum tex. Ray. ita consuluit cuidã scholari suo, & dũ postea esset accusatus de furto, ipsum defendit
1 ita, ꝙ fuit absolutus. † Et adde & intellige, ꝙ talis surripiens in ludo non tenetur, nedum actione pœnali, sed nec iudicio rei persecutorio, quia illud edictum de aleatoribus, quod denegat iudicium, loquitur simpliciter, & intelligitur tam de iudicio pœnali, quàm rei persecutorio, & ita intelligit Ioan. An. illum tex. 4. c. vbi periculũ. pe. co. de elect. in. 6 in nouel. & ideo pro hoc cõcludo, ꝙ ille qui surripuit in ludo, vt dictum est suprà quando perdidit, non solum poterit conueniri actione de furto, sed etiã ad restitutionẽ rerũ furto subtractarũ, qđ tene ꝑpetuo mẽti.

a Propria au. Ludẽs põt propria autoritate auferre vel furari, id quod in ludo amisit, vel aliquid æquiualens. leg. i. in prin. & ibi Ra. & Flo. ff. de aleato. nec tenẽ pœna furti, vel bono. rapt. nec ad restitutionẽ. Io. An. sing. ĩ. c. vbi periculum. de ele. in. 6. no. in ult. col. quod verũ si furatus est in ipso ludo & tꝑe ludi, non si post Bart. in d. l. j. sed vide in d. l. j. §. 2.

b Noceat do. Cõtumacia ꝓcuratoris nescientis respondere, an domino noceat, vide Bal. in add. Spe. de ꝓc. ver. si ꝓcurator respondet. Itẽ cõtumacia ꝓcuratoris nocet domino, ĩ his quæ ꝑtinẽt ad ꝓcessũ causæ, non quo ad mulctã ĩponendam, nec quo ad alias pœnas. Bar. in. l. cũ qui in ul. no. c. de ꝓcu. & ibi Bal. in. v. no. vi. Bar. in. l. quãuis. in ult. co. ver. 3. cõsueuit dubitari. ff. de dam. infe. & in. l. quoties. C. de dign. lib. xij. & in. l. j, §. si procurator. in j. q.

Cautela pro illo qui impetrat à principe, quod non teneatur soluere onera, seu alias præstationes. LVI

1 *Concessiones imperatoriæ per importunitatem factæ esse præsumuntur.*
2 *Bona alicus rebellis, si quispiam a principe impetrauerit, impetratio & concessio non ualet.*

ET est cautela pulchra, quam multi sæpenumero, & maxime milites impetrãt à principibus vel dominis: quia non tenentur soluere onera, & præstationes: & simpliciter ea impetratio, est nulla ipso iure: vt est casus no. in. l. nauicularii.
1 C. de decur. li. x. † vbi imperator vult, ꝙ cõcessiones & exeptiones factę etiã per Imperatorẽ non valeant, & præsumãtur esse factæ potius ꝑ importunitatẽ, quã ꝙ Imperator ita voluerit,
2 per tex. in. l. j. C. de pœ. bo subla. lib. x. † vbi habetur, ꝙ si aliquis impetret bona alicuius rebellis, nõ valet impetratio & cõcessio. Sed Cautela est, vt similes impetrationes valeant, ꝙ dicatur in priuilegio, & concessione exemptionis in specie, non obstante. l. nauicularii. C. de dec. & in secundo casu, impetratio bonorum rebellis dicatur, nõ obstante. l. j. C. de pœ. bo. subla. quia tunc bene valerent dictæ concessiones, vt no. Bar. in. d. l. j. & est singulariter no. contra similes impetrationes. & vide in se.

Quando contumacia procuratoris noceat domino [b]. LVII.

1 *Contumacia est aliquid non facere.*
2 *Contumaciam dominus mittens procuratorem, quibus in casibus non incurrat.*
3 *Contumacia procuratoris, an & quando domino nocere habeat remissiue.*
4 *Indefensus dicitur is, pro quo generaliter uocatis amicis & coniunctis, nemo comparuit.*
5 *Mandato generali negotiorum, delictum non continetur.*

ISTE articulus, an contumacia procuratoris noceat domino, est quotidie in vsu, & à nemine declaratur. propterea dicatis sic, ꝙ primo videndum est, quid sit contumacia procuratoris, & quæ domini, super quo pulchre loqui-
1 tur Bar. in. l. cũ filius. §. in hoc de ver. ob. † Dicatis ergo, quòd contumacia est, aliquid non facere, & ideo contumacia dicitur illius, cui facere principaliter erat iniunctum, & ideo si dominus citatur, & mittat procuratorẽ qui non cõparet, non excusatur, mittendo procuratorem. allegat tex. in. le. procuratorem. §. tutores. ff. manda. & notat. Bar. in. l. non distinguemus. §. pe. ff de arbi. quod verum est, si procurator nõ comparet prima vice ad litem: si postea non cõparet, dicitur cõtumacia procuratoris, vt notat
2 Bar. in. d. §. ad hoc, quod tamen dixi: † ꝙ si dominus citatur, & mittat procuratorem qui nõ comparet, dicitur contumacia domini, non procuratoris. Fallit in quatuor casibus. Primo fallit, quando casus fortuitus contingit in persona procuratoris, propter quem non potuit cõparere: vt. l. iuribus. C. qui pet. tu. Fallit secũdo, quando in personam procuratoris non contingit casus fortuitus, tamen aliud impedimentum eum de iure communi excusans, secus si sit impedimentum excusans eum de iure speciali, vt declarat Barto. in. d. §. ad hoc. Tertio fallit secundum dominum meum, vbi requiritur dolus domini, in missione in possessionem ex secundo decreto, in personalibus: vt. l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex quibus cau. in posses. eatur. nam constituere procuratorem qui non comparet, est culpa, vt. l. eum qui rem. in. fi. ff. commoda. &. l. cum plures. §. seruum. ff. loca. ideo ex contumacia procuratoris, nõ fit missio contra dominum. Ista tamen proprie non est fallentia, vt videtur, quia par verum est dicere, ꝙ est contumacia domini, & non procuratoris. licet non sit talis, propter quam fit missio, ex secũdo decreto. Quarto & vltimo fallit, quãdo pro

do procurator talis constitutus à domino, qui
communi opinione reputabatur idoneus. nam
hoc casu, dominus constitués, liberabitur à cul
pa, vt l. argentum. in fi. ff. cômo. hæc tamen cô-
stitutio, non sufficeret in via, in qua proceditur
contra carétem culpa, vt in missione ex primo
decreto, quæ fit etiam contra absentem ex pro
babili causa, vt no. in l. ignorare. ff. de testa. mi-
3 li. † Sequens articulus est, vtrum contumacia
procuratoris noceat domino. in quo articulo
Bar. plenius locutus est in l. j. §. si procurator.
ff. si quis ius di. Istæ sunt communes conclusio
nes, & non veræ: quando non factũ procurato-
ris, prima facie sonat in delictum, vt nõ compa
ret ad iudicis mandatum, tunc si agitur de his
quæ sunt modici præiudicij, vt mittere in pos-
sessionem, ex primo decreto, contumacia pro-
curatoris nocet dño, casus in hac lege, quæ ita
côiter intelligatur. Si vero agitur de his quæ
sunt magni præiudicij, vt est missio ex secúdo
decreto, contumacia procuratoris non nocet
domino, vt l. hcc amplius. § fi ff. de dam. infec.
& in l. cum vsufructuario. ff. si noxali causa aga
tur. hoc vltimum fallit, nisi dñs sciens procura
toré hoc nõ fecisse, non purgauit eius morã, ut
l. 2. C. de exact. milit. ann lib. x. Et ita intellexit
Bart. l. non solũ. in prin. s̄. de procu. Sed tũc no-
cet dño propria contumacia, in non purgãdo,
non autem contumacia procuratoris, hæ sunt
conclusiones in quibus communiter transeunt
ignorantes, & non vere. Et primo falsa est illa
conclusio, secúdum dominum meum, quòd ex
contumacia, procuratoris fiat missio ex primo
decreto côtra dominum, allegatur ille tex. ubi
est casus ad literam in contrarium, qui tex. non
vult, ꝙ ex sola contumacia procuratoris fiat
missio, sed dicit, quòd post contumaciam pro-
curatoris, iudex dẽt deliberare, an debeat mit-
tere ex primo decreto, & cõsiderare an dñs sit
indefensus, quasi sentiat, quòd sola contumacia
procuratoris non faciat videri dominum inde-
4 fensum. † Is. n dicitur indefensus, pro quo ge
neraliter vocatis amicis & coniunctis, nemo ap
paret. l. itẽ ait prætor. § fin. cum l. seq. ff qui. ex
cau. ma. & l. hoc auté. §. j ff. ex qui. cau. in poss.
eatur. & no. gl. in l. ij. eo. titu. Item non est ve-
ra conclusio, quòd in his q̃ sunt grauis præiudi
cii, contumaciã pro nõ curatoris nocet dño. ꝑ
hoc allego uobis casum in c. suborta. de senté.
& re iud. vbi propter cõtumaciã procuratoris,
fertur sententia diffinitiua contra dñm, quæ est
magni præiudicii. Ang. qui cognouit dicta Bar
tol. non esse vera, dedit aliã doctrinã, nec distin
guit, an sonet in delictũ, vel non delictum: nec
inter ea quæ sunt magni, vel parui præiudicij.
Sed prima conclusio eius est ista, quam etiam
sequitur Bal. vbi requiritur vera domini contu
macia, hoc est dicere, dolus domini, contuma-
cia procuratoris, nec domini, non nocet domi-
no, iõ ex contumacia procuratoris nec domi-
nus mulctatur, nec excluditur à beneficio ap-
pellandi: in hoc vltimo, de beneficio appellãdi,
Bar. idẽ tenet in alia rõne, quia beneficium ap-
pellandi, est magni preiudicij. Secũda côclu-
sio Ange. est, vbi sufficit ficta contumacia domi
ni, cõtumacia procuratoris nocet domino, q̃a
contumacia procuratoris, est ficta contumacia
domini. Ex hac conclusione, sequuntur infini
tæ illationes in practica. Prima est, quòd si pro
curator actoris deseruerit, cãm condemnabitur
dominus in expensis, ex contumacia procura-
toris hoc intelligit Inn. extrà ut lit. non conte.
c. j. Bar. vero in l. j. §. si procurator. ad fi. C mi.
videtur contrarium dicere, dicés, quòd sicut ex
procuratoris contumacia dñs non mulctatur,
vt in l. j. §. si procurator. ita nec condemnatur
in expẽsis, uel interesse, quia illa duo à pari pro
5 cedunt, vt d. §. si procurator. & §. se. † Itẽ sicut
in mandato generali negociorũ, non contine-
tur delictũ, ut l. si procurator. ff. de cond. ind. &
in l. si pater. ff. q̃ in frau. cred. ita nec in manda.
unius cãæ, intelligitur mandantis contumacia,
in aliqua parte. Suodit tñ Bar. singulariter ibi,
quòd hoc casu damnatur dominus ꝑ viam exci
piendi, quia poterat sibi denegari audientia,
donec soluat sibi expẽsas, & delictũ procurato
ris, facilius nocet domino, vt causet exceptio-
né contra dominum. quã actionem, vt dicitur
in delicto in faciẽdo, dominus meus in hoc ar-
ticulo allegando, dixit distinguendam inter ex
pẽsas, ratione uictoriæ, & ratione contumaciç.
Si quærimus de expensis, ratione uictoriæ, con
tumacia procuratoris nocet domino, si dedit
speciale mandatũ ad causam: aliàs si contuma-
cia non noceret, sententia lata contra procura-
torem, diceretur lata contra gestoré sine mãda
to, & non præiudicaret domino, nisi ratum ha-
beret. l. iij. §. stipulatio. ff. iud. solui. quod est fal
sum, vt in d. c. suborta. In expensis vero, q̃ ve-
niunt ratione absentiæ, Raph. sequitur Bar. q̃d
contumacia procuratoris non nocet domino,
per suas rationes. Secundo sequitur ex dictis
Ang. quòd concordet cũ Bart. in illo articulo,
procurator non appellãdo. ĩ. x. dies, prçiudicat
domino, mouetur tamẽ diuersis rationib. Bart.
hoc ideo: quia non appellare, non sonat in de-
lictum. Ang. hoc ideo, quia ibi non appellando,
non requiritur vera domini contumacia. Ad-
uertatis tamen, quia est vna gl. quam non alle-
gant, & est multũ singularis in l. j. in fi. ff. quan
do appel. fit quæ dixit, quòd ita demũ non ap-
pellãdo, procurator præiudicat domino, si non
est soluendo. & solet illa gl. allegari per moder
nos in auté. hodie. C. de app. Item sequitur ex
dictis Ang. quòd si procurator rei citatus perẽ
ptorie non comparet, & condẽnatur, talis cita
tio nocet domino, quia in perẽptoria non re-
quiritur vera domini contumacia, sed sufficiũt
tres denunciationes, vt l. ad perẽptoriũ. ff. de iu
di. & in l. tres denũciationes. C. qũo & quando
iudex. & hoc satis probatur in d. c. suborta. con
trarium tenet Bar. in hoc, dũ vult, quòd in his
q̃ sunt magni præiudicij, contumacia procura
toris, non nocet domino Raph. concordat istas
op. per distinctionem, an procurator sit soluẽ-
do, vel non. & dixi in proximo arti. Vltimo se-
quitur

quitur ex dictis Angel.quòd interpositione secundi decreti facienda in reali, in qua sufficit ficta cõtumacia in domini, vt l.si finita.§.si forte.ff.de dam.infe.ex contumacia procuratoris, fiet missio ex secundo decreto contra dominũ. & hoc casu Bar.male loquitur, quòd tenuit indistincte, quòd missio nulla ex secundo decreto, fit contra dominum ex contumacia procuratoris, sed debet Bartol.saluari in missione in possessionem quæ fit ex secundo decreto super personalibus, quę requirit dolum domini, & latitationem, vt l.Fulcinius §.quid sit latitare.ff. quibus ex caus.in poss.eatur.

Differentia, quomodo legatum sit non scriptum, uel caducum. LVIII.

1 *Homo mortuus, non est homo.*
2 *Legatum non capit vires, nisi post testatoris mortem.*
3 *Conditione quicquid est, non est in obligatione.*

PRO non scripto legatum est, quando testator relinquit alicui qui erat mortuus tẽpore testamenti, siue legati quod caducum est, quando legatarius, siue hæres viuebat tempore testamenti, siue legati, sed mortuus est viuo testatore. Caducum legatum vel institutio est, quando legatarius, vel hæres mortuus est ante testatorem, pendente cõditione legati, uel institutionis. Et his casibus deuenire debet portio istorum in substitutũ specialiter eis datum, secundo in coniunctum siue hæredem aut collegatarium in l.vnica.§. cum triplici.C de cadu.tollen.Ratio primæ decisionis est: quia si relinquitur mortuo, relinquitur ei qui non po
1 test capere: † quia homo mortuus, non est
homo, vt l.seruum manumissio.ff.de condi.inde. nec hæres illius mortui poterit hēre, postquam non habuit fundamentũ in persona prę-
2 decessoris sui. † Ratio secundi, scilicet quasi
caduci est, quia legatũ non capit vires, nisi post mortem testatoris.l.à Titio.ff.de fur.Ratio tertij dicti est, quia postquam mortuus est pendẽte conditione, quæ sic antequã purificetur conditio, debet annullari legatum siue institutio:
3 †quia id quod est in conditione, non est in ob
ligatione.l.cedere diem.ff.de verb.signi.& l.si quis sub conditione.ff.si quis ob. ca.test.

Cautela pro appellato, quando appellans non appellauit infra x. dies [a]. LIX.

a Decẽ dies. Appellatio post x. dies, si fiat, & opponatnr cõtra eã, ꝓnuncietur eẽ ꝓcedẽdũ super ea, valet ꝓcessus, & appellatio iufrà decẽ dies prosumitur facta à diæ sciẽtiæ. Lud. Põ. in l.sciẽdũ. xij.co. de verb.obli. & Rota in decisi. 119. si possessor in no.

1 *Sententia lata si quisspiam grauatur, infrà decem dies appellandum est, siue fuerit diffinitiua, seu interlocutoria.*
2 *Negatiua non semper onus probandi in aduersarium transfundit.*

1 QVANDO † est lata sententia, si grauatur, appellandum est infra x.dies: siue sit diffinitiua, vt in aut. hodie.C.de app.& in c.quod ad consultationem.ad fi.de re iud.in c. cum dilecti.de elect.cum si.siue sit interlocutoria, vt est tex.cum glo.no.in ca.significauerũt. extrà de testi.& iõ, si aliqui appellauerunt post x.dies, non tenet appellatio, vt dictis iuribus. Sed dubium est, ꝙ si esset appellatum post decem dies, qualiter debet opponi per appellatũ, quòd non sit appellatum tempore debito. Et dic, quòd cautela est secundum Ioan.Ant.in c. Romana.§.si vero de app.in vi.quem sequitur ibi Do. videlicet quòd appellatus dicat, nego appellatum infra x.dies, & non dicat appellatum fuisse post x.dies.Et hæc cautela vtilis est propter duo. Primo, quia non sequitur, quia si appellauit post x dies, ergo nõ prius, quia potuit prius appellare. extrà de test.cum tu. Secundo, quia vtilis est propter negatiuam, quia negando transfundit in eum ius probandi, ut ff.de prob.l.ei qui dicit.sed Do. ibi dicit, ꝙ ista
2 secũda ratio non est bona: † quia negatiua non
semper transfundit onus probandi in aduersarium: vt no.in ca.super his.extrà de acc. & no in ca.j de conces.lib.6. Nam scire debes, quòd quando quæritur an aliquis appellauerit congruo loco & tempore, vel appellationes petierit, vel suam fecerit, tunc sine dubio ille qui appellat, debet probare, vt l.litigatoribus.& l.eos in prin.& l.pe.C.de app.vt no. Spec.in ti.de citatione.§.sequitur videre.iuxta princ.& de appella.§.qualiter autem appellatio. versi.& aduert.& ita dicit etiã Arch.xxij.q.j.ad fi. & adde, quod dixit idem Arch.l dist. si quis præpostere. præsumitur tamen temporis solennitas, videlicet quòd infrà x.dies, fuerit interposita appellatio, vt vult Bald.in aut.hodie.C.de appel.& Ludou.de Rom.in l.sciendum.ff.de ver. obligat.

Cautela quomodo iurabit ille qui soluit nemine præsente, ille qui mutuauit etiam nemine præsente, & reperitur per eundem. LX.

1 *Mala omnia pati debemus potius, quàm malo consentire.*
2 *Iuramentum super vna re tantum, & de eodem tempore indiuisibile dicitur.*

SI mutuaui tibi centum in camera, & tu restituisti mihi similiter nemine præsente, & postea peto à te ista centum, & volo stare iuramento tuo, uel tibi facio vnam positionem, quòd tibi mutuaui centum, an licite & secure posses iurare. Et videtur quòd non, quia si tu iuras, quòd tibi mutuaui, compelleris ad restituendum, etiam si diceres, sed ego tibi restitui:

quia

quia non crederetur tibi ſuper reſtitutione.iu-
xta no.per Cyn.in l.ij.C.de do.ante nup.& ſin
gulariter per Bar.in l.Aurelius.§ idem quæſiit.
ff.de lib.leg.& per Bart. in l.una.C.de confeſſ.
& per Anto.de But.in c.ex parte decani. de re-
ſcript.ſed ſi tu iuras, quòd non mutuaui,iuras
falſum:ergo,&c.gl.in c.cupientes. in uer.mali
gnãtium.de ele.in vi. facit quòd poſſit iurare,
ex quo in veritate non tendit in præiudiciũ al-
terius,etiam quia tu habes ius in principali cau
ſa:& quia liberas animam fratris a peccato, q̃a
ſi bis ſolueris,illicite retinebit, ut in reg.bona
fides de regulis iur.in vi. † Potius debes om-
1 nia mala pati,quàm in contrarium,ſcilicet quã
malo conſentire.quod me.cauſa.in c.factis. Itẽ
quia principaliter iuramẽtum præſtatur Deo,
cui non eſt mentiendum:ut no.Per.de Anch.in
d.c.cupientes.ſed Ioan.de Imol.in d.c.cupien-
tes.dicit,ꝙ poſſet forte dici,quòd ille non tene
tur reſpondere tali poſitioni,ſubaudi:nec tu iu
rare an mutuauerit:ergo,&c.ſed ſolũ debet iu-
rare,an debeat ſeu debitor ſit:cum hoc perſua-
dere debeat æquitas iudicantis,ut calumniis &
maliciis obuietur.ar.in l.fundo. ff.de rei uend.
facit l.ubicunq; ff.de interrog. actio. poſſet ẽt
forte ſecundum eum iurare:iuro, quòd ſi mihi
mutuaſti,tibi reſtitui: & ſic non fateretur pure
intentionem actoris,ita ut ex illa poſſet ſe fun-
dare, ſicut dicitur de opponente exceptionem:
vt in reg.exceptionem.de reg.iur.libr.vi.facit
quod not.in l.ſi quidem.C.de excep.& ca.cum
venerabilis.extrà eo.ti.Dicit etiam Io.de Im.
quòd ſi iudex artaret te ad reſpondendum pu-
re ſuper depoſitione mutui,uel ſuper iuramen-
to delato,poſſes dicere,iuro, quòd non mutua-
ſti mihi aliquid, propter quod tibi obligatus
ſum:& tunc dicit verum, & repellit cauillatio-
nem aduerſarii.& uide quod not.Arch.iiij.q.j.
nullus.& ita in effectu uult Do.de San.Gem.in
d.c.cupientes.de elec.in vi.quod not.ſingula.
quia quotidie poteſt contingere de facto.Et be
ne aduertat reus: quia ſi ſibi defertur iuramen-
tum ſimpliciter,ſi recepit centum in mutuo,ꝙ
non reſpondeat habui, & tibi reſtitui:quia re-
ſpondet ultra delationem ſibi factam. nam iu-
ramentum non fuit ſibi delatum ſuper reſtitu-
tione,ergo iuramentum in illa parte non attẽ-
ditur.argu.l.iiij.§.j.ff.de iureiur.cum ſim.licet
quidam dicant, quòd hoc caſu debet in totum
ſtari ſacramento,uel in totum non ſtari,cum iu
ramentum ſit indiuiſibile: & quia ſicut potuiſ-
ſet negare totum,& non negauit, præſumitur
quòd in omnibus ueritatem dixerit. nam hæc
2 opinio non eſt vera,per d.l.iij.§.j. † & licet iu-
ramentum dicatur indiuiſibile, uerũ eſt ſuper
una re tantum,& de eodem tempore: ſed ſuper
diuerſis rebus uel factis,uel temporibus ſecus:
ut hic,& maxime ubi iuramentum defertur ſu
per uno tãtum. Nec ob.quòd negare potuiſſet
totum: quia dubitauerit ne ſibi probaretur, &
ſic apparet ipſum falſe iuraſſe, quia forte con-
feſſus fuerat mutuum ſibi factum,ſed bene ſcie
bat,quòd non potuit ſibi probare contrarium,
ſi reſtituat; unde potius uoluit confiteri mu-
tuum,ſicut erat rei ueritas, & dicere ſe reſti-
tuiſſe,quod erat falſum,quam ſimpliciter nega
re mutuum.unde ego teneo, quòd talis reſpon
ſio poſſet diuidi, & acceptari per deferentem.
Sit ergo cautus reus,ut ita iuret, ut ſuprà dixi
ſecundum Imol.& bene.

Cautela pro uendicante uxorem, quam prius deſponſauit per uerba de futuro ſecuta copula LXI.

1 *Promitto non accipere alium in uirum niſi te,ſicuti ruſticæ* Patauinæ *communiter faciunt, an ſint uerba de futuro.*

MVLTOTIES eſt contentio inter duos
vel plur.de aliqua vxore diuite, quia qui-
libet cupit eam habere, & quilibet aſſerit eam
ſibi promiſiſſe,ſed illi qui ſunt cauti, & uolunt
eſſe uictores,quærant habere rem cũ ea, ita ꝙ
ſubſequatur copula carnalis:quia tunc, etſi pro
miſiſſet alteri,primo per uerba de futuro,& po
ſtea etiam promitteret per verba de præſenti,
non ualeret, etiam ſi iuramẽtum interueniſſet:
& ille cum quo copula eſt ſecuta,debeat præua
lere:ut probatur in c.pen.& in c.ſi inter.& in c.
is cui.extra de ſpon. Sed ſi cum uno primo cõ-
traxiſſet matrimonium, per uerba de præſenti,
illud matrimonium præualeret ſecundo,etiam
ſi in ſecundo ſubſecuta fuiſſet copula carnalis:
ut eſt caſus in d.c.ſi inter. Et ideo ſi cupis ha-
bere uxorem,ſis cautus: quia ſi promiſit alteri
primo per uerba de futuro, ſicut faciunt com-
muniter puellæ,& maxime ruſticæ, † quæ di-
1 cunt,promitto non accipere alium in uirũ, niſi
te.nam hoc caſu prouideas, ꝙ tecum ſequatur
copula carnalis,& habebis ea in uxorem.Sed ſi
mulier contraxiſſet,per uerba de præſenti cum
alio,caueas ab ipſa:quia ſi milleſies tibi promit
teret,& copula ſecuta etiam cum iuramẽto,ſta
retur primę promisſioni,& non ſecundę,etiam
iuratæ & copulatæ:ut eſt casus in d.ca. ſi inter.
Et ad hoc,ut iſta cautela producat effectũ,quã-
do eſt ſecuta copula cum uno,& prius promiſit
alteri per uerba de futuro,& eſt quæſt.in iudi-
cio,ut matrimoniũ præualeãt,eſt opus alia cau
tela,uidelicet ꝙ ille,cũ quo eſt copula ſubſecu-
ta deducat, & probet, quòd primo præceſſerit
promisſio per uerba de futuro ſibi facta, & ꝙ
deinde ſecuta eſt copula:ſecus ſi probaret ẽ ecõ-
tra,quia primo interuenit copula carnalis, &
deinde ſecuta eſt promisſio carnalis per uerba
de futuro:& interuentus copulæ non ſufficiẽt,
niſi probaretur,ꝙ promisſio,& copula ſubſecu
ta eſſet:ut eſt caſus.& ibi hoc no.d.Ant.de But.
in c.ueniens.ij.& ibi per Doctor. de ſpon facit
quod no.Bar.in l.non ſolum. §. ſed ut probari.
ff. de no.oper.nun & ideo ſis cautus, ut articu-
les,quòd promisſio præceſſit copulam.

Cautela quod coniuges ante matrimonium faciant pacta inæqualia. a. LXII.

a Pacta inæq. Pacta de lucranda dote, & donatione propter nupt. inæqualia non valent. l. ex morte. C. de pa. conuen. tã sup dote, cum autoritate ibi posita, nisi fiant ante matri. cõtractum per verba de præsẽti. Inn. not. in ca. donatio. de dona. inter uir. & vxor. & Angel. in d. l. ex morte. Et an & quando pactum de lucranda dote valeat, vide in l. j. & ij. ff. de pac. dot in l. quod scitis. cũ glos. de bo. quæ lib. Do. in l. ij. solut. mat.

1 *Donatio propter nuptias, regulariter æqualis cum dote esse debet.*

2 *Pacta inæqualia matrimonio constante, prohibita sunt, quoniam donationem sapiunt.*

1 DEBES † scire, quòd regulariter donatio propter nuptias debet esse æqualis cũ dote, & pacta de lucrando dotem, & donationem propter nuptias, in totum vel in partem debẽt esse æqualia: aliàs non ualeret. ut habetur in aut. de æqual. do. in prin. & in l. ex morte. cum aut. ibi posita. C. de pac. conuen. & insti. de do. §. est & aliud. & in ca. donationis. extra de do. inter virum. Sed cautela est, quòd dicta pacta etiam inæqualia facta ualeant, uidelicet quòd fiant antequam contrahatur matrimonium de præsenti: quia tunc bene ualebit. Et est ratio:

2 † quia pacta inæqualia sunt prohibita constante matrimonio, quia sapiunt donationem, quæ est prohibita ne mutuo amore se spolient: ut l. j. ff. de do. inter uir. quæ ratio cessat ante contractum matrimonium: & ista est doctrina singularis Innocen. in d. c. donatio. quam sequitur ibi dom. Anton. de Butr. & Angel. fecit festum de ea in d. l. ex morte. C. de pac. conuent. quod bene not. quia nunc est in facto.

Cautela quibus uerbis utatur princeps, in priuilegio b ad hoc; ut ietelligatur ab omnibus muneribus aliquem liberasse. LXIII.

b Priuilegio. Priuilegiũ qualiter sit impetrandũ. in Spe. de rescrip. præsenta. §. xj. Priuilegium derogans statuto, intelligitur etiã de statuto futuro. vide Flo. no. in l. si seruus in princ. de ser. ur. præ. & Bal. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. de leg. in vers. ulti. di. & tenet Ray. de forli. in l. ita esset. de auro & ar. leg.

1 *Priuilegium immunitatis generale, in muneribus & honoribus, de personalibus tantum intelligitur.*

2 *Munera ordinaria, & extraordin. quæ sint.*

1 QVIA † priuilegiũ immunitatis siue exẽptionis generale intelligitur de personalibus tantum, in muneribus & oneribus, ut est tex. cum glo. ordi. in l. iij. C. de mune. patrimo. lib. x. ideo cautela est, quòd in priuilegio dicatur, quòd princeps concedit immunitatem & exemptionem ab omnibus muneribus & oneribus, etiam personalibus. secundum Bart. in l. vacuatis. C. de decu. lib. x. Item cautela est, ut dicatur de muneribus & oneribus, ut est tex. in l. cum muneris public. ff. de mun. & one. & Bar. in d. l. uacuatis. Item cautela est, quòd dicatur ordinariis & extraordinariis, aliàs in dubio solum extraordinaria viderentur remissa, ut est text. l. is qui muneris publ. ff. de vaca. mu. & est tex. cum gl. in l. criminalis. C. de decur. lib. x. & no. Bar. in d. l. uacuatis. & in l. ij. ff. de iur. immu.

2 vbi de his omnibus dicit. † Quæ autem sunt munera ordinaria & extraordinaria, uide Bart. in l. ij. de iu immu. & in l. omnis ratio. C. de an. & tribu. lib. xi. & uide omnino Bar. in l. j. in ul. col. in prin. C. de mu. & in quo lo. & in l. unica. C. de ma. mun. pub. eo. li. & in l. fi. C. de agri. & censi. lib. xi & in l. licitatio. §. mercatores. ff. de publi. per Bal. in l. j. § in quibus. in ulti. colum. versi. iiij. punitur. ff. quod cuiusque uniuer. no. Item est alia cautela, ꝙ dicatur etiam de muneribus quæ imponerentur ratione guerræ, aliàs in dubio ab illis quis non uidetur exemptus ꝑ priuilegium, ut eleganter no. Cyn. & Albe. in l. item ex toto. in prin. ff. de leg. j. quod est valde not. Et ex prædictis omnibus ut priuilegium exemptionis omnia includat, dicatur sic: talis concessit priuilegium exemptionis & immunitatis ab omnibus & singulis muneribus, & oneribus, & realibus, & personalibus, & mixtis, & ordinariis, & extraordinariis, & ab illis ẽt quæ imponerentur ratione guerræ, & de omnibus aliis cuiuscunque generis, quocunque, & qualitercunque imponerentur, vel inducerentur in genere & in specie, non obstante l. uacuatis. C. de decu. & ista forma complectitur plenissime exemptionem, quam bene no.

Cautela qualiter arbiter sententiabit ultima die sui compromissi. LXIIII.

1 *Arbiter usque ad ultimam diem sententiam facere poterit.*

SAEPE contingit, quòd de lite inter partes fiet compromissum uoluntarium, duraturũ usque ad certum tempus, puta duorum mensium, & actor nihil probat, & non prosequitur causam, & se absentat propter quod expirat eius iurisdictio, ita quòd actor licet pereat prima instantia, poterit de nouo incipere & agere ut habetur in l. properandum. §. j. C. de iud. sed cautela est, quòd reus expectet usque ad ultimum diem, quo finitur compromissum, & petat, quòd arbiter ferat sententiam diffinitiuã,

1 † qui poterit & debebit hoc facere, ut probatur in l. si de meis. § fi. cum l. seq. ff. de arbit. & not. Inno. in c. super eo. de appe. & Spe. in titu. de sen. §. nunc uidendum. versic. nunquid autẽ. & per Bald. in autent. ei qui. quòd illa assignatio termini in compromisso operatur, primo ꝙ habet uim termini peremptorii, secundo assignationis termini ad probandum, tertio quòd possit ferri sententia diffinitiua. & ita consuluit Bald. Sed contra consilium Bald. fuit iudicatum, & ideo cautela est, quòd reus petat assignari terminum ad probandũm actori, & quod differat usque ad ultimum diem compromissi, & petat actorem citari ad audiendum sentẽtiam, & hoc modo sine dubio potest arbiter ferre sententiam absolutam diffinitiue,

de quo nihil erit probatum, & idem in simili,
quando causa iudici delegato ad tempus de cō
sensu partium. de quo dic per Bart. & Doctor.
maxime per Pau. de Castr. in l. admonendi. ff.
de iureiu.. & per Ant. de But. in c. fi. de iur. iu.

Cautela ad hoc, quod decem annorum præscriptio quæ cōmuniter introducitur per statuta, non obstet. LXV.

1 *Agendo uel ab excipiendo in multis casibus quispiā repellitur, neq; præscriptioni renūciare pōt*
2 *Statuto si caueatur, quòd debitor x. annis prescribatur, licet renunciari non poßit, tamen aliud remedium competere potest.*

1 IN multis† casibus quis repellitur ab agen-
do vel excipiendo propter præscriptionem
legalem vel statutariam. & tamen, ꝙ præscri-
ptioni renunciare non potest: vt no. in l. j. ff. de
usuca. & in l. nemo potest. ff. de lega. j. Sed cau-
tela est, quòd nec præscriptio possit obesse vt
agatur, & conueniatur in instrumento, ꝙ finita
præscriptione iterū deberi incipiat, & toties in
cipiat deberi, quoties prescriptio completa fue
rit, vt probatur no. in l. sicut in annos. in princ.
ibi, dicatur quoties quis &c. vt ff. qui. mo. usus-
fr. amit. & ita no. dicit Bar. in d. l. nemo potest.
in pe. col. versi. quæro statutum est, quod præ-
2 scribebatur, vt dicit, † quòd licet statutum quo
cauetur, quod prescribatur debitor: x. annis, nō
posset renunciare, tamen remedium est, quòd
agatur & conueniatur, quòd finita dicta obliga
tione x. annorū, iterum deberi incipiat, p d. l.
sicut in annos. in prin. & ita no. p Bal. in l. tem-
pus resti. C. vt in pos. ea vbi etiam idem dicit
in legato, & quoties scriptū fuerit, toties lego,
vt d. l. sicut in annos & idem no. d. Floria. in l.
si usus fructus alterius anni. ff. qui. not. vsusfru.
amit. & pro hoc vide omnino quod no. Ang. in
l. centesimis. in fi. in prin. ff. de verb. obli. quod
no. Bar. & Doctor. in l. j. ff. de vsufruc. & quod
dicam in cautela sequenti.

Cautela quod licet in criminalibus non admittatur procurator, admittitur tamen excusator a, & uide hic alios modos defedendi absentem. LXVI.

1 *Procurator in causa criminali regulariter a relegatione supra non admittitur.*
2 *Iudex ex officio de innocentia rei poterit, & debet inquirere, & si ipsum innocentem reperiat, absoluere.*

1 IN causa† criminali regulariter a relegatio-
ne supra non admittitur procurator, vt l. ser
uum quoque. §. publice. ff. de proc. & l. pe. §. ad
crimen. ff. de pub. iud. intantum ꝙ etiam pater
pro filio non potest interuenire, etiam si dicat
quòd ueniat pro suo iure & interesse. iuxta l. j.
2. 3. & 4. ff. de lib. causa. quia secundum ueram
opi. non potest nec debet admitti filio absente
licet multi teneant cōtrarium in hoc, vt no. in
dictis iuribus. Sed tu potes adhibere per indire
ctum cautelam, quæ tantum operabitur, ac si
admitteretur procurator vel defensor, nā si ha
bes iudicem amicum, vel non contrarium, qui
iudex velit procedere per inquisitionem, iuxta
no. in c. qualiter & quādo. 2. de accu. nam debes
ipsum adire, & nominare testes in secreto, qui
sint deposituri secundum veritatem pro absen
te inculpato, & dare sibi interrogatoria in se-
creto super quibus debeant interrogari, quia
tunc iudex poterit eos examinare, non dico ad
instantiam patris, sed ex suo officio, & si ex il-
lis attestationibus apparuerit inculpatum non
esse culpabilem, iudex poterit & debet ipsum
absoluere, vt est casus no. in l & si non defenda
2 tur. in fi ff. de pœ. † vbi dicitur quòd iudex po-
terit, & debeat etiā inquirere de innocētia rei,
& si reperiat innocentem, debet absoluere. &
ibi hoc no. Bar. & idem ipse no. in l. j. §. fi. ff. de
quæstio. & in l. is qui reus. & ibi per Doct. ff. de
pub. iudi. Et ideo licet vulgo dici soleat contra
contumaces omnia iura clamant, tamen si iudi
ci constat de innocentia, debet ipsum absolue-
re. Et sis cautus quòd non appareat ex proces-
su, quòd iudex fecit ad instantiam alicuius pro
curatoris, vel defensoris, quia non valeret per
d. §. publice. & per §. ad crimen. cum ibi not.
sed iudex debet scribi facere, quòd illam exa-
minationem fecit fieri ex officio, quod bene
not. in practica, quia isto modo semel adiuui a-
micum meum: potest etiam alio modo adiuua-
ri absens reus, qui non potest defendi per pro-
curatorem quando commisisset tale crimen, de
quo non posset inquiri vel procedi contra ip-
sum per viam accusationis, vel alio modo: quia
tunc cautela est, quòd vnus quicunque sit com
pareat coram iudice, & quilibet de populo po-
test comparere, & dicat, domine iudex non po
testis inquirere, vel procedere contra talem,
quia poterit impune occidi, vel alia de causa,
nam tunc debet iudex ipsum admittere, vt no.
sing. Bar. per l. vbi pactum, per gl. ibi. C. de tran
sact. de quo dic, vt ibi per Doctores. & in dicto
§. publice. Potes etiā vti alia cautela, quando
crimen debet renunciari per syndicum vel offi
cialem contra te, vel villæ. & ille officialis est
amicus tuus. nam potes procurare, quòd ille
officialis pronunciet reum, & det nomina testi
um, qui penitus nihil sciunt de dicto maleficio
quia tunc examinatis dictis testibus qui depo
nunt se nihil scire, de necessitate debebit il-
lum inculpatum absoluere, ex quo nihil pro-
batum est contra eum, per d. l. & si non defen-
ditur. ff. de pœ. cū si. sed ista cau. nō proficeret,

a Excusator. Excusator quā do admitti debeat, vide Spec. de cit. §. j. vers. item quod erat infirmus. & §. 6. versic. quid si altera. & Doct. post Barto. in l. quæsitum. de re iudicata. Excusatorem admittere est vtile citato. Vide Spe. de accus. §. 6. versic. sed quid si citatus.

ibi procederetur per accusationem, quia tunc accuſans volens probare nominauit teſtes iudici qui nihil ſciant de crimine, quod no. quia vidi procuratores vti hac cautela, ſed cauet ne ipſa vtaris in perniciem animę tuæ.

Cautela notabilis inſtruens aduocatum quod ſemper allegat motiua uera & perſuaſiua.

LXVII.

1 *Iudex ſæpiſſime ad iudicandum mouetur, per rationem quæ minus facit, & aliquando nihil facit, & non mouetur per rationem vrgentem, quæ in caput ſuum non intrat.*

SVNT multi procuratores & aduocati qui in ſuis allegationibus, & defenſionibus, vt videantur ſapientes & non cauilloſi, non allegant neque, adducunt pro defenſione ſui clientuli niſi ea quæ vera ſunt, & videntur multum vrgere, & iura adducunt ſolummodo quæ vidētur concludere de neceſſitate. ſed tu ſis cautus & non ita facies, ſi foues iuſtitiam, caſum. primo deducas rationes, & iura cauſæ tam quæ bene faciunt & concludant, quàm etiā quæ non ita bene faciunt, ſi ſunt perſuaſiua, & etiam du
1 cāt aliqualem præſumptionem *a*. †Et eſt ratio quia ſæpiſſime iudex mouetur ad iudicadum ꝑ rationem quę minus facit, & aliquando nihil facit ſeu valet, & non moueretur per rationem vrgentem quæ non intrat in caput ſuum. Iſtā cautelam dat d. Ant. de But. in c. per tuas. qui fil. ſint leg. & teneas quòd ſit vtilis, quia ſæpiſſime expertus.

a Aliqualem præſumptionē. Præſumptio ꝓbat plene in his quæ ſunt conſona ueritati. Barto in l. 2 in princi. in 2. col. ver. quærit. glo. j. in lect. Nic. de Neapo. ff. de excuſ. tu. Præſumptiones plures ſimul concurrētes, inducunt animum iudicis ad vnum conceptum mentis finalem, vt admi niculo iuramenti non indigeat Bald. in rub. C. de cōtrouer. inueſt. in vlt. col. b Legitimus contradictor. Legitime factū qūo intelligatur, In no. in c. fi. de libe. obl. Legitime factū an debeat retractari poſt gl. in l. j. C. de iu. fiſci li. x. Dyn. in regu. in ambiguis in 6. c. factum.

Cautela quando ille qui debet mitti in poſſeſſionem, uel ille qui emit rem affinis facit citari habentem ius quibus uerbis utetur in citatione. LXVIII.

1 *Statutum, vt eſt Peruſij, & Taruiſij, ſi diſpoſuerit quod propinqui ita demum ad præſentandum admittantur, ſi ciues fuerint, intelliguntur de illis qui onera & factiones ſuſtinent.*
2 *Exceptionem non competere, & non poſſe ipſam opponere, paria ſunt.*
3 *Actor ſequitur forum rei.*
4 *Clauſula, ſi ſua putauerit intereſſe, quam efficaciam habeat.*
5 *Promiſſio centum annorum vbi interuenit, præſcriptio non currit.*

SI petens ſe mitti in poſſeſſionem facit contradictorem, & contradictor comparuit, & fuerit repulſus tempore iuſſus de mittendo, nūquam admittetur amplius ad contradicendum tempore iuſſionis: nam nec auditur, ſi velit appellare. l. vnica. C. ſi de momen. poſſ. fuerit appo. quod ſingulariter limitat Bal. in l. fin. C. de edi. diui. Adr. tol. videlicet quòd ita demum appellet iſte contradictor, quando ſe appoſuit nō citatus tempore miſſionis, vel etiā ſi fuerit citatus ſub conditione, vt ſi habeat ius contradicendi, compareat, ſed ſi fuiſſet citatus ſimpliciter, quòd deberet comparere ad contradicendum, tunc hæres vel alter qui fecit eum citare pro legitimo contradictores, non admitteretur poſtea ad dicendum, quòd non eſſet legitimus *b* contradictor. allegat not. per Inno. in c. cum inter. de excep. & idem not. Bar. & Doct. in l. ſi cui mulier. ff. ſolu. matri. & Bal. in l. ſi ſuſpecta. de inoffi. teſtamen. & do. Ant. in c. exhibita. in antepenul. col. de iud. & Canoniſtę in d. c. cum inter facit quod no. Bal. in l. teſtamen. in fine. C. de teſtamen. & Ange. in l. j. §. hæc ſtipulatio. in 8. colum. ff. ſi cui pluſquam per l. Falci. Et ideo ſi ſtatutum dicat, quòd propinqui & collaterales poſſunt ſe pręſentare ſuper venditionibus vſque ad certum tempus, & elapſo tempore, emptor denunciat alicui affini, quòd ſi ſe vult prœſentare ſuper venditione prędicta, debet compare: iſte affinis comparuit, emptor videns quòd affinis comparuit, opponit quòd non poteſt: quia lapſa ſunt tempora comparendi. Dicendum e[illegible], quòd ſi iſte emptor citauit eum pro habili, & citatio fuit facta pure & non conditionaliter, & ſpecialiter fuit facta illi affini, quòd emptor non poterit poſtea opponere exceptionem inhabilitatis. Et idem eſt dicendum, ſi ſtatutum dicat, ſicut eſt Paduæ, quòd affinis vel vicinus non poſſit præſentare quendā niſi ſibi denuncietur, & emptor denunciauerit ſibi purę: quia tunc non poterit opponere de inhabilitate, quia citando ipſum ſimpliciter, videtur reputare ipſum legitimum contradictorē vel præſentatorem. & idem eſſet dicendum ſi
1 ſtatutum diceret, †ſicut eſt Peruſij & Teruiſij, quòd propinqui ita demum admittantur ad ꝑſentandum ſi ſint ciues, vt intelligantur eſſe ciues, ſi ſuſtinuerunt onera & factiones. & emptor citauerit quendam ciuem Teruiſinum ꝑ priuilegium commorantem alibi, & non ſuſtinentem onera & factiones Teruiſij, & citatus comparuit, non poterit citans ſibi opponere, quòd non ſit habilis ex forma ſtatuti, ex quo forma videtur approbaſſe ipſum citando ſim-
2 pliciter, quia paria ſunt exceptionem non competere, & non poſſe ipſam opponere, vt eſt glo. not. in l. habebat. ff. de manu. teſtamen. Et ideo ſis cautus in caſib. pręd ictis & in ſimilibus, qū vis ſpecialiter aliquem citari facere, vt concipias conditionaliter citationem hoc modo, videlicet citetur talis ut compareat, ſi habet ius comparendi, vel aliquid faciendi, vel præſentādi, vel ſi ſua putauerit intereſſe, quod non creditur, debeat comparere, & non dicas, vt faciūt ignorantes, ſcilicet compareat talis, vel ſi talis vult præſentare, debeat comparere ad deponēdum pecuniam, vel aliud ſimile faciendum,

quia

quia tunc videtur approbasse personam suam
vt dictum est, quod singulariter no. quia valde
vtile & quotidianum. Cautela præcedens est
vtilis etiam ad aliud, & ex ea potes sumere aliã
cautelam, quando tu qui es laicus vel etiã cleri
cus, velis conuenire unum clericum corã iudi-
3 ce seculari. tamen regula est, † quòd actor se-
quitur forum rei, ut in c. cum sit generalere. de
foro compe. & in l. iij. C. de iurisdic. omni. iudi.
Et ideo volens conuenire clericum, debes adi-
re iudicem ecclesiasticum, ut in c. si diligẽti. de
foro compe. nam potes per indirectum trahere
clericum ad forum laici, videlicet hoc modo, ci
tetur clericus non simpliciter, quia tunc debe-
ret citari coram iudice ecclesiastico, ut dixi. sed
citetur, si sua putau erit interesse, vel si præten-
dat aliquod ius, quo casu videtur si compare-
ret, quòd sit actor, & nõ reus, & per consequẽs
debet stari iudicio laici. Ex quo sequitur vnũ
aliud quòd si hæres vult facere inuentarium,
iuxta l. fi. C. de iure delibe. vel tutor vult face-
re inuentarium pro pupillo, iuxta l. tutor qui
repertorium. ff. de admini. tutorum. vel vult ci
tare creditores & legatarios, & aliqui reperiun
tur laici, & aliqui reperiuntur sacerdotes vel
clerici, ne habeant causam adeundi iudicem ec
clesiasticum, facit eos citari per laicũ hoc mo-
4 do, † si sua putauerint interesse. quia tunc ua-
lebit dicta citatio, ut voluit Angel. in l. j. §. hæc
stipulatio. ff. si cui plusquam per l. Falci. in re-
petitio. sua. & vide circa hoc quod not. Bald. &
Paul. de Cast. in l. testamenta omnia. C. de testa
men. sed tamen tutius est in casu, ut iudex lai-
cus requirat iudicem ecclesiasticum, ut citet
clericum, ut compareat coram ipso, & citet su-
pradicta conditione, si sua putauerit interesse.
nam regulariter quando unus iudex vult cita-
re subditum alterius, tutius est quòd non citet,
sed requirat iudicem proprium qui citet eum:
vt habetur in l. omnes. §. verum si apparitor.
C. de episco. & clericis. & in l. a diuo Pio. ff de
re iudicata. & per Bartol. in l. j. ff de requi. reis.
Alia cautela est, quòd quis promittat post tri-
ginta vel centum annos. nam si promitteret ẽt
post centum uel mille annos, teneretur post di
ctum tempus, ut probatur in l. centesimis. ff. de
verborum oblig. & ibi hoc not. Ang. qui tenet,
5 † quòd si promitteret post centum vel mille
annos, anteriori tempore nunquam præscribe-
retur per illum textum. & allegat etiam ratio-
nem, quia ante diem agi non potest, ergo non
currit præscriptio, ut l. prima. ff. de diuersis &
temporal. præscriptio. Potest dari & alia cau-
tela in casibus in quibus potest renunciari prę
scriptioni, ut inducatur tacita renunciatio, ui-
delicet quòd dicatur in instrumento locationis
vel alterius contractus, quòd debitor promittat
contenta in instrumento habere rata & firma,
& nunquam in ullo contrafacere vel uenire ali
qua ratione vel causa. Nam per dicta verba,
perpetuo. &c. inducitur renũciatio præscriptio
nis, ita dicit Ange. not. in l. j. ff. de vsuris. & pro
hoc uidetur esse text. secundum Angelum &
Bal. in l. quod si nolit. §. sicut ita. ff. de ædil. edi.
qui allegatur secundum Bald. ibi. Quòd ubi in
promissione apponitur verbum, quandocunq;
vel verbum perpetuo, nunquam currit præ-
scriptio statutaria uel legalis, quod intellige,
quando talis est præscriptio cui potest renun-
ciari. & ita consuluit Raphael. Fulgo. sequendo
doctrinam Angel. quam dicit esse veram & sin-
gularem. & non allegat d. §. sicut. & Bald. secun
dum alias rationes, & consilium incipit, propo-
sita q. videtur mihi not. singularis Angel. quod
bene not. quia regulariter in instrumentis di-
cta verba solent apponi.

Cautela, quando confessio per errorem facta non possit reuocari. LXIX.

1 *Confessio per errorem facta regulariter reuocari potest.*
2 *Errorem allegare volens non auditur, ubi sibi ad deliberandum terminus datus fuerit.*
3 *Terminus ad deliberandum & deliberate respondendum, dubitanti dari debet.*

1 CONFESSIO † quæ dicitur esse facta
per errorem, regulariter potest reuocari,
probando rem aliter se habere, ut est text. cum
glo. & ibi per Doctor. in l. de ætate. §. fina. ff. de
interroga. actio. & habetur in l. error. C. de iur.
& fac. igno. & ibi per omnes Doc. & per Bar. &
Doct. in l. non fateatur. ff. de confess. Sed caute
la est, quòd confessio non possit retractari, quod
post dictam confessionem facias assignari ter-
minum breuem confitenti ad dicendum & cõ-
tradicendum, quare non debeat fieri præceptũ
de soluendo, & dictam cõfirmationem exequi,
quia elapso dicto termino, si facies fieri præce-
ptum de soluendo, erit irreuocabile occasione
2 erroris: † quia ubi est datus terminus ad deli-
berandum, non potest audiri, postea uolens alle
gare errorem. ita singulariter dixit do. Angel.
de Are. instit. de act. §. si minus. alle. no. per Bal.
in l. j. ff. de confess. & in d. l. error. & pro ista de
cisione uide glo. singu. quam ipse not. alleg. in
3 c. ex literis. extra de diuor. † quæ uult, quòd
quando quis dubitat, debet sibi dari terminus
ad deliberandum, & deliberate respondendum:
quo termino elapso si responderit, nunquã am-
plius poterit reuocare secundum Bald. qui ita
no. ad hoc illam glo. pro sing. in l. si quidem. C.
de excep. & idem no. Inn. in c. cum olim. extra
de usur. & Archi. c. fin. de iuram. calum. in vi. &
Flori. in l. de ætate. § Celsus. uersi. unum tamẽ
no. circa hanc reuocationem. ff. de inter. actio.
Sed ut ista cautela perfecte tibi possit subueni
re, adhibeas unam aliam, & est practica singu-
laris, ut facta confessione seu responsione, alte-
ra pars faciat scribere per notarium ipsa pręsen
te, & dictam confessionem seu responsionem

acceptante,inquantum faciat pro ea & nō ali-
ter:nam ex postfacto dicta confessio seu respon
sio amplius reuocari non poterit, ut l.sicut.C.
de actio.& oblig.secundum Bal. qui ita singula
riter no.in l.Gallus.§.quidam recte. circa prin.
ij colū.ff.de libe.& posthu. Ex quibus sis cau-
tus,quòd confes sio uel responsio aduersarii nō
pos sit reuocari etiam allegato errore, ut duo
ista facias concurrere. Primum, quòd assigne-
tur terminus ad confitendum & respondendū
vel contradicendum. Secundum, quòd acce-
ptes dictam confessionem seu responsionem.
de quo tamen uide omnino Bal. in d.l.error.in
fi.penul.colum.C.de iur. & facti ignor.ubi cir-
ca hoc facit unam distinctionem.

Cautela ad hoc ut debitor possit conueniri ubicunque reperiatur. LXX.

1 *Clausula,ubique locorum quid operari debeat.*

SAEPISSIME in instrumentis debiti so
let apponi clausula uidelicet quòd omnia il
la centum quæ promisit dictus debitor soluere
Paduæ,Vincentiæ,uel Veronæ,Perusii, vel Flo
rentiæ, & ubique locorum: † de qua clausula
1 habetur in l.ij.§ si quis ita. ff. de eo quod cer-
to loco.& in l.si qs in conscribendo.C.de pac.
& in l.si cōuenerit.ff.de iur.om.iud.& per Do.
Ant.de Bu.in c.j.in xxv.colū.extra de iudi.Sed
tu scis cautus ad hoc,ut dicta promissio ualeat,
& possit tibi subuenire perfecte, quòd conci-
pias eā hoc modo dicendo, ut ubiq; locorū in-
solidū,ne propter copulā, & quæ ponitur inter
loca intelligatur esse facta diuisio,per d.§.si qs
ita. Item debes addere,ubiq; locorū quantum-
cunque distantium:quia si debitor promisit sol
uere in pluribus locis,& subdit clausulā, & ubi
que locorum æquæ distantium a loco remotio-
ri nominato,ut singulariter dicit do.An.de Bu
tri.in d.c.j.pro quo facit quod no Bart.in l.sed
si quis.in §.quæsitum.in ij.colū. & in fin.illius
§.ff.si quis cau.& quod in simili not.Bal.in l.fi.
§.sed si quis in conscribendo.in iij.col.C.com-
munia de leg.licet in contrarium faciat, quod
not.Iac.de Are.in iij.col.C.de epis.& cle.Item
quia propter illam clausulam generalem,ubiq;
locorum, non poterit debitor compelli ad sol-
uendum in uno loco,si reperiatur ibi nauigās,
aut etiam si inueniatur ibi in loco ei suspecto,
ut timet potentiam aduersarii,aut etiam auto-
ritatem iudicis perhorrescat, primum proba-
tur in l.hæres absens.§.fi.ff.de iudi. secundum
in l.de ætate.ff.ad Trebel. Item quia dicta pro-
missio recipit dictam restitutionem.ff.de cōdi.
inde.l.qui certo loco.ita no.dicit Ang.in l.cum
eis.in fi.princip.ff.de leg.j. Ideo ad tollendam
istam dubitationem,addas instrumento, dū di-
citur ubique locorum,etiam scilicet si ibi repe
riatur nauigās,uel aliud simile faciens, uel etiā
si ibi timet potentiam aduersarii, uel autorita-
tem iudicis. Item etiam addas, si ibi non repe-
riatur,per ea quæ habentur in d.l. hæres absēs.
§ j.Item addas,& promisit in tali loco soluere,
& se sibi personaliter præsentare, secundū Bal.
in l.Archimedoram.circa mediū. C. ut in pos.
leg.Vltimo addas, & debitor dictus renuncia-
uit oībus & singulis legibus,prouis.& priuile-
giis,& gratiis,& saluisconductis tam factis q̄ fa
ciendis,& promisit non impetrare aliquā gra-
tiam,uel priuilegium, uel saluum conductum,
vel aliquid in contrarium, & iurauit prædicta
omnia & singula attendere & obseruare, & nō
contradicere,uel facere,uel uenire de iure, uel
de facto sub tali pœna. &c. Ex quib.omnibus
sic formare poteris promissionem,quę centum
dictus debitor promisit soluere hic Paduæ,Vin
centiæ,Perusii,uel Florentiæ &c. & in dictis lo
cis se præsentare,vel in aliquo ipsorum ad om-
nem requisitionem dicti creditoris, & vbique
locorum quantumcunque distantium,etiam si
reperiatur ibi idem nauigans,vel quid simile fa
ciens,uel etiam si ibi timeret potentiam aduer
sarii uel alterius,uel iudicis autoritatem,vel ēt
si ibi non reperiatur,& promisit soluere omnia
& integra centum,& insolidum, ubi fuerit in
uentus,uel ubi fuerit petitum,& dictus debitor
renunciauit omnibus & singulis legibus,proui
sionibus &c.ut dictum est suprà.

Cautela quo tempore aget ille qui petit pœnam dupli appositam in contractu. LXXI.

1 *Clausula,rato manente pacto,quid operetur,remissiue.*

REGVLARITER in instrumentis vē
ditionum, & aliorum contractuum solet
apponi pœna dupli, uidelicet, & promisit du-
plum nomine pœnæ, quam exigi & consequi
1 posse uoluit rato manente pacto. † de qua clau
sula habetur in l.j.& per totum.ff.de euic.& in
l.rescriptum.§.si pacto.ff de pact.& in l.ita sti-
pulatus.la grande.ff.de verbo.obligat. ubi po-
nitur an pœna & res exigi possit. Sed aduer-
tas, ꝙ ista pœna non pōt exigi per emptorē ēt
re euicta, & sic etiā si esset condēnatus ad rem
emptā restituendam:nisi qn̄ res uendita aberit
ab ipso emptore, & sic ab eo fuerit auocata,ut
est tex.cū gl.no.in iiij.q.incipit,si seruū.in pri.
ver.abest ff.de act.emp.& est text. cū gl.in uer.
restitutor.in l.euicta.§.fin.ff.de euic.facit l ha-
bere licere.eo ti. Et ideo tu qui uis agere & pe
tere pœnam dupli appositā in contractu,sis cau
tus ut patiaris primo sententiā ferri contra te,
ita ꝙ transeat in rē iudicatā, & ultra hoc,ut res
auocetur ab ipso,ita ꝙ tradat rē uincēti,uel po
natur in possessionem. aliàs si ageres antequā
auocetur,succumberes per prædicta, & ita ego
aliàs obtinui in quæstione facti.

Cautela

Cautela ad euitandum quod testes non examinentur ad futuram rei memoriam, reperies similem cautelã pro eod. 72.

1 *Testes ad perpetuam rei memoriam, etiam lite non contestata, regulariter examinari possunt.*

1 TV scis, † quòd testes possunt examinari etiam lite non contestata, etiam ad perpetuam rei memoriam, quando testes sunt valetudinarij, ita quòd dubitatur de morte, vel sũt recessuri, vt no. extrà ut lite non contestata c. quoniam. & in l. lege Aquilia. ff. ad legem Aquiliam. Sed reus si vult impedire istam examinationem, sit cautus, & dicat quòd non vult quòd fiat examinatio, & offerat se paratũ suscipere iudiciũ, & velle litigare, quia tũc nõ poterit fieri examinatio. Ita singulariter no. Ang. in aut. de testibus. §. & hic no. col. 7. Et est ratio, quia cessat causa illius examinationis tunc petitæ, & ꝓpterea dico, ꝙ istud debet intelligi, nisi testes vellent recedere antequam lis posset contestari, vel dubitaretur de morte ipsorum, vel si esset tempus, puta feriatum, quo agi non posset.

Cautela pro usufructuario. 73.

1 *Vsufruatius regulariter cauere tenetur, quòd ipse utetur & fruetur arbitrio boni uiri.*
2 *Vsuræ prohibitæ sunt.*

1 VSufructuarius † tenetur regulariter cauere quòd ipse vtatur & fruatur arbitrio boni viri, vt habetur in tit. ff. de vsufruct. quemadm. caue. Sed no. vnam cautelam pulcherrimã quã potest adhibere usufructuarius in hoc, vt ipse dicat, se fideiussorem. non posse inuenire, qui pro eo promittat de utendo & fruendo arbitrio boni viri, quia tunc usufructus debebit apud hæredem remanere, & hęres debebit præstare ususfructuario tertiam partem usuræ centesimæ, vt probatur in auten. de nuptiis. §. si vero vsufructus. & ibi hoc no. & tenet Ang. co.
2 7. †. Sed ego credo, cum hodie vsuræ sunt prohibitæ, vt c. quia in omnibus. extra de vsu. & in auten. ad hoc. C. eod. titu. quòd talis vsura peti non possit, nisi petatur tanquam interesse: sicut dicitur in simili de emolumentis legalibus dotis: habetur in cap. salubriter. extrà de usu. ff. soluto matri. l. insulam. §. vsuras. & in l. fin. §. præt. ff. de iu. dotiũ. & in l. curabit. C. de ac. em.

Cautela ad interrogandum testem, ut faciliter conuinci possit de periurio uel affectio. 74.

1 *Testis quòd incontinenti se corrigere uoluerit, non præsumitur.*

TEstibus examinandis solent fieri examinationes, de quibus habetur in c. cum causam. 2. de testi. & in l. testium. C eo. tit. & inter alios aliqui cautelosi faciunt istam inter. si credit testis *b* verũ esse id qd' testificatus est hoc faciũt ꝙ si testis dicit ꝙ sic, nõ probat, q̃a deponit de credulitate, & nõ de veritate, vt habetur in dictis iuribus. Sed si diceret quòd non uidetur illud reuocare quod primo dixit, & sic qualitercunq: respondeat, incidit in laqueũ, vt no. Io. And. in c. inquisitionis. in ver. de credulitate. in nouel. de accus. Sed tu dicas ꝙ ista interrogatio tãquam cauillosa & captiosa nõ est admittenda, & si iudex aduerteret ad legitimandũ interrogatoria, & reperit talem interrogationem, cancellet eam, sed si iudex impeditus eã dimitteret, & secundum eã testis esset interrogatus, & respõdisset affirmatiue, siue negatiue, dicas quòd nõ nocet dicto testis in quo pri
1 mo deposuisset de veritate: † quia nec præsumptio est quòd incontinenti voluerit se corrigere: vt l. nã ad ea. ff. de condi. & demõ. nisi hoc aperte diceret, vt in c. prẹterea. de testi. cog. Et hoc ultimũ ꝙ valeat tale dictũ testis, & quòd non videatur se corrigere, tenet do. Prosdo de Comitibus. in c. ex omni. de testi. vbi vide Alia interrogatio solet fieri, videlicet interrogatur testis qui deposuit aliquid affirmatiue vel negatiue, si possibile est rẽ aliter se habere, & testis ipse nesciret: nã si respõdet quòd sic, nõ creditur eius dicto: quia nõ cõcludit necessario, vt in c. in præsentia. de proba. & in l. non hoc. C. vnde cog. cũ simi. Pone exẽplũ, testis deposuit, ꝙ Titius tali die non fuit in tali loco, puta in scholis, interrogetur si possibile est quòd ipse fuerit, & testis hoc nesciret, si respondet quòd sic, non probat eius dictũ. Item pone exemplũ affirmatiue, testis dicit quòd res non valet tantum, & cõmum æstimatione iudicaretur, ita interrogetur, si possibile esset quòd non ita iudicaret cõiter, & si dicit ꝙ sic, eius dictũ nõ concludit. & idẽ tu dicas in similib. & ista interrogatio ẽ valde vtilis, & semper tu apponas in interrogationib. tuis. Vna alia cautela est inuẽta calũniose circa ꝑsonã testis, nã cõiter solet fieri interrogatio ista, interrogat testis quã parte vellet vincere, & quia testis sapiens cõiter solet respõd. quòd vellet quòd pars q̃ habet ius uinceret: sed cautelosi addũt aliã inter. s. quam ꝑtẽ velles habere ius, cui interrogationi si testis debet respon. ẽm veritatẽ, non est dubiũ ꝙ oportet, vt dicat talẽ, quia cõiter quis magis fauet vni parti, quã alteri, & ideo eius dictũ ñ valeret, vnde ꝑꝑ hoc eius inter. debet dicit cauillosa & captiosa, & propterea non est admittenda.

a Testes non examinentur. Testes recipi ñ possunt ad ꝑpetuã rei memoriam, quando reus offert se paratum, tunc velle subire iudicium Ange. in d. aut. §. hoc vero, qd' dicit uerũ post Inno. in c. significauit. in gloss. sua prima. nisi iudiciũ pendea ex alieno arbitrio, non actoris tantum. Itẽ uerum nisi reus se sic offerens, opponat exceptiones impediente litis. ingressum. Angel. ibi in 4. col. quod dicit ibi sing. probari contra Inno.

b Si credit te. Credo prolatũ in attestatione ad captionẽ iudicis vel partis non vitiat, ut si interrogat[9] an credat dicta per eum esse vera. Respon. ꝙ sic, secundum domi. Prosd. comitem Paduanũ. in ca. in omni. de testi. contra Ioã. An. in c. inquisitionis. in nouel. de accu. secundũ Bart. Cæp. in ista caute. & ita faciũt cauillosi aduocati in interrogatorijs ad testes.

Cautela ad euitandũ præscriptione, & repetita per eundem. 75.

1 *Præscriptioni inductæ mero negligentis odio renunciari non potest.*

CAVTELA ꝙ in contractu nõ noceat præ-
ſcriptio, videlicet quòd in inſtrumẽto di-
catur,promitto tibi mille,& quòd poſſis me cõ
uenire qñcunq; velis, & eſt caſus ſecundũ Ang.
& ibi dicit in 3.no.in l.quod ſi nolit.§.ſi quid.
ff.de ędi. facit quod no.in l.itẽ illa.§.quod adii
citur.ff.de cõſti.pe.& hoc intellige in qualibet
præſcriptione inducta in defectum prouiſionis
hominis cui poſſit renunciari,ſecus in præſcri-
1 ptione inducta mero odio negligentis.† quia ñ
poteſt illi renunciari,ſecundum Ang.in dicta l.
ſicut ita.de quo per Bar. & Doct.in l.nemo po
teſt.de leg.j.& per Bal.in l.item illa.ff.de pœn.
& per Bal.& Docto.in l.j.ff.de uſur.

Cautela pro aduocatis & procuratoribus ad protrahendum cauſas ad longum, & ad reiterandum plures appellationes. LXXXV.

1 *Interlocutoriam ſuam iudex reuocare non poteſt, quando res integra non eſt.*
2 *Appellationes plures ſuper nullitate fieri poſſunt.*
3 *Cauſam iuſtam fouenti aduerſarium ſuum decipere licitum eſt, & per indirectum ipſum uincere, dummodo mendacium uel periurium non interueniat.*

NOTA ſecundum Vbertum de Bobio, &
Ioan.de Deo. quòd aduocatus qui timet
de principali,debet differre cauſam,ſi habet di-
uitem clientulum,vt proponat reus aliquã ex-
ceptionem *a*, & ſuper ea faciat pronunciari,&
poſtea appellet.C.de appel.l.aditos.& admitti
tur appellatio cauſa legitima in ea inſerra,vt in
c.debitus.de appel.& hanc appellationẽ proſe-
quatur,& ſuper ea ſtatim impetret iudicẽ, vel
1 nuncium mittat,† & poſtea non põt iudex re-
uocare interlocutoriã,cum res non ſit integra,
vt no.in c.cum ceſſante.de appel.& Spec.in ti.
de exceptio.§.iuſto.ver.ſed nunquid. Item ſe-
cundum Alber.adhuc amplius poterit proroga
ri:quia ſi in cauſa appellationis aliqua cauſa in
cidat,& iudex appellationis grauet,iterũ ab eo
appellet, ſicut ſæpe in curia fieri vidimus per
malicioſos procuratores. Item ſecundũ eũ lon
ge plus ſic poterit prorogari,vt reus appellet a
ſententia, & dicat eam nullã coram iudice ap-
pellationis.quia fieri poteſt,vt not.Spec.in tit.
de ſenten.§.iuxta.verſic.ſed quid ſi ſua ſenten-
tia.vt habetur in clemen.j.de iudic.& not.in c.
ſua. de appellatio. & ſi iudex pronunciauit iu-
ſtam,vel aliquã,vel iniuſtã,ſtatim iterũ appel-
let,& iterum coram iudice appellationis iterũ
dicat eam nullam,& ſic poterit centies facere
nec enim dicitur tertio prouocaſſe, cum nullã
appellationem fuerit proſecutus,& ſemper poſ
ſit dicere ſententiam nullam: vt ff.quæ ſenten.
ſine appellatio.reſcind.l.j. & l.ij. Item docet
Ioan.de Deo,quòd litigator ſemper inſidietur
iudic ,& inuenta occaſione appellat,non timet
expenſas, ſi diues eſt: quia grata ſuperueniet
quæ non ſperabitur hora. Sed certe pudet me
talem recitare doctrinam, quæ non illuminat
animam,nec ſubleuat ægrum 45.diſtin.inuide-
tis.Hæc enim doctrina non fuit erudiendorum
ſed perdandorum auditorum,dum quid mali di
dicerint inſinuant.de conſecratione.diſt inctio.
2.doctrinam etenim mala,conſcientia eſt mali-
tioſa doctoris: vt in 1.q.7.conuentibus.ita di-
cit Specu.de except.§.niſi.verſicu.intelligitur.
ſecundum Vbertum de Bobio: quia iſta caute-
la non vtaris vbi cauſam foues iniuſtam, ſed ſo
lum quando iuſtam,& dubitas de fauore & po
tentia alterius partis, lucrando cauſas, perdes
animam.iuxta not.in c.præſentium. de teſti.in
6.& vide quod dicam in ſeq. cautela. Vbertus
de Bobio docet aliam cautelam,videlicet vt ap
pellans appellando , & proſequendo dicat pri-
mam ſententiam nullam,& ſi iudex appellatio
nis dicat eam aliquam,vel iuſtam, ſtatim pote-
rit appellari,etiam centies,& per hanc viam,vt
docet Specu.in titut.de appellatio.§.quoties.
in verſi.item no.ſecundum Vbertum.& dixi in
præcedenti.ſed clarius dicas dando cautelam ſi
milem duobus modis . Primo quòd ſi eſt lata
ſententia,appelles, ſi eſt lata ſecundo contra te
in cauſa appellationis , iterum appelles,ſi fer-
tur tertio ſententia contra te, dicas illam ter-
tiam ſententiam nullam *b*, quod fieri poteſt:
vt in clemen.j.de re iud. & ſi pronunciabitur
ipſam aliquam , appelles ab iſta pronunciatio-
ne,quod fieri poteſt,& ſi iterum in cauſa appel
lationis pronunciabitur contra te, appelles ſe-
2 cundo,quod fieri poteſt:† quis illæ duę appella
tiones ſunt ſuper nullitate:& ſic ſuper diuerſis
per ea quę habentur in c.ſua.de app.& in l.uni
ca.C.ne li.in vna & ea.ca.ter.prouo. Et ſi ter-
tio pronunciabitur contra te, dicas iſtam ter-
tiam ſententiam nullam:& ſic procedas uſque
in infinitum , vt ſupra . Et licet iſta cautela
proſit ad litigandum , tamen non prodeſt
quantum ad impediendum executionem.quia
latis tribus ſententiis conformibus ſuper ne-
gocio princip.debet fieri executio , licet poſ-
ſet dici ſententia nulla, vt in d.cle.j.de re iudi.
Et ideo melior cautela videtur eſſe alio mo-
mo ad impediendum iudicium ſuper princi. &
ad impediendum executionem hoc modo , vi-
delicet quòd ſi feratur prima ſententia contra
te,non appelles: ſed dices eam nullam, quòd
fieri poteſt.l. ſi expreſſim.ff.de appella. & ibi
nota.& ſi pronunciabitur eam aliquam,appel-
les ab iſta ſententia, & ſi iterum pronunciabi-
tur ea aliqua,ſecundo appelles:& ſi tertio pro-
nunciabitur aliqua, licet non poſſis amplius
appellare, tamen potes iſtam ſententiam vl-
timam ſuper nullitate dicere eſſe nullam , &
ſic vlterius procedatur milies . Circa præ-
dicta vide nota.in clemen.j.de re iudi.& no.in
clemen.fin.de appel. Sed dicta cautela non v
taris,niſi foueres cauſam iuſtam in cauſa prin.

a Exceptio. Exceptio quæ põt incõtinẽti probari,admittitur, quę alias non admitteretur,in Specu.de lit.conteſt.§.2. verſi.quid ſi reus.& dicitur in continenti.i. infra triduũ. glo. in l 2.C.ſi de erro.aduoca. Exceptio quæ non releuat, non debet admitti.Baldus. in l.cũ ſeruum.C. de ſer. fugit.

b Senten. nul. Appellatio a ſẽtentia nulla fieri põt. c. dilect. & ibi Docto.de appel. vide per Bald.in l.j.in j. col.in ver.quærunt Doc.ſent. ex peri. reci. & in Specu.de appel. in 3. parte, in §.j.verſ.quidã aũt utuntur. & uide in l.ſi cõſtat.& in l. ſi expreſſim. de appel.& Pau.cõſ. 15.& Alex.cõſ. 4.parte.2

ci.sed si foueris iustã,videtur ꝙtali cautela quis possent vti per gloss.no. in.c. cupientes.in ver. malignantes.de elect.in.vj.& vide quod ibi no.
3 circa hoc.& per glo.no.14.q. j. si prædicator.† vbi dicitur,quòd licitum est fouenti iustam causam decipere aduersarium,& per indirectum ipsum vincere,dummodo mendacium vel periurium non interueniat.

Cautela quia in præcedentibus dictum est de appellationibus. LXXVII.

1 *Appellationis in materia cautelæ, remissiue.*

VIDEAMVS etiam aliam cautelam de eadem materia.nam ille qui vult appellare, debet esse cautus,vt si iudex nõ vult admittere antiquã exceptionẽ, quòd ipse præponat exceptionẽ suam,& si iudex eã admittet, tantũ est, ac si non admittit,sed reiicit expresse vel procedendo ad vlteriora,debet tũc appellare hoe modo,videlicet quia iudex nõ admisit exceptionẽ suã propositã:imo eam reiicit expresse vel tacite: appellat ne procedat in causa tali vlteriora procedẽdo, sed si solũmodo allegata exceptiõe, & nõ reiecta expresse vel tacite,licet non admissa appelletur in causa,talis appellatio non valeret.ista omnia probantur in.c.dilecto. de appel. & ibi per omnes.& no.Anto.de But.& Doct. in c.interposita.de appel. Secũda cautela, ꝙ ille qui obiicit exceptionem corã iudice, offerat se eam probaturũ incõtinenti,si potest: quia tunc si nõ admitteretur talis oblatio,appellatio interposita ꝑpter hoc iustificaretur, solum probãdo quòd se obtulerit,& nõ fuit admissus, vbi aliàs teneretur probare exceptionẽ oppositam esse veram:vt est textus in.d.c.dilecto.in princ.&ibi hoc not.glo.in.§.j.& no. omnes Doc.in prin. Tertia cautela est circa idẽ, quando aliquis opponit vnam exceptionẽ coram iudice, & iudex eã non reiicit nec tacite,nec expresse,nec etiam admittit,sed dicit quòd dubitat,& ꝙ vult habere consiliũ,sicut sæpe fit,& tenet illum obiiciẽtẽ exceptionẽ:nã tunc cautela est,quòd obiiciẽs exceptionẽ,requirat iudicem cum aliquo interuallo temporis congruo. & si non aliter declarat elapsa tertia requisitione, poterit appellari, & non antè.arg.c.j.de sup.neg.prælato. & dicit no Ant.de But.in.d.c.dilecto.& no. idem Abb.
1 Sicu.in.c.intimasti.eo.ti.† Et si tamẽ videre uis alias cautelas in materia appellationis, vide plene Spec.in ti.de app.§.qualiter.versi. in summa no.in secunda parte Spec.

Cautela corã quo sit appellãdũ quando iudicis præsentia haberi non potest[a] LXXVIII.

1 *Personæ honestæ quæ dicantur.*

QVIA in electione sequenti legemus.c.fi: de appell.videamus circa eas aliquas cautelas,quando quis non potest appellare, seu appellationẽ interponere corã iudice à quo, sic regulariter debet interponi:vt.l.fi.ff.quando app. sit.Prima cautela est procedens ex remedio vniuersali,quo cauetur,quòd quãdo ex aliqua causa nõ potest haberi copia iudicis à quo, ꝙ adeatur iudex ad quem,& corã eo tantũmodo appelletur:quia sufficit.tex.est valde not.in.l.2.§. dies.ff. quando appel.sit quia in casu nostro non debet habere copiam iudicis à quo,ex quo cum securitate & cõmodo sine periculo haberi non potest.ar.l.nepos Procula.ff.de verbo.signifi.& arg.eorum quæ habentur in.l.si expressim.ff.de appel. Secunda cautela, quòd timens appellationem interponere,protestetur infra decem di
1 es in præsentia bonorum virorũ tabellionũ,† & sic duarum personarum honestarum, & sic corã duobus prælatis vel religiosis.hoc per tex.in.c. pasto.§ j.ibi,coram publicis & honestis personis.de offi.ordi.

a Hab. non po. Addo Spec. de primo & secundo decre.§. 2. versi. porro. & §.v. versic.sed cui.& se. Iudicis absentia nõ inducit desertionem causæ appellationis,si sibi sit facta protestatio à parte. Bal.in add.Spe. de appel. versi. mora iudi.

Cautela qũo fiat electio absentis maiori parte. LXXIX.

1 *Electio unius solius,quonam pacto ualere posit.*

IN electionibus quidam adhibent istam cautelam,nã conuenientibus canonicis, vel aliis ad quos spectat electio de iure, scilicet ex cõmissione inter eos facta faciunt deliberari, vt hora tertiarum,vel hora missæ,vel alia certa hora,vt cõueniant in tali loco ad electionẽ celebrandã, & hoc scribi faciunt. vnde si postea illa hora vnus[b],vel aliqui ipsorum couueniant, & eligãt, valet electio etiam aliis absentibus, & etiã not. Inno.in.c.cum nobis.de elec.in gl. sed nũquid. & ita tenet Tancre.de Cor.in quodã suo opere iudiciali.in vltima parte.in ver.xv. queritur. in
1 fi.† vbi dicit, ita vidi seruari de facto in quadã electione, in qua duo electores statuerant hora vespertina electionẽ celebrare,postea vno eorũ aliquantulũ retardante inueniendo, alter fecit pulsare ad vesperas,qui prius venerat,& elegit solus,& eius electio fuit confirmata.quod singulariter not. & maxime quando sunt plures fratres qui volũt venire ad diuisionem,& statuunt certam horam qua debeant interesse: nam si vnus vel aliqui eorum non reperirentur hora deputata,alij possent facere diuisionem,& valeret diuisio & idem dic de simili.

b Vnus, Electio facta ab vno nomine plurium per verba singularis numeri valet.c.cũ ab vno. de sen. & re iudi.in.vj. & in Spec. de elec.§.j. ver. & no.& per tot. Electio si fiat cõtra cõsuetudinem ecclesiæ,qualiter formetur libellius, in Spec.de consuetudi.in prin.

Cautela in materia excommunicationis ad hoc,ut debitor facilius inducatur ad soluendum. LXXX.

1 *Excummunicationem minorem incurrunt communicãtes cũ excõmunicato excõmunicatiõe maiori*

Sententia

2 *Sententia excommunicationis appellari non potest, quia ipsa lata secum executionem trahit.*
3 *Excommunicatione per annum perseuerans, si litiget, amittit causam, item beneficium si quod habet, item habetur hæreticus.*

VOLO tibi dare quatuor cautelas notabi-
les & vtiles in materia excõmunicationis.
Et prima sit ista, per quam tu habeas optimum
remedium cõpescendi laicos, & inducendi eos
ad satisfactionẽ pro iniuria personali illata cle
rico: nam iudex ecclesiasticus ad clerici quere
lam potest denunciare illum malefactorẽ excõ
communicatũ, vt xvij. quæst. iiij. si quis suadẽ-
te. & compellere populũ ad illum euitandũ. Et
dico ꝙ ista erit optima cautela vt iudex tem-
pore denunciationis excõmunicet omnes, qui
secum communicauerunt ante absolutionem.
Nã timore maioris excõmunicationis euitabi-
tur ab omnibus, vbi hodie cõiter non euitatur:
1 † quia cõicãtes nõ incurrũt nisi minorẽ excõi-
cationẽ, vt in c. 2. de excep. & ꝙ talis sñia possit
ferri, vide Io. An. in c. statutũ. de sen. excõ. in 6.
licet ibi tex. bene ponderatus videat̃ prima fa
cie velle cõtrariũ, vt dicit Nico. Abb. Sicu. in c.
peruenit. j. de sen. excõ. & tu idẽ facias in simi.
qñ habes debitorẽ tuũ excõicatũ: quia nõ vult
soluere, nõ facias eũ denũciari simpliciter ex-
cõicatum, ita ꝙ ab oĩbus euitetur, iuxta c. pa-
sto §. j. de appel. quia tũc talis denunciatio pa-
rũ solet timeri, ex quo cõicantes cũ excõicato
incurrunt solũmodo minorẽ excõicationẽ, vt
habetur in d. c. 2. & sis cautus vt facias vltra de
nũciationẽ euitationis quod denuncietur. & ꝙ
si quis cõicauerit cũ eo, sit excõicatus, qa tunc
intelligit̃ excõitus excõicatiõe maiori, vt ĩ c. si
quẽ. qđ est pe. de sen. excõ. & sic magis timet̃,
2 qđ no. Secũda cautela est, † qa regulariter qñ
quis est excõicatus, nõ põt appellare à sñia ex-
cõicatiõis ẽt infra x. dies: quia quãprimũ est la
ta trahit secũ executiõe, vt est casus in d. c. pa-
sto. §. j. & no. in c. ad reprimendã. ff. de off. ord.
Sed cautela est secũdũ Abb. antiquũ, quẽ sequũ
tur oẽs Do. in d. c. ad reprimẽdã. ꝙ excõicatus
infrà x. dies cõpareat corã ex cõicatore, & pe-
tat se absolui, & quia excõicatio ẽ iniusta, si nõ
absoluat cũ ab ista denegata iustitia, & sic ab
isto scđo grauamine poterit appellare. qđ est
no. Tertia cautela est, qñ in delegatiõe apponit̃
clausula, appellatione remota, vel qñ in statu-
tis dicit̃, ꝙ in tali cã nõ poterit appellari, & in
illa feratur sñia cõtra vnũ: nã tũc nõ obstãte di
cta clausula vel dicto statuto, poterit ꝑ viã q̃re
læ adiri superior, qui si viderit ꝙ appellãs fue-
rit grauatus iniuste, poterit hmõi grauamen e-
mendare, vt est casus qui ita intelligitur scđm
vnũ intellectũ d. c. pasto. in pri. de app. Sed ꝓut
intelligo illũ tex. alia cautela est & vtilior, ꝙ
grauatus ꝑ sñia appellet, & adeat supiorẽ iudi
cis appellationis, & sibi oñdat ꝙ sit grauatus ꝑ
sñiam iniuste, quia tũc iudex appellatiõis pote
rit & debebit emendare grauamẽ, & pronũcia-
re male iudicatũ, & sic ista appellatio ꝓderit
respectu iudicis appellatiõis, licet nõ respectu
iudicis à quo, quia ille iudex à quo, interim an
tequã pronũcietur per iudicẽ appellatiõis, po-
rit suã sententiã exequi non obstãte appellatio
ne, & hoc operabitur dicta clausula & dictũ sta
tutũ prohibẽs appellationẽ: & iste est ꝓprie ca
sus qui ita debet intelligi in d. c. pasto. in prin.
& alias disputãdo sustinui. Quarta cautela est
qñ habes debitorẽ tuũ excõicatũ, quia tibi nõ
vult soluere, quia de excõicatione nõ curat, &
dubitas ne tibi infringatur sentẽtia cõdẽnato-
ria. Cautela est ꝙ tu exspectes ꝙ dilabatur an-
3 nus à die excõicationis, † quia ex quo per an-
nũ stetit in excõicatione, perdit cãm, vt habe-
tur xj. q. iij. rursus qđ intellige si potuit inueni
re excõicatorẽ suum infrà annũ, aliàs secus, vt
ibi habetur. & not. glo. pe. in fi. in d. ca. pasto. §.
præterea. de offi. ordi. Itẽ debet priuari benefi-
cio suo si quod habet, vt in d. c. rursus. & hoc ẽt
no. gl in c. cum bon. versi. triennio. de ætate &
qualitate. & ibi ponitur ista materia. Item ha-
betur hęreticus, vt est tex. cũ gl. fi. in c. cũ con-
tumacia. de hære. ĩ vj. & ideo sit cautus ille qui
est excõicatus propter debita vel aliã causam,
vt procuret se absolui infra annum, si potest ha
bere suum excommunicatorẽ, nec incidat pœ-
nas prædictas.

Cautela quod melius sit creditori uendicanti rem debitoris sui sibi obligatã, quod intentet Saluianum interdictum, quam hypothecariam. LXXXI.

1 *Saluianum interdictum pro quibus competat, & ad quid etiam vtile sit.*
2 *Sententia lata in causa momentaneæ possessionis appellari nequit.*

QVANDO quis vult vẽdicare vel reuoca
re rẽ sui debitoris alteri alienatã q̃ sibi ob-
ligata est, cautela est, ꝙ potius intentet Saluia.
1 interdictũ, quã actionẽ hypothecariã, † qa Sal-
uia. vtile interdictũ cõpetit cuilibet creditori,
directũ aũt pro rebus coloni inuectis & illatis.
Itẽ vtile ꝓ rebus inquilini cõpetit locatori, &
ẽt cuilibet alteri creditori: vt videtur casus in
l. j. C. de Sal. inter. in eo qđ dicit debitor. & ibi
hoc no. Bar. & in eo qđ dicit debitor quasi Ser
uiana, q̃ cõpetit cuilibet creditori, vt habetur
in §. itẽ Seru. inst. de act. & per gl. in d. l. j. Itẽ cõ
petit Saluia. interdictũ nõ tm̃ cõtra debitorẽ &
eius hæredẽ, vt d. l. j. & ibi Bal. sed ẽt competit
cõtra quẽlibet extraneũ possessorẽ, vt ẽ tex. in
l. j. §. j. vbi aduersus extraneos. ff. de Sal. interd.
& hoc tenet Bar. & Saly. in d. l. j. C. eo. ti. & vti
litas huius ẽt in hoc: quia Sal. interdictũ ẽ pos-
sessoriũ & hypothecariũ, licet aduocet posses-
sionẽ, vt habetur in l. si cũ venditor. ff. de euic.
tamen non est momẽtaneæ possessionis, sed sa-
pit

pit naturā possessorij. ita dixit singulariter Bal. & Saly.in.d.l j C.de Sal.inter.& Bal.in.d l j.ff.
2 co.ti.† Ex quo sequitur ꝙ cū à sententia lata in causa momē.pos.nō possit app.vt.l.vnica. C. si de momē.pos.fue.app ꝙ à sentētia lata in Saluia no interdicto appellari nō poterit,sed à sentētia lata sup hypothecaria sic:vt no.Bar.in.d.l.j.ff.de Sal. inter. Itē est alia vtilitas in modo probādi, quia intentans Saluianū interdictū,quod est me re possessioriū, non habetur necesse dicere,rem esse obligatā,& docere de obligatione,sed sufficit probare rē esse possessam ab illo,qui obligauit,sed in hypothecaria debet probari,rem quæ petitur fuisse hypothecatam, & fuisse in bonis debitoris,vt habetur plenissime ꝑ gloss Cyn.& Doct.in.l. si tres.C. si alie.res pig.da.fue.& per Bar.in.l.si rem alienam.ff.de pign.act.& proptere rea non intentes hypothecariam, sed Saluianū interdictum , si concurrunt ea quæ habentur in d.l j .ff.&.C.de Sal.inter.

Cautela pro spoliato cōtra spoliatorem. LXXXII.

1 *Spoliatus ante omnia regulariter restituendus est.*

1 REGVLA † est, ꝙ spoliatus *a* ante omnia est restituēdus:vt.l. si quis à se fundum.C. ad legem Iul.de vi.in.c j.de restitutione spolia. etiam si spoliatus est prædo,vt est tex.in.c.in literis.eod.tit.quod intellige, nisi spoliatus *b* patiatur aₒē ē probare de dominio vel de iure suo quia,tūc spoliatus nō est restituendus, vt est casus in.d.c.j.& ideo cautela est,quando spoliato opponitur de dominio vel de iure agētis,spoliatus opponat & dicat,domine iudex ego nō cōsentio,nec debitis ipsum audire, quia spoliatus ante omnia est restituendus,quo casu etiā si probaretur de dominio, deberet restitui,ut not. in d.c.j.& per Innocen.in.c.fraternitatis.de frigi. & malefi.&.c.cum Bertoldus.de re.iu.

Cautela quod de liquido ad nō liquidum admittatur compensatio. LXXXIII.

1 *Regulæ,de liquido ad non liquidum non fit compensatio,quomodo intelligatur .*

SCIS ꝙ vulgariter dicitur , ꝙ de liquido ad nō liquidū non debet fieri cōpensatio,vt habetur in.l.fi.C.de cōpensa.& in.§. in bonæfidei.insti. de actio.Sed ego do tibi vnā bonā cautelam singularem , per quā de liquido ad nō liquidum poterit opponi cōpensatio,& liquidum nō poterit interim exigi,& facta probatione de non liquido,debet fieri cōpēsatio.Et cautela est ista,si vnus petit à te decem in quibus vere es debitor,& ipse tenetur etiam tibi in alia decem aut minori summa,si potest probare aduersarius ꝙ sis debitor suis,cōfiteatis incontinenti debitū & opponas compensationē pro ea quantitate, in qua aduersarius est debitor tuus . & licet aduersarius veget debitum ,tamen valebit oppositio compensationis,& interim poterit à te exigere:sed debebit te expectare quòd probes, vel nō probes debitum negatum Nec obstat dicta
1 regula, † ꝙ de liquido ad non liquidū non fit cōpensatio:quia debet intelligi,quādo illud est liquidū per testes vel alias probationes,secus si esset liquidum ꝑ confessionem partis,ut est tex. cum gloss.ualde not.l.fi. versi.coniuncta. C. de compensatio & ibi hoc not.& tenet Cyn.in xi. quæ.& est alia gloss.similis in.l.nemo ex his. ff. de regul.iur.quod not.quia multi iudices imperiti seruant contrarium,& male.

Cautela pro libellāte ne ad expēsas teneatur. LXXXIIII.

1 *Debitor si saltem per interpellationem extraiudicialem in mora constitutus non fuerit,ad aliquas expensas non tenetur,si recepto libello, se soluere dixerit,& liti cedere.*

IN libellis solet cōmuniter apponi vna clausula,ꝙ aduersarius fuit interpellatus sæpe& sæpius extra iudiciū,vt faceret id qđ petit, ꝙ facere recusau t:quæ clausula secundū aliquos nō est necessaria,quia interpellatio similiter necessaria non est,sed de vrbanitate. vt. l. quidā Hyberus.ff.de seruitu.vrba.prædiorū. vbi tamē dicit loquaris cū Hybero. Et tu dicas ꝙ imo vti-
1 lis est, & cautū ꝙ apponatur , † quia si debitor non est cōstitutus in mora saltem per interpellationē extraiudicialē,& vocatur ad iudiciū, nō tenetur ad aliquas expensas, si immediate recepto libello dixit se soluere,& cedere liti, & non cōtendere:vt dicit nō.Spec. in tit. de rei vendi. §.i.& Ang.in.l.i.C.de.obsequiis. & Angelus de Aretio,institu.de actio.in. §. sic itaque. & propterea cautela est,vt primo antequā conuenias debitorē tuum,vt interpelles primo ipsum, qui si non solueret,& conuenias ipsum,tenebitur ad expensas,etiā si incontinēti cōfiteatur debitum & propter istam rationem dicta cautela solet apponi in libellis,& bene.

Cautela qualiter socius teneatur socio reficienti rem communem. LXXXV.

1 *Socius si rem communem pro parte sua reficere noluerit,partis suæ dominium perdit.*

SAEPE cōtingit ꝙ sint duo fratres , vel socij,qui habēt rē cōmunē, puta domū vel molendinum,quæ res indigit reparatione , & vnus eorum vult reficere , & alter eorum non vult contribuere ad expensas. Cautela est multum singularis & vtilis , quòd ille reficiat rem qui vult

a Spoliatus. Spoliatus debet restitui ante omnia. l. si quis ad se fundū. C. ad.l.Iul. de vi. Oldr. consilio ccxxiij. incipiēte, istæ sunt allegationes,& omnino ꝑ Alex. in l.naturaliter.§. nihil cōmune. de acquirē. pos. vbi ponit regulā & multas fallentias,quod verum est,etiam si per cōtumaciā sit spoliatus per iudicē,quia volens purgare cōtumaciā audiri debet,etiā si missus in possessione rei velit statim ꝓbare , de dñio suo.Bal.in l.pen.§ pen. C. de præscri.xxx. annorum.& per Oldr. consi. ccxxvi. incipiente,de toto. vide in spe.de priui. & se.de re. §. iā de effec. versi. quid si missus. aliàs autem spoliatus nō debet restitui,quando constat de dom. spoliati.cap. cū ecclesia.de causa pos.&propie. ca.cum super. eod.titu.c. decimas. de restit. spol.in vi.

b Spoliatus. spoliatus habet 8.remedia a iure. in spec. de restit. spol. in prin. per totū.

vult ſuis ſumptibus, & petat ſumptus ſibi reſti
1 tui ab alio ſocio: † quia ſi ſocius recuſabit re-
ficere rem, nolendo contribuere pro parte ſua,
& facta refectione per alium non ſatisfecerit ꝓ
parte ſua reficienti ēt cum vſuris vel intereſſe,
perdat dominium ſuæ partis poſt quatuor mē-
ſes, & applicatur reficiēti, vt eſt caſus valde no.
in l.4.C.de pri.ædi.& in l.ſi duobus.§.idem re-
ſpondit.ff.pro ſocio.& ita no & tenet Ange.de
Are.inſti.de act §.ſequens ideo ſint bene cauti
ſocij tam reficientes, quàm nolentes reficere,
per prædicta.

Cautela eſt in iudicialibus, quod pars cōtradicat expreſſe, alias tacendo ſibi præiudicat. LXXXVII.

1 *Tacens in iudicijs conſentire videtur.*
2 *Actus contra unum per iudicem ſi in iudicio fiat, non contradictio, non ſufficit, niſi appellet.*

EST dubium an tacens videaſ cōſentire, vt
habetur in regula, qui tacet.& in l.filiusfa
milias.§.inuitus.ff.de procur.& Bar.plene in l.
quę dotis.in fine.ſolu.matr.Sed vera concluſio
1 ē, † ꝙ tacens in iudicijs videſ cōſentire. ut no.
Bart.in l.j.C.de rela. Et ideo cautela eſt qñ ſit
aliquis actus in iudicio contra vnū, vt ille ſem-
per reſpondeat, & dicat ꝙ ipſe non conſentiat.
Et ideo boni procuratores facient ſcribere me
præſente & non conſentiente, vt dicit Barto.in
d.l.j.Vel melius eſt dicere, quòd in parte & in
partibus facientibus contra ſe non conſentit,
& iſtud procedit qñ actus ſit per aduerſarium,
2 † ſed ſi actus fiat per iudicē in iudicio contra
vnum, non ſufficit quòd ipſe non contradicat,
niſi appellet: vt ſingulariter dicit Inn.in ca. qđ
ad conſultationem.de ſen.& re iudi.& ſequitur
Ang.de Peruſio.& Io.de Imo. ī l.ille à quo.§.
ſi de teſtamento.ff.ad Treb. Circa hoc tñ vide
tex.qui videtur facere in contrariū. & ibi Bal.
& Pau.de Caſt.in aut.ſi quis litigantiū.in prin.
in verbo, contradicat.C. de epiſcopali audien.
Sed dic, ſi actus ſit per partē in iudicio, ſufficit
dicere non conſentio, ſed ſi ſit per iudicem, &
tunc aut eſt talis à quo poſſit appellari, ita ꝙ
ſi appelletur, tranſit in rem iudicatam, & tunc
non ſufficeret dicere, non conſentio, niſi appel
letur.& ita intelligit Inno. Aut ab actu iudicis
non poteſt appellari, ſicut regulariter ab inter-
locutoria de iure ciuili non appellatur, & tunc
non requiritur appellatio, ſed ſufficit contra-
dictio.

a Teſtam. clau. Teſtm̄ nō apertū mortuis teſtibus nō probat, gl.fin.ī ver.obſignēt.ſecūdum Do.Bar.in uer. quo qd ſi teſtes in l.ij.C.quē te.aperi.Bart.in l.2.in pri.ff.e.tit.dicit uerū in teſtamēto in ſcri: quod corruit, ſi unus teſtis morit antequā publiceſ, uel uiuo teſtatore, niſi eo uiuo facta fuerit recognitio ſubſcriptionis, & ſigilli à teſte corā notario & teſtib. uel ēt tēpore subſcriptiōis fuerit rogatus alius notarius de ſubſcriptiōe, uel niſi uiuo teſtatore aperiaſ, ut ibi per Bar. & Bal. in add. Spec.de inſtr. edi.uer.ſi neceſſit. Adde do.per.Bald. in l.2.C.de fideic.

Cautela quod tutius ſit relinquere alicui in codicillis quàm in teſtamento. LXXXVII.

1 *Hæres in codicillis inſtitui non poteſt.*
2 *Codicilli primo teſtamento facti non tolluntur per alios codicillos qui poſtea fierent, neq; per aliud teſtamentum ſequens, niſi expreſſe dicatur.*

SI aliquis velit tibi relinquere certam par-
tem bonorū ſuorum, quid eſt melius & vti-
lius, an quòd relinquat per codicillos, vel per
teſtm̄? Et prima facie videtur ꝙ ſit melius ꝙ
relinquat per teſtamentū, quia illud ſit cū ma
iori ſolennitate quàm codicillus, vt probatur
in l.hac cōſultiſſima.C.de teſta.iuncta l.fi.C.de
codicillis.Sed tu dicas quòd tutius ē relinque-
re per codicillos, quàm per teſtamentū, niſi for
1 te quis vellet inſtituere hæredem, † quod in
codicillis fieri non poteſt l.in hæreditatem.C.
de codicil. Et eſt ratio, quia teſtamentum per
aliud teſtm̄ ſemper rumperetur, vt in l.ſanci-
mus.C. de teſt.& in l.ſi quis in princi.teſtamē-
2 ti.de leg.iij. † Sed codicilli primo facti nō tol-
luntur per alios codicillos qui fierent poſtea,
neq; per aliud teſtamentū ſequēs, niſi expreſſe,
dicatur, vt eſt tex.inſti.de codici.§.non autem.
Et no.Spec. in ti.de inſtru.edi.§.compendioſe.
in ver.ſed id cōſideres.& ꝙ tutius ſit relinque-
re per codicillos rōne prædicta, tenet Specu.in
d.tit.de inſtru.edi.§.viſo de impugnatiōe uer.
& no.quod tutius eſt, & ideo ſis cautus vt cō-
ſulas quòd potius relinquatur per codicillos.
quàm per teſtamentum.

Cautela pro teſtatore uolentē, quod eius ultima uoluntas non conſtet, niſi poſt mortem. LXXXVIII.

1 *Teſtamentum non valeret, ſi ante ipſius aperturā unus teſtium moreretur, qui ſubſcriptionē ſuā, & ſigillum cognoſcere non poſſet.*

MVLTI ſunt qui volunt ꝙ volūtes vlti-
ma non ſit nota alijs niſi poſt mortē ſuā,
propter aliquā iuſtam cām, vt habetur inſti.de
pupilla.ſubſt.in §.ſi quis autem formidoloſus.
& faciunt teſtamentū in ſcriptis clauſum a, &
ſigillatū & ſcriptū, iuxta l.cōſultiſſima.C.de te
ſta.Sed tu aduertas & ſis cautus, quia periculo
1 ſum eſt facere talia teſtamenta. † Nā ſi more-
retur uiuo teſtare, vel ēt poſt mortē ante eius
aperturā vnus ex teſtibus, qui nō poſſet cogno
ſcere ſuā ſubſcriptionē & ſigillū, nō valeret te
ſtamētū, vt ſingulariter no.Bart.in l.ij.in prin.
ff.quēad.te.aperi. Et iō debes vti hac cautela
qua ſæpiſſime vſus ſū, ut teſtator cōuocet vnū
notariū qui nō ſit de teſtib.ſupradictis, & duos
vel tres teſtes alios, vt faciat qđ cuilibet dicto
a Si eſt cleri. Filius põt teſta ri de aduẽtitiis ſi eſt clericus ẽt ĩ minoribus gl. in c.cũ eſſes.de teſt.Item de bo nis quæſitis ra tione clericat. tãquã de caſtrẽ ſi uel quaſi. l.ſa croſanct . & ibi Bar.C. de ſacro ſan.eccl. & eius teſtamentũ nõ ſubiacet quære le inoficioſi. l. cum clericis.& ibi Doc.& Bar. C.eo.ti.& Abb in ca. quia nos. de teſt.quòd te ſtamentũ eius cõtinens prete ritionem filii vel patris,ualet etiam ſine con ſenſu patris.

quia ingredientibus in versic.testandi.quæ di-
cit,quòd clericus in potestatem cōstitutus po-
test testari.& loquitur indistincte.& alleg.d.au
ten.presbyter. & ideo ex his filiusfamilias qui
vult posse testari etiam patre inuito,potest ad-
hibere istam cautelam,quòd suscipiat saltē pri-
mam tonsuram:quod est multum notabile , &
menti tenendum. Dixi in præcedenti unā cau-
telam,per quam filiusfamilias possit facere te-
stamentum,sed nunc do tibi aliam, uidelicet,ꝙ
pater emancipet filium quantum istum actum
testandi:& in reliquis retineat eum in potesta-
te,quia hoc fieri potest secundum Bart. qui ita
singu.dicit in l.j.§ filii.ff.ad Treb. & licet mul-
ti Docto.vt Bal.& alii in l.senium.C.qui testa.
3 facere poss.teneant contrarium, dicentes, † ꝙ
status hominis & indiuisibilis: quia non potest
quis esse in uno in potestate,& in alio non.per
tex.in l.pariter.in fine.ff.de lib.causa.ubi dicit,
minime autem prætor pati debeat,ut pro par-
te quis seruus fiat.& ibi not.per Doctor. & per
not.in l.j.§.j.C.de Lati.libe.tol. & in cap.cum
inhibitio.extrà de clande.despo.& in c.per ve-
nerabilem . extrà qui filii sint legi. sed dictum
Bar.potest procedere,quòd per uiam dispensa-
tionis hoc fieri possit:ut pro certo actu si dispē
setur,quòd fiat status mutatio:ut not. in l.ff.de
iure annu.au.& in d.l pariter.in fin. circa quod
vide quæ dicam in sequenti cautela.

Cautela legitimandi filium spurium ad hoc ut non succedat nisi in certa parte. CXIIII.

1 *Legitimatio est totius status reintegratio.*

CAVTELA est quam sæpe dedi parenti-
bus qui habent filios legitimos & natura-
les,& unum uel plures spurios legitimari face-
re: sed nolent quòd succederent cum aliis filiis
legitimis,& naturalibus pariter,nisi certo mo-
do,prout eis parentibus placuerit. nam dixi,ꝙ
Comes Palatinus uel alius, qui habet potesta-
tem legitimandi , licet non possit legitimare
1 quantum ad unum tantum , † quia legitimatio
est reintegratio totius status:facit l.quæsitum.
cum ibi notat.ff.de adoptio.& l.si pariter.in fi.
ff.de libe.cau.tamen potest dispensare ut possit
succedere certo modo, quia ista nō est proprie
legitimatio,sed dispensatio:& licet illud nō vi-
deatur esse commissum comiti,qui habet pote-
statem legitimandi & habilitādi uniuersaliter.
per ea quæ not.in l.ij.ff.de adoptio.leg.bene ta
men exerceat rem iure suo: licet nō possit plus
facere quàm sibi commissum sit:minus tamen
facere potest : quia non habet seruare formam
sui priuilegii, sicut facere debet iudex delega-
tus.& ita vult Paulus de Castro in l. solet præ-
tor.ff.de iurisdictio.omnium iudic. qui dicit se
aliàs cōsuluisse.& idem notat. ipse in l.pactum
quod dotalis.C.de collat. ubi omnino uide . &
vide omnino domin. Benedict. de Plumbi.in l.
finali.ff.de iure annu.au.& in dicta l si pariter.
in fi.& in disputatione sua quæ incipit , statuto
Pisano cauetur. & uide etiam dominum Ioan.
de Zochis in capitulo per venerabilem. qui fi
lii sint legiti.in §.j.in xlix.col . Et adde quod
dixi in præcedenti , quod not . pro parentibus
qui vellent legitimare filios cum hoc,quòd suc
cederent solum in certa parte .

Cautela quomodo pater constā-te matrimonio possit filio secure dare dotem, quando cum filio ad dotem restituendam se obligauit , & quomodo pater perdit omne commodum usufruc filii emancipati. CXV.

1 *Dos constante matrimonio restitui non debet .*
2 *Emancipare si pater filium nollet, sed ipsum de domo expellere,an ad emancipandū cogi posset.*
3 *Emancipet si pater filium voluntarie , vsusfructus dimidium retinere potest,secus si alius.*

MVLTI sunt filii qui non possunt pacifi-
ce cum patre viuere, & recedunt à patre,
vel pater expellit filium de domo , & petitur
per filium,quòd pater sibi restituat dotem vxo
ris suæ quam ipse pater recepit, & se obligauit
pariter cum filio ad dotem restituendam , in
omnem casum , & euentum dotis restituendæ .
iuxta not.,in l.cum dotem.§. transgrediamur .
ff.soluto matrimon . pater dubitat si debet do-
1 tem restituere: † quia dos constante matrimo
nio restitui non debet:ut in toto titul.C.si dos
constante matrim.& filius consumeret dotem,
nollet pater teneri ad eam restituendam am-
plius . & de hoc sæpissime est quæstio . Sed tu
dicas,si consultus fueris , quòd triplex cautela
seu consilium dari possit , ut pater secure do-
tem restituere possit . Prima cautela est quòd
restituat solummodo ex causis legitimis , & a
iure expressis.de quibus habetur in l.quamuis.
& in l.seq ff.solut. matri. & non habebit aliquā
dubitationem . Secunda cautela est , quòd re-
stituat alteri de mandato mulieris : tunc enim
ipsa mulier tenebitur actione mandati , vnde
conuentus socer poterit ei ad dotem compen-
sationem opponere.argu.ff.de iure do.l.sane.
Tertia cautela est, quòd pater emancipet filiū.
nam tunc sicut filio mortuo, pater debet nurui
restituere dotem,ita hic filio emancipato. arg.
ff.de iure do.l.si pater filiæ nomine . & ita con-
suluit Iaco.de Are.& Ray dicebat primam esse
veriorem cautelam.hoc etiam no.glo.in l.si fi-
lia.§.si filius.in iiij.colum.in versi. sed & si pa-
2 ter.ff.famil. ercisc.in apostillis. † Sed hoc est
dubium, quòd si pater nollet filium emancipa-

re,&

re,& expulit ipsum de domo, an possit cogere ipsum ad emancipandum. Et videtur quòd nõ quia regulariter pater ad hoc cogi non potest, vt no. inst. quib. mo. ius pa. põt. tol. § fin. Sed dicas contrarium: quia ex quo pater male tractat ipsum expellendo eum de domo, & tractando ipsum ita quòd secum viuere non possit, cõstat patrem facere contra pietatẽ, non tractare ipsũ vt filium. arg. l. quidam cum filium. cum ibi nota. ff. de verb. oblig. coniuncta l. diuus. ff. si quis a parent. fue. manu. & hoc casu, talis emancipatio debet peti impetrata uenia. iuxta l. venia C. de in ius voc. quia emancipatione obtenta, & bona dotalia & non dotalia, vt bona materna ei sunt restituenda.
3 † Et licet quando pater voluntarie emancipat filium, possit dimidiam vsusfructus retinere, vt C. de bonis quæ lib. l. cum oportet. propter quandã remunerationẽ, vt ibi tamen quando propter sæuitiam vel iniuriam aut defectum patris cogitur ipsum emãcipare, debet pater omne commodum usufru. amittere quia dictus vsusfructus seruatur patri propter remunerationem, per d. §. cum autem. quæ remuneratio hoc casu non debetur, ut l. diuus. ff. si quis a paren. fue. manu. & ita singu. tenuit Raph. consulendo Rayn. cõsilio suo, quod incidit, In Christi nomine, amen. Inspectis causis præmissis, paterũt filij cogere patrẽ &c. Et quod dictum est de dote, puto idem dicendum esse de donatariis factis a patre nului, vt illa etiam debeant restitui filio. Sed si propter defectum filij, & non patris non posset simul uiuere, pater non cogeretur ipsum emancipare, nõ subsistente aliqua causa ex his, quæ habentur in d. § fina. quod no. & tene menti, quia quotidie eris interrogatus.

Cautela quomodo quis debeat a principe impetrare bona confiscata. CXVI.

1 *Clausula, motu proprio, quam efficaciam habeat.*
2 *Motus proprius regulariter non præsumitur, nisi exprimatur.*

NONNVLLI quãdoque impetrant a principe vel domino sibi concedi, vel donari bona alicuius rebellis in fiscum delata, quæ impetratio de iure non valet, quia præsumitur esse facta propter importunitatem petentis, vt ẽ casus multum notabilis C. de peti. bon. supla. l. j. lib. x. facit c. cum ex iniuncto §. cæterum. extra de pur. cano. & quod no gloss. in ver. nascatur. ad fin. in c. j. de const. lib. 6. Sed cautela est,
1 quòd talis impetratio valeret, † videlicet quòd princeps vel dominus concedendo dicat, quòd hoc faciat motu proprio, quia tunc bene vale-
2 ret, vt est tex. in d. c. j. in fin. † Nam motus proprius in dubio & regulariter non præsumitur nisi exprimatur: vt ibi no. Barto. & est tex. in c. si ex motu proprio. de præben. lib. x1. Aduerte bene, quia ista cautela non sufficeret. si princeps nollet dicere, motu proprio, sed ad petitionem supplicantis: sed tunc est alia cautela, videlicet quòd princeps concedat, uel donet dicta bona ad fiscum delata. Non ob. d. l. j. C. de peti. bo. supl. & pro hoc uide quod in simili habetur in l. euacuatis. C. de decur. lib. x. vbi dicitur, quòd non valet rescriptum vel priuilegiũ concedens immunitatem, nisi dicatur, non obstante d. l. euacuatis. vt ibi, per Bar. & etiam suprã dixi in una cautela. Et adde circa hoc quod habetur in l. fin. C. si contra ius uel vtili. publi. & ideo supplicans, vel qui habes consulere qualiter debeat fieri talis donatio, sis cautus vt hæc duo simul iungantur, videlicet quòd princeps, vel dominus concedens dicat, quòd hoc faciat motu proprio, & ex certa scientia non obstante l. quæ incipit, quisquis. C. de peti. bono. sublato. libro x.

Cautela ad excludendum pupillariter substitutum, & ad firmandum testamentũ, quod non possit reuocari. CXVII.

1 *Instituat si pater filium pupillum, & ei pupillariter substituat extraneum, pupilli filius, si in pupillari ætate moriatur, a successione excluditur, & substitutus admittitur.*
2 *Testamentum per arrogationem rumpitur.*
3 *Testamentum an fieri possit ita & taliter, quòd nullo modo reuocari ualeat.*
4 *Promittere an quispiam possit se aliquid ad certũ terminum soluturum, & si non soluat, quòd excommunicetur.*
5 *Sententia excommunicationis sub conditione contra unum quando lata fuerit, illa conditione pendente etiam post x. dies a tempore sententiæ condemnatus appellare poterit.*

1 SI pater † instituit filium pupillum, & ei substituit pupillariter extraneum, tunc si pupilli filius moritur in pupillari ætate, excluditur à successione, & admittitur substitutus a expressa substitutione pupillari etiam legitima, ut est casus in c. si pater. de test. in vi. & habetur in l. Papi. in §. sed nec impuberes. ff. de inoffic. testa. & in l. precibus. C. de impub. & aliis substit. Sed tu adhibere potes unam cautelam, ut admittatur ad successionem omnium bonorum filii, non obstante dicta substitutione pupillari expressa, uidelicet ut detur pupillus in arrogatione alterius, quia ex hoc tollitur
2 substitutio. probat in l. nec ei ff. de adopi. † Nã per arrogationem testamentum rumpitur. institu. quibus mod. testa. infirman. §. j. cum enim per arrogationem capite minuatur, ut eo. tit. §. alio sublata est substitutio, & sic pupillare testamentum, ut ibi. & ff. de condi. l. conficiuntur. §. post testamẽtũ. ipso ergo sublato, si moritur fi-

a Substitutus. Adde Bart. in l. lex Cor. in j. colũ. ver. sed quæro vtrũ ad bon. ff. de uulg. & pup. in l. cũ patronus. de leg. 2 & per do. Maria Soci. in consi. p̃ dicta substitutio &c. Pau. de Cast. cõsi. 149. incip. super primo dubie sciendum est, & tenet Io. Andr. in addi Spe. de testi. in rubri pe. col. Item & legatum morte legatarij uiuo testatore. l. anguste. de leg. 2.

lius in pupillari ætate,admittitur mater,uel ali
us hæres ab intestato. sed ista cautela videtur
vtilis propter stipulationem,quæ secundum le
ges est facienda tempore arrogationis, vt l.nō
aliter.& l.his verbis.ff.de adop.vnde dic,quòd
tunc habet locum, quando talis stipulatio tūc
forte fuisset admissa.& illam cautelam tradidit
Tancret. de Corneto in quodam suo opere iu-
diciali,quod compēdium appellatur, in vltima
parte,in ver.tertio quæritur.Sed aduerte, quia
etiam ista cautela non videtur sufficiens,etiam
si prima stipulatio fuisset omissa: quia tunc li-
cet non competat actio directa, tamen uidetur
competere actio vtilis,per text. in d.l.non ali-
ter cogitabis.Item aduerte, quia prædicta etiā
si essent vera,debent intelligi, si filius in eo sta
tu permanserit tempore mortis suæ, videlicet
vt duret arrogatio usque ad tempus mortis,a-
lioquin secus esset, quia licet de iure ciuili te-
stamentum sit ruptum per arrogationem,tamē
de iure prætorio valet:seu reconualescit,si tem
pore mortis suæ non reperitur arrogatus,vt in
sti.quibus mo.test.infir. in §.alio.quia tunc de
uenit ad casum a quo incipere potuit, vt in l.
cum vir.ff.de vsucap.& dicam etiam in caute-
3. la sequenti.†Est magna dubitatio si fieri potest
testamentum ita & taliter, quòd nullo modo
possit reuocari,vt habetur plene per Bar. in l.
si quis in principio testamenti.de leg. 3.& dicā
in cautela sequenti,posito pro constanti, quòd
quidam condidit testamentum ita,quòd muta-
re non potest, tunc poterit adhibere cautelam
ad rumpendum dictum testamentum,quę est si
milis præcedenti, videlicet vt se det in arroga-
tionem alteri, qui secundum naturam eum ar-
rogare possit,vt ff.de adop.l.arrogato.aut se fa
ciat exbāni ex eo delicto,pp qd' capite minua
tur.iuxta §. quòd autem.instit. quibus mo.ius
pa.pote. nam per huiusmodi capitis diminutio
nem rumpitur testamentum,vt d.§.alio.instit.
quibus mo.testa.infir.facit quod in simili dici-
tur de bannito in l. si non pro condemnato.in
prin.ff.qui satisda.cog.& istam cautelam intel-
lige sicut præcedentem,videlicet quòd iste qui
facit testamentum,reperitur in eodem statu tē
pore mortis suę,videlicet quòd sit exbannitus
etiam vel arrogatus,per ea quæ dixi in cautela
præcedenti.& istam etiam cautelam posuit Tan
cr.de Cor. in suo prædicto opere. Ego dixi in
cautela præcedenti, quòd maximum dubium
est apud Doc.an possit dari remedium, quòd
fiat testamentum,ita quòd non possi reuocari,
de quo habetur plene per cap.quod semel pla-
cuit.de reg.iur.lib.6. & ibi plene per Ioan.An
dr.in mercu.& plenissime per Bart. in l.si quis
in prin.testamenti.de lega.3.& per Sal.plenis-
sime in l.sancimus.C.de testa.& per Bal.in c.2.
de feudo dato in vicem legis commissoriæ. &
inter remedia ponitur vnum, videlicet quòd
testator iurat se non reuocare testamentum,&
non contrauenire. de quo plene per eundem
Ioan.An.in d.c.quod semel.Pet.'de Anch.in c.
ea quæ.de reg.iur.in 6. in sua repet.& per Ioā.
de Imo.in c.cum contingat. de iure iur. & per
Bart.in d.l.si quis in prin.testamenti.& in l.sti-
pulatio hoc modo concepta.ff.de verb.ob.& p
Bal.in c.j.§.item sacramenta.versi.quæritur,si
faciens testamentum.in tit. de pace iura. firm.
& per eundē Io.de Imo.in l.si quis inquilinus.
§.fi.de leg.j.Sed tu potes adhibere hanc caute
lā,quòd quis testamentū faciat,& iuret non re
uocare,& nō contrauenire,& per censuram ec
clesiasticam sibi præcipiatur,& peremptoria in
stantiā hæredis instituit, secūdū quòd habetur
in c.sacro.extra de sent.excom.quòd obseruet
iuramentum,& non contraueniat,& si contra-
ueniret, vel cōtrauenire tētaret ex nunc prout
ex tunc, & ex tunc prout ex nunc dicatur,feri
mus sententiam contra eū:nā si postea reuocet
testamentum,uel reuocare velit,aliquid facien
do,reperitur excommunicatus per sententiam
excommunicationis iam latam prius contra eū
& sic,quia ex communicatus non poterit testa
ri,nec secundum eius testamentum postea fa-
ctum valebit,vt in c.pia.de excep.lib. 6.& vide
circa prædictā cautelam in l.vbi ita donatur.ff.
de dona causa mor. & Fede.consi. suo 138.sed
aduerte,quia ista cautela esset vtilis,& procede
ret quando ille testator consensisset illi senten
tiæ excommunicationis latæ sub conditione p
suum iudicem competentem,per tex.& glo.&
quod ibi singulariter notaui.& no.Io Andr.&
4 Doct.in c.pe.& glo.extra de offi.dele.† vbi ha-
betur an quis possit promittere se soluturum
aliquid ad certum terminum: & si non solui-
tur, es tunc excōmunicatur. de qua dic,vt ibi.
sed si testator non consensit illi sentētiæ,& præ
cepto, tūc cōtra prædictam cautelā posset dari
remediū,videlicet quòd antequam reuocet,&
sic conditione pendente appellet etiam post x.
5 dies tempore dicti præcepti uel sententię,† qa
quando est lata sententia excommunicationis
uel censuræ,contra vnum sub conditione,pen-
dente illa cōditione etiam post x. dies a tempo
re sententię post condemnatus appellare, vt est
tex.no.in c.præterea.2. de app. secundū Ioan.
Andr.Sed licet aliis sententiis conditionalibus
debeat appellari infra x.dies a tempore senten
tiæ latæ:vt l.2.§. biduum.ff. quando appell.sit.
& not.in c.prętерea. si autem testator non con
sensit præcepto sibi facto, appellet infra x.dies
a die pręcepti,& res non habebit dubium secū
dum omnes, vel etiam post x.dies ante euentū
conditionis,& valebit appellatio. Item prædi-
cta cautela procederet sine dubio, quando te-
stator instituit filium venientem ab intestato.
quo casu testator non potuit reuocare testamē
tum quod primo fecit,vt l.nostram.C.de testa.
vel cancellare, vt in toto ti.ff.de his quę in te-
sta.deleg.& sic posset lacerare,vel cancellare &
reuocare, tamē ex quo aliud facere non potest
institutus in testamento reuocato,ueniet ab in
testato, sed si fuisset institutus extraneus, ista
cautela non videtur sufficiens,quia licet testa-
tor non possit secundum testamentum facere,
quòd excommunicatus est:videtur quòd possit
lacera-

lacerare vel delere teftamentum & mori inte-
ftatus,per d.l.noftram.& per d.l.j.& fic uenien
tes ab inteftato fic fuccederent,& non inftitu-
tus,qui eft extraneus .cogita tamẽ fuper hoc,fi
verum eft .

Cautela quod quis femper alleget contra aduerfarium in iudicio, quod eft filiusfa. cum eius pater præfumatur uiuere centum annis. CXVIII.

1 *Filiusfam.in dubio quis effe præfumitur.*
2 *Filius quòd aliquis fit naturalis, in dubio non præfumitur,nec quòd quifpiam emancipatus fit.*
3 *Regula,ei qui dicit,probare incumbit,quando locũ non habet .*

1 QVIS † in dubio prefumitur effe filiusfa.
qa pater fuus præfumitur viuere centum
annis.l.fi.C. de fac.fan.eccl.& no.glo.in l.
fed fi de fua.ff.de acq.hęr.per quã glo.dicit ibi
Ang.no.bene hanc glo. ex qua magnũ habebis
honorẽ,fi fcias practicare.nã infiniti actus sunt
prohibiti filiofa.maxime ex forma ftatutorum
Italiæ. nã pro allegante eft quædã præfumptio
iuris,ꝙ fit filiusfa.& illa fufficit ad victoriã re-
portãdã etiã in criminali.l.abfentẽ.ff.de pœnis
& in ciuili,vt probatur in l.omnes.§. Lucius.
de his quæ in frau.cred.Vnde fi uniuerfario nõ
fuppeteret de tempore probandi,fuccumberet
in caufa,& hoc dictum reprobat Io.de Imo.Ra
pha.Cu. & Ludu. de Ro.in d.l. fed & fi de fua.
quia licet pater prefumatur viuere centum an
nis,tamen non fequitur poteft enim effe eman
cipatus aut naturalis , qui in prima poteftate
non eft , vt l.filium diffinimus.ff. qui funt fui
vel alien.iur. Præterea vt quis præfumatur fi-
lius vel non, ponit glo.in l.Titia.ff. folu.ma.vt
dicimus in fimili , allegans minorem ætatem
ad fui fundamentum, tenetur eam probare.l.fi
minorem.ff.de in integ.refti. mi. & plene not.
Barto.in l.de ætate.ff.fi minor fema.dix.& qui
allegat quem effe filium pro fundamento fuo,
id probare tenetur.Item ex quo titigauit cum
eo vt paterfa.pro eo præfumitur.argu.eius qđ
no in l.inter quos.§.j.ff.de dam.infect.& l.Põ
ponius.§.rati.ff.de proc.& iftam q.vide per Fe.
de Se.confi.fuo.208.& ibi non determinat, fed
tu dicas,ꝙ ifta cautela poteft fuftineri,fi aduer
farius litigans in prin.iudicij fecerit protefta-
tionem contra aduerfarium, dicens quòd non
intendat litigare cumiipfo, nifi fi & inquantũ
habeat legitimam perfonam in iudicio compa
rendi,iuxta not.in d.l.inter quos.§.j. quo cafu
fi fecum litigans non doceret fe patremfa.non
videtur effe perfona legitima, ex quo præfum-
ptio iuris eft contra ipfum,quia vt dictum eft,
2 pater prefumitur uiuere. † item non præfumit
emancipatio,nec ꝙ fit filius naturalis, ex quo
iftud fapit delictum,ut no.in l.inconcubinatu.
ff.de concu.Nec ob.ratio quam fupra dixi fecũ
dum præfatos Docto.videlicet quòd ille qui al
legat aliquid affirmare,vel negare ad fuam in-
tentionem fundandam, illud debet probare,fi-
cut dicitur in allegante maiorem vel minorem
3 ætatem.† quia illa regula non procedit, quãdo
eft iuris præfumptio pro allegante, quia tunc
non tenetur probare,vt not.dixit Bart.in l.illa
ftipulatio fi Calendis.ff.de verb. oblig. ante fi.
Nec valet argu.allegando ętatẽ, quod verũ eft
quòd in his quæ tempore mutantur, non fuffi-
cit allegare fuiffe in præteritũ aliquid, puta ali
quem minorẽ,vt vult Bart. in d.l.de ætate. fed
in his quæ folo curfu temporis non mutantur,
fecus eft.ficut dixi in cafu noftro, & propterea
teneo,quòd Ang.uerius dicat.

Cautela ad annulandum proceffum, & fententiam diffinitiuam. CXIX.

1 *Claufula,non confentiente,imo contradicente,quid importet .*

SI tu aduocatus vis caufam vincere, aduer-
te diligenter, quòd fi poft litis conteftatio
nẽ per procuratorẽ tantũ interuenit dominus
perfonaliter in iudicio,& tractat caufam ꝓ fe ip
fum,femper contradicas & fcribi facias in actis
1 te † non confentiente,imo contradicente,iuxta
ea quæ ponit Bart.in l.j.C.de rela.nec te vltra
in verbis extendas.& in fin.caufæ,fi vides con-
tra te debere ferri fentẽtiã, immediate alleges
ꝙ omnes actus facti per dominũ funt nulli ip-
fo iure,cum fuerint facti te inuito, & poft litis
cõteftationẽ per procuratorẽ fuũ,non interue-
niente caufæ cognitione,an dominus potuerit
interuenire,vel non, vt probatur in l.poft litẽ.
vbi videtur cafus de hoc.ff.de proc.& hoc vide
tur uelle Bart ibi,& alle.l. mutuari.ff. de proc.
& ita tenet expreffe Ang.in d.l.poft litem. qđ
dicit effe verũ,nifi dominus in iudicio compa-
reat ratione iuris vtilis,quod habet in inftãtia,
vt habetur in l.quę caufę.eo. tit. & propterea,
vt tollatur ifta dubitatio, & id periculum ali-
qui volentes euitare per procuratorẽ in libello
faciunt defcribere nomẽ propriũ,& ꝓcurato-
ris difiunctiue & copulatiue,dicẽdo Titius fiue
Sẽpronius tanquã eius procu.&c. ad hoc vt tã
dominus quã etiã procurator efficiantur domi
ni litis,& inftantię directæ , quo cafu lite con-
teftata in perfona vtriufque poterit effe folus
dominus in iudicio,& comparere. Eft & aliud
remedium, quando eft lis conteft. in perfona
procuratoris tantum,quòd procurator confti-
tuat fuum procuratorem dominum fuum:
quia fic poteft lite conteftata procurator aliũ
procuratorem fubftituere , & propterea cau-
tus fit dominus , vt folus non compareat lite
con-

contestata in iudicio,nisi litis contest.etiam sit facta in persona sua,vel nisi substituatur à procuratore , vel nisi præsente aduersario & consentiente , aliàs gesta per eum essent nulla per prædicta .

Cautela ad excludendum exceptionem declinatoriam. CXX.

1 *Exceptionis errore concesso,consensus in iudicio nō datur.*

NOTA nouam cautelam excludendi de-
clinatoriam iudicis,videlicet vt īterroge-
tur aduersarius an velit litigare,quia si respon-
derit,ꝙ sic,excludetur, ita dicit d.Ant. de But.
in vj.no.in xij.col.in ver.oppo.ij.ꝙ hæc inter-
rogatio de iud.c.j.& mouetur per glo.ibi not.
subdit tamen in d.ver. hoc puta esse verum qñ
litigans est certus , vel esse debet de exceptio-
ne competenti,quia hoc pactum vel renuncia-
tio non extendit se ad incognita.arg.l.tres. fra
1 tres.ff.de pact. † Et quia dato errore exceptio
nis nob datur consensus in iudicio,vt ff.de iur.
omn.iud.l.si per errorem.item hoc verum , qñ
respondet se uelle litigare.Si autem constituat
procur.etiam ad respondendum,per hoc nō re
nunciat declinatorie de competenti iudi. vt di
cit glo.no.in c.exposuit.extrà de dila.tutum ta
men est secundum eum,ꝙ constituat procura-
torem ad respondendum saluis omnibus exce
ptionibus suis.& pro ista cautela vide text cū
glo.& ibi per Doctor.in l.si fideiuss.in princ.ff.
qui satisda.cog.

Cautela pro debitore in magna summa obligatio , quod soluendo paruam liberetur. CXXI.

1 *Dictio,pro resto, cuius efficaciæ sit .*

EGO do tibi vnam cautelam mirabilem ,
quam tene menti perpetuo, quia est de pa
ne lucrando.nam si debes alicui centum soluē
1 do ei decem dicas, † pro resto,quia soluendo
pro resto præsumitur antè aliam quantitatem
esse solutam,quia aliàs nō diceretur pro resto,
vnde si creditor conueniat te ad alia nonagin-
ta,est præsumptio pro te,ꝙ illa solueris.ita di-
cit Pau.de Ca.in l.ij.C.de hære. instit. per glo.
no.in l.si ex pluribus.in prin.ff.de solu.& econ
tra sint cauti creditores recipientes solutionē,
ne faciant apponi in instrumento vel lib.mer-
cantiæ,ꝙ pro resto recipiunt,secundū Pau.ibi.

Cautela requirendi legatum rebelli. CXXII.

1 *Legatum filio in potestate,vel rebelli, non debetur, nisi cum sui iuris factus fuerit .*

NOTA tu qui vis relinquere rebelli, vt di
cas sic,Lego tali fundum,vt ipsum habeat
vel retineat, quia hoc relictum non debetur si-
bi,nisi cum factus sit capax & restitutus ad gra
tiam communis,& non antè, vnde ad fiscū non
pertinet,sicut dicitur de legato facto filiofami.
1 modo prædicto , † quia ei non debetur nisi fa-
cto sui iuris.tex est no.in l.fideicom.§.hæc ver
ba.& §.si filio.ff.de le.iij. & ita aliàs dixit Iac.
de Prato veteri, aduocatus fiscalis .

Cautela pro creditore recipiente à debitore rem in solutum. CXXIII.

1 *Solutione eius quod debetur , omnis obligatio tollitur .*

SI aliquis est debitor alterius sub obligatio
ne & hypotheca,vel cum fideiussoribus,vel
det in solutum creditori aliquam rem, volente
creditore, liberatur à debito principali,& libe-
rantur ēt fideiussores, & tolluntur hypothecæ .
1 † quia solutione eius quòd debeē, tollitur om
nis obligatio.instit.quib.mo. tolluntur obliga.
in prin.& ideo si contingeret,ꝙ postea res data
in solutum euincatur,per tertium à creditore ,
nō poterit debitor amplius agere contra fide-
iussores,qui per dationē insolutum iam sunt li-
berati, nec poterit agere hypothecaria , quia il
la ēt est sublata, vt dixi.& si debitor non habe-
ret vnde solueret, nullum remedium creditori
competeret.& ideo cautela est , quādo debitor
vult tibi dare aliquid insolutum, quòd tu reci-
pias cum reseruatione & protestatione, videli-
cet quod tu non intendis per istam dationē in-
solutum recedere ab hypotheca,neque ab obli
gatione fideiussorum.nam si tunc res euincere
tur,duraret obligatio hypothecæ & fideiussorē
& hoc probatur in l.si quis aliam. & ibi no. per
Bartol.& Doctores.ff de solut. quod not. quia
multi accipiunt insolutū & remanent decepti.

Cautela quod secūdus creditor præferatur primo cum limitationibus,& ampliationibus regulæ, qui prior est emptore, &c. CXXIIII.

1 *Regula,qui prior est tempore,potior est iure,quibus in casibus non procedat.*
2 *Creditor quispiam si primo obligauerit creditori omnia bona sua generaliter , & ego sibi fundum meum vendiderim,& habuerim fidem de precio ,ac mihi omnia bona sua obligauerit in dicta re sibi per me vendita, quis potior erit.*
3 *Creditores mariti matrimonio constante,an mariti bona occupare possint pro iure creditorum, dotem tamen uxori offerre nolentes .*

Vulcaris

VVLGARIS est regula iuris, quòd qui prior est tēpore, potior est iure: vbi est obligatio bonorum, vt in regula, qui prior. de reg. iur. in. 6. & l. potior l. qui balneum. ff. qui pot. in pig hab. & l. prius ff. de priui. credi. & ista regula procedit, etiā si res debitoris sit empta ex pecunia posterioris creditoris, vt habetur in. l. quod quis. eo. ti. & in auten. quo iure. C. qui po. in pig. & ideo si mutuaui pecuniam laborantibus, vt emerēt boues ꝓ veturando, & laboratores haberent creditores anteriores cū hypotheca, illi creditores præferentur, & possunt per hypothecam aduocare dictos boues, cū idem iuris sit censendum de istis bobus, sicut de aliis bonis debitoris. item procedit dicta regula, etiā si posterior creditor venderet res suas, puta mercantias debitori habita fide de precio, quia in illis, ille qui est potior in tempore, erit potior, & nō vendens, vt est casus singu. secundum aliquos in l. quidam. ff. de in rem versi & ita dicit Ange in l. licet. qui potio. in pigno. ha. sed tu allega simi lem text. in l. procuratorem. §. sed si dedit mercem. ff. de tribu. & ibi etiam not. Pau. de Cast. &
1 no. Ange. & Doct. in. l. i § fina. ff. de solu. † Sed illud fallid, primo in dote, vt est casus ibi. Secundo quando emptor esset fugituus, & iam cogitauerat fugam antequam emeret, & sic dolus dedit causam ad habendum fidem de precio: nam tunc habetur fides pro non habita, vt habetur in lege tertia quæ incipit, si quasi digestis de pignor. action. secundum Angelum qui ita singulariter not. in. d. l. fi. & dicit, quòd ista quæstio fuit de facto Bononiæ. Addite, quòd si venditor non habuisset fidem de precio, & hoc posset constare aliter, quia tunc non transeat dominium, & sibi competeret vendicatio, vt habetur in l. inciuile. C. de reiuendi. & § venditæ. instit. de re. di. Et quando dicatur habita fides vel non vide gl. in. d. l. inciuile. & ibi per Bal. & Doct. in d. l. si quasi. fallit quando ex pecunia creditoris posterioris res esset empta, & idem specialiter obligata, quia tunc esset potior iste vendens omnibus creditoribus, vt est casus multum not. in l. licet. C. qui po. in pig. habe. quem omnino circa istam materiam vide, qui subiicit, ꝙ non præferentur mulieri in dote. Ex quo no. vnam cautelam vtilem, ꝙ si uis mutuare tuam pecuniam vni laboratori pro emendis bobus, ad laborandum tuam possessionem, mutuens ei hac conditione, quòd illi boues sint tibi specialiter obligati, quia tunc tu mutuans eris potior in illis bobus aliis creditoribus etiam anterioribus. aliàs si simpliciter mutuares pro emendis bobus, & non diceres quòd essent tibi specialiter obligati, creditores anteriores præferentur, & idem dicas in similibus. Potes etiam ex prædictis aliam colligere cautelam, si tu emisti rem ab vno qui est grauatus ære alieno, & dubites, quòd res tibi vendita non euincatur à suis creditoribus, quia tunc debes dicere vēditori, volo quòd pro pecunia mea ematur fundus, qui mihi specialiter sit obligatus pro euictione: nam tunc si euincetur res vendita, ille emptor erit potior omnibus creditoribus in illo fundo empto de pecunia tua, quod bene no. Et adde quòd Albe. de Ros. in. l. obligationi generali. in fi. ff. de pign. dixit secundum Vber. de Bo. quòd etiā dict. l. licet. habet locum, si res empta non sit specialiter obligata, dummodo ille emptor obligauerit venditori omnia bona sua. de quo dic, vt dicam in seq cau. Item aduerte quia Barto. in. l. interdū. ff. qui po. in pig. ha videt hic limitare, vt mutuās pec. ꝓferatur in re empta ex pecunia mutuata aliis creditoribus anterioribus. nā dicit ipse, ꝙ illud fallit in dote, quia nō ꝓferetur mulieri dotē habenti, quia iste mutuās habet solūmodo tacitā hypothecam, per ea quæ not. ibi per ipsū. Sed in casu nostro nō credo illud verū esse: nā quādo mutuans pecuniā. vt ematur res ex ea cū ista cōditione & pacto, ꝙ res inde empta sit specialiter obligata mutuāti, mutuans debet habere expressam hypothecā, & non tacitā, ex quo expresse ita cōuentū est, & ꝓ hoc. l. vnica. §. j. C. de rei vxo. ac. & talis mutuans ꝓpter istā hypothecā expressam posterioribus, debet ꝓferri omnibus creditoribus, & etiā anterioribus, & etiam mulieri in dote sua, vt ꝓbatur expresse in. d. l. licet. C. qui po. in pign. ha. nā si prefertur omnibus creditoribus habentibus etiam expressam hypothecā, vt ibi, & etiā illis qui prę ferentur mulieri in dote, ita dictę mulieri præferendus est, per. l. filiū. cū ibi not. C. qui po. in
2 pig. ha. † Si quis primo obligauit creditori omnia bona sua generaliter, & ego sibi vendidi fundū meū, & habui fidē de precio, & obligauit mihi omnia bōa sua, quis erit potior in dicta resibi per me vendita? Et videtur, ꝙ primus creditor: quia quā primū habui fidē, transtuli in eū dominiū, vt est casus in. l. quidā. ff. de in rē ver. & in. l. procuratoris. §. si dedi mercedē. ff. de tri. & dixi in ꝓcedenti cau. tamē Vber. de Bo. quē sequitur Albe. de Ro. tenet cōtrariū per. l. licet. C. qui po. in pig. ha. & licet ista lex loquatur quādo specialiter obligatur, tamē dicant ipsi ꝙ nō refert an generaliter vel specialiter obligetur, vt. C. de pi. i. & quia. Item præferuntur præfati fisco generali, sicut ex speciali obligatione. ff. qui po. in pig. ha. l. si pignus C. de pig. l. si ignorante. nam ille ex cuius pecunia nauis est salua, ꝓfertur, vt l. inter diē. C. qui po. in pig. ha ergo iste venditor cuius res fuit, fortius debet præferri. ar. est optimum, & quasi expressum, in. l. quod quis. ff. de priui. cre. Ad tollendū tamen omne dubiū cōsulūt ipsi, & dāt cautelā ꝙ vēditor in se dominium retinet, quousq; sibi satisfiat de precio: & ita cōiter fit, & obseruatur secūdū eos, & bene. Quotidie cōtingit, ꝙ emit quis rē ab aliquo qui male vtiē substātia sua, & ære alieno grauatus est, & habet creditores anteriores hypothecam habētes, & dubitat ꝙ si solueret ꝓciū, res sibi vēdita euinceret à creditoribus vēditis anterioribus. si eminet euictio in limine cōtractus, pōt petere à vēdēte, vt sibi caueat de euictione antequā soluat ꝓciū: vt. l. si post perfectū. C. de euic. & si nō pōt cauere, neq; securū reddere emp. & emptor velit omnino retinere rē emptā: dic ꝙ cautela

a Solu. facien.
Fructus rei em
ptæ sub cōditio
ne nō pertinēt
ad emptionē pē
dēte cōditione.
l. necessario. §.
si pendent. ff. de
peric. & como.
rei vend. nisi in
casu deficiētis
cōditionis em-
ptor perdat pre
cium. quia eos
lucratur in re-
compensatione
perditi precij.
tex. est fin. in. ||.
si fundus. §. sed
quid ait. ff. de. l.
commisso. &
Lud. Ponta. in
sing. versi. em-
pror non.

cautela est, ꝙ precium soluat vni priori credito
ri, qui omnibus præfertur vigore suæ hypothe-
cæ, & tempore solutionis, & antè cōueniatut, q̄
ipse creditor anterior ponat ipsum emptorē in
locū suū ad suam hypothecam & obligationē:
& ita etiā tempore dictæ solutionis vel pòst il-
le creditor anterior cedat iura sua, & omnē suā
hypothecam & obligationē sibi emptori. iuxta
l. Modestinus. cū not. ꝑ gl. & Doct. ff. de sol. quo
casu prior creditor habebit precium, & emptor
soluens sibi preciū habebit hypothecā, & præ-
fertur omnibus creditoribus ipso anterioribus,
sed posterioribus illo cui soluit, vt probatur in
l. pen. & fi. & per totū. C. de his qui. in prin. cre.
lo succe. & est glo. ordi. in. l. i. & in. l. Aristo. quę
3 res pig. ob. po. & ibi per Bar. & Doc. † Sed nun-
quid creditores mariti cōstāte matrimonio pos
sunt occupare bona mariti pro iure creditorū,
volētes offerre dotē vxori? Videtur ꝙ non: quia
adhuc actio de dote nō cōpetit, neq; est casus, in
quo dos posset solui cōstāte matrimonio. & no.
in toto. tit. C. si dos const. ma. & no. in. l. si. cōstā
te. in prin. ff. sol. mat. bona mariti creditores pos
sunt occupare, offerentes dotē vxori: vt. l. cū tibi
C. qui pot. in pig. hab. & hoc tenet ibi Bar. secun
dū Iaco. de Are. qđ dicit esse mēti tenendū per-
petuo. & idē tenet Bar. in. l. si constante. in prin.
in. 7. quæ. prin. tertiæ partis, in versi. ex his ergo
respondetur: & Angel. Bal. Pau. de Cast. in. d. l. si
constante. in prin. videtur tenere contrariū. sed
tu dic: aut est solutū matrimoniū, & tunc est lo-
cus restitutioni dotis, & tunc omnes concordāt
ꝙ creditor posterior potest offerre dotē vxori
anteriori in hypothecā, & in eius locū succede-
re: vt. d. le. cū tibi. & . l. j. & per totū. C. de his qui
in prin. cre. lo. succe. vel non est solutū matrimo
niū. sed maritus vergit ad inopiā, & mulier inci
pit agere contra maritū pro dote sua. l. si cōstan
te. præal. & l. vbi adhuc. C. de iure do. & tūc idē.
quia ex quo mulier ageret, & agere potest pro
dote, ita potest offerri dos pro sua per anterio-
rē ereditorē, per iura præalle. & isto modo intel
ligatur quod no. Ang. & Doc. ꝑdict. Aut non est
casus dotis petendæ, quia maritus viueret, nec
vergat ad inopiā, & tūc teneo opin. Iac. de Are.
& Bar. quia sicut nō potest peti vel restitui dos:
ita nec etiā potest alteri creditori cedi, & offe-
rēti dictā dotē. Et creditore posse offerre pecu-
niā dotis mulieri, intelligo, nisi in instrumento
dotis diceretur, quod in casu dotis restituendæ,
mulier posset petere dotē suā in pecunia vel in
bonis mariti in electione ipsius mulieris: quia
tunc creditores ea inuita, nō possunt auferre pe
cuniā ea nolēte. sed volēte sic, ne sibi tollat ele-
ctio. data in instru. dotis: qđ no. q̱a quotidianū.

Cautela quomodo uēditor possit percipere fructus ex re uendita, nō computando illos in sortem. CXXV.

1 *Locator obligatus est ad mercedis exonerationem, si res locata perijt, vel fructus conductor percipere non possit.*
2 *Vsuræ digestorum tempore prohibitæ non erant. hodie uero sic utriusq; testamenti pagina.*
3 *Vsura cur in mutuo prohibita sit.*
4 *Interesse probare difficile est.*

QVI vult vendere fundū rusticum vel vrba
num, & emptor non vult, nec potest solue
re præciū incontinenti, sed ad terminū, quæ cau
tela adhiberi poterit venditori, vt durante ter-
mino solutionis faciendæ a venditor fructus rei
venditæ percipere possit, licet aliàs non possit
percipere, vt. l. Iulianus. §. si fructibus. de actio.
empti. Respondetur secundū aliquos, debet ven
ditor locare fundū venditū emptori certo pre-
cio, donec venditori precium venditionis solu-
tum fuerit. per tex. in. l. sicut emptio. §. j. cum. l.
seq. quæ incipit, cū vendere fundū. ff. loc. vbi est
de hoc casus ad literā, & erit vtilis ista locatio
venditori quo ad tria. Primo quantū ad pensio-
nē. Secundo quod ipse locator, idemq; venditor
non obligabitur ipsi conductori, sed conductor
1 locatori: vt est tex. in. d. §. j. quod declaro. † Nā
licet aliàs locator sit obligatus ad exonerationē
mercedis, si res locata periit, vel fructus condu-
ctor percipere nō potest: vt. l. si vno. §. itē cum
quidā. & ibi plene per Bar. & Doct. ff. loca. & in.
l. ex conducto. §. si vis tempestatis. & in. §. sed &
si habes. & in. l. si merces. §. uis maior. eod. tit. &
c. propter sterilitatē. & ibi per Cano. extrà de lo
ca. cum simi. cū hoc casu, cum res vendita & lo-
cata sit emptoris, eiusdemq; cōductoris, vēditor
idemq; locator nō erit obligatus ad exoneratio
nē mercedis, si res locata periret, vel aliter con-
ductor damnum passus fuerit & post perfectam
venditionem omne commodum & incommo-
dum spectat ad emptorē vt. l. necessario. in prin.
ff. de peric. & conmmo. rei vend. Tertio, quia nec
etiam venditor idemq; locator tenetur, ad rem
tradendam, & vti frui possit. vt. l. cum venderem
ff. loc. & istas duas vltimas vtilitates ponit glos.
in. l. sicut emptor. § j. ff. loca. & est ratio secun-
dum Barto. ibi, quia illa pensio magis debetur
de precio, quod sibi non soluitur quàm pro re:
vt no. in dicta. l. si vno. §. itē cū quidam. ff. loc. &
2 ita vidi obseruare hic Paduæ. † Et aduerte, quia
dicta cautela procederet de iure ciui. secundum
tempora digestorum, secundum quæ adhuc non
erant vsuræ prohibitæ: sed cum hodie vsuræ sint
prohibitæ pagina vtriusq; testamenti, & de iure
cano. in cap. quia in omnibus. de vsuris. & in to
to illo titu. & in. vi. & in cle. de iure ciui. hodie.
vt in aut. ad hæc. C de vsur. & not. in. l. cunctos
populos. de sum. trini. pro dicta cautela non pro
cederet: quia dicta locatio contineret in se vsu-
ram siue vsurariam prauitatē, nam ex quo erat
res vendita, & habita fides de precio, & tradita,
translatum erat dominium in emptorem: vt. l.
in traditio. C. de pac. & insti. de rerū diui. §. per
traditionem. & ideo de re sua pensionem solue-
3 re non tenetur, & si solueret, esset vsura. † nam
vna est ratio prin. quare in mutuo vsura est pro-
hibita:

hibita : quia ille qui recipit mutuũ, si aliquid
solueret ultrà, solueret de re sua, vel propter rẽ
suam, & ideo dicitur, quicquid accidit sorti, vsu
ra est, vt l. rogasti. §. si tibi dedero. ff. si cer. pet.
& in l. si tibi decem milia. ff. de pact. Vnde pro-
pter hoc nũquam utaris ista cautela. sed potes
vti alia, videlicet ꝙ tu vendas pro indiuiso tan-
tam partem rei, quantam capit precium quod
soluitur: aliam partem retineas, & protesterijs
quòd non intelligatur translatum aliquod do-
minium in emptorem, & illam partem loces ei
dem emptori cum pacto, quandocunque dabit
tibi residuum precij, quòd habeatur pro ven-
dita, vel quòd tenearis sibi facere instrumen-
tum venditionis. & hoc erit vtile: quia non po-
terit per creditores emptoris tibi auferri ante-
quam soluatur tibi precium, ex quo dominium
remansit penes te, vel potes ei dictam partem
non venditam locare ad partem tanquam colo
no partiario, vel tertio potes facere pactum
a, quòd deductis expensis teneatur tibi sol-
uere fructus, vel quantum interest tua:
quia iste est vnus de casibus, in quibus possunt
peti fructus de re alicuius, videlicet quando nõ
est solutum preciũ, vt no. glo. in c. conquestus.
extrà de vsuris. & est casus ibi, & per Bartol. &
Doct. C. de act. emp. in l. curabit. Sed istud vlti-
mum est difficile. † sicut difficile est probare
4 interesse, vt l. vnica. C. de sen. quæ pro eo quod
interest proferuntur. & habetur in l. ij. §. fi. ff.
de eo quod certo loco. Vnde modus primus re
tinendi dominium & locandi, melior est.

Cautela pro fideiussore cõducentis domum. CXXVI.

1 *Fideiussor semper in testamento exprimere debet illud, ad quod teneri non vult.*

ILLE qui fideiussit pro scholari qui condu-
xit domum videtur fideiussisse non solum ꝓ
pensione domus, sed etiam pro massaritijs fra-
ctis vel consumptis, vt per Bart. in l. commissi.
§. fideiussores. secundum vnum intellectum gl.
ibi. ff. de fideiuss. & ibi tenet Lud. de Ro. in suo
1 singulari ccccxxv. † & iõ sit cautus fideiussor
sit vult tenere tantum de pensione, & illud ex-
primat. aliàs in dubio tenebitur in totum, vt su
prà dixi.

Cautela contra fideiussorem carcerati, ut etiam ad pœnam contumaciæ teneatur. CXXVII.

1 *Fideiussor in dubio an pro vsuris intercedere videatur.*

QVIDAM fideiussit pro carcerato ex cã
criminali, qui postea condemnatus est, &
quia non soluit intra cẽtum tempus, puta octo
dierum, incurrerit in pœnam quarti b pluris ip
sius condemnationis, sicut incurrunt commu-
niter condemnati in arengo in ciuitatibus sub-
ditis dominio Venetorum, an fideiussor erit ob
ligatus in illo quarto pluri. Dicas ꝙ non, idẽ
incurreret maiorem pœnam propter suam ne-
gationẽ. quia de illa maiori pœna fideiussor nõ
tenetur, & est ratio illa pœna quarti pluris, si-
ue augendi propter negationem, non est pœ-
na delicti principalis, pro quo fideiussit, sed est
pœna contumaciæ vel negationis, pro qua non
intercessit fideiussor, vt est casus in l. fi. ff. de fi-
deiuss. & in l. j. ff. de in litem iurã. & ibi hoc no.
Bart. & Doct. & ideo sit cautus iudex secundũ
eum, si vult ꝙ ad hoc etiam fideiussor teneatur
ꝙ scribi faciat, quòd fideiussit non tantum pro
pœna delicti, sed pro pœna processus, quia cum
pœna negantis vel contumaciæ, sit pœna pro-
cessus, fideiussor tenebitur. vt no. Bart. in l. j. ff.
de in lit. iur. & ibi per Doc. & per Ang. de Are.
in suo tracta. maleficiorum, in glo. in versic. de
quibus Ant. fideiussit. & de hac materia vide ẽt
Bar. in l. quæro. in prin. ff. loc. & plenius in l. ij.
1 de pub. iud. † & an fideiussor in dubio videatur
intercedere etiam pro vsuris, vide tex. cũ glo.
& Doct. & Bart. in d. l. quæro. in princip. & per
glo. Cyn. & Doctor. in l. fideiussor. C. de fideius.
& c. constitutus. in ver. accessione. extrà de fide
iuss. & ibi per Doct.

Cautela pro fratribus, quando unus eorum emit rem ex communi pecunia, quod hoc dicatur in instrumento. CXXVIII.

1 *Pecunia soluta semper soluentis fuisse præsumitur.*

SI vnus ex fratribus emit fundum pro se,
& fratre suo, & in instrumento continetur,
quòd precium numerauerit emens, vel dictus
venditor confessus fuit habuisse & recepisse à
dicto emptore, nec dicitur de eius propria pe-
1 cunia, vel etiam de communi: in dubio † intel-
ligitur de pecunia soluentis propria, ita quòd
ab alio fratre potest repetere partem fundi, si
vult, est casus no. in l. ij. C. pro socio. & ibi hæc
no. Barto. & Bal. & ibi not. Bart. in l. si patruus.
C. communia vtriusque iudicij. & in l. Titium
& Meuium. in § altero. in prin. ij. col. ff. de ad-
minist. tuto. & ideo sitis cauti qui habetis fra-
tres vel patruos in communione bonorum, &
ponatur in instrumento, quando vnus tantum
soluit, quòd precium soluit de communi pecu-
nia: ita dicit Bald. in d. l. 2. & dicit hoc esse not.
perpetuo : quia valebit tibi mille aureos: & cir
ca hoc uide Bald. in l. cum duobus. §. si fratres.
circa principium. in glo. vnde de facto accidit,
quòd duo fratres. ff. pro socio.

Cautela quomodo hæres teneatur soluere legatum etiam si in

testamento

a Pactũ. Pactũ inter emptorẽ & venditorẽ, vt seruetur, & si contra fiat, non valeat q̃ sit caute. Bal. in l. fi. in j. q. Et pactũ ꝙ nisi emptor soluat præciũ ĩ termino, res sit vẽditoris, non hẽt locũ, si post terminũ venditor petit precium, quia videtur renunciare pacto. Bar. & Bal. in l. cõmissoriæ. C. de pact. empt. & vend.

b Pœn. quar. Fideiussor nõ tenetur ad quartũ plus, qđ creuit propter negationẽ vel per iuramẽtũ in litẽ ꝑstitũ post sñiam Bart. post. gl. in l. 3. ff. qui satisd. cog. facit l. si ab vno. vt in poss. leg. & per Ale. in l. j. ff. de in li. iuran.

teſtamanto non interueuerint vii. uel in codicil v teſtes. CXXIX.

1 *Teſtamentum vel codicillos ad probandum an duo vel ſeptem teſtes requirantur.*
2 *Contractus etiam teſtamento fieri poſſunt.*

LEGATA communiter relinquũtur in te
ſtamento, in quo requiruntur ſeptẽ teſtes,
vt l. hac conſultiſſima. C. de teſt. vel in codicil-
lis in quibus quinq; teſtes debent interuenire.
1 l. fi. C. de codic. † & eſt magnum dubium, nun-
quid duo teſtes ſufficiant ad probandum teſta-
mentum vel codicillos, an vero requirantur ſe
ptem vel quinq;, ut habetur per gl. ord. & in l.
ij. C. de bon. poſſ. ſe. tab. & ibi per oẽs Doc. ſed
tu potes adhibere hãc cautelã, ꝙ duo tm̃ teſtes
ſufficiant ad probandũ, videlicet ꝙ qñ teſtator
facit teſtm̃, faciat ſibi promitti ab hærede de
præſtando legatum legatario. nam tunc tale le
gatum tranſit in vim contractus, ſecundũ Bar.
no. in l. nemo. in prin. ff. de leg. j. qui allegat ad
hoc l. fi. C. de fideiuſſ. & l. quidam. ff. de hære. in
ſti. & in l. ſpadonem. §. j. ff. de excuſ. tu. Non eſt
2 mirum: † quia ẽt cõtractus põt fieri in teſtõ:
vt eſt gl. no. in l hæredes palam. § fi. ff. de teſta
men. & eſt alia ſimilis in l. hæc. cõſequenter. §.
ſed cum emolumentũ. ff. fami. herciſcũ. & effe-
ctus huius cõtractus erit, quia per duos tm̃ te
ſtes probari poterit ſicut probantur cęteri cõ-
tractus, vt l. vbi numerus. ff. de teſt. cum ſim. vt
tollatur omnis dubitatio, facias ꝙ in inſtrumẽ
to hæres promittat, teſtatori, & notario præſen
ti tanquam publicæ perſonæ ſtipulenti & reci-
pienti nomine & vice ipſius legatarij, ſi eſt ab-
ſens, vel ſi eſt præſens, promittat etiam ipſi le-
gatario. & hoc dico vt tollatur dubiũ an teſta-
tor poſſit legatario ſtipulari, vt habetur in l. ſti
pulatio iſta. § alteri. ff. de verb. obliga. Et circa
hoc vide quod no. Bar. in l. ſi quis. in princ. te-
ſtamen. ff. de lega iij & vide etiam Bald. in l. eã
quam. in 3. col. & in l. ſi ex teſta. C. de fideicõ.

Cautela pro ſecundo inueſtito de feudo quod ſit potior primo ſi ſecundus habet poſſeſſionem. CXXX.

1 *Vaſallus ſi duobus vendidiſſet, & ſecundo prius tradidiſſet poſſeſſionem, an tunc ſecundus præferetur.*

SI dominus inueſtiuit aliquem de feudo, co
gitur tradere poſſeſſionem vel quaſi illius
feudi, nec liberatur præſtando intereſſe. caſus
eſt in cap. ſi facta. ſi de feu. fue. controuer. ſed
remedium & cautela eſt. ꝙ dominus non com
pellatur præciſe ad tradendum poſſeſſionẽ vel
quaſi, videlicet quòd inueſtiat alium, & ei ſecũ
do inueſtiro tradat poſſeſſionẽ, quia prior erit
excluſus, & ſecundus erit potior, per l. quoties.
C. de vendi. ſecundum Bald & ita tenet Iac. de
Alua. in d. c. ſi facta. & idem remedium procede
ret, quando dominus alienaſſer feudũ vni, & po
ſtea alteri, & ſecundo tradidiſſet poſſeſſionem
prius per d. l. quoties. ſecundum Bald. in d. c. ſi
1 facta. † Sed quid ſi vaſallus vendidiſſet duo-
bus, & ſecundo prius tradidiſſet poſſeſſionem
an tunc ſecundus præfertur? Dicas quòd aut
primo vendidit cum conſenſu domini, & tunc
primus præfertur etiã ſi dñs ſecundæ venditio-
ni conſentiat, quia tunc nullum ius habeat cõ-
ſentiendi. arg. l. quotieſcunq; §. qui Gaium. ff.
de leg. j. & ita tenet Bulg in d. c. ſi facta. per qđ
limitatur d. l. quoties. aut primo domino non
conſenſit, ſed ſecundo ſic, & tunc ſecundus præ
fertur indiſtincte, quia prima alienatio facta ſi-
ne conſenſu domini nullum ius tribuit. vt in c.
j. de prohibi. feu. alie. per Lotha. & in cap. j. de
prohi. feu. alie. per Fede. cum ſimili.

Cautela qua ſit ſecurus emens fundum dotalem. CXXXI.

1 *Obligatio quando inter partes non contrahit, nec etiam fideiuſſoria ſubſiſtit.*
2 *Contractus quando contra legem fit, ſicut contractus, non valet qui principalis eſt, ita etiam non valet promiſſio de euictione vel pœna, quę eius acceſſorium exiſtit.*

QVI vult emere fundum dotalem qui pro
hibitus ẽ alienari, vt in to. ti. C. de fun. do.
& inſti quib. mo alie. licet vel nõ. in prin. cũ ſi.
Sed quę erit cautela, vt emptor ſit ſecurus, vel
quòd ſaltem preciũ nõ admittat? Aliqui dicũt
quod ſiue vxor uendat, ſiue maritus, debet ad-
hiberi fideiuſſor qui erit obligatus, ex quo iſta
prohibitio alienatiõis rei dotalis eſt fauor mu
lieris, non viri. ergo obligabitur fideiuſſor: ut
l. ſi is. C. de prædi. mino. & hoc tenet Cy. in l. ſi
1 prædium. C. de iure dotiũ. † Sed aduerte, quia
quando inter partes nõ contrahitur obligatio,
non ſubſiſtit etiam fideiuſſoria, vt l. cum lex. ff.
de fideiuſſ. vt no d. l. ſi prædium. & ideo alij di
cunt, qđ cautela eſt, vt uxor non vendat, quia
non tenet datio fideiuſſoris ꝑ prædicta, ſed uẽ-
dat marito: quia tũc eius fideiuſſor indiſtincte
tenebitur: quia quo ad eum non eſt prohibita
alienatio, cum text. non prohibeat fauore mu-
lieris, vt eſt text. inſtitu. quibus mod. alien l.
cet vel non. in fi. principij: & ita intelligi de-
bet quod no. Bart. in d. l. cum lex. ſecundũ Bal.
in d. l. ſi prædium. qui dicit, quod iſta ẽ veritas:
alij ponunt tertiam cautelam, videlicet quod
nõ interueniat fideiuſſor, ſed alius tertius, qui
ſe obliget principaliter & inſolidum, cuius ob-
ligatio non erit valida, ex quo illa obligatio
non erit acceſſoria, & iſtam etiam tenet Bald.
in dicta l. ſi prædium. dicens, quod ſecundum

eum cessat omnis scrupulus. Et si dicatur,nō
ne maritus vendens tenetur de euictione & pœ
na dupli,si in instrumento venditionis apposi-
ta sit,vt in toto titu. ff.de euict & maxime,in l.
2 j.& i. respondetur,quòd non tenetur, † quia
qñ contractus fit contra legem, sicut cōtractus
non valet qui est principalis, ita non valet pro
missio de euic.vel pęna,quæ est ius accessoriū:
vt est glo.singularis in l.si patiens.§. si patro-
num.in versi. Fauiana.ante fi.ff.si quid in frau.
pa & eodem modo non valeret constitutum si
ue precarium, si esset appositū in instrumento
venditionis,vt dicit Bald. in c.j.ante fi. in ti.de
feud.da.in vicem in leg.con. in vsib.feu. & in-
tellige prædicta, quando contractus est contra
legem,vt dixi,secus si esset præter legem. quia
tunc non valeret promissio,sed cōtractus prin-
cipalis,valeret tamen pœna apposita, vt l.stipu
latio ista.§.alteri.ff.de verb.obligat. & ita no.
Bald.in l.si quis in conscribendo. in principio.
C.de pact.quod bene no.

Cautela pro usucapiente rem mobilem. CXXXII.

1 *Res mobilis regulariter triennio vsucapitur.*
2 *Minimis curandum non est, quoniam in ipsis magnum periculum esse non potest.*

1 RES † mobilis regulariter vsucapitur tri-
ennio,vt l.vnica.C.de vsuca.transfor.& in
stit.de vsuca.in prin. quod est verum qñ inter-
uenit titulus & bona fides & possessio cōtinua
vt ibi.sed si deficeret aliquod,puta titulus non
præscriberetur minori tempore quàm præscri-
buntur res immobiles,vt l.in seruum. cum ibi
no.C.fam.her.& ibi hoc no.Ang.& no.qui di-
cit,quod xxx.an.requiruntur.& no.etiam in l.
nullo.C de rei vendi. & in l.in seruorum. ꝙ tu
scholaris sis cautus,si emis librum pulchrū, vt
fieri facias publicum instrumentū emptionis,
ne deficias in probatione tituli comperto libro
apud alium sine vitio: quia alias succumberes
agendo rei vend.vel Publiciana,iuxta no.in §.
sed iste.per glo.& Doct.instit.de act.& in c.ab-
bate sane.de re iud.li.vj ēt ille,apud quē est li-
ber,nil doceret de iure suo,vt est casus no.in l.
fi.C.de rei vendi.& idem dicas in alijs precio-
sis emptis.& loquor de preciosis,non quia idē
non sit in alijs rebus mobilibus etiā minimis:
2 † sed quia de minimis non est curandū, ex quo
in eis nō potest esse magnum periculū seu dam
nū.vt l.Seio.ff.de in integ. rest.sed qui habes li
brum alienum,non vtaris ista cautela, quia eēt
in perniciem animæ tuæ,&c.

Cautela quomodo petitio hæreditatis datur contra possidentem titulo uniuersali uel singulari. CXXXIII.

1 *Hæreditatis petitio regulariter non datur contra titulo possidentem,etiam vniuersali.*
2 *Hæreditatem qui vendidit,non videtur in quota vendere res singulares,sed hæreditatis ius.*
3 *Debitor tuus si in magna quantitate fuerit, & iudex non possit cognoscere nisi usque ad xxv.anno.omnia singulariter petere potero.*

1 LICET † petitio hæreditatis non detur
contra titu.possidentem etiam tit. vniuer-
sali regulariter, vt dicta l.hæreditatem C.qui.
cau.cess.lon.tempo.præscrip.& in l.ij.C.de pe-
tit.hæredita. quæ regula fallit in pluribus casi-
bus, de quibus per glo. & Docto.in d.l.ij.& in
d.l.hæreditatis.& per Bald.in l.fi.C.de edic. di
ui Adr.tol.tamen vltra prædicta est dare alium
casum no.& singularem,videlicet pone, ꝙ ille
qui possidebat hæreditatem, vendidit partem
suam, & sic quotam bonæfidei emptori, & sic
transtulit dominiū per illum titulum. tūc ego,
qui prætendo me hæredem,potero agere peti-
tione hæreditatis cōtra istū emptorem, dūmo-
do agam ad singulas res,non ad quotam,quod
possum,vt l.licet minimam.ff.de pe.hære. quia
iste qui vendidit hæreditatem, non videtur trā
stulisse dominium in qualibet re de per se, sed
solum ius hæreditarium videtur esse translatū,
ut not.in l.ij.C.de hære.uel ac. uen.facit l.eum
qui ædem in princip.ff.de usufruct. & in l.ij.&
quod ibi not.C.de euic. & ibi hoc expresse no.
2 Bartol.in princip.qui dicit, † ꝙ ille qui uendi-
dit hæreditatem,& idem in quota,non uidetur
uendere singulas res, sed ius hæreditatis.ff.de
re iudic.l.hæreditas.& idem tenet ibi Salyc. in
prin.facit etiam quod no.Bar.in l.j.ff.de legat.
j.in illa quæstione,an trāseat dominium rei sin
gularis,quādo legatum est singulare, & ꝙ pos-
sit agi ad singulas res petitione hæreditatis, ui
detur esse casus secundum aliquos in dic.l.ij.in
fi.C.de peti.hære.ibi,singularium rerum inter
uenit,&c.scilicet peti.hære.ut conueniat præ-
dictos ex titu.Ex quo no.cautelā, quando quis
possidet ti.uniuersali res hæreditarias, licet nō
possit agere contra eum petitione hæreditatis
ad totam uel quotam, tamen agas: quia agere
potes,& singulas res petitione hæreditatis, qđ
est ualde singulare: quia iste agens non tene-
tur agere rei uendicatione, & sic non grauа-
bitur in onere probandi dominium, quod es-
set sibi difficile, ut l.cum res. & ibi not.C.de
probatio. Et sufficit sibi agendo petitione hæ-
reditatis probare,quòd illæ res fuerunt de hæ-
reditate tempore mortis testatoris uel defun-
cti.ut l.& tantum. de pætitio hæreditat. quod
erit sibi ualde facile & utile pro ista opin. ad-
duco istam rationem, quia si est uerum ꝙ non
censetur ille habere titulum in rebus particu
laribus qui emit totam uel quotam hæredita-
tis, ergo agens petitione hæreditatis dicitur
habere meliora & potiora iura. & sic agere
poterit, per not. in dicta l.secunda text in ea.
l.secunda nihil videtur probare: quia cum di-
citur in litera, iure quęritur, debet intelli-
gi

gi ſecundum gl.ibi,rei vendicatione,non peti-
tione hæred.nam in fi illius legis tex.loquitur
de titulo ſingulari:ergo nõ poteſt loqui de pe-
titione hęreditatis, quia illa non datur contra
titulo poſſidentem res titulo ſingulari. ſed per
rationem quam ſtatim dixi, credo dici poſſe il
lam eẽ veram,ſed aduerte:quia iſta cautela vi-
detur poſſe deſtrui ex alio capite, nam videtur
ꝙ poſſit dicere reus conuentus, Volo quòd tu
agas cõtra me ad ſingulares pluribus iudicijs,
quia intereſt mea, ne diſtrahat per plura iudi-
cia,vt l.ne plures.ff.de exercito.& no.per Bar.
& Docto. in l.quidam æſtimauerunt.ff.ſi certũ
peta.& per Bar.& Doct.in l.in commodato.§.
duobus.ff.commo. & in l. ſcire debemus.ff.de
verb.obli.Sed tu dic, ꝙ prædicta cauſa proce-
dit indiſtincte,quando opponeretur à parte,vt
totum peteret. Item poteſt dici, quòd etiam
non poſſet opponi à parte conuenta:quia dicta
oppoſitio vt totum peteret,habet locum, quã-
do actor totum petere poteſt, ſed ibi non poſ-
ſet totum petere,vt in caſu noſtro dicimus, ꝙ
ſibi non poſſet opponi talis exceptio:& hoc in
1 ſimili videtur Bar.in d.§.duobus. † vbi dicit,
ꝙ ſi ſum debitor tuus in magna quãtitate, & iu
dex non poſſet cognoſcere niſi ad xxv. ad hoc
vt iudicium valeat, & idem tenet Matthæus de
Matheſilanis in no.cxvj.quod incipit,not. ꝙ ſi
ex centum, &c. poſſet ẽt hęres petere omnes
res ſingulariter, & in vno & eodem iudicio. &
ſic ceſſabit dicta oppoſitio. quod ibi bene not.

cautela ad obuiãdum fraudibus emptoris nolentis ſoluere uenditori. CXXXIIII.

1 *Iudex etiam præſumptionem aliquam arbitrari poterit.*

MVLTI emptores ſolent vti fraudibus,
quando nolunt ſoluere precium venditò
ri quia ſupponunt vnum tertium, qui moueat
litem ipſi emptori de re empta, & hoc faciunt
ad finem,vt non teneantur ſoluere precium,vt
l.ſi poſt perfectum.C.de euic. Sed eſt cautela
contra eos, vt referatur iuramentum ipſis em-
ptoribus, quòd non ſubmiſerunt illum tertiũ
ad litigandum.argu.gl. in l.atqui natura.§.cũ
me abſente.ff.de nego.geſt.ita tenet Ioann. de
Pla.inſtit.de accu.tuto.ſecundum Ang.in l.pe.
§.ſtipulatio.de verb.obli. Iſta tñ cautela nõ eſt
multum bona: quia facile iuraret ad ſui fauo-
rem. melior tamẽ eſt ꝙ allegetur iudici aliqua
1 præſumptio contra emptorem: † quia iudex eã
poterit arbitrari.argu.l.ſi fideiuſſo. ver.in ani-
mo ſederit.qui ſatiſda.cog. & ita tenet Ang.in
d.§.ſtipulatio.

Cautela contra èmphyteotam qui non ſoluit canonem, quod poſſit purgare moram. CXXXV.

1 *Emphyteota non ſoluens canonem intra biennium à iure ſuo cadit.*

1 TV ſcis † quòd emphyteota non ſoluens ca
nonem intra biennium,cadit à iure ſuo, vt
l.2.C.de iure emphyteo.poteſt tamen purgare
moram,vt c.potuit.de loc.ſed eſt cautela vt nõ
admittatur ad purgandum moram, quòd domi
nus ſtatim elapſo biennio proteſtetur etiã ab-
ſente emphyteota, quòd non intendit ipſum
habere amplius pro liuellario:quia tunc nõ po
teſt purgare moram niſi celeri ſatisfactione.
aliàs enim non facta proteſtatione,credo quòd
poſſit purgare moram.& ſic ĩtelligo c. potuit.

Cautela pro debitore qui nõ poteſt probare ſolutionem, quia ſoluit in ſecreto. CXXXVI.

1 *Iuramẽtum factum,ſi mihi mutuaſti, tibi reſtitui, quid operetur.*

SI debitor ſoluet in ſecreto,& cum iterum
conuenietur,non poteſt de ſolutione proba
re,quomodo ergo ſubuenitur ſibi, quando cre
ditor refert ei iuramentum,vt iuret an ſit debi
tor ſuus vel non,dicit Ioan.de Imo.no.in c.cu
pientes.in glo.in verbo,malignantium. de ele-
cti.in vj. ꝙ ſit cautus debitor in tali caſu, quòd
iuret hoc modo, ꝙ nihil debeo tibi, per quod
ſim obligatus tibi, quia tunc ſaluat conſcien-
tiam ſuam.pro quo etiam vide Archid.4. qõ.j.
nullus quod eſſet ſingu.no. ſecundum Domi.
in d.c.cupientes. Caueat etiam debitor ne iu-
ret,quia ſi non crederetur ex quo videretur fa
teri debitum, teneretur.argu.l.iij.§.j de iura.
1 cal.Poſſet etiam debitor ſic iurare, † ꝙ ſi mi-
hi mutuaſti,tibi reſtitui,ſecundũ Ioan.de Imo.
vbi ſuprâ,quod ſingulariter no. quia eſt quoti-
dianum. & ad hoc vide gloſſ & Doctor.in l.ſi
quidem.C.de excep.& Bal.in l. quinquaginta.
ff.de probat.

Cautela quod quis poſſit conuenire fideiuſſorem uel poſſeſſorem pignoris etiam principali debitore non excuſſo. CXXXVII.

1 *Excuſsio principalis ſingulariter fieri debet.*

EGO do tibi vnam ſingularem cautelam,
vt poſſis conuenire fideiuſſorem,vel pigno
ris poſſeſſorem, etiam principali debitore non
1 excuſſo, † debet enim regulariter fieri ex-
cuſſio,

vt aut.hoc si debitor.C.de pig. nisi esset notorium quòd principalis non esset soluendo: ut l. fi.ff si cer.pet.& l.decem.de verbo.obl.vel nisi esset potens,vel in loco inexpugnabili, secundum Bar.in d.l. fi. Quando autem non esset notorium, utaris hac cautela, uidelicet quando agis contra fideiussorem,vel possessorem, & ille excipiat de non facta excussione principali, tu non replices, quòd sua non interest fieri excussionem: quia principalis non est soluendo. nam tenet iudicium cum ille excipiens nõ auditur.gloss.est singularis in l. nisi hoc actũ.ibi, alii dicunt &c. ff.de pac. secundum Angel.qui ponit hanc doctrinam in l. si quis pro hac.ff.si quis omis.caus.test.

Cautela pro muliere consentiente alienationi dotis cum iuramento. CXXXVIII.

1 *Iuramentum matris non afficit hæredem.*

QVANDO vxor consentit alienationi rerum dotalium fiendæ per maritum suum, & iurat non contrauenire,cautela est, compa-
1 reat filius,& contrauenіat tali contractui, † quia illud iuramentum matris non afficit hæredem: ita dicit Bar.& Ang.in l qui super. ff.de acqui. hære.sed tu adde nota.in l.generaliter. in prin. C.de re.cre.& Bald.in auten.sacramenta puberum C.si aduer.uen.

Cautela quod ambasiator non petat restitutionem in integrum. CXXXIX.

1 *Res publica nulla uocatur,nisi Romanorum.*

AMbasciator qui petat restitutionem in
1 integrum:quia absuit causa rei pu. † quia nulla respub.uocatur,nisi Romanorum,sed petat ex edicto generali, si qua mihi iusta causa uidebitur.ita not. Ange.in l. cum quidam.in fi. prin.ff.de acquir.poss.

Cautela ad petendum fideicommissum. CXL.

1 *Fideicommissum per procuratorem peti potest, non tamen per procuratorem in rem suam.*

1 COMMVNIS † opinio est gl.& Doct. quòd licet fideicommissum possit peti per procuratorẽ,ut habetur in l.qui ita. ff.ad Trebel.per glo.& Bar.in l restituta.in princ.eo.tit, & in l.mulieres ex asse. ff. de iure do. & in l.si stipulatus ita fuerit.ff.de verbo. obl tamen per procuratorem in rem suam peti non potest: vt not.in d.l.qui ita.arg l.per diuersas. C.man.tamen cautela est, quòd emens ius fideicommissi ex quo non põt illud petere ab hęrede,id est,quia hæredẽ conuenire non põt ab hæreditate quã tenet alteri,a quo ipse emit, restituere per fideicõmissum: pro prædicta conueniat illũ hæredẽ pro suo interesse.s. quia restituat fideicõmissario,& postea in ipsum transibunt omnia vendi toris.i.fideicõmissarii,cui sit facta restitutio.ita singulariter dixit Bal.in l.pen. C.ad Treb.

Cautela ad contrahendum cum tutore. CXLI.

1 *Tutor tutorio nomine & etiam suo se obligare potest.*

CYNVS in l.post mortem § tutor.ff.quãdo ex fa.tu.dat cautelam,quòd volens cõ-
1 trahere cum tutore, † faciat illum obligari tutorio nomine & suo, quod bene no.

Cautela pro emente ab executoribus testamenti. CXLII.

1 *Hæres ratificare cogitur rem a testamenti executore venditam.*

TV qui emis ab executoribus testamenti rẽ hæreditariam,sis cautus quòd petas ab hæ
1 rede uenditionem tibi factam ratificare:† quia hæres ad hoc cogatur,secundum Bal.no.in auten.si captiui.in ulti.col. C.de epis.& cler.

Cautela quomodo tutor debet facere finita tutela. CXLIII.

1 *Arbitrij potestas circa cautelas quanta sit.*

NOTA pulchram cautelã Do. in l.ut uix. ff.de iudic.uidelicet quòd finita tutela petat eligi arbitros, qui iudicent & cognoscant, an ipse remanet debitor pupilli,uel non † quia
1 si arbitri declarant eum nihil debere pupillo, non potest amplius conueniri ad aliquid.

Cautela pro illo qui matrimonium per metum contraxit. CXLIIII.

1 *Testi uni deponenti de metu magis creditur, quàm pluribus testibus deponentibus alio modo.*

TEMPORE meo duo scholares Paduæ ambo de Foroliuio fuerunt conati desponsare suas amasias cum eis reperti in domo a cõsanguineis minantibus eis &c. pro quibus est casus in c.cum olim. de spons. Sed pro eis erit

optima cautela, quòd inueniant etiamvnum te
1 ſtem, qui deponeret de metu, † quia licet alii
plures teſtes deponant de voluntate, magis cre
ditur illi ſoli: ita not. dicit Bal. in l. obſeruare. §.
proficiſci. in xiij. q. ff. de offi. proconſu. & legat.
domi. Ludouic. Pont. in rub. de arbi. in vj. colũ.
poſt Inno. in c. cum ſuper. de re iudica. Nec re-
fert an metus præceſſerit ante tempus contra-
ctus matrimonii, per nota. in l j. §. quæ honorã-
dæ. ff. qua re. accu non datur. & per Bart. in l. fi.
ff. ſi quis ali. teſt. prohi. & Bal. in l. j. C. eodem.

Cautela pro ecclesia litigante. CXLV.

1 *Eccleſia curatorem habere poteſt.*

SVNT cautelæ pro eccleſia litigante, ſi for-
te prælatus ſuus a iudicio repellatur. prima
eſt, quòd ipſa eccleſia compareat, quia admitti
1 debet. ſecunda cautela eſt, † quia detur cura-
tor capitulo, uel ipſi eccleſiæ, per not. in c. ſi v.
q. iij. & c. edoceri. de reſcri. & ita dicit Io. And.
in c. j. in ij. col. de reſti in integ. in vi. in nouel.

Cautela quomodo examinabitur teſtis infirmus. CXLVI.

1 *Infirmus mortis cogitatione ſemper immemor eſſe præſumitur.*

1 SCIS † enim quòd infirmus propter mor-
tis cognitionem turbatur, & præſumitur im
memor, ut l. hac conſultisſima. uerſic. hac cum
humana fragilitas. in prin C. qui teſt. face. poſ.
ideo dicit ibi Bald. quòd tunc teſtis non debet
examinari: unde eſt cautela, quòd examinetur
in princ. quando incipit infirmari. & ita proce-
dat quod habetur in aut. ſi dicatur. C. de teſti.

Cautela quomodo res data inſolutum efficiatur ſalua creditori. CXLVII.

1 *Filiusfam. de iure communi niſi de caſtrenſi, vel quaſi teſtari non poteſt.*

EST magna quæſt. ſi res data inſolutũ euin-
catur, quomodo fit inſolutum creditori, an
primæua actione, an vero de euictione. de quo
habetur in l. libra. C. de ſent. & Ang. ibi, Specu.
d. pet. dat aliam cautel. poſt gloſſ. quòd ſemper
in datione inſolutum, apponatur pactum, quòd
non recedatur, nec recedi intelligatur a priori
contractu, ſi contingat rem inſolutum datam
euinci. nam tunc ſuccurratur ſibi ueteri actio-
ne: quod bene no. in practica. Alia cautela, iure
communi filiusfa. non poteſt teſtari niſi de ca-
ſtrenſi, uel quaſi: ut l. ſi. C. qui teſta fa. poſſ. vel
non. non autem de aduentitiis, in quibus pater
habet vſumfructum. l. pe. eod. tit. & l cum ſolũ.
§. filiis. C. de bon. quæ lib. Sed cautela eſt, quòd
pater ipſum emancipet quo ad illum actum te-
ſtandi tantum, quod notat ſingulariter Bart. in
l. j. §. etiam filii. ff. ad Treb. licet Bald. contrà &
male, ſecundum Doctores. in l. ſenium. §. fin. ff.
qui teſtam. ſa poſ.

Cautela contra pendentem inſtrumentum, ut eius amiſsionem non probet per iuramentum. CLXVIII.

1 *Inſtrumenti amiſsio regulariter per iuramentum probatur.*

1 REGVLA † eſt, quòd amisſio inſtrumẽ
ti probatur per iuramentum: ut l. fin. C. de
fide inſtr. & d. Lud. Pont in l. quoties. in v. col.
ff. qui ſatiſda. co. & Pet. de Peru. in tracta. de ſo-
cietate. in viij. parte, in q. xiiij. quod eſt verum,
niſi aduerſarius offerret ſe velle probare de e-
ius falſitate. quia tunc non ſufficeret probatio
per iuramentum ſecundum Io. de Prat. qui cõ-
ſultus de facto ita reſpondit: unde cautela eſt,
quòd cum quis petit ſibi inſtrumentum edi, di
cat ſe velle probare de falſitate, quam tunc ad-
uerſarius allegans de eius perditione nõ audie
tur volens probare per iuramentum. Tu ha-
bes molendinum in flumine publico, ſis cautus
quando illud corruit, & non potes niſi poſt cer
tum tẽpus illud reficere. unde pone in loco cer
ta ſigna, puta palos uel moles in ſignum uete-
ris molẽdini: & poteris qñcunq; illud reficere:
vt per Bar. in l. quominus. ff. de. flu. & p Ang. in
l. ſi ff. de uſuc. & p Bal. in rub. ff. de re. diui.

Cuatela pro muliere, quæ uult emere aliquid. CXLIX.

1 *Pecunia in dubio præſumitur, vt probatur.*

1 NOTA auream cautelam pro muliere, quæ
vult emere etiã cum pecunia mariti, † qđ
in dubio præſumitur, ut probatur in l. Quin-
tus. ff. de dona. inter vir. & vxo. gratia euitandæ
præſumptionis de turpi quæſtu, fit l. cauta, ꝙ
faciat, quòd unus amicus uel conſanguineus
ſibi det, vel conſignet illam pecuniam in præ-
ſentia aliquorum, quam ei clàm ipſa det, & de-
inde emat. nam tunc ceſſat præſumptio in caſu
dubii ita dicit Bar. in l. cum oportet. in prin. in
pen. col. C. de bo. quæ lib.

Cautela quod per unum teſtem probetur metus, concordat ſu

pra

pra in rubrica de illo qui matrimonium &c. CL.

1 *Metus probatio per unum testem instrumento praevalet.*

1 SVFFICIT † quòd vnus testis deponat de metu contrahentis, licet in instrumento dicatur, quod sponte, secundum Bald. & Lud. de Ro. allegationes tu vide supra, in cxij. cautela.

Cautela pro illo qui habet domum obligatam: quia licet postea propter delictum uenisset diruenda, non diruetur. CLI.

1 *Statutum si dictauerit, quòd domus propter delictum diruenda ueniet, non comprahenditur illa, quæ alteri pignorata sit.*

NOTA cautelam pro creditore, cui iure pignoris seu hypothecæ obligata est domus alicuius, qui commisit delictum, propter quod domus prædicta ex statuto ciuitatis ueni
1 ret diruenda † quia statutum non intelligitur de ea quæ sit alteri pignorata. ita dicunt Barto. Bal. & Ange. in l. j. ff. ad Sylleia. & quod intellige verum, nisi de fraude constet. per not. in l. post contractum. ff. de donati. vt puta cum iam intentionis esset delinquendi, cum rem pignori dedisset.

Cautela quod melius sit producere unum, quam plures testes. CLII.

1 *Iuramentum in supplementum probationis deferri potest.*

SIS cautus tu quando producis testes pro te, vt prius eos examines: quia forte si sunt
1 singulares, non producas nisi vnum: † quia sic poterit postea tibi iuramentum deferri in supplementum probationis, quod non posses facere si plures produceres qui essent singulares. ita pulchre dicit Bal. in l. j. C. q. accus. non pos.

Cautela quod testis non posit examinari ad futuram rei memoriam. CLIII.

1 *Testes ad perpetuam rei memoriam quando examinari debeant.*

VT posses impedire ne testes contra te examinentur ad perpetuam rei memoriã, cautela est, quòd offeras incontinenti subire iudicium & velle litigare. ita singulariter no. Ang. in aut. de testi. §. & hoc. colũ. vij. Et ideo quod dicitur in aut. si dicatur. C. de test. & in c. quoniam frequenter. ut lite non conte. debet intel
1 ligi † quando testes uolunt recedere antequã lis possit contestari, vel dubitaretur de morte eorum, vel si esset tempus feriatum quo agi non possit.

Cautela contra iudicem non admittentem exceptionem, quo modo posit ab eo appellari. CLIIII.

1 *Iudex super exceptionibus uel alia re dubitare potest, & petere dilationem, ut consilium habere possit.*

ISTE qui vult appellare, sit cautus ꝙ si iudex non vult admittere excep. sed non obstãte ad vlteriora procedat, tunc appellet. secus ãt si iudex tacite vel expresse non reiicit exceptionẽ allegatã, sed tantũ eam non admittit. non. n. tunc pôt appellari. & probatur in c. dilecto. de appel. & ibi per Doc. & c. interposita. eo. ti. Ad idẽ est etiã alia cautela, ꝙ apponens exceptionem offerat se eam probaturum incontinenti: quia si iudex non audiat ipsum appellatione interposita, iustificatur solũ probãdo ꝙ se obtulerit incõtinenti probaturũ. tex. est in c. interposita. in prin. & ibi per gl. in fi. & Doc. de appel. Est ẽt tertia, ꝙ qñ iudex exceptionẽ non reiicit tacite vel expresse, nec eã admittit, sed sim-
1 pliciter dicit, † ꝙ dubitat, & quod vult super hoc habere consilium, ut sæpe fit, & sic tenet in verbis illũ obiicientẽ. sit cautus ille qui exceptionẽ opposuit, ut requirat iudicẽ certo interuallo tẽporis: quia tunc si iudex aliter non declarat, pôt appellari, & non ante. ar. c. ij. de sup. negli. præla. fm But no. in c. dilecto. de appe. & Abb. Sicu. in c. intimasti. eod. ti. De aliis autem cautelis circa hoc uide in Spec. in tit. de appel. §. qualiter. ver. in summa. in secunda parte.

Cautela ad euitandum hæresim seu suspicionem, & idem uide per eundem infra in principio nouarum cautelarum. CLV.

1 *Hereticus nõ est, qui credit ea quæ credit Ecclesia.*

BONVM & utile consilium est pro illis, q aliquãdo inculpantur de hæresi, ut protestẽtur, maxime in extremis, se fuisse & esse catholicos, & tenuisse & tenere fidẽ catholicã, quã tenẽt Doc. & pdicat sacrosancta Eccl. R. Ro. & cũ eadem fide & uixisse, & mori uelle. & probatur

quòd hæc proteſtatio ſit utilis & valida, extra
de ſum.tri.& ſid.cat.damnamu. prope ſi.& no.
in c.fir.niter.co.ti.nam & beatus Hiero.idē fe-
cit culpatus ab inimicis, vt eſt text.no. 24.q.j.
hæc eſt ſides.& ita dicit Alber.de Ro.C.de hæ-
1 re.circa fin.†Sed tu adde prædicta poteſtatione
a, quòd quicquid credunt, ideo credunt, quia
credunt eccleſiam ſic credere, & ſuam opi fi-
dei Eccleſię ſubiiciunt: quia ille non dicitur hę
reticus, nec peccat, dummodo errorem ſuum re
uocet. vt ſingu.no. Inn.in d.ca.firmiter. in fi.&
intellige errorem defendere, quando pertina-
citer defendit. vt dicit gl.no.24.q.4.dixit Apo
ſtolus.& vide gl.in d.c.hæc eſt fides.& iſta cau
tela eſt etiam vtilis pro aduocato uel procura
tore, qui velit defendere inculpatum de hęreſi.
vt dicit Alber. de Roſ.in 3.parte. q.32.& dicit
ſe ita obſeruaſſe in curia Romana, dū defende-
ret coram ſummo pontifice quoſdam Mediola
nenſes inculpatos de hæreſi.

a Proteſtati. Proteſtatio declarat animum proteſtantis. l. Neſennius. & ibi Bart.j.not. ff.de neg. geſt. l. qui aliena.§. ſi C.de ac.hær. Bald.in l.pacta nouiſſima.in j. co.ma.in fi. C. de pac. l. & ſi quis.§.fi.de re. & ibi Bar.dicit eā non extendi ultra uerba ſua quòd uerū eſt in his quæ dependent a propria uoluntate & poteſtate, & non in his quæ ſunt certo modo diſpoſita ꝑ legem ſecundū Bart.in d.l.Neſennius in primo nota.

Cautela pro illo qui eſt prohibitus aduocare uel procurationem exercere, quomodo poterit exercere. CLVI.

1 *Poſtulare, ſeu aduocare, uel procurare, eſt in iudicio aliquid dicere.*
2 *Statutum ſi puniat loquentem cum bannito, eum qui mittit nuntium vel epiſtolam, compræhendere non habet.*
3 *Stututum ſi prohibeat doctores eſſe aduocatos in cauſis, non prohibentur allegationes facere.*
4 *Aduocare eſt alienū deſiderium in iudicio pādere.*
5 *Doctores Peruſini, qui pacta cum ciuitate habent vt aduocati eſſe non poſſint, aliquid gratis a iudice impetrare non prohibentur.*
6 *Epiſcopus uel Cardinalis propter dignitatem licet non debeant conſulere, uel aduocati officium exercere, pro amicis tamen illud facere poſſunt.*

IN multis caſibus reperitur prohibitum per
leges vel ſtatuta aut pacta, quòd quis nō poſ
ſit poſtulare vel procurationem exercere: ſed
remediū eſt, ſi tu aduocatus vel procurator vis
adiuuare aliquem in prędictis caſibus, vt mit-
tas vnā ſchedulam iudici ſcriptam, in qua ſint
allegationes partis tuæ: quia per hoc nō venies
1 contra leges vel ſtatutum aut pactū:† nā poſtu
lare, ſeu aduocare, vel procurare, eſt in iudicio
aliquid dicere, vt l.j.§.j.ff.de poſtu.& ibi per
Doc.& l.Pau & hoc ibi no.Barto.ff de litig &
idem tenet Lu.de Ro.in l.j.in prin. ff.de verb.
obl.& ad idem facit quod no.Bar.in l.j.in prin.
2 ff.de legi.† vbi dicit, quòd ſi ſtatutum puniat lo
quentē cum bannito, non compræhendit eum
qui mittit nuntium vel epiſtolam: ſed cum ore
ad os idem tenet Alb.de Ro.in ſuo opere ſtatu
3 torum.in j.parte.q. 166.vbi tenet,† quòd ſi ſta
tutum prohibet Doct. eſſe aduocatos in cauſis
quòd per hoc non prohibentur facere allega-
tiones in ſcriptis, ex quo no. tu ſcholaris, ꝙ li-
cet ſit ſtatutum vniuerſitatis noſtræ Paduæ, ꝙ
Doct.noſtri legentes nō poſſint aduocare con-
tra ſcholares, tn̄ poſſunt in ſcriptis allegationes
facere. Itē eſt aliud remediū, vt det conſiliū, ſed
4 tn̄ in camera: quia hoc pōt,† cū aduocare, ſit pā
dere deſideriū alienū in iudicio, vt l.j.§.j.ff.de
poſtul & ibi hoc no.Bar.& Doc.in l.j.§.aduo-
catos.ff.de ua.& extra.cogni. vbi eſt optimus
tex.cum gl.de iſta materia. Item poteſt eſt ter
tium remedium: nam pōt cum iudice loqui, &
aliquid gratis impetrare a iudice, ut d.l.Paul.
in fi.ff.de litig.& hoc vult Bar.in d.l.j.§ aduo-
5 catos.† quòd Docto.Peruſini qui habent pacta
cum ciuitate, vt non poſſint eſſe aduocati, non
prohibentur a iudice aliquid gratis impetrare,
& ſic pręſupponit Bar.ꝙ in aliis duobus reme-
diis præcedentibus poſſit etiam cum pecunia,
puta facere allegationes, & in camera cōſulere
& hoc credo verū: licet Lud.de Ro.dixerit in l.
j.in prin.de verb.oblig. ꝙ hoc intelligit. quan
do gratis, per d.l.Pau.in fi.alias ſecus: quia in
dictis caſibus non dicitur proprie poſtulare, ex
quo non ꝓdit vel procedit in publicū, exponē
do cauſam vel deſideriū ſui clientuli, vt d.l.j.§.
j.ff.de poſt.nec ob.d.l.Pau.in fin. quia ibi non
loquitur de prohibito poſtulare, ſed de prohibi
to ſe interponere alienis negotiis propriis, ꝙ
6 plus legatus eſt ꝑꝑ dignitatē legationis† & pro
pterea dico, ꝙ licet epiſcopus vel cardinalis ꝑꝑ
dignitatē non debeat conſulere, vel exercere
officiū aduocati, tamen poſſint pro amicis gra-
tis cōſulere. per illū text.& per l.quiſquis.C.de
poſtu.ibi, nō ad turpe cōpendiū.& ibi, ſed lau-
dis per eum argumēta quærantur.& ad hoc au
diui ſępius allegare illū tex.ꝑ d.Flo.Bo.qđ no.

Cautela quod quis habeat forū a iudice, quid iuris ſit in cauſa antequam ſit iudex. CLVII.

1 *Doctor contra conſilium ſuum aliquid intentare non audeat.*

CAutela quòd iudex coram quo tua cauſa
agitari debeat, tibi faue at velit nolit, pri-
mo videas, quādo partes intendunt proceſſum
ad eum dirigere, quòd præoccupes tempus, &
facias tibi cōſuli in cauſa illa mutatis nomini-
bus contentis in proceſſu, ita ꝙ de facili pro te
conſulet: & qn̄ eritis ad manus eius, poteritis
1 cōſilium eius in mediū adducere, ita† quòd con
tra conſilium nihil audebit attentare: tamē cau
tus aduocatus recuſaret ipſum vt ſuſpectum.

Cautela ad differendum iudicium. CLVIII

1 *Sententiæ nullitas oppoſita quid operetur.*

Cautela

CAVTELA si vis differre iudicium, quãdo est sententia contra te lata una, vel plures, si non potes per uiam appellationis petere restitutionem in integrum contra sententiam
1 † vel nullitatem sententiæ opponas, & interim poteris ad concordiam uenire.

Cautella pro illo qui uult adire hæreditatem. CLIX.

1 *Testatoris filij repudiantes hæreditatem repudiationis instrumentum statim facere debent.*

ADVOCATVS creditorum sit cautus, vt probet si potest qualiter filius testatoris bibit de uino, vel comedit de frumento patris post mortem eius: uel aliquos fructus consumpsit in usu uitæ: quia tunc per istos actus filius non negans uidetur adiuisse, unde repudiare *a* non potest, & tenebitur creditoribus.
1 † & sic etiam ipse sit cautus, ut non teneatur quòd incontinenti faciat publicum instrumentum fieri de repudiatione. ita eleganter dicit Angel. in l. si quis dederit. §. prætor. de acquirend. hæredit.

Cautela ad hoc quod libellus ineptus non posit reuocari, & est supra repetita. CLX.

1 *Libellum ineptum in genere acceptare non sufficit.*

NOTA duas cautela, quòd libellus ineptus reuocari, vel mutari non possit. Prima est, quòd reus acceptet in specie libellum productum secundum Bartol. in l. cum precium. ff.
1 de lib. cau. † non autem sufficit acceptare in genere secundum Angel. de Aret. instit. de acti. §. j. in vj. quæstio. Alia est, quòd reus in secũdo libello dicat, nego narrata prout narrantur, & petita prout petuntur: dico fieri non debere, iuxta not per Bartol. in l. si dubitetur. §. j. ff. de fideiuss. saluo iure producendi in scriptis, & inde potest deducere suas exceptiones, vt faciunt boni practici.

Cautela pro illo qui negatur non possidere. CLXI.

1 *Iudex in possessionem tanquam vocantem aliquem immittere potest.*

1 QVANDO † aliquis negat te possidere, tu dic, quòd iudex te faciat immitti in possessionem tanquam uacantem. ita dicit Angel. se practicasse in l. fi. ff. de rei vendi.

Cautela pro illis qui non possunt agere actione de dolo, quod agant actione in factum, & est repetita. CLXII.

1 *Actio doli de facto infamat, non autem actio in factum.*

DICAS vnum singulare, quòd actio de dolo non potest intentari per uilem personã contra nobilem, nec contra patrem per filium, & ideo sint cauti uiles ut agant actione in factum & non actione de dolo: *b* quia eorum libellus, in quo faciunt mentionem de dolo, non valet. casus est singularis in l. non debet. ff. de
1 dolo. † quia talis actio doli infamat de facto. vt nota. in l. apud Celsum. in §. aduersus. & ita Raph. de do. exce. ita dicit Ang. de Are. insti. de excep. in prin. versi. quæro an contra parentes.

Cautela, quod confessio non posit reuocari, est repetita suprà. CLXIII.

1 *Confessio alicuius per notarium scripta reuocari nequit.*

CAVTELA quòd confessio reuocari non posit, facias quòd iudex ei assignet terminum breuem ad reuocandum confessionem, quam etiam si uelit, non audietur. ita dicit An-
1 gel. instit. de actio. §. si minus. † uel facias eam per notarium scribi parte præsente, sm Bald. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & posth.

Cautela pro creditore quod posit cedere nomen debitoris. CLXIIII.

1 *Creditore inuito non potest creditor sui debitoris nomen cedere.*

1 VOS scitis † quòd creditore inuito non potest creditor credere nomen debitoris sui. ut not. in l. inter debitorem. iuncta l. pacta successorum. ff. de pact. secundum Pau. de Cast. ibi. sed cautela est quòd debitor faciat, quod unus tertius offerat creditori se soluturum pro ipso. nam si creditor uellet ab ipso recipere, debitor remanet liberatus. casus est sm Ange. in l. inter pactum §. post diuisionem. ubi tradit hanc cautelam de pact.

Cautela quod si tutius quod relictum fiat in codicillis quam in testamẽto CLXV.

1 *Hæres in codicillis fieri non potest.*

MELIVS est quòd relictum certæ partis bonorum fiat in codicillis quàm in testa-

a Repudiare. Hęres repudiãs hæreditatem tenetur creditoribus tribus caussis, scilicet quãdo precio repudiauit, quo casu conuenitur quasi possidens pro hærede. Itẽ quãdo rem vnã hęreditariam retinet. Itẽ in subsidium quando legitimus bona dissipauit. Bald. in rubr. C. si qs omis. caus. test.

b Acti. de do. Actio de dolo quomodo cognoscatur ab actione in factũ per Barto. in l. si oleum. §. merito. ff. de dolo. Actio de dolo non datur contra patrem. l. si superstite. & ibi Bar. C. de dolo.

mento, nisi forte quis vellet instituere hæredē,
1 † quod fieri non potest in codicil. l. hæreditatem. C. de condict. ratio est, quia testamentum per aliud sequens rumpi posset. sed codicilli primo facti non rumpuntur per alios a, nec etiam per aliud testamentum, nisi expresse hoc dicat text. est institut. de codicill. § non ante. & Specul. in titu. de instrumen. edi. §. compendiose. versicu. si ad consultandum. & quòd hoc ratione prædicta sit tutius, tenet Specul. in tit. de instrum. edi §. uiso. de impugnatione. versic. & not. quòd tutius est.

a Per alios. Codicillus primus nō rumpitur per secundum, nec etiam per testamentū l. j. & ibi Barto. C. de cod. i Spe. de instr. edit. §. viso de impugnatione. uer. & no. ꝙ tutius. & in §. compendiose. vers si ad cōsultandū. insti. de cod. §. nō aut. uide l. ante. & ibi Bar. ff. eo. ti. Bald. in addi. Spec. de instru. edi. ver. codicillus. nisi sint cōtrarii. & l. ij. C. de condi.

Cautela quomodo post didicita testificata, testes possunt produci. CLXVI.

1 *Testes produci non possunt regulariter post didicita testificata.*

1 REGVLARITER † post didicita testificata timore subornationis testes produci non possunt. vt in auten. qui semel. C. de probatio. sed est cau. quòd publicatis attestationibus pars det notitiam iudici de aliis testibus, te absente: tunc & iudex ex officio eos examinabit, cum pro absente suppleri posset. & ita dicit singulariter Bald. in l. ampliorem. in principi. C. de appellatio. quod not. & refert & sequitur Petr. de Socino, in dicta autent. qui semel.

Cautela quod quis post terminum non audiatur. CLXVII.

1 *Terminus assignatus alicui ad agendum si elapsus fuerit, post terminum audiendus est, nisi iudex pronuntiauerit eum amplius audiendum nō esse.*

VT quis post terminum non audiatur. In-
1 nocē. in c. lator. extrà qui fi. sint leg. † dicit not. si elapsus sit terminus assignatus alicui ad agendum, tunc etiam post terminum ille audiendus est, nisi iudex pronuntiauerit eum de cætero amplius non esse audiendum. Et ideo cautela est, quòd iudex in interlocutoria per quam assignat terminum actori ad agendum, dicat hæc verba, & si intra dictum terminum non egent extunc prout exnunc, eum non esse de cætero audiendum. ita eleganter dicit Angel. in l. quandiu. in j. colum. ff. de acquirend. hæredit.

Cautela pro coniuncto qui ignorauit mortem coniuncti. CLXVIII.

1 *Hæreditatem adeundi tempus ignoranti etiam currere potest.*

NOTA auream cautelam, quando coniunctus tuus decessit te ignorante, & elapsum est tempus adeundi; scilicet xxx. annor. iuxta
1 l. licet. C. de iure deliber. † quia non debes petere hæreditatem illius, ex quo cucurrit licet tibi ignoranti terminus ad adeundum: sed petes bonorum possessionem in bonis illius, vt singulariter uoluit Bald. in rubri. C. qui admitti in v. quæstio. & in l. licet præalleg. in iiij. quæstio. & Paul. de Castro in l. quandiu. C. qui admitti.

Cautela pro filia exclusa a successione si sit præterita. CLXIX.

1 *Hæreditatem post aditam per scriptum hæredem per contratab. intentata non reducit ad causam intestati: sed ante aditam sic.*

1 SCIRE † debes quòd per contratab. intentata post aditam hæreditatem per scriptum hæredem non reducit ad causam intestati: sed ante aditam sic: ut not. in l. ut liberis. in j. gloss. C. de coll. Vnde filia præterita exclusa per statutum à successione ab intestato, extante masculo, sit cauta ut intentet contra tab. post aditam, & non ante aditam. ita dicit Paul. de Cast. in l. certum. C. vnde cogna.

Cautela pro propinquis pupilli decedentis quo ad successionem bonorum pupilli. CLXX.

1 *Iudex bonorum possessionē pupillo absenti & ignoranti decernere debet.*

PROPINQVI alicuius pupilli, cui est relicta vel delata bonorum possessio, debent esse cauti quando pupillus est in articulo mortis, & non habet tutorem qui agnoscat, ut scili-
1 cet petant a iudice, † ut pupillo etiam absenti & ignoranti decernat bonorum possessionem: quia ad hoc iudex tenetur. ita dicit Pau. de Cast. in l. certum. C. unde cogna.

Cautela pro uxore, quæ prohibetur asportare aliquam rem mariti. CLXXI.

1 *Statutum si disposuerit, quòd uxores de domo maritorum mortuorum nihil asportent, non comprehendit eas quæ uestimenta secum & annulos in digito portauerint.*

NOTA quòd si statutum est in ciuitate, contra uxores asportantes de domo mortui mariti, sint captæ, quòd vestimenta portent secum & annulos in digito: quia tunc non punientur pœna statuti de asportantibus. ita pulche dicit Angel. in l. si quis dederit §. prætor. in fin.

fi.de acqui.hęre.Cautela notabilis est, alienatio dotis,etiam iurata,non valeat, quando prius vxor iuret se nolle consentire alienationi dotis. nam licet postea consentiat,& iuret non contrauenire, non obligatur ex secundo iuramento, sed ex primo sic, per glossam,singularem in d.cap. licet.de iureiuran. vel sit cauta vxor quando consentit alienationi dotis vt probet se consensisse per metum uel reuerentiam maritalem.per nota.per gloss.& Bartolus in l.j.§.quæ honorandæ.ff.qua.re. acq non da. & per Paulus, de Castro,in l.pactum.C.de col. quod no.ad reuocandam dictam alienationem dotis etiam iuratam.

Cautela ad interpretationem statuti, quod filia nupta extra ciuitatem non poßit succedere. CLXXII.

1 *Dotem a patre oblatam si filia recusauerit, quis effectus proueniat.*

IN multis locis sunt statuta,quòd filia nupta extra ciuitatem non succedat patri:sed plerũque solet cautela adhiberi per filiam nuptam
1 extra ciuitatem:†quia non vult dotem recipere vt sic postea possit succedere. Sed contra hãc cautelam datur alia cautela:ut scilicet pater offerat ei dotem:quia si stabit per ipsam,nihilo minus excludenda est a successione.ita nota.Bal.in l.fi.in 4.col.C.de coll.

Cautela quod donans semper iuret nisi in casu sequenti. CLXXIII.

1 *Donatio simplex regulariter non ualet.*

1 PLENE † not.in aut.ex testam.C.de colla.quòd simplex donatio non valet. quod verum est,nisi iurata *a*, quia tunc valet. Vnde cautela est, quòd donans iuret, secundum Bald no.in l.3.C.pro do. Si uis facere, quòd donatio simplex etiam iurat non valeat, sis cautus vt quando dones rem, iures quòd non vis donare. nam postea licet dones & iures præualet primum iuramentum, & etiam donatio non ualet,per glo. singularem in c.licet.in fi.de iureiuran.lib.6.

Cautela ad hoc, quod mulieris alienatio etiam in dote ualeat. CLXXIIII.

1 *Dotis alienationi mulier consentire non potest.*

1 OMNES † sciunt, quod mulier non potest consentire alienationi dotis, per autem.siue a me.ad Vel.Cautela est, quòd teneat alienatio vt vxor iuret non contrauenire, vt d.cap.licet.de iureiurand.lib.6.vel quòd ipsa simul cum marito recipiat pretium rei dotalis,quia uidetur illud habere loco dotis glo. est no.in l.fi.& in l.ita constante.ff. de iure do. secundum Bar.in cons.Domine.

Cautela quando reperiantur duo testamenta facta eodem die. CLXXV.

1 *Testamenta duo, si eodem die fiant, nec appareat quod prius,aut posterius sit, neutrum ualet.*

1 SI reperiuntur † duo testamenta facta eodem die, tamen non appareat, quod prius & quod posterius: neutrum valet,|& hæres ex neutro eorum potest hæreditatem capere l.j. ff.si quis in dubium. & ita not.ff. de sec.tab.secundum Tancre.in tit.de iurisd.quæstione.25. probatur in l.eum qui.in principio.ff. de a q. hæred. Sed nota. optimam cautelam, quam Angelus practicauit alias de facto in ciuitate Paduæ,videlicet, vt hæres adeat hæreditatem ex quocunque testamento, nec applicet, animum magis ad unum quàm ad alium: quia tunc non dicitur esse dubius, an sibi hæreditas sit delata.& ideo ex uno tantum adire non potest.ita dicit ipse no.in l.eum qui.in princip.ff. de acqui.hære.

Cautela quod copia probet. CLXXVI.

1 *Originalis copia quando probet.*

ACCIPE mirabilem cautelam ad faciendum, quòd copia probet, quæ alias non probaret, per nota.in aut. si quis in aliquo documento. C. de eden. videlicet quòd quando semel producatur originalis, quòd copietur:
1 † nam licet postea id perdatur, copia plane probat,secundum Paul.de Cast.in l.j.§.editiones.ff.de eden.& Flo.in l.in legem.in 4.columna.ff.ad l.Aqui.

Cautela pro emptore,quando res ab eo euincitur, ad hoc, ut poßit agere ad duplum. CLXXVII.

1 *Emptor non potest agere ad pœnam dupli pro euictione contra uenditorem, nisi prius res empta & euicta sibi ab ipso abdicata, & restituta fuerit.*

a Nisi iurata. Donatio nõ insinuata intra terminũ statuti, ẽt iuramento non firmatũ, & ideo põt cõueniri tã p donatorẽ quã per eius hæredẽ Fe.do.Se.consi. 253. inci. causa talis est & d.Anto. de Pilauro ĩ cõ.omnipotentis,& ineffabilis Dei. & Alex.in l.post mortem. de ado.& per Alex.plenius cõ. 156.2.parte. & in cõs.83.4.parte. & in l. cum de indebito. §. sed hoc. de ꝓb. ei in l.si quis ꝓ eo.de fideius.& per Ale.cõsi.121 parte.& in cõsil.125. eadem parte. Doctor. Cano. cõiter tenẽt cõtrariũ. in c.cũ cõtigat.de iur.iu. & Pa.de Cast.consil.98. & consi.103.p Bald. in l.illud. C.de sacr.sanc. ec.& adde oino per Bal.in l.fin. C.de peri.& cõmo. rei uend & in l.cũ a matre. de rei uen & in l.cum profitearis.C.de re.do.

1 NOTA † quia emptor non potest prius agere ad pœnam dupli pro euictione contra uenditorem, nisi prius res empta & euicta sibi ab ipso sit abdicata, & restituta euincenti: nec sufficit, quòd fuerit condemnatus ad restitutionem, nisi restituerit. text. est cum gloss. in l. si seruum. in versicu. abest. de ac. empt. & in l. euicta. §. si de euictione. cautela est, quòd emptor expectet, quòd res ab ipso auferatur: quia ante non potest agere ad duplum.

Cautela pro mercatoribus, & repetitur ut supra per eundem. CLXXVIII.

1 *Chirographus non probat, si moriatur unus de testibus in eo subscriptis.*

MERCATORES debent esse cauti quando recipiunt ab aliis scriptum de manu & chirographum, vt non recipiant illud nisi de manu notarii scriptum, & testibus: quia periculosum est illud recipere de manu debito
1 ris. † quia si moritur vnus de testibus, non probat. casus est no. in c. 2. de fin. instrum. & ibi per Doct. & est gloss. not. in c. inter dilectos. eo. tit. quod perpetuo no.

Cautela contra appellantem. CLXXIX.

1 *Appellauerit quòd quis infra 10. dies, præsumptio est.*

CAVTELA est contra appellantem, post decem dies appellatus neget appellatum infra decem dies, & non dicat appellatum esse post decem dies, secundum Ioan. Andr. in cap. Romana. § si vero de appel. & ibi secundũ Dominicum, præsumitur secundum Bal. in autem.
1 hodie. † quòd quis infra decem dies appellauerit: & Lud. de Ro. in l. sciendum in 12. colu. C. de in integ. rest.

Cautela quod in casibus in quibus non potest appellari, petatur in integrum restitutio. CLXXX.

1 *Appellari in multis casibus non conceditur.*

1 MVLTI † sunt casus, in quibus non potest appellari, sed nunc caute. est, quòd petatur restitutio in integr. vt est casus in l. præfecti. ff. de mino. de quo plene per Ioan. Andr. in nouel. in cap. j. in j. colum. de restitutione in integrum. lib. 6.

Cautela quod semper contrahatur in præsentia iudicis. CLXXXI.

1 *Contractus iudicis autoritate celebratus, ualet.*

SEMPER allegatur doctrina Bartol. post
1 gloss. in l. j. C. de præd. libr. x. † quòd contractus celebratus iudicis autoritate ualet: quia omnis cessat præsumptio doli. unde sis cautus tu, quòd quando contrahis, vt facias iudicem autorari, per no. in l. bonorum. C. qui admit. iudex enim tenetur autorari, secundum Bartol. in l. sæpe. de decur.

Cautela quod etiam elapso termino ad petẽdum bonorum possessionem posit quis agnoscere. CLXXXII.

1 *Bonorum possessionem elapso termino ad petendum quomodo quis agnoscere possit.*

BALDVS singulariter dicit l. puberem.
1 C. de iure deli. † quòd elapso termino ad petendum bonorum possessionem, potest quis adhuc agnoscere: quia tunc videtur se gerere pro hærede, & sic efficitur hæres de iure ciuili. Cautela est, quòd quis nõ absenre lapsu termini ad huc petat bono. pos. licet Bartol. ibi contra, & male, secundum Angel. de Per. in ru. qui admitti. 10. colum.

Cautela ad hoc quod ualeat pactum de non succedendo factum a filia. CLXXXIII.

1 *Renunciatio non ualet, si filia simpliciter paternæ successioni renunciet.*

1 TV scis, † quia si filia renunciat successioni paternæ simpliciter, non valet renunciatio l. pactum dotale. C. de colla. nisi iuret, secundũ gloss. & Doct. ibi, & est textus in capitulo secũdo. de pact. in 6. Bald. in l. fina. C. de pact. ponit cautelam, vt filia faciat pactum de non petendo aliquid de bonis paternis: quia tale pactum etiam non iuratum ualet. Vnde sit cautus pater faciens filiam sibi renuntiari, videlicet ut faciat sibi facere pactum de non petendo.

Cautela quando testis inutiliter deposuit. CLXXXIIII.

1 *Testis einsdem reproductio quid operetur.*

1 AVREAM † do tibi cautelam, quando testis inutiliter deposuit, reproducas eum iterum, quòd dicat, sic depono, sicut alias depo

sui

sui super tali negocio tunc enim primum dictū
inutile validatur per secunda petitionem eius-
dem primæ:argumento l.legata inutiliter.secū
dum Ang.ibi.ff.de leg.j.

SEQVENTES CAVTELAE anno sequente editæ sunt per eundem autorem in Gymnasio Patauino.

Cautela utilis ad euandendum suspitionem hæresis, & repetita supra. CLXXXV.

1 *Hæreticus non est qui credit ea,quæ credit Ecclesia Romana.*

BONVM & utile cōsilium est,pro illis,qui
aliquando inculpantur de hæresi,vt prote
stentur maxime in extremis se fuisse,& esse ca
tholicos,& tenuisse,& tenere fidem catholicā,
quam tenet,docet,& prædicat Romana Eccle-
sia,& cum eadem uixisse,& mori velle. Proba-
tur quòd hęc protestatio sit vtilis & valida.ex
tra de sum.trinit.& fid catho.capitulo,damna-
mus.prope finem.& no.in cap.firmiter.eodem
titulo. Nam & beatus Hieronymus idem fecit
culpatus ab æmulis.vt est textus nota 24. quæ
stione prima.in capitul.primo.hæc est fides.&
ita dicit Alber.de Ro.in rubrica.titulo de hær.
1 circa fi.†Sed tu adde dictæ protestationi,quòd
quicquid credunt, ideo credunt, quia credunt
Ecclesiam sic credere, & suam opinionem fi-
dei Ecclesiæ subiiciunt:quia ille non dicitur hæ
reticus,nec peccat, dummodo errorem suū nō
defendat:vt singulariter not. Inn.in dicto capi.
in fin. Et intellige errorem defendere,quando
pertinaciter defendit:vt dicit glo.no.24.q.3.di
xit Apostolus & vide gloss. in dicto capitu hæc
est fides. Et ista cautela est etiam vtilis pro ad-
uocato,& procuratore,qui velit defendere in-
culpatum de hæresi.vt dicit Albe.de Ro.in suo
opere statutorum in tertia parte, & in 33.q.&
dicit se ita obseruasse in curia Romana,dum de
fenderet coram summo pontifi. quosdam Me-
diol.inculpatos de hæresi.

Cautela quomodo prohibitus postulare uel aduocare, possit amici causam defendere, & repetitur supra per eundem. CLXXXVI.

1 *Postulare,uel aduocare,uel procurare, est in iudicio aliquid dicere.*
2 *Statutum si puniat loquentem cum bannito,non cōpræhendit eum qui nuncium uel literas ad bannitum mittat.*
3 *Statutum si prohibeat doctores salariatos in causis esse aduocatos,an allegationes facere poßint.*
4 *Statutum uniuersitatis Paduæ disponens, quod doctores legentes contra scholares aduocare non possint,quomodo intelligatur.*
5 *Aduocare, est alienum desiderium in iudicio pandere.*
6 *Doctores Perusini,habentes pacta cum ciuitate,ne aduocare possint,non prohibentur aliquid gratis a iudice impetrare.*
7 *Cardinalis uel episcopus propter dignitatem,aduocati officium exercere non possunt,sed gratis pro amicis consulere.*

IN multis casibus reperitur prohibitum per
legem vel statutum,vel per pacta,quòd non
possit postulare vel procuratoriam artem exer
cere.Sed remedium est,si tu aduocate uel pro-
curator vis adiuuare aliquem in dictis casibus
vt mittas schedulam iudici scriptam,in qua sint
allegationes partis tuæ: quia per hoc non ueni
1 res cōtra legem,vel statutum,aut pacta.†Nam
postulare,id est aduocare, vel procurare est in
iudicio seu in publico aliquid dicere,ut l.j.§.j.
ff.de postu.& ibi per Docto.& l. Paulus.in fin.
& ibi hoc not.Bar.ff.de leg.j.& idem tenet Lu
do.de Ro.in l.j.in pri.ff.de verb.ob.Et ad idem
2 facit quod no.Bar.in d.l.j.in prin.† vbi dicit ꝙ
si statutum puniens loquentem cum bannito,
non compræhendit eum qui mittit nuncium,
vel literas ad bannitum, sed cum ore ad os lo-
quitur.& idem tenet Albe.de Ro in suo opere
3 singulari.in 2.parte.q.146.†vbi tenet, quòd si
statutum prohibet Doct.salariatos esse aduoca
tos in causis,quòd per hoc non prohibentur fa
4 cere allegationes in scriptis. † Ex quo not.tu
scholaris, quòd licet sit statutum uniuersitatis
nostrę Paduæ, quòd Doctores legentes non
possint aduocare contra scholares, non prohi-
bebuntur allegationes in scribti facere. Et il-
lud remedium, vt det consilium suum in ca-
5 mera, quia hoc potest: † quia cum aduoca-
re, sit pandere alienum desiderium in iudicio,
vt d.l.j. §.j. de postulando. & ibi hoc nota.
Bartolus in l.j.§ aduocatos.ff. de ua.& extra-
ordin.cog.cum glossam, vbi est optimus text.
De ista materia potest etiam dari tertium re-
medium. Nam potest cum iudice loqui, & ali-
quid gratis ab eo impetrare: vt d.l. Paulus.in
fin. de leg.& hoc uult Bartolus in d.l.j.§.aduo
6 catos.qui dicit.† quòd Doctores Perusini,qui
habent pacta cum ciuitate vt non possint esse
aduocati, non prohibentur a iudice aliquid
gratis impetrare. & sic pręsupponit Bartolus,
quòd aliis duobus remediis præcedētibus pos-
set etiam cum pecunia,puta, facere allegatio-
nes,& in camera cōsulere.& hoc credo verū,li
cet Lud.de Rom.dixerit in d.l.j. in pri.de ver.
obl.quòd hoc intelligit,quando gratis,per d.l.
Pau.in fin.alias secus:quia in dictis casibus non
dicitur

dicitur ꝓprie postulare, ex quo non prodit vel non procedit in publicũ, exponẽdo causam, vel desiderium sui clientuli, vt.d.l.j.§.j. de postulãdo. Nec ob.d.l.Paulus.in, fi. quia ibi non loquitur de prohibito postulare, sed de prohibito se interponere aliis negotiis vel propriis, quod est plus, quia legatus propter dignitatẽ legationis.
7 & propterea dico, † ꝙ licet episcopus vel cardinalis propter dignitatem non debeant consulere, vel exercere officium aduocati, tamen possunt pro amico gratis consulere, per illum tex. in.l.quisquis.C.de postulan ibi, non ad turpe cõpendium, & ibi, sed laudis ꝑ eum argumẽta quæxantur. & hoc audiui sæpius allegari per illum tex.per.d Flo.de Bo.

Cautela pro filio, qui quid debet conferre cum fratribus ad hoc ut teneatur illud conferre. CLXXXVII.

1 *Dos filiæ in patris bonis non est.*

SI frater habuit aliquid præcipuum à patre, forte in præmium emancipationis, vel aliter in casu quo regulariter illud veniat conferendum, quæ cautela debeat adhiberi vt non teneatur id conferre cum fratribus quãdo agitur de collatione facienda. Dicit, ꝙ cautela est ista, ꝙ filius qui habet aliquid præcium, antequam veniat ad collationem cum fratribus, det illud in dotem filiæ suę, vel aliter distrahatur, ita quòd non inueniatur tempore collationis, vel tempore mortis patris in bonis filii vel fratris: quia tũc ad illud conferendum nõ tenebitur, vt.ff.de colla.le.j.in.fi.& not.in.l.ea demum. de col.& est
1 ratio in dote: † quia dos filiæ non est in bonis patris.C.de reuo.his quæ per frau. ali. sunt.l.in successione.& habetur in.l.3.§.sed vtrum.ff.de mino.& in.l.Pom.Philadelphus.ff.fami. herciscun.& ita tenet Tancr.de Cor. in quodam suo opere iudiciali, in vltima parte, in. 12. quest.& istud ego intelligo verum, nisi constaret quòd illa alienatio vel dotis datio fuisset facta in fraudem causa euitandæ collationis.arg.d.l. in successione. quæ fraus probaretur, si dotatus vel alienans hoc prius dixisset, argumen.gloss.not. in.l.si prætor.§.Marcellus.ff.de iudi. vel quãdo per aliqua iudicia perspicua aliter probaretur. iuxta.l.dolo.cum ibi not.C.de dolo.

Cautela pro illo, qui paciscitur de crimine quod euitet infamiã. CLXXXVIII.

1 *Transigens de criminine, confiteri uidetur.*

1 QVI paciscitur † & transigit de crimine, crimen cõfiteri videtur, vt.l. quoniam.ff. de his qui notant. infam. & ideo periculosum est, quando aliquis est accusatus, vel est inquisitum contra eum de crimine, quòd veniat ad trãsaction, vel compositionem cum aduersario, maxime quando tale crimen irrogat infamiam: quia efficitur infamis propter illam tacitam cõfessionem: vt.d.l.quoniam. Sed si quis velit euitare paciscendo dictam infamiam, cautela est multiplex. Prima est, quod dictá pactio seu cõpositio fiat gratis: quia tunc non infamat: vt est casus in. leg. furti. §. pactum. eodem titulo. Secunda est, quòd in translactione exprimatur, quòd hoc facit transigens, vt euitet impendia litis, non quòd crimen de quo transigit, commiserit vt dicto.§ pactum.arg ff.de mino. lege minoribus xxv.anno.subueniri.facit ad hoc capitu.dilectus filius primo, & quod ibi not.extrà de simo.& cap.cum pridem.cum ibi not.extrà de pac. Tertia est, si fiat transactio iussu iudicis: vt dicta.l.furti.§. qui iussu. Quarta est, si fiat hoc modo, quòd iniuriatus, vel is qui damnum passus est, transigit vel translactionem facit cum eo, qui de crimine arguitur, & per pactum sibi remittit omnem iniuriam & offensam, & omne damnum quod constat, vel constare posset illatum quacunque de causa. hæc tamen cautela, licet sufficeret per viam pacti, quod constat gratis fieri posse, ar. dicti. §.pactum.tamen per viam translactionis videtur, quòd non possit habere locum: quia in transactione, debet aliquid dari, retineri, vel remitti: aliàs est nulla: vt.C.de transaction. Sed prodest dicta cautela, per viam pacti, faciendo, quia talibus verbis potest fieri contractus pacis. & ex hoc paciscens non confitetur maleficium, de quo agitur & ideo fiat per dicta verba, scilicet quòd iniuriatus faciat pactũ cum iniuriante, & ei remittat iniuriam si quam constat vel constare posset illum sibi intulisse: vel quòd mutuo sibi inuicem remittant omnes iniurias. quia ex hoc nihil videtur fateri ille qui intulit iniuriam. pro hoc facit gloss. not.in.l.si quidem. C. de exceptio.& in.l.si filium.C. de libera.causa. & in.l.2 §.quod obseruari. in versi.credit, circa medium.C.de iura.calum.& gloss.no.in cap.cũ venerabilis: in ver.fuisse confessus.extrà de excep.& text.cum gloss.in capitulo ex tenore. de testi. Ex quibus potest colligi alia cautela, videlicet, quòd dicatur quòd non sit illata aliqua iniuria per talem inculpatum, & in quantum appareat, vel constare posset eum commisisse, iniuriatus sibi remisisse.

Cautela instruens aduocatum quomodo faciet. quando eius clientulus non respõdit positionibus[a]. CLXXXIX.

1 *Positionibus si actor, uel reus respondere nolit pro confessatis habentur.*

1 QVANDO † actor seu reus non vult respondere positionibus, positiones habentur ꝓ cõfessatis: vt habetur in.l.j. §. sed qa veremur.

a Positionib. Positionibꝰ nõ respondẽs qũo puniatur, vide Spe. deposi. §. ix &.x.& ibi vide quid si respõdeat falsũ vel obscure. Positionibus qualiter sit respõdẽdũ, uide Spe.de de instr. edi. §. nunc dicamus. ve.quid si quis Positiõibus responsio facta ꝑ ꝓcuratorẽ annoceat.d. Bart. in.l. nõ solũ. in pri.ff.de procu. & quid si est cõtumax.

remur alias, quòd sic actor. C. de iuramen. ca-
lum. & in ca. secundo. de confess. in vj. quod in-
tellige non ipso iure, sed per sententiam, vt no-
tatur in dictis iuribus. & habetur in auten. ut li
tigantes iurent. in prin. col. ix. & ideo tu aduo-
cate sis cautus antequam committatur causa
decidenda consilio sapientis, vt facias iudicem
interloqui, aliàs sola contumacia non habere-
tur pro probatione, nec posset cōsulere sapiēs
esse probatum, vel facias committi vtrunque
articulum. videlicet an debeat haberi pro con-
fesso, & etiam diffinitiua, nam super articulo
non commisso, consulere non posset. vt habe-
tur in l. j. C. de relat. & oporteret eum pronun-
ciare non esse probatum, nec liquidum: quia di
citur consulere secundum statutum causæ, in
quo causa est tempore commissionis, ut C. de
dilatio. l. cum à nobis. & ideo sis bene cautus
circa hoc. & ita tenet Baldus in l. prima. in pri-
ma columna. C. de pœna iudic. qui male iudic.
& adde circa istam cautelam, id quod dixi su-
prà in cautela cap. quæ incipit, ille qui non re-
spondet.

Cautela, quod in omnibus casibus præcludatur uia cedenti agenti contra debitorem suum. CXC.

1 *Creditor licet alteri actionem cedat, cedens tamen cessione non obstante, in tribus casibus contra debitorem suum agere poterit.*
2 *Donauerit si quispiam omnia bona sua, etiam actionis spem donare videtur.*

1 TV habes l. iij. C. de noua. in qua dicit, † ꝙ
licet creditor cedat actionem uni, puta cre
ditori suo contra suum debitorem, tamen ce-
dens non obstante cessione, poterit agere con-
tra debitorē suum, & exigere, nisi in tribus casi
bus, in quibus non potest. Primus est, quando
cessionarius egit cōtra debitorem vigore ces-
sionis, & litem contestatus est. Secundus est,
quādo debitor incipit soluere cessionario. Ter
tius est, quando denunciatum est debitori ne
soluat, puta creditori suo. Sed ad hoc, vt in om-
nibus casibus præcludatur via cedenti, agenti,
contra debitorem suum, cautela est, quòd in
instrumento cessionis exprimatur, ꝙ in cessio-
narium fiat cessio debitoris, contra quem om-
nia iura cedantur, & quod cedens non solum
transferet omnem actionem, quam habet con-
tra debitorem suum, sed etiā cedit, & transfert
omnem spem & exercituum actionis, ita quòd
apud cedentem nullæ remaneant actionum re-
liquiæ. Nam & hoc casu cedens nullo pacto
agere poterit contra debitorē, cōtra quem est
facta cessio. quod aliàs posset illis tribus casib.
de quibus suprà dixi, qui habētur in d. l. iij. C.
de noua. & ista est vna limitatio notabilis ad d.
l. iij. quæ fuit Tancred. de Cor. in quodam suo
opere iudiciali, in vltima parte, in xj. quæstio.
Item posset eē alia cautela, videlicet ꝙ fiat de-
legatio, & sic quòd debitor promittat soluere
illi, cui iura ceduntur, quia tunc delegans nul-
lo modo posset agere, vt est casus in d. l. iij. in
princip. Sed ista non semper potest fieri. prima
2 vero fit, & ideo melior. † & adde, quod ille
qui dat, seu donat omnia bona sua, videtur etiā
concedere spem actionis, ut not. decimaoctaua
q. j. statutum. in glos. sed qualiter. quæ quidem
actionis spes donari potest, ut l. iij. C. de donat.
& sic non haberet locum d. l. iij. C. de noua. qđ
not. pro declaratione eiusdem l.

Cautela de casibus, in quibus res litigiosa poterit alienari. CXCI.

1 *Res litigiosa regulariter nec vendi, nec alienari potest.*

1 RES litigiosa † regulariter non potest uē
di uel alienari, ut l. ulti. & per totum titu-
lum. C. de litig. & in cap. j. de confirma. uti. uel
inuti. Sed tu habes cautelam per quam poteris
alienare etiā pendente iudicio, uidelicet quod
iussu uel licentia prætoris, hoc est iudicis alie-
nantis, quia ualebit talis alienatio, ut est casus
in d. l. diuus. ad finem princip. ibi, sed res tem
pore perituras permittere debet prætor, &c. ff.
de peti. hæredi. & ibi hoc no. Ang. qui dicit per
illum textum limitari omnia iura dicentia rem
litigiosam pendente iudicio alienari non posse
quia de iussu uel consensu pretoris semper alie
natio fieri poterit, & intelligo, quod iudex te-
neatur permittere uel iubere, quando subest
causa, puta, ꝙ res erat tempore peritura, uel
alia similis causa, ut ibi probatur. & adde aliā
limitationem, uidelicet quod etiam sine per-
missu iudicis potest res litigiosa alienari, quan
do scilicet est iudicium uniuersale, & contro-
uersiam passus, idonee satisdedit secundum
formam dictæ l. diuus. secūdum Ang. ibi, quod
nota bene ad limitationem tituli, & mate-
riam de litigiosis.

Cautela quādo actus debet fieri in scriptis, debet prius tota scriptura scribi, et postea legi, licet male obseruetur. CXCII.

1 *Actus qui in scriptis celebrantur, ante omnia dictari debent, deinde scribi, & demum legi, neque postea notario aliquid mutare licet.*

NOTA quod ea quæ celebrantur in scri-
ptis, sicut sunt contractus in scriptis, &
similia, debent primo tota scribi, & postea
legi. ut est casus in lege contractus. C. de fide
instrum.

instrumen.& ibi ex hoc no. Bartol. & dicit ex hoc notandum esse per notarium, qui postquã est rogatus de appellatione quæ debet interponi in scriptis, vt habetur in l.fina.cum l. sequenti.ff.de appellat. vel de sententia, quæ similiter debet esse in scriptis regulariter, vt l.vltima C. de senten.ex breuicu.recit. non potest aliquid addere vel detrahere, vnde errore notarij dicũt se rogatos de appellatione interposita in scriptis, & postea dicunt, dictabis ea, & dabis mi-
1 hi. † Nam ante omnia debet esse dictata & scripta, & postquam est lecta, nihil potest addi. ita dicit Bartol. singulariter in d.l. contractus. in princip. C.de fide instrument. & idem tenet Bald.in l. in minoribus. C. de his quibus vt indignis. & in l. iusiurandum & ad pecunias. §. finali.ff.de iureiuran.& Ang.de Aret.in l.prima. §.libelli.ff.de appellatio.& idem not. Ioannes Andreas, & Doctores Canonistæ, in capitulo peruenit. secundo. extrà de appellatio. facit qđ notat Ludouicus de Ro. in l.prima. in decima columna.ff.de arbitr. & vide Ange.de Perusio. in l.quicquid astringendæ.ff.de verborum obligation. & propterea sint cauti notarij, nec addant vel addi patiãtur actis vel scripturis suis, quæ in scriptis debent fieri, postquam de eis rogati sunt, vel eos legerint. & eodem modo sint cauti litigantes, vt videant scripturas dictatas vel stipulatas, quæ debent esse scriptis, & petãt copiam incontinenti, ne possit addi vel minui. quod nota. quia vidi sæpissime seruari contrarium, & male.

Cautela quando quis bis uel pluries super eadem re appellet, quam appellationem debeat prosequi. CXCIII.

1 *Appellare à sententia vel à grauamine intra decẽ dies bis super eodem puncto vnusquisque potest.*
2 *Appellauerit dato quòd quis bis super eodem puncto, quam appellationem prosequi debeat, primã an secundam.*

1 VBI quis † potest appellare à sententia vel ab aliquo grauamine, iuxta no.in cap.cum cessante. extrà de appella. potest bis super eodem puncto intra decem dies appellare, & multi incontinenti appellant viua voce, saluo iure appellandi in scriptis. & aliqui etiam postquã in scriptis appellauerunt, dubitantes forte, ꝙ appellatio non sit bene concepta, iterũ in scriptis appellant intra decem dies. & est dubium si valent istæ appellationes. de quo vide textũ, qui probat quòd sic, in l.prima. §.biduum.ff. quando appel. sit versic. quod & in sententijs. & tenet Baldus. in l.secunda. ad finem. C.de epi
2 scopali audientia. † Item est dubium, quam appellationem debeat prosequi, an primam vel secundum, de quo dic, vt habetur per Barto. & omnes Doctores in l.cum procurator. §. si dominus.ff.de noui.oper.nunc.& per Bal. in l.appellatione. C.de app. & in cap. j. § sancimus, in ij. colum. in tit. quo tempore miles inuesti. pe. de. & in consilio suo clxiiij. quod incipit, appellatum est bis super eodem &c. vbi notabiliter loquitur, & per Sal.in l.si quis libellos. C.de appella. & per Anto.de But.in c.dilecta. in vltima colum. extrà de app. & plene per Card. Zaba. & per Docto.in c.dilecta. & per Abbatem in c.suã nobis. eodem tit. Et aduerte, quia dixi, quis potest bis appellare intra decem dies ab eodem grauamine. Nam vlterius appellare non põt, secundum Bal. qui ita not. dicit in l.eos. §. apostolos. C.de appell. allegat rationem, quia aliàs esset nimium superflua & onerosa. argu l. ampliorem. in fine C. eodem titulo. & l. fideicommissa. §. si quis decem.ff.de leg. iij. Sed ego do tibi vnam cautelam in hoc, vt quis non possit geminare appellationem suam, videlicet vt appellatus procuret, vt iudex admittat primã appellationem, & ei deferat, & appellanti det apostolos dimissorios. quia tunc quamprimum admisit appellationem, & ei detulit, & apostolos concessit, statim est functus officio suo, & iurisdictio deuoluitur ad superiorem, ad quem est appellatum. & ideo non potest amplius secundæ appellationi deferre. argu. l. qui arbit. cum gl.ff.de arbitris. & l. iudex postquam. de re iudicata. vt eleganter no. Bald. in d.l.eos. § apostolos. ver. quæro nunquid sicut potest sæpius appellare, &c. C.de appellat. quem sequitur Ang. de Aret. in l. j §. libelli. in fine.ff.de appellat. & idem vult Bal. in d. suo consilio clxiiij. & idem esset etiam, quando solum iudex detulisset primæ appellationi, per c.cum appellatiõibus friuolis. de appel. in vj. & ideo sis cautus, si iudex primam appellationem diceret non esse legitime interpositã, vt facias eã admittere, vt dixi.

Cautela quod quis non possit reuocare ineptitudinem libelli. CXCIIII.

1 *Litis contestatione, omnis facultas emendandi, uel corrigendi libellum tollitur.*

QVANDO libellus actoris cõtra te productus est ineptus, ita ꝙ ex eo non possit sequi sententia condemnatoria contra te, ꝑꝑ libellum male conceptũ, iuxta no.in l. j. ff.de assesso. & glo.sing. instit.de obl.in prin. in verbo, secundum nostræ ciuitatis iura. in fin. & l.decem. in princip. cum ibi notatis. & not.in l. licet. C.de procu. & hoc si bene cognoscis, cautela est, ꝙ tu incontinenti litem contesteris,
1 † quia per litis contestationem tollitur actori facultas emendãdi, vel corrigendi libellum, vt l.edita. cum ibi no. C.de edendo. & est glo. singu. de hoc in l.qui familia. la picola.ff.fam. hercis. nec poterit amplius ab illo iudicio desistere. vt in aut. qui semel. C. quomodo & quando iudex secundũ ibi no. & licet Spe.in ti. de libelli conceptione. §. fi. ver. cautus etiam sis. dicat ꝙ quidam aduocati hoc faciunt, quia videntes

libellum

libellum ineptum, confeſtim litem conteſtantur, ne poſtea valeant emendari vel mutuari, vt dixi. ſed quòd hoc non placet ſibi, per l. fi. C. de anna. except. quia poterit res vel cauſa in proceſſu iudicij declarari. vt ĩ c. abbate ſane. de re iudi. lib. 6. & ca. conſtitutum. de appel. Tamen teneo, quòd dicta cautela ſit optima, quando libellus eſt adeo ineptus, quòd per declarationẽ non poteſt fieri aptus, puta quia eſt ſine actione, vel cum actione inepta. vt habetur in dic. l. edita. Sed quando libellus eſſet obſcurus, & nõ bene declaratus, puta quia non exprimet rem clare. iuxta l. ſi rem. ff. de rei ven. tunc procederet opi. Spec. & ideo in caſu prædicto, quando libellus eſt ineptus, ſolent procuratores rei cõteſtari litem incontinenti, dicendo nego narrata prout narrantur, iuxta no. per Bar. in l. ſi dubitetur. §. j. ff. de fideiuſſo. ſaluo iure producendi in ſcriptis. & adde quod dicam in ſequenti cautela.

Cautela quod properetur ad litis conteſtationem. CXCV.

1 *Litis conteſtatione actoris conditio potior eſt.*

DIXIT Vbertus de Bobio, quòd aduocatus actoris debet eẽ cautus, vt ꝓperet ad
1 litis conteſtationem, † quia ex hoc fit melior
eius conditio. C. in quibus cauſis in integ. reſt. nõ eſt neceſſa l. in minorem. C. de iudi. l. j. ff. de noua. l. aliam. & de vſu. l. videmus. Aduocatus vero rei debet quamprimum poteſt, releuare litis conteſtatio. quia per eam clauditur via multis allegationibus. & exceptionibus. & refugijs C. de iud. l. apertiſſime. & de procu. l. ita demũ. & de iuriſd. omnium iud. l. nemo & ff. de iudi. l. vbi cœptum. & per eam ſubijcitur reus iudici, & obligatur actori. C. de procu. l. neq;. & de excep l. vlti. ff. de ædi. edic. l. ædiles. §. idem ſciendum. & extrà de re iudica. c. inter monaſteriũ. in princ. ita not. Spec. in titu. de litis conteſt. §. quoniam autem. verſi. pen. quod intellige quãdo libellus actoris eſſet aptus, ſecus ſi eſſet ineptus, quia tunc cautius eſſet quamprimũ poſſet litem conteſtari, vt dixi in præcedenti cautela.

Cautela quomodo notarius debeat certiora filiumfam minorem uel mulierem de priuilegiis ſibi de iure competentibus. CXCVI.

1 *Renunciatio non valet, niſi renũciant ſciat id quod renunciet.*
2 *Certum aliquem nemo reddere poteſt de eo quod ipſe ignorat.*
3 *Memoria hominis labilis eſt.*

NOTARIVS ſcripſit inſtrumentum in quo dicitur, ꝙ minor renunciauit beneficio reſtitutionis in integrum, & filiusfa. renunciauit beneficio ſenatuſconſulti Maced. vel mulier renunciauit Velleia. & in eodem inſtrumento dicitur certiorari per me notarium de iuribus reſtitutionis in integr. & ſenatuſcõ.
1 Maced. & Velleia ſicut cõmuniter fit, † ad hoc
vt valeat huiuſcemodi renunciatio, eſt opus ꝙ renũcians debet ſcire id qđ renunciat. aliàs nõ valet renunciatio, vt l. mirum. ff. de inoff. teſta. & no. glo. no. in aut. quomodo oportet epiſcopos. §. igitur. in verbo, iuriſgentiũ. col. j. & no. gl. ĩ l. fi. §. ſi mulier. ad Velleia. Sed põt adhiberi cautela quòd non valeat renunciatio, nõ obſtante dicta aſſerta certioratione, videlicet ꝙ interrogetur notarius quid eſt beneficium reſtitutionis in integr. vel Maced. vel Velle. & ſi neſciat dicere, non præſumitur bene certioraſ-
2 ſe, † quia nemo poteſt aliquem certũ reddere,
de eo quod ipſe ignorat. & ita dicit Albe. de Ro. no. in d. l. fin. §. ſi mulier. ad Velle. addẽs ꝙ iſtã qõnem habuit de facto, & fecit interrogari notarium: & quia neſciuit dicere quid contineant dicta beneficia, fuit pronunciatum pro ipſo, vt renunciatio non valeret. quod eſt bene notandum. Sed Rapha. Fulgo. ibi dicit, ꝙ hoc eſt periculoſum. quia cum ſemel notarius in ĩſtrumento confeſſus fuerit dictã certificationẽ eſſe factam, & ſic ius fuerit quæſitum parti, videtur ꝙ eius primo dicto ſit ſtandũ. & nõ ſecũdo. aliàs de facili cõtrahẽs decipi poſſet. ad hoc faciunt no. in l. eos. in fi ff. de fal. Præterea poſſet etiam dici, ꝙ tempore contractus notarius ſciebat, & tempore quo ĩterrogatur in iudicio,
3 non † quia memoria hominis labilis eſt, in l.
pereg. in pri. ff. de acq. poſ. & ideo tutius eſt, ꝙ dicatur in inſtrumento, certioraui per iudicem ſi iudex interuenerit, vel melius & cautius eſt, vt in inſtrumento exprimatur, quòd contineat dicta beneficia. & ita ſemper obſeruari feci. & vide in cautela ſequenti.

Cautela quod certiorentur minor, mulier, & filiusfam per iudicem, & non per eundem notarium, nec incidamus in ambiguitatem, aut notario credatur uel non de hoc. CXCVII.

1 *Notarij aſſertioni, videlicet ſe certioraſſe minorem vel mulierem, quando credatur.*
2 *Notario non creditur, niſi de his quæ ſunt ſibi à partibus iniuncta, non autem de facto ſuo.*
3 *Notarius cũ ſit perſona publica, creditur ei de his quæ ad eius officium ſpectant, ſicut regulariter creditur nuncio.*

Dictum

DICTVM est in præcedenti cautela, quã-
do notarius in integ. attestatur se certio-
1 rasse minorem vel mulierem. † sed dubium
est maximum, nunquid credatur eius assertio-
ni. & Fede. de Senis in consi. suo. cxcj. quod in-
cipit, quæritur an domina Margarita &c. tenet
quòd non: quia attestatur de suo facto proprio,
per l. omnibus. C. de testi. & per l. nullus. ff. eo.
ti. cum simi. & eum sequitur Ant. de Butr. in c.
quoniam cõtra falsam. in pen. col. pen. charta.
extrà de probat. & in c. cum causam. in vij. col.
versic. dubium est de notario. ibi, per quem di-
cit, ꝙ notarius qui gustauit &c. extrà de testi.
& idem vult in effectu in c. j. extrà de fide inst.
2 † vbi dicitur, ꝙ non creditur notario nisi de
his quæ sunt sibi iniuncta à partibus non de fa
cto suo. & idem tenet Abba. Sicu. in d. c. cũ cau-
sam. & Ludo. de Roma. in l. sciendum. de verb.
obli. Sed contrarium ibi tenet Ang. in rep. Sed
Fede. de Senis non facit mentionem. & allegat
istam rationem, quia sufficit, quòd ista solenni-
tas certiorationis potuerit interuenire tempo
re instrumenti. per Bart. in d. l. sciendum. & in
l. j C. de fide instrum. & iure hast. fisca. lib. x. &
idem tenet Ioann. de Imol. per istam rationem
in repetitione ca. cum contingat. in vlt. col. ex-
trà de iureiuran. & idem tenet Albe. de Ros. in
l. fin. §. similes. ff. ad Velleia. & pro hoc facit qđ
no. Bald. in l. fina. §. cum igitur. in v. col. versic.
item requiritur subscriptio. ibi, nunquid ergo
de tali commissione. C. de iure delibe. & quod
no. Bartol. in l. hæc sententia. ff. de testa tuto. &
in l. iubemus. §. sane. C. de sacrosanct. eccle. &
istud communiter tenetur. Pro quo adduci po
3 test, † quòd notarius ẽ persona publica, & cre
ditur ei de his quæ spectant ad eius officium, si
cut regulariter creditur nuncio. sicut habetur
in l. magis puto. §. ne autem. ff. de rebus eorũ.
& in l. neminem. C. de requir. reis. & in c. cũ pa
rati. de appel. Nec obstat ratio Feder. de Senis,
quia verum est quòd de facto proprio quis nõ
debet eẽ testis, quia intelligitur ad commdum
suum. ita loquitur d. l. omnibus cum similibus.
secus si ad commodum alterius, vt hic. Sed vt
tollantur istæ dubitationes, cautius est, vt dixi
in præcedenti cautela, quòd faciat certiorari
per iudicem, si est, vel per alium peritum de cõ
sensu partium: quia tunc sine dubio creditur
verbis notarij.

Cautela, quod semper appellatur à sentẽtia, dato quod sit nulla. CXCVIII.

1 *Nullitas sola proposita si euidens non sit, sententiæ executionem non impedit.*
2 *Poßideant si duo, & neuter poßideat ab alio ui, clam, vel precario, quid iuris.*
3 *Hæres institutus, & de restituendo hæreditatem alteri grauatus, si sponte adiuerit, & postea fideicommissarius ante restitutionem moriatur, vel recuset hæreditatem sibi restitui, quid iuris.*
4 *Promißio, seu pactum de hæreditate viuentis regulariter non ualet, quoniam totum captandæ mortis inducit.*

LICET soleat dici, quòd vbi sententia est
nulla, non sit necessaria appellatio, vt not.
glo. in verbo, error. in capit. per tuas. extrà de
senten. excom. Tamen cõsilium &, vtile, quòd
appellatur, vt dicit glo. notabilis in capit. tuas.
quam sequitur Rapha. & Ang de Aret. in d. l. j.
1 in pri. & assignat rõnem, † quia si sola nulli-
tas proponitur, & non sit euidens, non impedit
executionem sententiæ, vt l. iiij § condemna-
tum. ff. de re iudi & ibi Barto. & Docto. secus
si appelletur, quia tunc semper impeditur exe-
cutio, per titulum. ff. nil innoc appellet. pendẽ.
nisi appellatio esset euidenter iniqua, vt not.
per gloss. & Doctor. in d. titu. nil inno. appella-
tio. pendẽ. in l. j & habetur in l. sciendum. ff. de
appel. re. Et qualis debeat esse forma dicendi
nullam, & appellandi, vide per gl. & Doct. in l.
j. C. quando prouo. non est neces. & per Barto.
2 & Doct. in l. expressum. de appellat. † Si duo
possidere dicũtur, & neuter possidet ab alio vi,
clam, vel precario, iuxta no. in l. no. in l. j. C. vti
poss. qui debet tunc iudex facere? domi. Azo.
dicit iudicem abstinere debere, sed de. Rogle.
glossator dum Placentiæ cathedram regere, &
adinuicem contenderent se possidere, quia in-
tendebant interdictum vti possid. & in omnib.
& per omnia æqualiter probabant, & per tot te
stes, vnus sicut alius dedit consilium clientulo
suo, quia ĩ causa sua erat aduocatus, & dixerũt,
Quis vestrum est potentior? respondit clien-
tulus, Ego sum in decuplo. tunc consuluit ei
Rogle. hoc modo, Vocate amicos uestros, & ea
tis cras ad locum illum, de quo est contẽtio de
possessione, & sitis ibi aduersario vidẽte, quod
fecerunt. aduersarius autem hoc vidẽs timuit
ire, quia suspicabatur forte se posse repelli. iu-
xta l. si id quod. §. vlti. ff. de acqui. poss. & tunc
iuit ad iudicẽ, & proposuit incontinenti inter-
dictum vnde vi, & dicebat se illa possessiõe spo
liatum. Rogle. respondit, Ego te non spoliaui,
sed mea sum possessione vsus. & sic clientulus
eius fuit absolutus & ab interdicto vti possi. &
vnde ui. Ita dicit no. Rof Beneu. in libellis suis
iuris ciuilis, in libello possessor alicuius rei im-
mobilis, vt turbetur &c. & vide etiam supra in
cxxvj. cautela, quæ incipit, nota diligenter tu
aduocate. vbi est similis cautela, quam no. & sæ
3 pe de facto contingit. † Si hæres institutus, &
de restituẽdo hæreditatem alteri grauatus adi
uit sponte, & postea fideicommissarius ante re
stitutionem moritur, vel recusat hæreditatẽ si-
bi restitui, hæres remanet institutus, cum affe-
ctu oneribus hæreditarij, vt l. ita tamen. §. qui
ex Trebell. cum l. sequen. & l. j. in princip. ff. ad
Trebellia. secus si adiuit coactus. l. postulante.
in princip. eodem titu. Et ideo cautela est,
quando hæres dubitat ne hæreditas sit damno
sa, vt non adeat sponte, sed permittat compel-

li ad adeundum, quia tunc si non poterit resti-
tuere hæreditatem fideicommissario, ipse fidei-
commissarius remanebit obligatus cum effe-
ctu creditorib. seu alijs oneribus hæreditarijs,
& bona dabuntur creditoribus, & alijs habere
debentibus, ut est casus not. in d l. postulante.
in princi. & ibi per Doct. & per Paulum de Ca.
in d. l. in princ. eod. titu. & adde prædictis l. pe.
4 cum ibi no. ff. ad Treb. † Promissio seu pactũ
de hæreditate viuentis regulariter non valet,
quia inducit votum captandæ mortis, vt l. fina.
C. de pact. & ibi per Docto. Sed potest adhiberi
cautela, quòd per indirectum valebit, videlicet
quòd permittant tibi, vt tibi liceat habere talẽ
rem Titij, & sic omnia bona sua si ad me deue-
nirent aliquo modo, puta iure successionis vel
aliter, tibi tenebor restituere seu tradere, ita ꝙ
tibi habere ea liceat, vel tenebor ad interesse,
vt est casus qui hoc optime probat in l. stipula
tio ista. §. quæsitum & ibi hoc no. Rapha. in fi.
ff. de verb. oblig. & si tu diceres etiam, hoc mo-
do posset fieri venditio, & quilibet alius con-
tractus ẽt de bonis viuentis, specialiter ea nu-
merando. facit ad hoc glo. & quod ibi not. in l.
j. C de euict. vnde inter hoc non videtur esse
differentia, quia vtroque casu quod gestum est
tenet. verumtamen dicas, quòd istud remediũ
stipulationis magis prouidet, quia promittens
virtute stipulationis habere liceat, nõ tenetur,
nisi cũ res illius viuentis factæ fuerunt promit
tentis, & sic de præsenti non tenentur, vt d §.
quæsitum secus vbi per alium contractum pro
mitteret, quia statim obligaretur, etiam si nun
quam haberet rem alien. vt l. rem alie. ff. de cõ-
trah. emp. & sic non esset bene cautus, qui su-
per re viuentis aliter contrahere quàm per il-
lam stipulationem habere licere. tamen si ap-
pareret habere licere, esset facta in fraudem. d.
l. vltima, cum materia sua. C. de pact. nõ valeret
vt l. non dubium. C. de leg. & ita tenet etiã Ra
pha. in d. §. quæsitum. in fi. quod bene no.

Cautela notabilis ad hoc, quod compromittentes non possint habere recursum ad arbitrium boni uiri. CXCIX.

1 *Arbitri arbitramento vel laudo, quòd non possit pe-
ti reductio ad boni viri arbitrium, est fere im-
possibile.*
2 *Dolo futuro renunciari non potest.*
3 *Minor læsus restitutionem in integrum petere po-
test.*
4 *Qui in casu principali fuit iudex, in appellationis
causa esse non potest.*

1 DIFFICILE † est dare modum, per
quem possit fieri compromissum in arbi-
trum & arbitratorem, ita quòd ab eius laudo,
seu arbitramento non possit peti reductio ad ar
bitrium boni viri, vt nó. Doct. in l. si societaté.
§. arbitrorum. ff. pro socio. & in l. cum ante. C.
de arbit. & per Dyn. in regula scienti. de regul.
iur. in vj. & per Canonistas. c. quintauallis. ex-
trà de iureiur. intantum. per Bal. in d. l. cum an
tea. & in l. si vnus. §. illud. ff. de pact. dicit, quòd
per quamcunque verborum cautelam fieri nõ
potest, vt tollatur reductio ad arbitrium boni
2 viri, per istam rationem, † quia dolo futuro re
nunciari non potest, ne quis inuitetur ad delin
quendum, vt habetur in d. §. illud. sed si tollere
tur reductio, & arbiter & arbitrator læderet in
maxima parte, præsumeretur fuisse in dolo, vt
no. Barto. in d. §. arbitrorum. & in d. l. si quis cũ
aliter. circa prin. ff. de verborum obliga. & in l.
alio in sexta col. de alimen. & ciba. leg. & per l.
omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud. cred.
Sed tu potes adhibere vnam cautelam, per quã
cessabit ista ratio, & per consequens valebit re
nunciatio, videlicet quãdo fiat compromissum
in quo dicatur, quando partes promittant sta-
re sententiæ, siue laudo, & promittant non cõ-
trauenire de iure, vel de facto, & renuncient re
ductioni ad arbitrium boni viri, & si esset læsio
in magna quantitate, & etiam in toto, volunt,
quòd arbiter & arbitrator teneantur ferre sen-
tentiam, siue laudum, secundum consiliũ sapiẽ-
tis, ex quo cogitur de consensu partium sequi
illud consilium, non poterit dici, ꝙ ipse arbiter
fuerit in dolo vero pręsumpto, imo nec in ali-
qua culpa, vt probatur in l. si conuenerit. & ibi
hoc no. Bart. ff. de re iudi. facit l. j. §. & post ope
ris. ff. de nou. oper. nunt. & ideo cum hic dolus
imputari non possit arbitratori, & renunciatio
sit facta generalis, vt supra valebit renũciatio,
& ita in effectu tenet Rapha. in l. j. circa fi. prin
cip. ff. de appella. & puto consilium esse verissi-
3 mum. † & prædicta cautela procedit, nisi mi
nor esset læsus, tunc posset petere restitutionẽ
in integrum. l. nam & postea. §. si minor. ff. de
iureiuran. vel nisi dolus partis interuenisset, se
cundum Rapha. in dicta l. prima. ff. de appellat.
Sed aduerte, quia illud de restitutiõe posset tol
li, si iuratum esset de non contraueniendo etiã
ratione minoris ætatis, & alia quacunque ratio
ne, vt in aut. sacramenta puberum. C. si aduer-
sus vendi. & habetur in l. secunda. C. de rescin-
den. vendit. & in l. si quis cum aliter. ff. de ver-
borum obligat. Item videtur, quòd dicta cau-
tela non sit sufficiens, quia ratio quare non va
let renunciatio reductionis ad arbitrium boni
viri, est, ne quis inuitetur ad delinquendum, vt
suprà dixi. Sed per prædictam cautelam licet
non inuitetur arbiter & arbitrator ad delinquẽ
dum, tamen mutuatur consultor, qui sciet non
posse peti reductionem ad arbitrium boni vi-
ri, ideo vt omnis tollatur dubitatio, facias ꝙ
consultor nesciat de ista renunciatione, quo
casu teneo, quòd cautela sit sufficiens, aliàs
per prædicta. Posset etiam adhiberi alia caute
la, vt cum effectu renunciatio reductionis ad
arbitrium boni viri valeat, videlicet quòd par-
tes sibi inuicem ex nunc prout ex tunc, & ex

tunc

tunc prout ex nunc cedant omnia iura quæ habent, vel habituræ sunt quoquomodo, causa, & occasione reductionis ad arbitrium boni viri, in quo casu feratur sententia, siue laudum per arbitros & arbitratores, quæ cessio regulariter fieri potest, & valeat, vt. l. j. cum ibi no. C. de actio. & obliga. & no. in. l. per diuersas. C. manda. & facias, quòd in instrumento dicatur, quas quidem cessiones fecerunt dictæ partes ex sua mera, pura, & simplici, spontanea volun. & ex certa scientia, quia eis sic placuit, vt docet Bartolus in. d. l. per diuersas. in princip. 3. colum. C. man. Tertia cautela circa prædictam renunciationem reductionis ad arbitrium boni viri potest esse hoc modo, quòd partes renuncient dictæ renunciationi, & sibi inuicem promittant, quòd in casu, quo per alteram partem petatur reductio ad arbitrium boni viri, & reducatur, quòd per inuicem reductionis condemnetur in plus vel in minus, quàm iudicatum fuerit per arbitrum & arbitratorem ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, totum illud plus vel minus donat libere, sponte, ex certa scientia alteri parti, contra quam iudex fecit reductionem. ar. l. quidam decedens. in fin. princip. vbi videtur esse casus. ff. de administratio. tuto. Sed Barto. & Dyn. ibi videntur restringere illum tex. ad culpam & dolum præteritum, non autem in dolo futuro, de quo vide plene per Bart. in. l. Aurelio. §. Gaius. vbi idem tenet. ff. de libe. lega Quarta cautela potest etiam in hoc adhiberi, vt scilicet di- datur in instrumento compromissi, renunciauerunt reductioni &c. & in casu quo petatur reductio, & esset necessaria ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, communi consensu, ipsę partes elegerunt in bonum virum ipsos eosdem arbitros, & compromissores eidem reductioni stare promiserunt. In contrarium tamen vide-
4 tur, quòd ille † qui fuit iudex in causa principali, non potest esse in causa appellationis, vt not. per gloss. in verbo, prouocatum. in dicta. l. eos. in princip. C. de appellatio. & ibi per Doct. & gloss. in. c. querelam. in princip. extrà de electio. tamen hoc non obstante teneo, quòd dicta cautela procedat non obstante gloss. pręcedenti, quia non habet locum quando vtraque pars litigans cõsentiret, quod iudex qui fuit in causa princi. sit in appellatione, quia tunc valeret dictus consensus, vt est casus qui hoc optime probat in. c. accepta. extrà de appellatio. & ibi per Docto. & vide quod not. per gloss. fin. in. l. filius. ff. de inoffic. testamen. & ibi etiam per Doctores. Ego in margine addo tres alias cautelas. a.

a Addo tres alias cautel. Reductione petatur, cautela est, quod duo extranei promittãt pœnam inuicẽ, quod partes nõ petant reductionem, vide Dy. in consilio. Ptolomeus &c. Lanfrã. in tractatu de arbit. 7. part. 14. que. uersi. ex omnibus præmissis. Flo. in. §. arbitrorum. & ibi Alex. 6. colu. & Oldr. cõsi. clvj. Io. And. in addi. Spe. de arb. § fi. versi. itẽ si cõpromissum. & Bal. in c. quintaualis. Adde dictum Bartol. in. l. quod de bonis. § fina. ff. ad l. Falcidiam.

Alia cautela. Clausula in cõpromisso. vt bonũ virum, operatur, vt læsus reductionẽ petere non possit. Bar. in. l 3. §. tametsi. in fi. ff. de arbi. Alia caut. Clausula in cõpromisso Lædere in parua, vel magna quantitate tollit reductionem ad arbitrium boni viri. Bald. in. c. cum auten. in 3 col. in versi. quæro ergo si in cõpromissio C. de arbit. Lu. in rub. de arbi. 23. col. Host. in c. humilis. Ant. de Bu. in. cap. quintauallis. de arbitris. dicit contrarium.

Cautela quando plures sunt delegati in causa, quid faciendũ est, si times quod maior pars eorum sentit contra te in causa. CC.

1 *Clausula, unus sine altero procedat, quid importet.*

SI duobus, vel pluribus causa tua delegata fuerit, sicut fieri potest, & consueuit, vt in. c. pe. in princip. extrà de offi. deleg. & c. si duo ex tribus, & c. cum plures. eodem titu. in. 6. cum similibus. & tu intelligis, quòd vnus, vel duo ipsorum sunt, vel sentiunt contra te, & alter pro te, cautela est, vt procures, vt illi qui contra te sentiunt. vel tibi non fauent, delegent vices suas alteri coniudici, qui sentit pro te, vel tibi fauet, quia hoc facere poterunt, si causa fuerit eis cõ-
1 missa simpliciter sine clausula, † vt vnus sine altero possit procedere, vt est text. cum gloss. no. & ibi Docto. in c quamuis. extrà de offi. deleg. & poterunt etiam omnes qui sentirent contra te, causam alteri subdelegare, in quo sperare possis victoriam, vt est casus in cap. prudentiam in princip. de officio delegat. & habetur in. l. à iudice. C. de iudi. nec poterit ille subdelegatus à collegiis vel ab aliis forte ferre sententiam pro te, secundum opinionem suam, & contra te secũdum opin. suorum collegarum, vel aliorum subdelegantium, sed debebit secundum suam opin. tantum pro te iudicare. argum. ca. si quis iusto impedimento. § porro. de electio. in 6. quod no. vt scias tibi pro uidere quando iudices sunt discordes, & omnes sentiunt contra te.

Cautela pro hæredibus ingredientis religionem qui fuit dolo ad religionem attractus bona dicta ingredientis hæredibus debentur, & non monasterio. CCI.

1 *Religionem si ingrediatur iuuenis circunuentus ab abbatibus, & aliis latronibus religiosis, an scit dare aliquod remedium proximioribus ab intestato hæredibus, ne monasteria bonis seducti potiatur.*
2 *Circunuentus quando aliquis dicatur, remissiue.*

SAEPE abbates & religiosi circunueniunt iuuenes præsertim diuites, vt intrent monasterium, nõ fructum animarum. sed in auaritiã, & turpe lucrum inhiantes, si iurant tales circunuẽti religione perseuerare coguntur, vt est tex.
1 xx. q. 3. constituit. † Sed nunquid sit aliquod remedium quod dari possit proximioribus ab intestato hæredibus? videtur quòd non, quia si valet ingressus, ergo bona debent monasterio remanere. autent. ingressi. C. de sacrosanct. eccle. Tu dicas contrarium, & cauti sint hæredes, vt petant bona dicti ingressi sibi reddi, quod fieri debet in odium circunuentium, vt est casus singularis, quem tene mẽti in. d. c. constituit. in. fi. & habetur in. c. præterea. & ibi hoc etiam dixi extrà de offic. delegat. & quod dixi de iuuenibus circunuentis, idem intelligas de quibuscunque hominibus, vt probatur in. d. c. constituit. ibi, quoslibet homines circunueniendo, &c.

† Et

Et quando dicatur quis circunuentus, collige ex l prima.in princip.ff. si quis omiss. causa testamen.& l.j.C. si ex fal.alleg. & l.j.§.dolum. ff de dolo.c.penul.extrà quod metus cau.& c. cum olim.extrà de re iudic.& per Docto.in dictis iuribus,& maxime in d.c.cum olim.

Cautela pro creditore, quod posſit pignus debitoris uendere non obſt. conuentione de non uendendo. CCII.

1 *Tempus vendendi pignoris lege, vel ſtatuto breuiari poteſt.*

CREDITOR qui habet pignus debitoris, ſi conuenit de eo non vẽdendo, poteſt facta prius trina denunciatione uendere, vt habetur per tex.& glo.in l.ſi conuenerit.ff.de pigno.actio.& poſt dictas tres denunciationes debet expectare per biennium. per l.ultimam.C. de iure do.impe. ut not.glo. in d.l.ſi conuene-
1 rit quam tenet ibi Bar. & Doc. † niſi de conſuetudine, uel ſtatuto tempus eſſet abbreuiatum. Sed ſi ſumus in ciuitatibus uel locis, in quibus ſeruatur ius commune, conſilium eſt, ut facias condemnare debitorem, & poſt condemnationem adiudicari tibi pignus, & intra duos menſes facias ipſum uendere, ut l.debitores.ff.de re iud. & ſic abbreuiabis tempus ſecũdum Rapha.Fulgo. in d.l.ſi conuenerit. uel ut tollatur omnis dubitatio poſt quatuor mẽſes, vt l.fi.C.de uſuris rei iudic.Bartho.Cępol.

Cautela pro intentare interdictam uti poſsidetis. CCIII.

1 *Interdicti uti poſsidetis in cauſa poſitiones, & articuli, & probationes de dominio admittuntur.*
2 *Interdicto uti poſsidetis an ille obtineat, qui de antiquiori poſſeſſione probat.*

1 IN CAVSA † interdicti uti posſidetis, admittuntur poſitiones & articuli & probationes de dominio, ut tenet Iaco. de Aretio, Cy.& Docto.in l.j.C uti posſidetis.& eſt tex.cum gl. in c.licet cauſam.de probatio. Ratio eſt, quia ſi probamus æqualiter de poſſesſione, tunc apparebit iuſtior poſſesſio illius qui eſt dominus, & ſic habebit uincere. Tu ergo aduocate, contra quem fiunt articuli, ſeu capitula, ſeu poſitiones ſi ſuſpicaris aduerſarium probare de proprietate, ſis cantus, ut facias exceptiones & articulos, quòd ipſe posſidet clam a te, reſpectu poſſeſsionis tuæ. Si enim diceres quòd poſſedit clam, ſimpliciter nil probabis: quia ſicut ſimplex cõditio in dubio intelligitur reſpectu proprietatis.l.ſi rem aliquam. in fine.ff.de acquir. poſſesſio. ſic in dubio ille qui poſſedit clam, intelligitur reſpectu proprietatis, niſi dicatur expreſſe, quòd posſidet clam reſpectu poſſeſſionis, aliàs perderes: & quòd ſic debemus dicere, probatur in dicta l.ſi rem aliquam. in fine. Ita ſingulariter dicit Barto.in l.ſi de eo.§ fina. ff.de acquirend.poſſesſio. quem ſequuntur ibi Doctor.& Angel.de Aret.inſtitut. de action.§. quadrupli in penul.colum. quod tene menti in practica, quando agitur uti posſide.& aduerſarius tuus habet poſſesſionem antiquiorem iuniorem & probat titulum: & tu habes ſolum poſſesſionem antiquiorem, ut articularis, quòd ipſe posſidet clam, reſpectu tuæ poſſesſionis, & ſic obtinebis: licet aduerſarius probet de dominio *a* vel titulo: & ita intelligitur quod
2 not. Bartol.in l.j.C.uti posſid. † ubi videtur velle, quòd ille obtinebit interdicto uti posſid. qui probat de antiquiori poſſesſione, licet alter probet de dominio uel titulo: ſed ſi non articulaueris aduerſarium tuum posſidere clam, vel etiam ſi ſimpliciter articulaueris quòd poſſidet clam, nec adiiceres reſpectu tuæ poſſesſionis, tunc ſuccumberes, & obtineret aduerſarius tuus, licet probes de poſſesſione antiquiori, quia poſſesſio aduerſarii dicitur proprie ſuum titulum melius iuſtificare: & iſto modo intelligas Bartol in dicta l.ſi duo.in fin.princip.ff.vti posſidet.& Salycet.in l.unica.verſicul.tunc reuertar ad gloſſ.& quæro ſexto. C.eodem titul. qui volunt, quòd ille qui probat de dominio & poſſesſione poſteriori, debet obtinere, licet alter probet de poſſesſione antiquiori tãtum. Et quomodo debeat articulari quòd aduerſarius posſidet clam, vel ui, uel precario, uide per Bart.& Doc.in d.l.unica.C. uti poſſ.

a Dominio. Interdicto nti poſſidetis, obtinet reus in poſſeſſiõe antiq̃or, licet actor probet ð dominio, ſi reus alleget clam poſſediſſe aliàs non. Alex. in l.ſi de eo.§. fi de acqu.poſſ. vbi etiam dicit, quòd in hoc interdicto nõ ꝓdeſt dominium actori quæſitũ poſt poſſesſionem reo adeptam.

Cautela quibus inducatur hæres ad adeundam hæreditatem. CCIIII.

1 *Hæres vbicunque aliquid facit quod non poteſt fieri niſi hæres fuerit, hæreditatem adire uidetur.*

QVIDAM erat debitor meus in mille, morit̃, & nullus vult eſſe eius hæres, quare cõſilium dabitur mihi creditori? certe conſiliũ eſt, ꝙ ego mittam ad hæredem, qui ex teſtamẽto vel ab inteſtato deberet ſuccedere, aliquem, qui dicat, accipe iſtos denarios, puta xx. ducatos: q̃a ego ſum debitor defuncti. & ſi accipiat, ſtatim erit obligatus ad debita hæreditaria ſoluenda: ut probatur in l.cum debitum. C.de iu-
1 re delib. † quia ubicunq; hæres facit aliquid, quod non poteſt fieri, niſi ſit hæres, uidetur adire hæreditatem. ut l.pro hęrede.§.Papin.in fin. de acquir.hæredit. & quia in dubio accipiendo videtur recipere pro ſe, & non pro alio: ut l. Iulianus.§.ſi ſeruum.eodem ti.& l.& magis ff.de ſolu.& nota. gloſſ in dicta l. pro hærede.§.j.& iſtud conſilium dedit Rayne.de For. in dicta.l,

cum debitum.C.de iure delib. Sed aduerte,qa
hoc debet fieri post triginta dies,qui dantur ad
inchoandum inuentarium:ut l.j.§.si autem du
bius.eod.tit.ad hoc,vt non posʃit postea inuen
tarium conficere:& facias fieri dictam solutio-
nem coram testibus,ut probari posʃit. Ego ta-
men dubito, quòd ista cautela non prodesset,
si constaret me submisisse illum, qui sic solue-
ret,& sic induxisset ipsum ad adeundum hære-
ditatem.arg.l.si seruus plurium.§.si quis ante.
ibi,sed si subiecit delationem.cum not. p Doc.
de lega.j.& in l.mancipia.uer.sane mancipium
torqneri.C.de ser.fugit.& adde quod dicam in
seq. Potest alio modo inducere ad adeundum,
si facias unum creditorem in minima quantita
te interrogare hæredem,si est hæres:quia si re-
spondit quòd sic:talis confesʃio proderit etiam
tibi,& cuilibet alii creditori absenti.l.pro hære
de.in prin.ff.de acq. hær. quod procedit quãdo
filius non abstinuerat se plus ab hæreditate pa-
terna,uel alius hæres nõ repudiauerat:ut est gl.
in l.j.ff.de interr.actio.secus si primo abstinuis-
set uel repudiasset,quia tunc talis rñsio & con-
fesʃio non præiudicaret,nisi quo ad interroga-
tionẽ:ut est tex.in d l.fi. qui ita debet intelligi
secundũ gl.fin.ibi,quam sequuntur Doct.

Cautela instruens quæ uerba debeant cõtineri in citatorio ad hoc,quod citans non uideatur citati personam approbare, & eandem uide supra. CCV.

1 *Citatus quispiam si fuerit tanquam reus probatur, & habilis sit, quàm primum per se vel per aliũ ad iudicium ueniat.*

2 *Quæstionum decisio multarum inferri potest.*

SI FACIS aliquem citare,vt veniat ad cõ
tradicendum,si contradicere uult,ne mitta-
ris in possesʃionem talis fundi vel hæreditatis,
vel ut tibi restituatur tale depositum,uel vt ve
niat ad præsentandum aut aliquid faciendum,
non potest regulariter postea ipsum repellere
1 & apponere aliquid contra eius personã:† quia
cum citas eum tanquam reum, statim videris
ipsum approbare, & facis ipsum habilem quam
primum ueniat ad iudicium per se,vel per aliũ,
vt singulariter not.Inno.in c.cum inter.de ex-
ceptio.quem sequitur ibi Ant.de But.& Cano.
& idem tenet Anton.de Butr. in c. exhibita.in
antepenul col.de iudic.& Bartol.in l.cum mu-
lier.& ibi Bal.& Doctor.ff.soluto matrimonio.
& Bal.in l.fi.in ij.colum.ad fin. & in v.quæsti.
C.de edic.diui Adri.tol.in l.si suspecta.in prin.
ff.de inofficio.testa.& habetur in l.j.§.cum di-
citur.& §.hæc stipulatio.ff.si cui plusquam per
legem Falcid.faciunt not.per Bal.in l.testamẽ-
ta.in fine.C.de testa.& Angel.in dicto §.hæc sti
pulatio.in viij.col.in fin.& domin.Benedict.de
Plumb.in l.ordinata.§.sed & si quis.ff.de libe-
ra.cau.secus si citaueris reum ut compareat, si
haberet ius comparendi, uel si sua putauerit
interesse: quia tunc non videris eius personam
approbasse:ut singulariter not. Bald.in dicta l.
fin.C.de edic.diui Adria.tol. & in dicta.l.si su-
specta. & Ludouicus Rom. in l.de pupillo.in
princip.de noui oper.nunciatio. & ideo tu sis
semper cautus, quando in similibus facis ali-
quem citare, ut non facias citare simpliciter,
vel ut compareat ad contradicendum uel ali-
quid faciendum:quia tunc non posses ipsum po
stea repellere,ex quo videris ipsum approbasse
reum habilem, sed debes ipsum citari facere
sub conditione, si sua putauerit interesse, vel si
quod ius habet contradicendi vel opponendi
aut faciendi,quod tamen non creditur: & pro-
pterea sępe instruxi procuratores Paduæ in ma
teria statuti Paduæ de præsentatione, qd' vult
vt propinqui & collaterales posʃint præsenta-
re super uenditionibus & dationibus in solutũ
ad certum tempus, quo elapso facta sibi denun
tiatione non possunt amplius præsentare. Nam
quando emptor denunciare faciet propinquo
seu collaterali,non debet dicere ut compareat
ad præsentandum pecuniam si uult possesʃio-
nem,uel etiam simpliciter, ut cõpareat ad præ
sentandum,ut faciunt procuratores minus pru
dentes:quia tunc non posses ei opponere q nõ
posʃit præsentare, ex quo uideris eius personã
approbasse, sed debes dicere ut compareat si
sua putauerit interesse,uel si quod ius habet ad
2 præsentandum. † Et ex prædictis potest infer-
ri decisio multarum quæstionum, & maxime si
statutum dicit,sicut est Paduæ, quòd propin-
qui & collaterales posʃint præsentare super
venditionibus vel dationibus insolutum usque
ad certum tempus, & elapso tempore emptor
denunciauit alicui propinquo uel collaterali,
quòd si uult præsentare super uenditione, de-
beat comparere: & iste propinquuus compa-
reat, & præsentet precium, emptor uidens q
est facta præsentatio, opponit quòd non po-
tuit præsentare: quia lapsa sunt tempora com-
parendi.certe ipse emptor super hoc non debet
audiri: quia ex quo citauit eum simpliciter &
non conditionaliter, reputauit eum habilem
ad præsentandum.Item si est statutum sicut est
Teruisii, quòd propinqui ita demum admit-
tantur ad præsentandum,si sint ciues, & subdit
quòd intelligantur esse ciues, si sustinuerunt
onera & factiones, & emptor citauit quen-
dam ciuem Teruisinum hic Paduæ commo-
rantem: nunc autem isto comparente oppo-
nit emptor quòd comparens non est habilis ex
forma statuti. Dicendum uidetur per prædi-
cta, quòd istam exceptionem inhabitabilitatis
emptor non potest sibi opponere, quia paria
sunt sibi exceptionem non competere,& com-
petere non posse per ipsum opponi, qui per
suam citationem habilitauit comparentem: ut
est gloss.nota.in l.habeat. in fin.ff.de ma.testa.
& in istis duabus proximis quæstionibus ita
determinat

determinat solēnis doct.D.Fran.de Capitib.Listæ. in l.fi.circa mediū sui commenti.C.de edi. diui Adri.tol.qui dicit se ita de facto sæpius allegasse,quæ omnia perpetuo tene menti.

Cautela quibus uerbis utetur superior,quando uult quod inferior,non possit eligere,& quod electio sit nulla. CCVI.

1 *Petrus de Luna,qui in partibus ultramontanis Papa appellabatur,quibus uerbis inhabilitabat cardinales, ne electionem facere possent.*

QVANDO superior uult prohibere inferiori ne eligat,& uult quòd electio sit nulla in casu quo velit eligere: cautela est quòd dicat, vt statim quòd incipiunt eligere,sint excommunicati, vel inhabiles,& tunc non poterunt eam perficere.sed si inhabilitat eos si elegerint,tunc electio valebit, sed postea effi ciuntur inhabiles ad aliam electionem,vt probatur in l.interdum.verbo, incipiunt.ff.quibus modis vsufruc.amit. quæ est singularis ad hoc secundū Pau.de Castr.in l.filiusfam.§. diui.2.in pen.col.ff.de leg.j.qui dicit,quòd ita semel vi-
1 dit fieri per Petrum de Luna, † qui appellabitur Papa in partibus vltramontanis, cardinalibus suis existentibus in Liurno pro congregando concilio: nam inhabilitabat eos cum inciperent eligere:& idem tu dicas in similibus.

Cautela qnando pater fecit plura legata in testamento, quid faciet filius ad hoc quod illa reuocet. CCVII.

1 *Legata testamento facta quomodo tacite adimi possint.*

SI PATER tuus fecit testamentum in quo reliquit multa legata diuersis personis: & forte nolit ꝙ tu scias dicta legata esse relicta ad hoc vt dicta legata non debeantur,& tacite videantur reuocata: cautela est. vt tu filius interroges patrem coram quinque aut septem testibus, si potes, an fecerit aliqua legata in testamento suo a. Nā fortasse pater dicet ꝙ non causa tibi complacendi,vel vt nescias uoluntatem suam:& per istam responsionem simpliciter factam ipse pater videtur adimere dicta legata ita,vt postea hæres non possis ad ea conueniri: & si conueniaris, opponas exceptionem,
1 † quòd pater tacite ea ademit per dicta uerba vt erobatur per glo.nota.in l.uerba testamenti.C.de testamen.in glo.prima.ibi,obstat tamē excep.quod tamē ego intelligo esse uerum in dubio,sed si posset constare ex aliquibus coniecturis patrē noluisse per prædicta uerba legata adimere:puta quia pater postea dixit, ꝙ illā responsionem filio fecerat ut ei complaceret,uel vt nesciret contenta in testamento suo, tunc secus esset,& quod dixi in patre, idē in quolibet alio testatore, qui fuisset intertogatus ab herede suo eadē ratione:& adde prædictis quod not.Pau.de Castr.in consilio 363.

Cautela pro illo qui cupit emere aliquam rem, & eius dominus non uult eam uendere, quomodo possit illam habere. CCVIII.

1 *Rem sibi commodatam amittens,ad æstimationem tantum teneri debet.*

SI quis uellet emere rem ab uno domino, qui nollet eam uendere,pōt procurare vt illa res sibi accommodetur,vel ad ipsum perueniat ex aliqua iusta causa,& postea fingat, eam perdidisse etiam ex culpa sua, dummodo sine dolo fuerit. nam tūc tenebitur domino rei vel illi,qui sibi rē tradidit ad æstimationē dictæ rei
1 † ad aliud enim teneri non potest: postea fingat se eam reperisse in aliquo loco,vel apud aliquē quo casu erit sua, nec poterit amplius conueniri rei vendicatione a domino vel ab alio. soluēdo æstimationem dictæ rei,videtur ipsam emisse.& hoc dico,quando culpa diceretur res amissa:secus si dolo,vt est casus notab.in l.si culpa. ff.de rei vendica.quo tex.& cautela non uteris ad malum, sed quando subesset aliqua iusta causa:puta quia tibi promisisset vendere,& postea negaret, vel ex alia simili. Est & alia cautela,qua quis potest emere rem a nolente uendere,de qua vide supra in 24.cautela.

a Testa.suo. Testamentū debet mutari cū eadē solennitate qua fuit conditum.l. hæredes palā.§.j.& ibi Doc.& Bar. in prin.de test. Bar.in.l.cū proponebatur.ver. quero per quot testes.ff.de leg. 2.& per Bal.in l.fi.in pe.col.in versi. & scias ꝑ quot testes.C. de fideicō.& in l.errore.in 2.q. C.de testa.Ale. in rub.ff. de ac. poss. & in l.quē admodū.eo.tit. & in cōsil.140. prima parte.

Cautela quomodo negligente executore testamentario, etiam post annum testamenti executio ad episcopum non spectat. CCIX.

1 *Executor ad pias causas, si intra annum legata non exequatur,potestas exequendi regulariter ad episcopum deuoluitur.*
2 *Testatoris prouisio, si hæres fuerit, legis prouisionem facit.*
3 *Episcopi relicta in testamentis,ad pias causas adimplere debent, etiam si per testatorem hoc interdictum fuerit.*
4 *Ius accrescendi in hæreditate simpliciter prohiberi non potest, sed per substituti dationem.*
5 *Executor si sibi ipsi substitutus fuerit, scilicet quòd executor esse desierit, quid iuris.*

QVIA legimus nunc, id est die 11. millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto. l. si fundum sub conditione. §. Stichum. de leg. j. in quo Bald. & Docto. ponunt unam singularem cautelam, ideo hic eam ponere constitui,
1 † si executor ad pias causas non exquitur legata intra annum, regulariter potestas exequẽdi deuoluitur ad episcopum, ut l. nulli. C. de episcopis & clericis. & capitulo nos quidem, & capitulo hæredes. extra de testamentis. Sed cautela est, vt episcopus nunquam possit se intromittere de legatis tuis seu relictis ad pias causas, etiam post annum, si uolueris, quia forte non confidis de episcopo. Nam debes in testamento tuo vel codicillis ita dicere, Relinquo talem, puta Titium executorem meum, & volo quod exequatur intra annum omnia legata mea: quod si non fecerit, tunc uolo quòd Seius faciat prædictam executionem, & si Seius non faciat prædictam executionem intra alium annum, volo quòd eam faciat Sempronius: & sic potest alios plures substituere de anno in annum. Nam si tuus primus executor non adimpleuerit intra annum voluntatem defuncti, non deuoluetur ius exequendi ad episcopum, sed ad Seium secundum executorem, & sic de aliis subrogatis dicendum est. probatur in dicto. §. Stichum. Et ratio quare surrogatus per testatorem pręfertur episcopo, est,
2 † quia prouisio testatoris si sit hæres, facit prouisionem legis. l. final. C. de pactis conuentis, & nota. in l. secunda. C. de iure emphyteotico. Ita singulariter dixit Bald. in dicto. §. Stichum. qui dicit, quòd ista est uia, per quam testatores possunt sibi prouidere de executoribus successiue, ita quòd nunquam executio ueniat ad episcopum. & Doctores ibi sequuntur eum, & idem tenet etiam Baldus in l. j. & in l. videtur ad lit. ff. de procuratoribus. in apostil. & in l. j. in principio uersiculo not. secundo ꝑ istum textum. C. de caducis tollendi. Nec obstat auten. licet testator. C. de episcopis & clericis. & in corpore unde sumitur: & in capi. tua nos. extra de testamentis. in quibus dicitur,
3 † quòd episcopi debent adimplere relicta in testamentis ad pias causas, etiam si per testatorem sit eis hoc interdictum: quia illa iura loquuntur, quando testator simpliciter prohibeat, non prouidendo de alio executore, secus si prouidit de executore, vt dixi, & hæc tenent Oldrad. Bald. Raphael. & Doctores. in dicta auten. licet testator: & probatur in dicto. §. Stichum. pro hoc facit l. si quis ita hæres instituatur excepto fundo. ff. de hęredibus instituend. coniuncta l. 2. §. si duo. ff. de bonorum posses. se
4 cundum tabu. vbi habetur, † quòd ius accrescẽdi in hæreditate simpliciter non potest prohiberi, sed per dationem substituti sic, vt ibi. Nec obstat l. nemo potest. ff. de legatis primo. quia loquitur in his quę concernunt solennitatem actus, quam testator potest tollere in testamento: vt dicit gloss. in dicta l. nemo potest. sed ea quæ sunt introducta in fauorem testatoris, potest tollere. vt l. 2. & l. penultima. C. vt in pos
5 sess. lega. † Sed circa prædicta dubitatur, quid si substitutus est executor sibiipsi, videlicet quòd executor esse desierit eidem sibiipsi substituto. Ista quæstio formatur per Baldum, in l. j. ante finem principio. C. de caducis tollend. & refert quòd quidam sapientes dicebant quòd istud erat factum in fraudem constitutionis episcopalis: & dico non ualebit ista cautela, ut dicta auten. licet testator, & bene secundum eũ, quia negligens abiit ab officio, & ideo non debet in eodem officio reponi: vt C. de procuratoribus. l. reum. argumentum tamen contra. ff. quibus modis usufru. amit. l. sicut in annos. Sed dic secum Baldum, quòd ibi testator disponit de rebus suis quod potest. hic de iurisdictione episcopi quod de iure publico, quod non potest. ff. de pactis. l. ius publicum. & hoc modo respondet etiam ad l. si nollet. §. si quis ita. ff. de ædil. edic. quæ omnia tene menti.

Cautela quando creditor & debitor non concordant in quantitate mutui, quid sit agendum. CCX.

1 *Creditorem se esse, si quispiam probauerit, sed non possit probare inquantum, an iuramento suo credetur.*

ALIQVIS mutuauit uni frumentum, non potuit probare quantitatem, sed bene probauit mutuasse, per testes: vel debitor confessus est accepisse decem modios frumenti mutuo, sed creditor dicebat quòd imo fuerunt uiginti: quomodo consuletur creditori, si non habet probationes de quantitate? Dic quòd poterit petere quòd sibi deferatur iuramentum, vt iuret quantum fuit, & ei credatur, secundum Ray. de For. in l. j. ff. de in litem iuran. qui dicit quòd ita fuit sententiatum. per dictam l. j. & l. in actionibus. & per l. cum furti. eodem titu.
1 † & ideo potest dici secundum, quòd si probo me creditorem, sed non possum probare in quantum credetur iuramento meo. per dictam l. j. & l. fina. C. de bo. autor. iudi. pos. & idem in damno dato. l. si quando. C. unde ui. Sed credit quòd iudex possit tale sacramentum, iuxta illud quod videtur sibi uerisimile & verum fuisse, refrenare, & istud sacramentum potest appellari in litem veritatis, quod est valde singulare, & milles de facto occurrit. Sed tu vide Bartol. in l. admonendi. in 11. colum. in fine. versiculo, quæro quid si testis. ff. de iureiuran. vbi videtur uelle quòd etiam sit necessarium, ut nisi sint aliæ coniecturæ: alias non possit deferri sacramentum. Sed Ray. etiam in effectu idem intellexit, dummodo quod iudex possit refrenare, secundum quod erit uerisimile, & ita etiam intelligo.

Cautela pro illo qui uult ædificare hoſpitale non ſubiectum, quibus inſignibus tunc hoſpitale carebit. CCXI.

1 *Hoſpitale conſtitui poteſt cum epiſcopi autoritate, & ſine.*
2 *Hoſpitale ſi ſine epiſcopi autoritate factum fuerit, nullam in eo iuriſdictionem epiſcopus habet.*

1 HOSPITALE a conſtitui † poteſt, & cum autoritate epiſcopi & ſine: ut in cap. ad hæc. & c. de xenodochiis. extra de relig. do. & cle. quia contingit. eod. tit. & in aut. ut nulli fabri. do circa prin. & in aut. ut in priua. domi. circa fi. & uide tex. cum glo. xviij. quæſt. ij. qui dam. & in dubio non præſumitur eſſe conſtitutum cum autoritate epiſcopi: quia ſolennitas extrinſeca non præſumitur. l. quæcunque. ff. de publi. & habetur in l. ſciendum. de verb. obliga. ſed eo ipſo ꝙ in eo miſſa celebratur, præſumitur autoritate epiſcopi factum. ſingulare eſt dictum Arch. de conſe. diſt. j. nemo quod eſt incognitũ legiſtis ſecundum Lud. de Roma. in quodam ſuo ſingulari, quod incipit, tu Iacobe Aſta
2 gnatis: † & in caſu quo non eſt factum hoſpitale autoritate epiſcopi, in eo nullam habet iuriſdictionẽ: & ideo cauti debent eſſe illi, qui uolũt ædificare hoſpitale ita ut epiſcopus tanquã ſuperior in eo nullam iuriſdictionẽ habeat, vt ędificent ipſum ſine autoritate epiſcopi, & nõ erigant ibi altare conſecratũ, neq; campanile, neque cemiteriũ: quia tunc erit in plena poteſtate ædificantis etiã laici ſed ſi ædificarent ibi eccleſiã vel altare conſecratũ, tũc epiſcopus eſſet ſuperior, & ſine eius autoritate ædificari non poſſet: ut probat in cle. quia contingit. in fi. cũ ibi not. de reli. domi. & patet ex prædictis, & ad de omnino quod no. Pau. de Ca. in cõſ. ſuo. 294 quod bene no. quia ita fuit ſeruatum Veronæ.

a Hoſpitale. Hoſpitale conſtructũ ſine autoritate epiſcopi, põt deſtrui ꝑ conſtruentẽ ad libitum ſuũ: gl. pen. in cle. quia contingit. de religio. do. xviij. q. ij. quidam. c. inter dilectos. de dona. & Bal. in l. orphanothropos. de epi. & cle. Hoſpitali non religioſo non poſſunt annecti iura ſpiritualia: aliàs ſic. Car. in clem. ij. §. fi. poſt. gloſſ. de præbendis. Hoſpitale priuatũ poteſt qui libet facere in domo propria. Innocẽ. in c. ad hoc. de reli. do.

Cautela quando eſt prohibita alienatio à teſtatore, quomodo alienatio ualebit non obſtãte prohibitione. CCXII.

1 *Clauſula, uiſis & inſpectis uerbis teſtamenti, quã uim habeat, remiſſiue.*

SI PATER qui habet fortasſis filios diſſolutos, & iubet eos non alienare mobilia vel immobilia ſaluo niſi in caſu redemptionis captiuorum uel mẽbri ante xxv. vel xxx. annos, & ſi ſecus facerent, illa bona ex tunc adiudicat & relinquit tali hoſpitali vel eccleſiæ: an poſſit adhiberi aliquod remedium, & occurri tali probationi. Dico ꝙ ſic, uidelicet ꝙ filii alienent præcedente prius repudiatione firmata pacto vel ſtipulatione ſolẽni per locorũ præpoſitos, & dictã repudiationẽ fieri faciant ex cauſa trã-
1 ſactionis appoſitæ illis uerbis, † viſis, inſpectis, & cognitis verbis teſtamẽti, de quibus habetur in l. de his. ff. de tranſac. ita dicit Ang. in l. quoties. C. de fideic. qui dicit, ꝙ ita multoties practicauit Peruſii. per illũ text. & idẽ tu dicas qñ teſtator prohibuit alienatione bonor. & in caſu quo fiat alienatio, ꝙ bona tranſeãt in nepotes uel alios ſuos conſanguineos: quia ſi filii uolũt alienare, faciant ꝙ nepotes vel conſanguinei cõſentiant, & valebit alienatio ſine pœna: vt eſt caſus in d. l. quoties. & ita alìàs fieri feci.

Cautela pro èmente rem alienã à fiſco uel à maſſario pignorum. CCXIII.

1 *Ratihabitionem emptori habere expedit.*

SI venduntur bona per non dominum mihi, & ſit caſus, in quo ſi tu emis aduerſus dominum, puta quia ille qui vendidit mihi, vendidit iure creditoris, & habuit poteſtatem vendẽdi, ego poſſum ad maiorem cautelã implorare iudicis officium, ut dominus ratificet venditionẽ per publicum inſtru. quia forte nõ ſemper probari poterit ꝙ ille habuit poteſtatẽ vendendi.
1 † Et ſic expedit emptori habere expreſſam ratihabitionem. Ita dicit Bal. & Paul. de Caſtr. in aut. ſi captiuis. C. de epiſc. & cle. per tex. ibi, captiui autem ſi redierint neceſſe habeant, &c. quod tene menti, quia eſt utile pro illis qui emunt bona & poſſesſiones a fiſco uendẽte rẽ alienã, iure creditoris, & pro ementibus ab officio ſiue a maſſario pignorũ. & ad hoc adde gl. not. in l. ij. §. nec cogitur. in j gl. magna. in fi & quod ibi not. ff ſol. matr. & quod no. per Bar. in l. ſi finita. §. Eleganter. ff. de damno infecto.

Cautela ad recuſãdos officiales in ſyndicatu excedentes in torturis contra reos. CCXIIII.

1 *Officiales excuſantur de his, quæ ſui ſuperioris iuſſu fecerint.*
2 *Officialis an poſſit conueniri poſt ſyndicatus tẽpus.*

OFFICIALES prætorum uel aliorũ rectorum, ſæpe ponunt aliquem ad torturam non præcedentibus indiciis, vel eis non legitime probatis, vel ſi ex tunc indicia ſufficienter probata excedunt modum in torquendo, ſi agitur contra eos in ſyndicatu, & duplex eſt cautela: † vna ut ipſi officiales non teneantur,
1 ſi probant hoc feciſſe de mandato prætoris vel alterius rectoris ſui, qui excuſantur ratione iuſſus ſuperioris: ut probatur in l. liber homo. ij. in principio. & ibi per gloſſ. & Doctor. ff. ad

legem Aquil. & per textum & gloss. in l.ad ea. ff.de regul.iuris.in ultima char. & in l.is qui in puteum § qui tutoris.cum gloss. ff.quod vi aut clam.& in l.furti.§.qui iussu. & in l.liberorũ. §.fina.ff.de his qui not.infam.& in l.non videtur §.iussu.ff. de re iudica. & in l. iniuriarum actio.§.si quis quod decreto. cum gloss. ff.de iniur.& in cap.quod quis mandato.& quod ibi not.per Dynum, de regulis iuris. in vi. Alia cautela est, vt prætor vel alius rector superior non teneatur, videlicet vt oblato libello in syndicatu contra aliquem de familia sua, elapso tẽpore ad dandum libellum contra prætorem, faciat officialem suum culpatum probare, quòd fecit de mandato ipsius prætoris, & ipse prætor confiteatur: & tunc vterque erit securus, videlicet officialis, quia facit de mandato superioris, & ipsius superioris est elapsum tempus sui syn-
2 dicatus, iuxta l.vnicam. C.vt omnes tam ciuili, quàm criminali, & ita tenet Flor.in dicta l.liber homo. in princip. adde tamen, † quòd licet prætor vel alius officialis non possit conueniri in loco officii, post tempus syndicatus, tamen in patria propria poterit perpetuo conueniri: vt est glo.singul.in l.j.ff. ad legem Iuliam repet.secundum Angelum in l. iubemus. C.eo. titulo. quam gloss. ibi intelligit, nisi fuisset in syndicatu absolutus, quia tunc obstaret exceptio rei iudicatæ: & ideo sit cautus prætor vel officialis, vt nemine comparente tempore syndicatus, faciat pronunciari quòd ipse se bene gesserit, & quòd nullus possit de cætero amplius conueniri, & adde quod not. Doctor.in l. manci. C.de seruis fugitiuis. & quod dictum est de tortura, idem dicas de aliis quæ spectant ad officium prætoris eadem ratione.

a Assessores. Assessor teneť de mala administratione officii & nõ potestas. Cy.& Bart.in l. diem functo.in iij.col. in versi. itẽ pone quòd remotus. ff. de asses. caue quia non loquitur in istis terminis, sed loquitur in potestate remoto ob culpã, an salarium debeatur assessori. & in l. quoniã iudices. C.de app. nisi ipso protestetur potestati faciẽti. aliàs. n. factũ præsumitur de consensu suo, secundum Lud. Põ in fin. versic. assessor. uer. adde quòd assessor. & vide Alex.in l.diem.

Cautela pro assessoribus uel iudicibus deputatis per potestatem, quod non teneantur de delicto potestatis. CCXV.

1 *Potestates super eorum excessibus qua pœna teneãtur, an eadẽ eius officiales & iudices mulctẽtur.*
2 *Officiales an de rectoris iniustitia teneantur, & contra ipsos represaliæ dari possint.*

1 SI POTESTATES † terrarum ferunt sententias iniquas uel iniustas de consilio iudicũ de curia, & pœna qua tenetur potestas, tenentur & omnes iudices eius: ut probatur in aut.vt nulli iudi.§.quoniam. col.ix.& ibi hoc no.Ang.& pro hoc optime facit tex. cum gl.& quod ibi not.in c.j.de offi. delega. & de cõsilio iudicum ferri dicitur, non solum quando dicitur, ꝙ eorum cõsensu uel deliberatione fertur sententia, sed etiam si dicatur sub examinatione talis iudicis: ut in aut.ut litig. §.omnẽ.ibi, vel sub delegati iudicis examine capitis. colũ. viij.& probatur in l.si ille.ibi, sub examine prouincialis iudicis. C.de decu.lib.x. Nam secundũ Ang.in d.§ omnem vero. circa finẽ inquisitionis, & sententiæ quæ hodie formantur per rectores terrarum sub examine iudicis maleficiorum, dicuntur ferri per iudices, sicut per rectores ipsos: & si iniustitia facta fuerit, ita tenẽtur iudices maleficiorum, sicut & ipse rector. & quãdo officiales ita expresse inuitauerunt rectorẽ ad aliquam iniustitiam faciendam, sicut cõtra rectores, ita contra officiales sine dubio possũt concedi repræsaliæ: ut C.de aduoc.diuerso.iud. l.per hanc.ibi, adiutores etiam eorum. ut C.de excus.mune.l.pe.lib.x.& ita not.Bar.in suo tractatu repræsaliarum, in ij.q.vi.quæst. principalis. ideo sint cauti assessores *a*, vel officiales potestatum vel rectorum, ut nunquam in actis faciant scribi, quòd sententia feratur de eorum consilio, uel deliberatione, aliter possent conueniri tempore syndicatus, & eandem pœnam sustinere, quam potestas vel rectores, secundum Ang.de Peru.in §.omnẽ uero. uel ꝙ non scribatur sub examine talis iudicis: quia esset idẽ per illum tex.in d.l.si ille. Item hæc dicta verba nõ scribantur, ne ex tua taciturnitate uidearis cõsentire ut in iustitia ministretur, & per consequens tu & officialis tenearis, sis cautus ut protesteris & pertinaciter resistas potestati vel rectori suo, & in actis scribi facias de tua assertione, vel protestatione, ꝙ ius in dicta causa dicat. Iste est casus in appellatione, in causa ciuili, in l quoniam iudices. C.de appe. ergo idem & fortius in criminalibus ut no. Angel.de Are.in suo trac.malefi.in verbo, de cõsensu, & deliberatione omnium iudicum. quem omnino uide. & idẽ dicit Bar.in tracta.repræsaliarum, in ij.q sextæ
2 quæst.prin.in princ. † ubi eleganter dicit distinguendo, an officiales teneantur de iniustitia rectoris, & contra eos possint concedi repræsaliæ. per dictam l.quoniã. C.de appe & l.omnes. in fi C.de decurio. Consulendum est ergo secũdum eum officiales, quando talia occurrunt, ꝙ protestentur ꝙ non consentiunt, & illa quæ fiunt non fiunt de iure, & de hoc fiat instrumẽtum: hoc uidetur requiri: ut d.l.quoniã. & hac cautela usus fuit quidam Parmensis vicarius in ciuitate Senarum, qui dum potestas vellet suspendere unum Iudæum iniuste, fecit protestationem in scriptis, qualiter contra ius volebat eum suspendere, & ꝙ ipse non consentiebat, & vide quæ dixi suprà in lxiij cautela, quæ incipit, quando fit processus per potestatem.

Cautela quam debes adhibere, quando uis mutare ecclesiæ uel monasterio. CCXVI.

1 *Ecclesiæ in utilitatem quòd pecunia conuersa sit quomodo probetur.*

VNVS est modus mutuandi ecclesiis & monasteriis, per quem releuatur creditor ab onere probandi, quòd mutuum sit conuersum in utilitatem ecclesiæ uel monasterii, v delicet

delicet quòd in capitulo ſolenniter conuocato
conſtituatur procurator ſiue ſyndicus cum ſpe
ciali mandato, & ſufficienti ad recipiẽdum mu
tuo nomine eccleſiæ, uel monaſterij, tantã pe-
cuniæ quantitatem, a tali creditore, & ad obli-
gandum ipſam eccleſiam, & eius bona pro illa
quantitate mutuo aſſumenda: tunc enim ſi cre
ditor mutuat tali procuratori, uel ſyndico, uſq;
ad quantitatem in mandato compræhenſam,
1 exoneratus erit a probatione, † quòd ſit uerſa
in utilitatem eccleſiæ. ca. quòd quibuſdam. ex-
tra de fideiuſſo. & ibi hoc nota. expreſſe gloſſ.
quæ incipit. iſtud eſt notabile. in fine. & eſt glo.
nota. in auten. hoc ius porrectum. in glo. fin. C.
de ſacroſanctis eccleſi. & pro hoc facit gloſſ. in
l. certum. § ſi quis abſente. in verſicu. domino.
ff. de confeſ. & glo. in aut. de non alie. & emph.
te. § ſi uero aut quis epiſcopo. in gloſſ. quæ in-
cipit, ſed creditoribus profecerunt. colum. 9. &
ibi uideas Iacob. de Bel. & de iſta materia uide
Alber. de Roſa. & Doct. in dicta autent. hoc ius
porrectum. & quod notatur 12. q. 2. cap. hoc ius
porrectum.

Cautela, quomodo articulabitur ille qui uendicat uxorem, quã cognouit carnaliter, copula præcedente. CCXVII.

1 *Matrimonium præſumptum quod eſſe dicatur, ita quòd ab eo diſcedere non licet.*

1 SI cõtractum † eſt matrimonium inter duos
per uerba de futuro, quę verba proprie in
ducunt ſponſalia, & ſecuta ſit copula inter eos
iſta ſponſalia tranſeunt in matrimonium præ-
ſumptum, & non eſt licitum diſcedere ab eo: &
ſi poſtea unus ipſorum cum alio contrahat, e-
tiam per verba de præſenti, ſtatur primo matri
monio, & non ſecundo, etiam ſi in ſecundo in-
teruenerit copula carnalis, ut probatur in ca. is
qui fidem. & in c. ſi inter uirum. & in c. ueniẽs.
2. & ca ſicut ex literis. extra de ſponſa. ſecus ſi
præcedat copula, & ſequãtur ſpõſalia, ut d. c. ue
niens. nec ſufficeret probare ſponſalia & copu-
lam, niſi probetur, quod copula ſit ſubſecuta, vt
ibi: & ideo bene aduertat ille qui articulatur,
ſeu capitulat in hac materia, & cõcludat quòd
poſt ſpõſalia, ſecuta eſt copula, ſi uult quòd ha
beatur pro matrimonio præſumpto, & ei ſte-
tur. Nã ſi probaret ſponſalia, & copulã ſimpli-
citer, non releuaret: quia potuiſſet copula præ
ceſſiſſe ſponſalia: ſecundũ do. An. de But. in d. c.
ueniens. ſecundo. in prin. per illũ tex. facit l. ad
probationem. cum ibi no. C. de probatio.

Cautela instruens aduocatum rei, cum producitur teſtamentum habens clauſulam codicillarem. CCXVIII.

1 *Teſtamento alia ſolennitas requiritur, & alia in codicillis, uel in alia ultima voluntate.*

CAVTVS aduocatus ſeu procurator rei, dũ
producitur teſtamentum, uel agitur uigo
re teſtamenti, in quo eſt clauſula codicillaris
iuxta no. in aut. ex cauſa. C. de libe. præte. de-
bet ante litis conteſtationẽ petere. an actor te-
ſtamento quod producit, velit uti, an ut codi-
cillis, vel alia vltima uoluntate, nam cogitur e-
ligere & facta electione, non poterit uariari. ut
l. fina. in prin. C. de codicil. & l. quòd in hęredẽ.
§. eligere. ff. de trib. & c. ad falſariorum. extra
1 de crim fal. prope princ. & erit vtile. † quia alia
ſolennitas requiritur in teſtamento, ut l. hac
conſultiſſima. C. de teſta. & alia requiritur in
codicillis, uel in alia ultima uoluntate, vt d. l.
fi. C. de codicil. & ita tenet Spec. in ti. de inſtru.
edi. § compendioſa ver. & not. quòd cum ulti-
ma uoluntas. & ita alias obſeruaui.

Cautela, quod illi qui non poſſunt eſſe teſtes, ſi ſint rogari & adhibiti a partibus, licite poſſunt. CCXIX.

1 *Teſtes idonei non ſunt parentes pro liberis, & liberi pro parentibus.*
2 *Teſtis rogatus ſemper idoneus eſt, quantumcunq; alias inhabilis ſit.*
3 *Teſtis uocatus, eo ipſo approbatus uidetur per eum qui ipſum uocari fecit.*
4 *Teſtis domeſtici teſtificatio ualet, quando ſunt teſtes inſtrumentarij.*
5 *Notarius uocatus de facto communi, ab utraque parte inſtrumentum conficere poteſt, etiam ſi ſit magis domeſticus unius partis, quàm alterius, & maiori affectione coniunctus.*

1 LICET, regulariter † parentes pro liberis, &
liberi pro parentibus non ſint teſtes idonei
ut l. parentes. C. de teſt. & l. teſtis idoneus. ff. eo
dem. nec conſanguinei, ut l. Iulia. ff. eo. nec do-
meſtici aut familia, ut habetur in ca. in literis.
extra de teſti. & in ca. inſinuante. extra de offi.
dele. & l. idonei. ff. de teſt. nec procuratores vel
aduocati, iuxta l. fi. cum ibi no. ff. de teſt. nec a-
liæ perſonę ſimiles, ut notatur in dictis iuribus
tñ hæc regula fallit, quando tales teſtes fuiſſent
adhibiti, & rogati a partibus, quia teſti. etiã nõ
fide digno adhibetur uana fides, quando eſt a
partibus pro teſte adhibitus, vt eſt gloſſam,
ſing. in auten. de teſti § . & licet. quę incipit, in-
nuit. col. 7. ſecundum Bald. in l. parentes. C. de
teſti. & in l. ad teſtium. § . j. ff. de teſta. quem ſe-
quitur Lud. de Roſ. in rubrica de arbitris. in 8,
col. ad fin. & idem tenet Albe. Mal. in ſuo tracta
tu de teſtibus. in 4. colum. in princip. qui dicit
2 per prædicta, † quòd ubi teſtis eſt rogatus, ſem-
per eſt idoneus, quantũcunque alias ſit in habi-
lis, & ꝑ hoc põt vti cautela ſecundum eũ, vt in

contractibus eligãtur potius fratres, vel affines
teſtes in inſtrumentis, quàm alij: quia poterũt
teſtificari rectius. & ideo dicit, quòd in quæſtio
ne facti, dum eſſet accuſatum teſtamentum de
falſo, & eſſet rogatus quidam affinis, ex quo te
ſtator eum rogauit, & ſubdit quòd idem eſt ge
neraliter, ſiue ſit rogatus a contrahentibus, ſi-
ue a teſtatore, ſiue a iudice, ut ſemper ſit idone
us. & idem tenet Bald. in l. data opera. in ix. co-
lum. verſi. item qui uocatur. C. qui accuſat. nõ
3 poſ qui dicit, † quòd ille qui uocatur ad teſti-
monium, eo ipſo uidetur approbatus per eum.
qui fecit vocari. & debet examinari, vt nota. 18
quæſt. 2. in damna. & idem tenet ipſe Bald. in c.
in nomine domini. extra de teſti. & idem tenet
Angel. in l. j. in ultima colum. C. de teſtament.
qui dicit per illam gloſſ. ſingularem, in d. §. &
licet. quòd ſi a contrahentibus teſtes etiam in
habiles ex certa ſcientia, ad validitatem actus
ſint adhibiti, inter eos teſtificari poterunt, nec
poterunt reprobari. pro hoc optime facit quod
nota. Anto. de But. in capitul. ex literis. in pri-
mo & 2. nota. & penulti. colum. uerſicu. & pro
hoc poteſt dici. cum verſicu. ſequent. extra de
tranſact. facit l. ſi quis teſtibus. C. de teſtibus.
& quod nota. in l. inuiti. eodem titulo. Itẽ pro
hoc optime facit. quod not. Bald. in l. dictanti-
bus. C. de teſtament. & in l. 2 verſicu. ſed quæ-
4 ro quid ſi fuit domeſticus. C. de teſt. † vbi dicit
quòd teſtificatio domeſtici ualet, quando ſunt
teſtes inſtrumentarij: quia vtraque pars eos ad
hibuit: allegat leg. ſciendum. & ibi optimam
gloſſ. ff. de vſuris. & quod not. Bald. in l. inſtru-
menta. C. de probati. vbi dic ſecundum Nicola.
5 de Matt. † quòd quando notarius eſt rogatus
de facto communi ab vtraque parte, puta de cõ
tractu, poteſt conficere inſtrumentum, etiam ſi
ſit magis domeſticus unius partis, quàm alte-
rius, & ei ſit maiori affectione coniunctus ad
idem vide Barto. in l. ſi pater. in principio. ff. de
Falcid. vbi dicit, quòd licet pater non poteſt
eſſe teſtis pro filio, vt dicta l. parentes poteſt ta
men notarius inſtrumentum filij ſcribere: vt di
cta leg. ſi pater. Ratio, quia hoc inſtrumentum
ſcribit de mandato partium, & ſicut partes cõ-
ſentientes, poſſunt partem iudicem, & arbitrũ
eligere, vt l. quia etiã. ff. de arbitris. ita poſſunt
pariter notarium eligere & prædicta intellige
vera, quando partes cognoſcebant conditionẽ
teſtis & notarij: videlicet conſanguineus, vel
domeſticus vnius partis, ex alia cauſa non ido-
neus: quia tunc videntur partes ei plenam fidẽ
adhibere. & intelligitur gloſ. in d. §. & licet. ſi-
cut etiam intelligit Ang. in l. j. C de teſtamen.
vt ſupra dixi. & ita alias habui de facto, in caſu
quo unus fecit teſtamentum, & adhibuit fra-
tres legatarij in teſtamento, & dum oriretur
de legato dubium, fuerunt producti fratres, &
dicebant quòd erant idonei teſtes, ex quo teſta
tor dixerat notario, ſi fratres iſti legatarij poſ-
ſunt eſſe teſtes, adhibeamus eos: & notarius af-
firmauit teſtatore uolente. & licet prædicta ui-
deantur eſſe contra iura quæ loquuntur ſim-
pliciter, & iudices de gloſſeto hoc non crede-
rent ei, tamen eſt verum.

Cautela quando debet fieri compromiſſum, uel tranſactio, ut extendatur ad omnia, etiam ad deciſa per ſententiã. CCXX.

1 *Compromiſſum uel tranſoctio, de re clara fieri non poteſt.*
2 *Significatum non habere, nihil aliud eſt, quam negligese.*

SI VIS facere compromiſſum, vel tranſa-
ctionem pleniſſimam, & generalem, caute-
la eſt vt dicatur, faciamus compromiſſum ple-
niſſimum de omnibus cauſis, litibus, quæſtioni
bus, & differentiis vertẽtibus, & quæ verti poſ-
ſent inter partes quacunque ratione uel cauſa,
& quòd intelligatur eſſe lis, quæſtio, controuer
ſia, & differentia de omni eo, ſuper quo fuit ar-
bitratum. ſecundum Angel. in l. prima. ff. de trã
ſact. de quo vide omnino ibi, dominum Pau. de
Caſtro: & vide Anto. de Butrio, & Canoniſtas
in c. expoſita. extra de arbitris, & addatur cum
omnibus dependentibus, connexis, & emergen
tibus ab eiſdem quoquo modo. iuxta nota. in l.
cum actum. in principio ff. de neg. geſt. & hæc
1 verba dicuntur: † quia de reclara vel deciſa, re-
gulariter non poteſt fieri compromiſſum, vel
tranſactio: vt dicta l. j. cum ibi nota. ff. de tran-
ſact. & propter dicta verba valebit compromiſ-
ſum & tranſactio, etiam ſuper rebus claris & de
ciſis: ſecundum Angel. & Doctor in dicta l. j.
Item addatur, quòd dictum cõpromiſſum, vel
tranſactio, vel quietatio, ſiue liberatio refera-
tur ad omnia tam cognita quàm incognita, e-
tiam ſi dolo alicuius contrahentium erant in-
cognita, & in genere, & in ſpecie & etiam ad iu
ra, & obligationes quaſcunque, etiam ex futu-
ro pendentes, & quacunque cauſa alias ad iſta
non referantur: per l. tres fratres. cum ibi nota.
ff. de pact. Et ibi hanc cautelam ponit Ang. & in
quantum fiat ſuper controuerſiis, & differẽtiis
ex teſtamẽto pendentibus, ſemper adiicias hæc
verba, viſis, inſpectis, & cognitis verbis teſta-
menti, vel talis vltimę uoluntatis: tam per ip-
ſos contrahentes, vel litigantes, quàm per alios
iuriſperitos: ſecundum Angelum in d l. tres fra
tres, qui dicit hoc modo euitabis omnem erro
rem & amaritudinem: & hoc etiam per l. de
his. cum ibi nota. ff. de tranſactio. & ſi litigan-
tes, vel tranſigentes ſunt literarum ignari, ap-
poni facias hæc, Viſis, inſpectis, & cognitis ver-
bis teſtamenti, uel ultimæ uoluntatis per iuri-
ſperitos, de eorum mandato, & in eorum noti-
tiam, inſinues plenarie in uulgari ſermone, ad
eorum plenam & clarum intelligentiam: ut l.
j. §. final. ff. de uerborum obligatione ſecon-
dum

dum Angelum in dicta lega. de his. in principio. & si ista verba non essent apposita, tamen si partes asseruerunt se habere plenam no
2 titiam, sufficeret partes legisse: † quia non habere significatum, nihil aliud est, quam negligere: quia significatum huius verbis, sola inspectione non verificatur: vt l. prima. §. sed si legi. ff. de his quæ in testamento delentur. secundum Angelum, in dicta lege, de his. circa principium. quæ omnia bene nota: quia quotidiana.

Cautela in fauorem tutorum ad exonerandum eos, quod finita tutela, nō possint amplius molestari a minoribus. CCXXI.

1 *Tutor de tutelæ administratione, quinque modis absolui potest.*
2 *Calculatorum officium quod esse debeat, & quæ eorum relatio, remissiue.*
3 *Adultus curatorem habens testari potest.*
4 *Metus omnis & reuerentia minoris, agnatorum & cognatorum pręsentia cessare præsumitur.*
5 *Contractus bona fide factus, quando præsumitur.*
6 *Dolo quis conqueri non potest, ubi consanguineorū uel amicorum pręsentia fuerit.*
7 *Tutore dolus & culpa abesse præsumitur, consilij coniunctorum ratione.*
8 *Amicorum idem, quod consanguineorum præsentia operatur.*
9 *Minor de dolo uel metu conqueri non potest, propter præsentiam, & autoritatem, uel decretum iudicis.*
10 *Simoniam iudicis autoritas cessare facit.*
11 *Iudicis decretum operatur, ut quis allegare nequeat se ultra uel citra iusti precij dimidam deceptum.*
12 *Iudicis autoritate, solennitates omnes adhibitæ præsumuntur.*
13 *Absolutione generali quis liberatus nō uidetur ab eo, quod per dolum uel latam culpam factum fuerit.*
14 *Absolutio quantumcunque generalis tutori, vel alteri facta, non extenditur ad bona, quę apud absolutum de bonis absoluentis essent.*
15 *Verbum refutatio, quod uerbum sit.*
16 *Iuramentum minori simpliciter præstitum, quid operetur.*
17 *Debitor, qui uult plenissime liberari, quid in instrumento facere debeat.*
18 *Iuramentum de iure canonico fortissimum uinculum extat.*

TVTORES semper desiderant finita tutela, se liberare ab administratione tutelę, ita ut amplius minores, vel facti maiores non possint conqueri, vel molestare eos de mala administratione, ideo videamus de remedio. Pro quo dic, quòd quinque mo-
1 dis potest tutor absolui: † Vno modo, per sententiam arbitri in quo factum fuerit compromissum, vt l.iij. in principio. ff. de arbitris. & ibi habetur per glossam, & Doctor. Secundo modo, per sententiam arbitratoris, de quo dic ut ibi per Bortolum, & Doctor. in d.l. societatem. § arbitrorum. ff. pro socio. & per canonistas in capitulo, quintauallis. extra de iureiurando. Tertio modo, per sententiam iudicis ordinarij, cui arbiter æquiparetur, ut l.prima. ff. de arbitris. Et hoc potest fieri duobus modis. Vno modo per viam libelli ordinarij, in quo petatur per minorem quòd tutor, vel eius hæres rationem administrationis tutelæ generaliter gerat, iuxta notata in l. licet. C. de iudiciis. & hoc casu poterit etiam peti vel per minorem, uel tutorem, uel eius hæredes, quòd eligantur calculatores *a* ad videndum, & examinandum omnes rationes dictæ tutelæ: & postea ad referendum iudici, uelut iudici permittitur eligere dictos calculatores, quia in causis in quibus calculationes vertuntur, permittitur iudici ponere arbitrum seu arbitros, id est, calculatores, qui prædictas calculationes discurrant, & referant, vt C. de usu & fruct. leg. l. 2. & ff. si cui plusquam per legem Falcidiam. l. prima. & l. si residuum. C. de distr. pigno. Ita nota. dicit Bartolus in consilio suo ix. quod incipit, literas magnificentiæ vestræ. & idem notat Angelus in d. l. prima. §. Marcellus. ff. si cui plusquam per legem Falcidiam.
2 † Vbi vide qualiter autem calculatores debeant, & per quem, uel quos, & eorum relationem, vide omnino per Angelum in dicta l. secunda C. de usu & fructibus lega. Alio modo potest procedi coram iudice, scilicet per viam libelli particularis: quia minor conqueritur de quibusdam particulariter, & specifice contra tutorem, & eius hæredes, iuxta notata in dicta l. licet. C. de iudiciis, & tunc non est necessaria datio calculatoris, sed solum veniendum est ad probationes necessarias: hi & duo modi possunt obseruari coram arbitrio, & arbitratore, qui æquiparantur iudicibus: ut l.prima. ff. de arbitris. & l. non distinguemus. §. cum quidam. eodem titulo. Quarto modo, potest principaliter tutor absolui in testamento minoris,
3 † quia etiam adultus habens curatores, potest testari, vt est glossam, notabilis in l. Aurelius. §. Gaius. in versiculo. legitimam. ff. de libera. legat. & alia in l.prima. § fuit quæsitum. ff. ad Trebellianum. vel etiam in codicillis, & per viam liberationis & legati, & ista liberatio potest relinqui tribus modis, ut notat. in d. §. Gaius. in glossa magna. & de isto modo absoluendi, uide textu glossam. & Doctores in l. si qui rationes. ff. de liber. legat. & l. quidam decedens. de administ. tutorum. & in l. si seruus uetitus. de leg. j. plenissime per Bar. in dict. §. Gaius. Quinto & ultimo

a Calculator. Calculatores rationum deputati per iudicē ad calculandū, debent iurare. Bal. in l hac edictali. § his illud 2. col. uersi. pone cōsules mercatorum. C. de sec. nup. & dicūtur arbitratores secūdū Bal. ibi. & per Bart. in consi. literas magnificentiæ uestræ. & text. not. in l. si residuū. C. de pig. & in l. si cui libertas. de cōd. & demon. & ibi Imo. & Pau. de Castr. qui dicit eos habere iurisdi.

timo modo,poteſt abſolui tutor , videlicet per
viam liberationis , ſiue etiam donationis inter
viuos,puta.quia minor abſoluit,& liberat ſpon
te,ſine redittione rationis,olim tutorem ſuum,
vel eius hæredes.Et iſte modus, ad hoc vt ſit ſe
curus , debet fieri cum præſentia agnatorum,
vel cognatorum ipſius minoris, & cum præſen
tia alicuius iudicis ordinarij autorantis, & qđ
dicti agnati,vel cognati bene,& diligēter pri⁹
examinēt ipſum minorem,an velit facere libe-
rationem ſeu abſolutionem ſponte,libere,& ex
certa ſui ſcientia , non ductus aliquo errore iu-
ris,vel facti,non per metum,vel minas, ſeu do-
lum,vel circunſcriptionem , & hoc iudici refe-
rant , & ita etiam index de præmiſſis diligenter
examinet,& inquirat quibus pactis minor dicat
& affirmet ſe bene vidiſſe ratiões ſuæ tutelæ,&
quòd abſoluit & liberat dictum ſuum tutorem
ab omni eo , quod ipſe adminiſtraſſet de bonis
ſuis,ſiue per negligentiam, ſiue per culpam le-
uē & latā,ſiue etiam per dolum,& de omni eo,
quod de bonis & rebus ſuis perueniſſet ad ma-
nus dicti tutoris,& de præſenti eſſet , vel repe-
rirēt in manibus dicti tutoris,vel eius hæredis,
& promittit eum tutorem,vel eius hæredes am
plius non inquietare, vel nō moleſtare de iure,
vel de facto,prædictis & rationibus,& alia qua-
cunque ratione,ſeu cauſa:& maxime, quia etiā
intelligit dictum tutorem bene gubernaſſe om
nia bona ſua,& ſi dictus tutor,ſeu eius hęres te-
neretur ſibi vigore adminiſtrationis dictæ tute
læ in aliqua re,vel quantitate,quantumcunque
ſit illa res , vel quantitas , ex nunc facit ſibi re-
futationem,finem,remisſionem, liberationem,
& donationem,vel pactum de vlterius non pe-
tendo:vt ponatur ei iuramentum minoris , per
quod promittat, ſe omnia & ſingula ſuprà ſcri-
pta habere firma,rata,& grata , & attendere, &
obſeruare , & nunquam in aliquo contraueni-
re, ſeu facere de iure , vel facto ratione mino-
ris ætatis,ſeu ratione alicuius læſionis,quanta-
cunque ſit,vel eſſet læſio , etiam ſi eſſet in ma-
gna ſeu maxima quantitate , & alia quacunque
ratione,vel cauſa cognita,vel ignota, quę dici,
vel excogitari poſſet,promittat etiam non pe-
tere reſtitutionem in integrum, quæ competit
minoribus ex aliquo caſu , nec reſtitutionem,
quæ competit maioribus vigintiquinque an-
nis,ex quocunque caſu,maxime ex clauſula ge
nerali,ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur.iux
ta lege prima in fine.ff ex quibus cauſis maior
& in dicto inſtrumento ſcribatur conſenſus di-
ctorum agnatorum & cognatorum , & decre-
tum ſiue autoritas iudicis,qui pronuntiet om-
nia & ſingula ſubſcripta,rite & recte facta fuiſ-
ſe,& valere & tenere , & quia iſte vltimus mo-
dus abſoluendi tutorem , & plenior & tutior,
ideo ipſum examinemus, & primo dixi, quòd
debet fieri abſolutio & liberatio cum præſen-
4 tia agnatorum,vel cognatorum minoris,† quia
propter talem præſentiam eorum , omnis me-
tus , & nimia reuerentia ceſſare præſumitur vt
l.tranſactionem.C.de tranſactio.ſecundumBar.
Baldum,& Doctores , ibi. & idem dicit Bartol.
in.l.frater à fratre.in vltima charta.circa prin-
5 cipium.ff.de condictione indebiti. † Vbi etiam
dicit , quòd talis contractus præſumitur factus
bona fide, & pręſumitur ceſſare omnis ſuſpitio.
& Bald.idem dicit in.l.j.in,ij. col.ff. ſi quis ali-
quem teſt.prohib.& idē tenet Bar.in.l j. C. de
6 prædi.curia.lib.x.† vbi prius dicit,ꝙ præſentia
conſanguineorum,vel amicorum operatur, vt
quis non poſſit conqueri de dolo,vel metu, per
illum tex.facit quod no.Baldus in l.Polla.C.de
7 his quibus vt indignis.† Vbi dicit,quòd ratione
conſilij coniunctorum, præſumitur à tutore ab
eſſe dolus & culpa:quod eſt no. dignum ſecūdū
eum. Sed ſi non eſſent agnati , vel cognati ſeu
conſanguinei minoris,vel eius parentum,adhi-
8 beantur amici, † Nam præſentia amicorum idē
operatur,quòd præſentia conſanguineorum: vt
probatur in dicta.l.tranſactionem & ita ibi no.
Bartol.Bald.& Doctor.& Bartol.in.d.l. j. C.de
prædi.curia.lib.x.facit.l.magis puto. §. in pri-
mis.ff.de rebus eorum &. l. hæc autem. §. pri-
mo.verſiculo.ſi autem non habeant. ff. quibus
ex cauſis in poſſeſſionem eatur.& l.fina. ff. vbi
pupillus educari debeat. Sed ſi amici minoris,
vel eius parentum non reperirentur,tunc aliud
conſilium eſt,quòd elegantur duo, vel tres bo-
ni uiri à prætore,vel à iudice loco attinentium,
qui videant & examinent dictum minorem , ſi-
cuti ex conſanguineis dictum eſt.pro hoc. dict.
l.hæc autem.§.primo.& de hoc ſunt ſtatuta in
multis locis.Sed ſi non eſſent ſtatuta,tamen bo
num conſilium eſt: quia operatur idem, quòd
præſentia conſanguineorum. Item dixi , debet
adhiberi præſentia iudicis ordinarii , qui inter-
9 ponit decretum ſuum &c. † Et eſt ratio,quia
propter eius præſentiam , & autoritatem , vel
decretum , ipſe minor non poterit conqueri de
dolo,vel metu.ita no dicit Bart.in. d. l. frater à
fratre.& Card.Zaba.in.c.de cætero.in prima &
10 ſecunda opinione.extrà de tranſac.† vbi etiam
dicit , quòd autoritas iudicis feciſſet ceſſare ſi-
11 moniam.allegat.c. niſi. de præbendis. † Item
operatur decretum iudicis , vt quis non posſit
allegare ſe deceptum vltra vel citra dimidiam
iuſti precij,vt ſingulariter notat Bartol. in di-
cta.l.prima illum textum.C.de prædi. curia. &
Bartol.& Angel.in dicta lege prima.C. de præ-
ſcriptio.xxx.annorum. & Ange.de Aretio,in-
12 ſtitutio.de actio.§. ſi quis agens. † Item ope-
ratur,vt omnes ſolennitates præſumantur adhi
bitæ:vt ſingulariter notat Spe.in ti.de emptio.
& vendi.§.nunc ſciendū.verſi.& breuiter ſcias.
& habetur per Doctores in.l.ſciendū.ff. de ver-
borum obligatio.& facit quod notatur in.l. cū
hi.§.ſi prætor.ff.de tranſactio. Item quod dixi,
fuit per negligentiā,ſiue per leuem & latā cul-
13 pam, & dolum.† quia per abſolutionem gene-
ralem non videtur quis liberatus ab eo,qđ per
dolum,vel per latam culpam abſolute factū eſt:
vt eſt tex.in.l.ſi quis rationes.ff. de libe. lega.
& in.d.l.ſi ſeruus vetitus.ff.de legatis primo.in
vlti.charta &.l. quidā decedens. & ibi per glo.
& Docto.

& Doctor.ff.de administra.tuto.& no. plene p
Barto.in l.Aurelio.§.Gaius.ff.de libe.lega. Itē
dixi de præsenti eēt, & reperiretur in manibus
14 dicti tutoris: † quia absolutio quantumcun-
que generalis facta tutori,vel alteri,non extē-
ditur ad bona quæ apud absolutū essent de bo
nis absoluentis: quia de illis non videtur cogi-
tatum,nisi expresse dictum sit:vt in l.dominus
Sticho.§.finali.de pecu lega.& ibi hoc not.Bar
tol.in d.l.si quis & rationes. & in d.l.quidā de-
cedens.& in d.l.si seruus vetitus.& per Docto.
in dictis iuribus.& probatur in l.tres fratres.&
ibi no.de pactis. Item dixi quantacunq; sit il-
la quantitas,quia si diceretur,& in aliquo tene
ret,&c.itelligeretur de modico, iuxta notata ī
simili de venditione, vt l.ii.C.de rei vendic.&
in l.sciendum.ff.de verbo.oblig. & no.per Ca-
noni.in c.quintauallis de iureiu. quando datur
potestas arbitratoribus. Item dixi, ex nunc
faciat finem,refutationem,& remissionem: in
qua licet non valeret ex aliquo capite libera-
tio, ex eo quia videatur liberasse tanquam be-
ne gesserit, valebit tanquam donatio & refuta
15 tio. † Item vsus istis verbis, quia verbum re
futatio. est verbum generale: ergo communi-
ter ista verba solent apponi in instrumētis per
notarios. Item dixi habere rata & grata: quia
non posset amplius minor venire contrà, de iu
re,vel de facto. Nam si promittitur solum ra-
tum habiturū,intelligitur promisisse de nō cō-
trahendo de iure tm̄, sed veniēdo de facto tm̄,
nō teneretur, vt probatur in duobus glossellis,
in l.id quod pauperibus.C.de episco.& cleri.&
ibi hoc not.Bart.in l.metum.§.volenti ff.quòd
metus causa. & ad differentiam inter ratum &
firmum facit l.generali.C.de sacrosan.eccle.&
l.illud.ff.de iure patrona. & l.si pater.ff.de ritu
nup. Item dixi,ratione minoris ætatis,vel alia
16 quacunq; ratione: † quia iuramentum simpli
citer præstitum,solum operatur vt repræsentet
eum maiorem,vt no.in autent.sacramenta pu-
berum.C.si aduersus venditio. vnde necessariū
est addere,vel alia quacunque ratione, vel cau
sa. Item dixi,causa cognita, per textum l.iure
militari.ff.de testamen.mili.per quem dixit ibi
17 Bal & Ang. † ꝙ debitor qui vult plenissime
liberari sit cautus vt in instrumento faciat ad-
dere,ꝙ dicta quietatio ēt ad ignorata,vel inco
gnita porrigitur. & idem etiam not.in d.l.tres
fratres.de pactis. & dixi in cautela præcedenti.
Et aduerte,quia istud non procederet in mulie
re,vel minore,propter eorum fragilitatem, vt
dixit Bal & Ang.in d l.qui iure militari. p no.
in l.sciendum.de verb obliga.& l.ij.C.de resc.
venditio.hæc vero clausula tantum procedit in
minore liberante. Sed aduerte, quia videtur,
ꝙ dictæ clausulæ non sint necessariæ, quia aut
minor non læditur propter hanc liberationem,
& non est opus tanta solennitate. Aut est læsus,
& istæ solennitates videntur esse iniquæ,& pro
pterea non apponendæ. Ad quod tu dicas, ꝙ
dictæ clausulæ quandoque sunt necessariæ & iu
stæ, quandoque non. Nam si minor non læ-
ditur, tūc multæ de prędictis sunt vtiles,& ne-
cessariæ & iustæ, & omnes illæ ex quibus tol-
litur omnis præsumptio, vel suspitio metus,
vel reuerentiæ, vel doli, vel cuiuscunque alte-
rius fraudis, vel malæ suspitionis. Nam licet
minor sit læsus,non posset conqueri, quòd di
ctam liberationē fecerit inductus dolo, vel me
tu,&c. & sic posset rescindi liberatio:vnde hoc
casu,dictæ clausulæ sunt necessariæ, vel saltem
vtiles & iustæ. Si vero minor esset in veritate
lęsus ex dicta liberatione,puta quia tutor ma-
le gubernauerat facta minoris,& tunc aut intē
tio minoris,est ex aliqua iusta causa, puta quia
est filius vel nepos tutoris,velle liberare ipsum
quondam tutorem suum etiam de omni eo qđ
male gubernauit, & hoc vult facere ex certa
scientia,& tunc idem valet, quòd dictæ clausu-
læ sunt vtiles & necessariæ, ac etiam iustæ, &
apponi possunt etiam in foro conscientiæ,dum
modo declaretur prius minori virtus & poten
tia dictarū clausularum,& in quo prosunt, vel
noceant sibi in causa: sicut certioratur mulier
de Velleiano, vt habetur in l.iubemus.C.ad
Vellei.& in l.sciendum.ff.de verbo obligatio.
Tu qui es notarius, poteris uti dictis clausulis,
sed non aliter,vt statim dicam. Aut intentio mi
noris est,absoluere olim tutorē suum:quia cre-
dit ipsum bene gubernasse,& si aliter crederet,
non liberaret eum,& tūc dico,quòd dictæ clau
sulæ pro maiori parte non sunt honestæ, imò
iniquissimæ, quia sunt præter & contra inten-
tionem minoris,& per eas iniustæ deciperetur,
& ideo hoc casu notarius nunquā apponat eas,
per quas excludi posset à beneficio restitutio-
nis in integrum,quin possit docere de sua læsio
ne & interitu, non apponat hoc casu sacramen
18 tum minoris, † quod est fortissimum vincu-
lum de iure canonico, ut habetur in capitulo,
cum contingat.& capitulo,si uero.extrà de iu-
reiuran quia potest saluari sine interitu salutis
eternæ iurantis:vt ibi.sed cum interitu animæ
deferentis,uel notarij scribentis,uel aduocati,
aut procuratoris,uel alterius hoc consulentis,
uel alicuius autorantis,& hoc modo, & in hoc
casu,intelligo quod dixit Cyn.in d.auten sacra
menta puberum.C. si aduersus uendi.in prima
quæstione. ubi dixit, quòd illa autentica, siue
consuetudo, ut deferatur iuramentum,est er-
ronea,& multos misit ad inferos, & multa pa-
trimonia inique acquisita exinaniuit & destru
xit: quod est necessarium,& bene nota contra
multos, & maxime aduocatos,qui hoc consu-
lunt, ut uideantur sapientes, quod nunquam
tu facias.

Cautela qualiter debeat emanare rescriptū à principe, ad hoc quod quis possit audiri in causa,in qua nō appellauit CCXXII.

a Legitimar.
Legitimatio, quot & quibus fieri pôt. isti. de hæredi. quæ ab intest. deferũ. §. j & in aut. qui. mo. natu. eff. legi. Bal. in. l. eam quã. ix. colo. C. de fideicom. & Ant. Ros. in tra. legi.

1 *Rescriptum impetratum à principe, ad hocut aliquis audiri possit, ipso iure nullum existit.*

SVPPLICATVR sæpissime principi, quando causa est decisa & finita, à qua amplius appellari non potest: quia transiuit in rem iudicatam: puta, quia sunt latæ tres sententiæ conformes, vt. l. prima. C. nemini liceat in vna eademque causa tertio prouocare. & cap. sua nobis. extrà de appellatio. vel quia nõ fuit appellatum, & sic victus ei acquiuisse videtur. l. ab eo C. quomodo & quando iudex. vel quia post sententiam incepit soluere, vel terminum petiit ad soluendum. C. de re iudica. l. ad solutionem, vel quia fuit appellatum, & deserta est appellatio per lapsum anni, vel ex causa biennii, vt in auten. ei qui. C. de tempo. appel. & cap. cum sit Romana. de appellati. & habetur in capitulo, ex ratione. eod. tit. & à principe obtinere rescriptum, & iterum causa audiatur, & terminatur: & multi credunt, quòd tale rescriptum valeat.

1 † Sed tu dicas contrarium, quia imò est ipso iure nullum, vt est textus in. l. causas vel lites. C. de transact. & . l. finali. C. senten. rescin. non pos. & . l. finali. C. de errore aduoca. imò plus dicit, si quis tale rescriptum impetrauerit, non solum erit nullum, & suo desiderio carere debebit, vt dictis iuribus, sed etiam ignominiæ pœna notabitur, id est efficietur infamis, vt est textus multum singularis in. d. l. finali. C. vt lite pendente. qui textus procedit, siue non sit appellatum, vel appellatio sit deserta. vt ibi dicitur in tex. siue etiam bis sit appellatum, & propter hoc nõ possit amplius appellari: siue non possit appellare: quia fuit contumax. iuxta. le. ex consensu §. fina. ff. de appella. & . l. 2. § fina. cum ibi notat. ff. quando appella. sit. vt vult gloss. not. in dicta. l. finali. C. vt lite pende. Sed ad hoc vt dictum rescriptum valeat, cautela est, vt dicatur non obstante. l. si C sentent. rescin. non pos. & . l. fin. C. vt lit. pendent. cum simili. vt not. gloss. in. d. l. vltima. senten. rescindi non posse. facit quod notat Barto. in. l. vacuatis. C. de decurio. lib. x. & puto etiam, quòd sufficiat, si diceretur non obstantibus aliquibus legibus, vel statutis in contrarium facientibus, per not. in aut. hoc inter liberos. C. de testamentis. & . l. si quis in principio testamenti. per Bartol. ff. de leg. j. & . l. finali. C. si contra ius vel vtili. publ. & per Canonistas in capitu. quæ in ecclesiarum. extrà de constitutio. & per Antonium de Butrio. in ca. primo. eodem titulo. verius tamen vbi iura ciuilia obseruantur, seruatur contrarium: quia huiusmodi rescripta seruantur, quando sunt impetrata seruatis solennitatibus Venetiarum, etiam si non sit clausula, non obstante. quod nota, quia pauci aduertunt.

Cautela instruens patrem, uolentem filios naturales legitimare. CCXXIII.

1 *Matrimonio subsequenti omnes filii legitimantur.*

HABENS filios naturales, eos legitimare non potest, nisi per matrimonium tantũ subsequens, quando eorum mater est talis mulier, quam pater possit uxorem cõmode habere, ut est tex. cum glo. singulari in auten. quibus modis natu. effi. legitimi. §. sit igitur licentia. quæ incipit, id est non permittimus. columna sexta & idem hoc tenet ibi Angelus & Baldus, in capitulo, illud. in fi. prima columna. extrà de præsumptio. Et ideo tu qui uis legitimare filios tuos, sis cautus vt aduertas, si põt commode cõtrahere cum matre filiorum, quia
1 oportet cum ea contrahas matrimoniũ, † quia per subsequentiam matrimonij legitimabuntur. l. cum quis & l. nup. C. de natu. libe. & capitulo, tanta. extrà qui filij sint legitim. uel si nõ uis eam capere in uxorem, sed solum filios legitimare, per rescriptum principis facias, quod dicatur in rescripto, non obstante, quòd eorũ matrem possit pater commode in uxorem accipere, uel non obstante d §. sit igitur licentia. per ea quæ dicta sunt in præcedenti cautela. Ac etiam sis cautus ulterius, si faceres legitimare eos à comite Palatino, habente potestatem ab imperatore legitimandi, ut inspicias uerba sui priuilegij, iuxta cap porro. extrà de priuile. & l. fideiussores magistratuum. §. Aurelio. ff. de fideiusso. ut si in eo non reperies, quod habeat potestatem legitimandi naturales, etiam si pater eorum possit matrimonium contrahere cum matre, uel si non est clausula, quòd possit legitimare, non obstante dicto. §. sit igitur licẽtia, quòd non confidas de dicto priuilegio, per ea quæ dicta sunt. Item & tertio sis cautus, quando uis impetrare huiusmodi rescripta ab imperatore uel Papa, ut in eis dictam clausulam apponi facias.

Cautela in fauorem hæredis, ut non possit conueniri infra certum tempus à creditoribus hæreditatis. CCXXIIII.

1 *Hæres, dum inuentarium fit, alicui non tenetur.*

INSTITVTVS hæres si uult habere dilationem aliquam, infrà quam non possit cõueniri à creditoribus hæreditarijs, uel legatarijs post aditã hæreditatem, ẽt quando hæreditas est soluendo, cautela est, ut conficiat inuentariũ, & incipiat ipsum infra triginta dies à die aditæ hæreditatis, & compleat in fine triũ mensium, si res hæreditariæ sunt præsẽtes, & si absunt, in fine anni. iuxta l. fina. §. sinautem dubius. C de iure deliber. & interim infra dictum tempus quo inuentarium conscribitur, non poterit hęres cõueniri à creditorib. hæreditarijs, uel legatarijs, nec ab eis inquietari, nec ad iudicium trahi, nec poterunt etiam hypothecariam res hæreditariæ uendicari, & sic habebit dilationem trium mensium, uel unius anni,

anni, inuitis creditoribus & legatarijs, vt est casus in l fina.§.donec.C.de iure deliber.& est gl. in d.§.finautē dubius. in verbo, im misceat,
1 quæ dicit per d.§.donec. † ꝙ interim dum fit inuentarium, hęres non tenetur alicui.& idem notat Azo, in summa.C.de iure deliberan.in versi.effectus autem huius inuentarij. Et aduerte, quia istud beneficium dilatiōis durat, donec conscribitur inuentariū, vt dixi.& ideo sis cautus, vt non compleas, nisi in fine trium mensium, vel anni. quia si compleres prius, posses conueniri ante lapsum dicti temporis, vt probatur in d.§.donec.& ita sentit Azo, in dicto versi.effectus.

Cautela pro emente ab hærede res hæreditarias a, quod instrumentum dicat, quod soluit illam pecuniam pro satisfaciendo creditoribus, & legatariis, ac ipsis præsentibus. CCXXV.

1 *Hæres si simpliciter vendiderit, non dicendo, causa satisfaciendi creditoribus, vel legatarijs, an tūc emptor conueniri poterit.*

QVANDO quis emit aliquam rem hæreditariam ab hærede, qui conficit inuentarium solenniter, non potest conueniri à creditoribus hæreditarijs, vel legatarijs, vt l. si eo.§.& si præfatam.C.de iure deliber.secundum qđ ibi notatur, quod intellige, quando hæres vendidit dictam rem pro satisfaciēdo creditoribus, vel legatarijs hæreditatis, vt in d.l.finali.§ licētia.id est ibi, pro soluendis debitis, vel legatis: & quando pecunia soluta per emptorem, fuit soluta per hæredē creditoribus, vel legatarijs, vt probatur in d.§.& si præfatam.in fi.ibi, quarum precia in legata, &c.& si ista duo concurrunt, res non habet dubium per dicta verba.
1 † Sed dubium est, quid si hæres vendidit simpliciter, non dicendo, causa satisfaciendi creditoribus, vel legatarijs, an tunc emptor poterit conueniri. Et videtur, ꝙ sic, quia quando quis vendit rem, in dubio vendere videtur iure proprio, & pro se.vt notat Bart.in d.§.& si præfatam. & Bald.clarius in l.mater in fine.C.de rei vendic. vnde non videtur vendidisse pro satisfaciēdis creditoribus, vel legatarijs.& ideo dominus Pau.de Cast.in d.§.& si præfatam.in fine, dicit, ꝙ emptor non erit securus, & propterea debet esset cautus, quando venditur sibi, vt dicatur in instrumento, quòd venditio fit causa satisfaciendi creditoribus, vel legatarijs: qđ teneo esse verum, quando pecunia non fuisset soluta creditoribus, vel legatarijs, per dictum.§.& si præfatam. in fine.& per dictum § licentia.j. Sed si pecunia fuisset soluta creditoribus vel legatarijs, teneo quòd ipse emptor erit securus.sed hoc tenet Baldus secundum Odofredum in dicto.§.& si præfatam. in versiculo penultimo.& maxime hoc procedit, quando immediate recepta pecunia, hæres soluit creditoribus, vel legatarijs, quia ex isto actu sequenti declaratur voluntas hæredis, quòd vendiderat causa satisfaciēdi, sicut fecit, per l. si seruus plurium.§.fina. de legatis primo. Sed si hæres vendidisset pro satisfaciendo creditoribus, vel legatarijs, & in veritate non satisfecisset, nūquid emptor esset securus? credo, ꝙ non, per dictum.§.& si præfatam. in fi. Et ideo vt tollantur istæ dubitationes, emptor si cautus, vt faciat apponere in instrumento venditionis, ꝙ hæres vendidit pro satisfaciendo creditoribus, & legatarijs, & exburset pecuniam ipsi hæredi, præsentibus creditoribus & legatarijs, & recipientibus dictam pecuniam ab hærede: & ita scribitur in instrumento venditionis, siue solutionis pecuniæ factæ per emptorē, & tunc erit securus.facit, quod not. in autent.hoc ius pro rectum.C.de sacrosanct.ecclesi.& x. quæstione secunda.ca.hoc ius prorectum.& l.vltima.ff.de iniusto.

a Res hære. Emptor hæreditatis, an & qūo teneat ad debita vēditoris.gloss. Bart.& Ioan de Pra.in l.si actor 2.col.ff. de ꝓc. Itē ēt ad ea quę soluit hæres vēdēs creditorib. vel legatarijs. Alex.contra. & Pau.de Cas.in l. 2.C.de leg.

Cautela quod inuentarium tutoris de rebus pupilli, prosit ipsi pupillo hæredi. CCXXVI.

1 *Inuentarium quotuplex esse dicatur.*
2 *Inuentarium, quod tutor facit pro administratione tutelæ consequenda, an ipsi pupillo prosit, vt inuentarij utriusque beneficio vti possit.*

1 DVPLEX est inuentarium, † vnum tutoris, de quo in l. error qui repertorium. ff.de administra.tut. Aliud est hæredis, de quo
2 in l.si C. de iure deliberan. † Sed est dubium nunquid inuentarium quod facit tutor pro cōsequenda administratione tutelæ, prosit pupillo hæredi, vt possit vti beneficio vtriusq; inuentarij. Dicas, quòd non, quia ista inuentaria requirunt diuersas solennitates, & in multis discrepant inter se, vt patet ex his quæ habētur in d.l. tutor qui repertorium. in princip.& in d.l.fina.& ita tenet Bartolus in l.in ratione.§.quod vulgo. in penultima colum. quæro tutor.ff.ad l. Falcidiam. & Baldus in dicta l.fina.§.cum igitur.in penultima columna.ibi, etiam soluta est quæstio. & idem tenet dominus Paulus de Castro in §.& si pręfatam. in fine. in ea.lege.& in consilio suo xxviij. versiculo, super secundo. In quibusdam tamen locis est consuetudo, quòd inuentarium tutoris sufficiat pupillo hæredi, quæ consuetudo seruanda est, argum.l.ij.C.quemadmodum testament.aper. dummodo probatur, alias iudicandum esset secundum ius commune secūdum Baldum in dicto.§.cum igitur.verum quia pupillo esset magna expensa, duo inuentaria, & bis bona sua describere, cautela est, quòd fiat tantum vnum inuentarium per tutorem, in quo seruentur

tur solennitates vtriusq;inuentarij, & sufficiet pupillo. Et licet dicatur in l.fi.§.finautem dubius. ꝙ inuentarium debet inchoari post aditam hæreditatem, tamen poterit de voluntate etiam inchoari & fieri, licet non de necessitate: & ita pluries practicari feci.

Cautela contra statuta disponētia, quod contra instrumentum non posit opponi aliqua exceptio, etiam simulationis, quod agatur coram iudice ecclesiastico. CCXXVII.

1 *Lex quantumcunque dura, seruanda est.*
2 *Statuti propter iniquitatem, ad ecclesiæ subsidium recurri potest.*
3 *Statuta nutrientia peccatum, ecclesiæ subijciuntur.*

STATVTA quandoq; disponunt, vt contra instrumentum nō possit opponi aliqua exceptio: quo casu intelligitur, quòd nō possit opponi etiam exceptio simulationis, vt notat Bart. in l.ij.§.ij.ff.quod vi aut clam.& Bald. in l.j.C.plus valere quod agitur.& aliquando expressa dicitur, quòd exceptio simulationis non posset opponi, quo casu non est dubium, quòd non poterit opponi, vt no. Bald. in l.fi.§.in cō-
1 putatione.in fine.C.de iure deliberan. † quia lex quantumcunq; dura, seruanda est.l.prospexit.ff.qui & à quibus.& quia paria sunt, nō habere exceptionem, vel allegare eam non posse: vt est gl.singularis in l. qui habebat.ff.de manu.testa.& no.Bal.in l.siue generalis.C.de senten.pass. Sed quod remedium est, vt prædictis statutis non obstantibus, possit de iure contra-
2 ueniri, & opponi exceptio simulationis † dic, quòd propter iniquitatem statuti, potest recurri in subsidium ad ecclesiam, secus autem, si statutum nō remoueret exceptionem, sed assignaret certum terminum, nō dicitur iniquitas, sed iustitia positiua, vt l.j.§.pueritiam.in verbo, ratus.cum gl.ff.de postu.vt singulariter not.Bal. in dict.§.in computatione. in fi.& intelligo ꝙ potest recurri ad ecclesiam in subsidium, propter iniquitatem statuti, non propter iustitiam denegatam à statuto: & sic poterit procedi coram iudice ecclesiastico de simulatione, iuxtà cap.licet ex suscepto.& cap.ex tenore.cum ibi no. extrà de foro compe. & poterit etiam procedi, si aduersarius propter hoc erit in peccato per denunciationem euangelicam.iuxta no.in ca.nouit. extrà de iudi.& idem dicas in simili.
3 † vbi statuta essent iniqua, & nutrient peccatum: quia tunc dictis duobus modis posset ad ecclesiam in subsidium recurri, quod singulariter & perpetuo tene menti.

Cautela pro illo qui facit actum iudicialem, præsente suo aduersario, & quod in iudicialibus tacens, & habetur pro consentiente, & repetitur suprà per eundem. CCXXVIII.

1 *Verba aduersarij qui non acceptat, ex illis se iuuare non potest.*
2 *Sententijs vel interlocutorijs, vbi appellationi locus non est, nullus videtur consentire, nisi per decem dies taceat, vel per alium actum consensum exprimat.*
3 *Actis iudicialibus in quibus appellari potest, simpliciter contradicere nō sufficit, nisi appelletur.*
4 *Interlocutorijs, grauaminis causæ insertæ esse debent.*

SI fit aliquis actus, vel aliquid dicatur, aut offeratur in iudicio ab vna parte, altera præsente audiente, & tacente, & non acceptante, non præiudicat dicenti vel facienti, aut offerenti, vt est text.cum glo.secunda.no. in l.iij.C.de repud.hæredita.& ibi Doctor.& maxime Bald.
1 qui dicit per illum tex. cum gloss. † ꝙ qui nō acceptat verba aduersarij, non potest se ex illis verbis iuuare, idem si dissimulat. Et ideo cautela est, ꝙ aduersarius faciat scribere tali præsente & acceptante, & in parte & partibus pro se facientibus, contra se non consentiente: sed si iudex facit actum aliquē parte præsente cui displicet, debet cōtradicere: & ideo sit cautus, vt in actis apponi faciat parte præsente, & contradicente.aliàs si nihil diceret, videret̄ consentire, vt probatur in.l.j.C.de rela. & ibi hoc no. Bartolus. & Doctores. idem notat Bartolus, in autentica, si quis aliquid documento. in fine.C.de eden.& l.fina.ff.quando appella.fit. & Abbat.Sicu.in cap.intimasti.extrà de appellat.
2 † In sententijs vero vel interlocutorijs, vbi appellationi locus non est, non videtur consentire, nisi taceat per x.dies, vel per alium actum exprimat cōsensum, vt l.ab eo.C.quomodo & quando iudex. & l.ad solutionem.C.de re iud. & in auten.hodie.C.de appellat.secundum Bartolum, in dicta l.prima.C.de rel.& non sufficit, quòd pars contra quam lata est sñia contradi-
3 cat: † quia in actis iudicialibus in quibus potest appellari, non sufficit simpliciter contradicere, sed debet appellari, vt singulariter dicit Innocen. in capit. quod ad consultationem.in fine.extrà de re iudica.quem sequitur Ioannes de Imo. in l.ille à quo.§.si de testamento.ff.ad Trebel.& Ang.de Are.in § præterea quasdam. institu.de actio.in materia actionis, ad exhibendum. Sed in contrarium videtur tex.in auten. si quis litigantium.in princip.C.de episco.audient. in verbo, contradicat. vbi videtur probari, quòd sufficiat contradictio infra decem dies, secundum Bald. & Paul.de Castr.ibi, sed dicas,

dicas, quòd tunc contradictio sufficit, & habe-
tur loco appellationis, quando ex aliis cohæ-
renriis apparet contradictum animo appellan-
di, puta, quia petiti sunt apostoli, vel quia con-
tradicens submisit se iurisdictioni superioris,
secundum Baldum ibi, qui ita intelligit illum
textum, & posset hoc procedere in sententia dif
finitiua à qua potest appellari solo verbo, sine
expressione alicuius causæ vt. l. prima. in fine.
4 cum sequen.ff.de appella.† Sed in interlocuto-
ria nõ procederet, nisi causæ grauaminis essent
in contradictione insertæ.l.appellanti.de appel.
cum similibus.ideo ex predictis poteris esse cau
tus qualiter debeas facere, quando in iudicio
aliquid fit à parte vel iudice, quod no.quia quo
tidianum

Cautela pro illo qui adiuit hæreditatẽ, quomodo poterit illam repudiare, uel illi renunciare [a]. CCXXIX.

1 *Hæreditatem qui adiuit, ipsam repudiando, amittere non potest.*
2 *Hæreditatem paternam, uel maternam si filia adiuerit, & postea cum maritatur, ad instantiam fratris dicat, repudio hæreditatem paternam uel maternam, repudiatio nihil ualet.*
3 *Propositum in proposito sicut operatur, ita oppositum in opposito.*
4 *Naturalius nihil est, quàm eo uinculo unumquodque dissolui, quo ligatum est.*
5 *Verbum unum, quod improprie capiatur ad hoc, ut aliquid operetur, nullum inconueniens est.*

1 QVI adiuit † hæreditatem, non potest ip-
sam repudiando amittere: vt.l. sicut.C.de
repu.hæred b quæ est bona lex pro puellis quæ
maritantur à fratribus, qui faciunt eas repudia-
re hæreditatem paternam vel maternam, in lo-
cis in quibus succedunt filiæ sicut masculi, sicut
de iure communi: vt.l. maximum vitium.C. de
2 liberis præteritis. † Nam si filia hæreditatem
paternam vel maternam adiuerat, & postea cũ
maritatur, ad instantiam fratris dicit, repudio
hæreditatem paternam vel maternam, nihil va
let repudiatio, & ea non obstante, potest partẽ
suam auocare: & ideo debet esse cautus frater,
vt soror non dicat, repudio, sed dicat renuncio,
& dono tibi partem meam quam habeo, vel ha-
bere spero in hæreditate paterna vel materna,
quod perpetuo tene menti, quia notarii non
intelligentes, de facili possent errare in conci-
piendo verbo, secundum domin. Pau. de Castro
in dicta.l.sicut. Sed aduerte, quòd ista cautela
esset necessaria, si dicta.l sicut. intelligeretur in
distincte, videlicet quòd ille qui ediuit hæredi-
tatem, vel in ea se immiscuit, non posset ipsam
repudiare.nec quo ad suum commodum vel fa-
uorem, nec quo ad ipsius præiudicium. prout
intellexit Iacob. de Aretio & Cyn.ibi, qui re-
præhendunt gloss.penultim.ibi, & pro hoc fa-
cit textus in dicta.l.sicut.ibi, nec quòd confes-
sus in iure pro iudicatis haberi: quia illa verba
præsupponunt in damnum confitentis. Sed si te
neremus, quòd illa. l. sicut intelligatur solum,
quòd dicta repudiatio non valeret in fauorem
repudiantis, quia conueniebatur ille qui adiuit
à creditoribus hæreditariis, sed in eius præiudi-
cium sic, puta quia conueniebatur ab illo qui
dicebat se esse hæredem, prout intellexit Gloss.
& angelus, tunc non esset necessaria ista caute-
la & pro ista parte, quòd repudiatio hęredita-
tis iam aditæ valeat in præiudicium repudian-
tis, videtur tenere glossa penultima & vltima
in dicta.l sicut.& facit ratio quam allegat: quia
dicta repudiatio habet vim cuiusdam renun-
ciationis.l.postquam liti.C.de pactis. Itẽ quia
ista procedunt à pari, non posse adiri postquam
repudiauit, & non posse repudiare, postquam
adiuit: vt.d.l.sicut. sed si primo repudiasset, dein
de interrogatus ab vno, si est hæres, respondet
quòd sic, habetur pro hærede, quantum ad ip-
sum interrogantem: vt est tex.cum gloss. fin.in
l.fi.ff.de interrog.actio.& dixi suprà in cautela:
ergo econtra videtur dicendum, quando prius
adiuit, & postea ad instantiam vnius repudiauit
vt repudiatio sibi noceat quantum ad illum, &
3 non quantum ad alios: † quia sicut operatur
proppositum in proposito, ita operatur oppo-
situm in opposito: vt.l.fin.in.fin.ff. de leg. 3. &
l.sed & si contra tabulas.ff.de vulg & pupil. &
not.Barto.in.l.inter stipulantem.§. sacram. de
verborum obliga. Item quia licet repudiatio b
non teneret, tamen non licet sibi vel hæredi
suo, venire contra factum suum.l. per fundum.
ff.de serui.rustic.prædio.&.l.post mortem.ff.de
adoptio. Item quia repudiando videtur hæredi-
tatem habere pro derelicta.l.j.&.ij.ff pro dere-
licto. & maxime si nunquam habuit possessio-
nem bonorum hæreditatis: quia tunc cessat.l. si
4 quis vi.§.differentia.ff. de acqu. posses. † Item
quia nihil tam naturale, quàm eo vinculo vnũ-
quodque dissolui, quo ligatum est: vt.l. nihil tã
naturale.ff.de reg.iur. & sola & nuda volunta-
te aditur, & quæritur hæreditas.l.pro hęrede.in
principio. ff. de acquiren. hæredi. igitur debet
sola voluntate posse admitti, per.d. l. nihil tam
naturale.& per not.in.l.j. C.de pactis. Item hoc
maxime procederet, quando fuisset adita hære-
ditas per cohæredem: quia facta repudiatione,
fuit habita pro derelicta, & acquisita cohæredi.
l.j §.is ita.C.de cadu.tollen. Item, quia repu-
diando, videtur fateri se nunquam adiuisse, vel
si aliquid fecit, propter quod pręsumatur adiuis
se, sed nunquam habuisse in rei veritate animũ
adeundi, & sic, quòd vere non adiuerit, & ita cõ
tra confessionem suam ipse, vel hæres suus con
trauenire non potest.l.deerunt.§.primo.de in-
terroga.actio.& ita reperio consultum per Bal-
dum, in consilio suo cxxxviij. quod incipit, Io-
annes Symeonem & Petrum filios suos. in fin.
v.colum.versiculo, circa tertium repetam illud
Etu istam opinionem puto veriorem, quia licet
quis

a Renuntiare. Renunciationis successionis forma est, videlicet renuntio, & dofratribus par tem meam hereditatis paternę, nõ sic renũcio partẽ meã. Paul.de Cast.in l.sicut.C.de repu.hęredi. Vide forman instrumẽti dictarum renunciationũ i Spec. de pactis. §.2.in. 1. colũ. vbi plenius.

b Repudiat. Repudians qui bus casibus teneatur, Bald.in rubr.C. si quis ali.test.prohi.

quis non posſit hereditatem aditam proprie lo
quendo,repudiare:vt dicta.l.ſicuti. C. de repu-
di.hæredi.tamen in ſui præiudicium poteſt, ma
xime in caſu noſtræ quæſtionis,in quo verbum
repudiatio,niſi operaretur,nihil valeret:& ideo
vt potius valeat dicta repudiatio,quàm pereat,
expono verbum,repudiatio , pro renunciatio-
5 ne.† Nec eſt inconueniens , quòd vnum verbũ
capiatur improprie,ad hoc vt aliquid operetur
vt cap.cum dilectus.extrà de conſuetu.& argu.
gloſ.not.in.l.& puto.§ primo.ff. famil.her.cũ
ibi not. & 'prę ſertim cum dicta verba repudia-
tionis,ſint prolata à muliere vel à minore , qui
communiter ignorant vim & poteſtatem voca
bulorum.& pro hoc allego gloſſ.ſingul.in.leg.
quoties.C fami.herciſcund.& dicit, quòd om-
nes teſtatores neſciunt dicere, hæredem inſti-
tuo.& ex prædictis concluditur , quòd cautela
domini Paul non eſt neceſſaria, tamen eſt vti-
lis, ut euitentur opiniones.

a In medio cortina exiſtente. Teſtes teſtamẽti debent videre teſtatorem.l.ſi non ſpeciali. & ibi omnino Docto.& Alex. C. de teſt. ideo ſi cortina eſt in medio,non probat niſi viderint.Bar. in.l.2. §.idem Labeo. in.j.col.^et.ulterius venio.ff. de aqua plu.arcen. vbi dicit, ſecus in contractibus , vt ibi etiam per Ale. & Io.An.in.ca. ex literis.de cõſue poſt.glo.in uer. audierint. quæ dicit teſtes probare, licet cortina ſit ĩ medio. Item probant actũ , qui percipiat alio ſenſu quàm viſus, ſecundum Ang. in aut. de hæredi. & Fal. §.hinc nobis.in ult.col.in prin. uerſi. 2:no. Itẽ uerum,quando teſtes habẽt notam uocẽ contrahentium. Ray.in.d.§. idẽ Labeo.

Cautela, quando quis non poteſt probare per teſtes uel inſtrumenta, illud quod ſibi debetur, qualiter teſtes ſunt ponẽdi ſub cortina, ad intelligendũ confesſionem. CCXXX.

1 *Teſtis dictum de auditu an ualeat , quando paries, uel cortina eſt in medio inter teſtes , & contrahuntes.*

2 *Teſtis teſtimonium de ſenſu proprio auditus uerborum alterius ualet , quando ipſe teſtis loquentis uocem notam habeat , licet perſonam loquentem non uideat.*

3 *Solennitas maior requiritur in teſtamento , quàm in codicillis, uel in donatione cauſa mortis.*

QVANDO quis non poteſt probare per teſtes vel inſtrumenta, vel aliter illud qd' ſibi debetur ab vno, nec in præſentia teſtium debitor vult confiteri, & creditor vult extorquere confesſionem, ita ^t posſit eam legitime' probare, ſolet adhiberi iſta cautela, vt creditor faciat venire aliquos teſtes in quadam camera iuxta ſuam , in qua posſit audire ea quæ in alia dicentur, vel faciat eos ſtare ſuper lecto, in eadẽ camera, cortina *a* exiſtente in medio , vt videri non posſint, vel ſub lectica , deinde ducat debitorem in dicta ſua camera, & interroget ſubtili modo ſeu ingenio , quomodo eſt debitor ſuus in tanta quantitate, & quòd promittat ſibi neſcienti , qui interrogatus in præſentia teſtium non confitererur, credens ab alio non audiri, faciliter induceretur ad confitendum, & promittendum debitum, & poſtea teſtes poterunt examinari, qualiter ipſi audiuerunt talem confitẽtem debitum , & promittentem ſoluere , licet non viderint eundem , tamen habeant eius loquelam notam , & viderint ipſum ingredi domum, & tale teſtimonium valebit & ad hoc cõ
muniter allegatur gloſſ.l.ij §.idem Labeo ait ,
cum quæritur.in verſi.audierunt . quæ incipit
ſic.§.dixerunt ff.de aqua plu. arcen. quæ vide-
1 tur velle , † ꝙ valeat dictum teſtis de auditu,
quando paries vel cortina eſt in medio inter te
ſtes & contrahentes, vt notat Bart.& Docto.in
d.§.idem Labeo.& Cyn. & Doctor. in l.ſi non
ſpeciali.C.de teſtamen. & videtur eſſe text.cũ
glo.in verbo, auditu.& ibi Doctor.in ca.præte
rea. extra de teſti.& fundamentum eſt in hoc,
2 † quia regulariter valet teſtimonium de ſenſu
proprio auditus verborum alterius, quando te
ſtis habet notam vocem loquentis, licet perſo-
nam loquentem non videat, vt l.teſtium. cum
auten.rogati. ibi poſita. C.de teſtib. & xiiij.q.
ij.c.j.& iij.qõ ix c.teſtes. & ibi tenet dominus
Mattheus de Matheſi in cxxv. notabili. quod
incipit , nota quòd regulariter valet teſtimo-
nium. Sed in contrarium facit, quod notat Frã
ciſ.Accu.& Cy. in d.l.ſi non ſpeciali.vbi dicũt
indiſtincte, nõ valere tale teſtimoniũ, quia in te
ſte requiritur viſus.C.de teſtibus.l.teſtium.ibi
præſto fuerunt. vnde ſecũdum Bar. in d.l.ſi nõ
ſpeciali . teſtes qui non poſſunt videre propter
obſcuritatẽ noctis, non probant. facit quod no.
in l.ſi cum exceptione.§.in hac.ff.quòd metus
cauſa.& quod dicam in ſequenti cautela. Item
in contrarium facit ratio, quia poſſet eſſe quòd
debitor propter infirmitatem , vel aliam cau-
ſam mutaſſet vocem ſuam communem, & pro
pterea teſtes qui non viderunt eum loquentẽ,
non poſſent clare deponere de ipſo , ergo non
videntur cõcludere.l.non hoc. C.vnde cogna-
ti.l.neq; natales.C.de probationibus . cum ſi-
milibus. Item quia poſſet eſſe ſuppoſitus ſuus,
qui eius dicitur debitor , & vocem ſimularet .
Nam dicit Cyn.in d.l.ſi non ſpeciali , ſe vidiſſe
hominem qui tam bene trãsformabat ſe, & vo
ces alterius & loquellam aſſumebat , qui ab
vxore illius viri, quem repræſentare conabatur
loquendo, putabatur verus maritus eſſe. Item
in contrarium videtur tex.in d.l.ſi non ſpecia-
li.ibi, in conſpectu teſtatoris.& in l.ſi vnus.ibi,
vel coram teſtatore omnes eodem loco.C.de
teſtam.vbi probatur, ꝙ teſtes debent videre te
ſtatorem. Item videtur eſſe tex.cum glo. in d.
c.præterea.extrà de teſtib.vbi videtur probari
non ſufficere teſtes deponere de auditu , cortina in medio exiſtente, niſi alia adſint adminicula. Item q̃a gl.in d.l.ij.§ idem Labeo. nõ uidetũ probare id, ad quod allegatur, quia gl ibi non videtur determinare, ſed loqui interrogatiue , dum dicit, quid enim ſi paries vel cortina , eſt media inter teſtes , & contrahentes & teſtatorem, & ſic ſolum quærere uidetur , & non decidere. Et ita aliqui reſpõdent ad illam gloſſam . Ego autem in hac materia quotidiana & utili, ita puto eſſe diſtinguendum . aut loquimur in teſtamento, aut in matrimonio , aut in contractibus vel quaſi, aut in maleficijs uel quaſi. Primo caſu, ſi loquimur in teſtamento, & tunc teneas ,

neas, quòd nõ sufficiat dicta cautela, quia opor
tet, quòd testes videant testatorem, per d.l.si
non speciali.& l.si vnus.C.de testamentis.licet
gl.dixerit contrarium in d.l.ij.§. idem Labeo.
quæ cõmuniter in hoc reprobatur ibi per Do-
ctor.& in d.l.si non speciali per Cyn.& Docto.
Aliqui tamen conantur saluare illam gloss.di-
cendo, quòd illa gloss.non decidit, sed loquitur
interrogatiue dubitando, ut suprà dixi. Secus
forte esset in codicillis, vel donatione causa
3 mortis, † quia maior solennitas requiritur in
testamento, quàm in codicillis, vel donatione
causa mortis.l.hac consultissima. C.de testam.
coniuncta l.fi.C.de codicillis.& l.fi.C.de dona.
causa mortis.& hoc vult do. Mattheus de Ma-
thesi.in d.suo not.cxxv. quod incipit. Nota, ꝙ
regulariter valet testimonium. In matrimonio
non credo, vt faciant plenam fidem, sed cũ aliis
adminiculis sic, ut in c.præterea.cum gloss.ex-
trà de testibus. quam ita intelligo. In contra-
ctibus vero vel quasi, teneo quòd probent suffi
cienter, ut not.gloss.iij.quæst. viij. testes.& ita
potest intelligi in d.§.idem Labeo. & per not.
in.§.si vero absunt.in auten.de hæredit.& Fal-
cid.colum.j.& per Cyn.& Iacob.Butri.in l.te-
stium.C.de testibus.& per speculat. in titul.de
testi.§ j.versicul.item quòd causa.& per Ioan.
de Imol.in d.§.idem Labeo. & ibi per Doctor.
In maleficiis dic, ut dicam in sequenti cautela.
& intelligo prædicta, quando testes habent no-
tas contrahentium uoces, ut not. per Doctor.
in iuribus.præallegatis. Item intelligo omnia
prædicta esse subiicienda arbitrio iudicis, qui
habeat considerare, si testes habebant vere no-
tas voces, & si decipi potuerunt per prædista.

Cautela qomodo debeant deponere testes, quando dicunt aliquem commisisse delictum de nocte. CCXXXI.

1 *Testis dictum ualet, si deponat de maleficio de nocte commisso ad lumen lunæ.*

SI aliquis fuit accusatus, quòd de nocte com
misit aliquod maleficium, & testes depo-
nunt se vidisse, Cautela est ut inspiciatur, si illa
nocte luna lucebat, quia si non erat lumen lu-
næ, poterit & debuit capitulari & probari, ꝙ il
la nocte maxime illa hora, qua dicitur malefi-
cium commissum, luna non lucebat, & propter
hoc testes non potuerũt bene videre, quia nox
erat obscura, & si testes aliqui de maleficio dixe
rint, reprobabuntur, ut probatur per glo.nota-
bilem in l.si cũ exceptione.§.in hac. super uer.
ignorantiam.in fi.ibi, dum dicit, cum talia fiant
de nocte, vel in multitudine hominum.ff.quòd
1 metus causa.secundum Bald.& Ange. ibi.& ita
etiam tenet Bald.in l. Arethusa.ff.de statu ho-
minum.& in c.j.§.porro. in titu, quæ fuit pri-
ma causa bene.amit. in vsib. feud.ubi dicit Ol-
dra.quendam accusatum de maleficio commis-
so de nocte, defendisse per dictam gloss.& ideo
si lumen lunæ fuisset, ualerent dicta testium,
qui deponerent de maleficio, secundum Barto.
in suo tractat. de teste. per l.non minorem.C.
de transactio.

Cautela quando dubitatur an aliquis debeat interesse electioni, cautela est, quod admittatur cum protestatione. CCXXXII.

2 *Electioni aliàs legitimæ non nocet, si non habentes vocem, cum alijs admissi fuerint.*

CVM dubitatur an aliqui debeant interesse
electioni, & tempus instat, ita quòd com-
mode nõ possit recipi probatio, an de iure hoc
eis competat, cautela est, ut admitti debeant cũ
protestatione, ut eorum voces valeant, si & in-
quantum appareat postmodum eos debuisse in
teresse, ut c.Cumana.de elect.& in c.in Genesi.
1 eodem ti. † Non enim nocet electioni aliàs le
gitimæ, si non habentes vocem fuerint admis-
si cum aliis.ita dicit Abbas Sicu.in dicto capitu
lo, Cumana.in prin. versi.sexto no.cautelam &
practicam, quod tu nota pro electione summi
pontificis, vel rectori scholarium, ut si dubita-
tur, an aliqui Cardinales possent dare vocem,
vel aliquis scholaris, ne deferatur electio, pos-
sent admitti cum dicta protestatione.

Cautela pro notario, qui nescit ordinare instrumentum in forma solenni, quod alter ex contrahentibus poterit illud dictare. CCXXXIII.

1 *Tabelliones ex se instrumentum inter partes dictare debent, cum ad hoc teneantur.*

MVLTI tabelliones reperiuntur, qui ne-
sciunt dictare vnum instrumentum in for
ma solenni, vel si sciunt, vellent euitare laborẽ
in dictando, ideo utuntur ista cautela, quia fa-
ciunt formam instrumenti, per aliquem con-
trahentium ordinari, & ipsi postea scribunt, &
in publicam formam redigunt. Quæritur, nun-
quid possit.dic, quòd sic, ut xij.q.ij.cum redem
ptor.ibi, scribendam dictaminis. Ipse tamen no
tarius per se postea diligenter considerabit sin
gula verba, & quod ei videbitur emendabit.
1 † Melius tamen esset, si ipse per se faceret, cum
ad hoc teneretur, ut eleganter no.Spe.in tit.de
instrum.edi.§.restat versicu.quid de hoc.quòd
faciunt quotidie tabelliones. quem sequitur

Abbas Sicul.in c.cum.P.tabellio.in fi.extrà de fide instru. quod no^. quia quotidianum est,& seruatur in practica. & per ista semel defendi quendam Doctorem medicum accusatum Venetiis, apud officium aduocatorũ communis, ex eo quòd dederat copiam literarum commẽdatitiarum ad dominium notario vniuersitatis, qui de verbo ad verbum illam transcripsit, & dominio misit.

a Molendino. Molendinũ nouum an possit ædificari in flumine, in præiudicium destructi. Bar. in l.fin. ff.de vsuc.& ibi Ang. & Doc.in l.quominus. antepenul.colũ. Molendinorũ supra aquã positorum materiã ponit Bar. in d. l.quominus. in fi.& gl. & Bart. in l.si epistolã. §. si aquæ.ff.de acqui.rer. do.

Cautela quod quis non admittatur ad officinm nisi sit ciuis, facias quod unus moueat litem illi, quod non sit ciuis. CCXXXIIII.

1 *Pœna remotionis ab officio quantumcunque imponatur, officio durante, de crimiae cognosci potest.*

SI quis vult, vt aliquis non possit admitti ad officium, stante statuto, quòd quis non admittatur ad officium, nisi sit ciuis, facias, quòd vnus moueat litem illi, quem tu vis non habere officium, quòd non sit ciuis, quia pendente illa lite, etiam si eligatur, non debebit admitti ad illud officium. vt l.si vt proponis. C.quando prouoca.non est necess. & ibi hoc tenet Bal. per illum tex. & si tu vis, vt habeat effectum, opponas tempore electionis faciendæ, quia tunc nõ poterit expediri illa causa, & interim alius eligetur, & sic remanebit exclusus. Sed si opponeretur ante, non haberet effectum, quia illa causa deberet expediri infra illud tempus, in quo facienda esset electio, ad hoc ut possit eligi si vere esset ciuis. per text. not. in l.j ff. de glan. legen. & per ea quæ ibi not. Bar. quod not. & facit l.iubemus. C.ad l.Iul.repetit. & quod notat Bald.in extrauagan.de pace Constan.in vltima
1 charta in principio. versicul.& nota. † Vbi dicit, quòd quantumcunque imponitur pœna remotionis, durante officio potest cognosci de crimine, nam si expectaremus finem officii, frustra fieret amotio, ut d.l.iubemus. Sed non uidetur curandum de ista cautela, quia donec durat hæc contentio, non currit tempus officii, p ea quæ not. Bal.& Doc.in l. contra maiores. C. de inoffi.testa.& Bar. in l. ij.§.non solum.ff.ad Tertul. Sed potest dicere, quòd cautela procedit, quando de necessitate de præsenti debet fieri electio successionis.

Cautela quando molendinum est destructum impetu aquæ, quomodo constabit, quod non perdidit eius possessionem. CCXXXV.

1 *Moleudinum fixum in terra, & sub aqua, si fluminis impetu destructum fuerit, nisi readificetur, eius possessio amittitur.*

QVIA hoc mane legimus in l. si quis ex argentariis. § si initium tabularũ. ff. de edẽ. vbi gloss. fecit mentionem de molendino *a*. Propterea ponamus vnam cautelam in materia
1 molendinorum. † Nam si aliquis habuit molendinum fixum in terra sub aqua, quod impetu fluminis, vel aliter destructum est, si non reædificatur, perditur possessio, ut habetur in l. fi. ff de vsucapio. Et ideo cautela est, ut nunquã perdatur possessio, ꝙ fiat protestatio de qua cõficiatur publicum instrumentum, quod nõ obstante destructione, intendit tenere & possidere locum & alueum fluminis, & debet unũ signũ facere, puta apponere palos ligneos in aliquibus locis, uel partibus clausulæ molendini. Nã ex illis lignis, uel antiquis molendini, uel etiam nouis, apparebit ipsum retinere possessionẽ fluminis vel aluei, pro molendino maxime stante dicta protestatione, & tunc inuito ipso, non poterit alius occupare dictum flumen, vel ibi ædificare, ut eleganter dicit Angel. quem sequitur Ioan. de Imol. in d.l.fina.ff.de vsucapio. de qua quæstione vide latius per Barto.& Doct. in d.l. fina.& per Bartol in d.l.quominus. in xvi.q.ff. de flumi. vbi plene tractat materiam molendinorum. & ego dixi plene de quæstione, in tractatu meo de seruitu.in tit.de aquæduc.in ix.q. principali.circa principium.

Cautela contra iudicem qui non uult causam expedire de protestatione, quæ fieri debet contra ipsum, ad hoc ut faciat litem suam. CCXXXVI.

1 *Iudex si in iudicando negligens fuerit, vel iudicare differat, alteri parti læsæ tenetur.*
2 *Iudex in dubio in negligentia esse non præsumitur, nisi pars protestata fuerit.*

SI iudex est timorosus in procedendo, aut simulat procedere ad ulteriora, & tamen non facit, dic quod cautela est, ut pars uadat ad superiorem illius iudicis, & faciat ipsum compellere, ut procedat, ut habetur in c.j. extra de supplen.negl.prælatorum. facit quod not. Barto. in tract. repræsaliarum.& quod not. Bald.in c.j.in prin.in tit.de mili.vasa. qui contumax est. in vsibus feudorum. & ista practica seruatur quotidie. Secunda est, vt pars ipsa humiliter instet coram iudice, vt debeat procedere ad ulteriora, quod si non facit, grauata poterit appellare. & hæc duo remedia ponit Ioan. And. in c.dilecto.de præbendis. in nouella.& vide ad hoc Bal.
1 in fine.C.de sent.& l.ij.C.vt lite pendente. †Si iudex est negligens in iudicando, uel differt iudicare scienter, tenetur alteri parti læsæ, vt insti.

inſti.de obligatio.quæ ex quaſi delicto.in prin.
& l.ex maleficiis.§.ſi iudex.ff.de actio.& obli-
gat.& l.fi.ff.de variis & extraordina.cognitio.
& ibi hoc notat Bar. Bal.&.Ang.& alij in l.mā
cipia.C.de ſeruis fugitiuis.& Bar.in l.non quic
quid.ff.de iudi.& Bart.Bal.& Doctor.in l.j.C.
quomodo & quando iudex.& Bal.& alij in l.ar
gentariis.§.cum autem ff.de eden.& Bald.in l.
obſeruare.§.proficiſci.in 18.q.ff. de offi procō
ſu.& leg.& in c.j.§.iudices.in 3.colum.in titu.
de pa.iura firm.Bar. Ange.Imo. in l.quarta.§.
in eo ff.de dam.infect.& per Ang.in auten.ſce-
nicas non ſolum fideiuſſ.col.5.& per Docto.in
l.ſi quando.C.de teſtibus.& in l.ſi quis in con
ſcribendo.C.de pactis.cum ſimilibus. Et licet
ſit dubium,an hoc caſu faciat litē ſuam,an ue-
ro puniatur,ut habetur in dictis locis,& maxi-
me per Ang.in d.l.mancipia.tamen dico,quòd
punitur iſta negligentia etiam quando iudex
eſt negligens in puniendo, & in faciendo dare
pœnam parti,quæ ei dari debet per alteram ex
diſpoſitione iuris communis , vt ſingulariter
vult Ange.in dicta autent. ſcenicas non ſolum.
&c.in prin.per illum text.qui dicit, quòd facit
litem ſuam. Et idem tu dicas, quando imponit
minorem pœnam quàm deberet, ut l.nulli.in
fine.C.de ſac.bapti.reite.& in his duobus caſi-
bus,quando eſt negligens in puniendo,uel mi-
nus punit quam debeat,minuendo pœnam ſine
cauſa legitima,iuxta not. in l.quid ergo.§.pœ-
na grauior.ff.de gis qui no.infa. & in l.ſi ſeue-
rior.C.eodem titu.eadem pœna tenetur iudex
qua delinquens venit puniendus, vt eſt caſus
ſingularis in d.l.nulli.Item etiam infamatur,ut
eſt caſus vnicus in l.ſeruos. in fine.C ad l. Iul.
de ui public.& priua.ſecūdum Hoſt.& Io.An.
& Ant.de But.in ca.de cauſis.de offi.delega.&
ita etiam tenet Ludo.de Rom. in ſingulari ſuo
78. quod incipit, tu hæres. & adde quod not.
Bald.in auten.ſtatuimus.C. de epiſcop.& cleri.
† Sed aduertas, quòd in dubio iudex non præ-
2 ſumitur fuiſſe in negligentia,niſi pars fuerit ꝓ
teſtata,ut notat Imo.in l.damni.§.Sabini.in fi.
ff.de dam.infect.Ideo ſis cautus, vt quando iu-
dex protrahit cauſam in longum,ei proteſteris
de pœnis iuris,ſi non procedit in cauſa,uel ſi cō
demnat:uel puniat in minori ſumma, vel pœ-
na,quàm debeat: ita alias obſeruaui.& adde q́
dixi in præcedenti cautela.

Cautela, quomodo ſolutio per partes ualeat. CCXXXVII.

1 *Creditor particularem debiti ſolutionem recipere non cogitur.*

1 CREDITOR † non cogitur recipere parti-
cularem ſolutionem debiti,l.tutor.§.Lu-
cius.ff.de uſuris.& l.quidam æſtimauerunt.ff.ſi
certum petatur.& ibi hoc plene no.& eſt ratio
quia particularis ſolutio ſolet parere multa in
commoda creditori,ut l.plane.ff.fam.herciſcū.
& no.glo.16.q.prima.reuertimi. in princip.in
uerbo,expletus.& habetur in l.cū hi.§.in cau-
ſa.ff.de tranſactio. & econtra ſolet parere mul-
ta incommoda ipſi debitori ſoluenti. ad quod
uide,quod not.Bar.in l ſecunda,in princ.de de
bito.ciuil.C.libr.11.Sed cautela eſt,quòd cre-
ditor cogatur recipere particularem ſolutionē.
Nam ſi ſunt dati fideiuſſores per debitorē,cre-
ditor tunc nomine unius fideiuſſoris cogetur
recipere particularem ſolutionem, & ideo de-
bitor ſoluat nomine unius, quia poterit,vt eſt
tex.ſingularis in l.in his ſi duos.ff. de fideiuſſo
ri.& ita no.dicit Ang.in l. qui pignori.ff.de pi-
gno.& in l.fin.ff.quibus modis pign.uel hypo.
ſol.Et ſimiliter etiam ſis cautus quando credi-
tori tuo pignoraſti plures res,quia licet non te
neatur unam relaxare, nec pignus pro ea re li
berare niſi ſoluto toto debito,vt l.qui pignori.
& l.quandiu.de diſtract.pignor.tamen ſi erunt
dati fideiuſſores ſoluendo pro uno,liberabitur
una res pignorata pro illa ſumma ſoluta. Et ꝑ-
dicta intellige uera, quando fideiuſſores eſſent
obligati ſimpliciter,quia tunc haberet benefi-
cium diuiſionis.iuxta notata in auten præſen-
te.C.de fideiuſſori.& in corpore unde ſumitur
uel quando ſe pro certa parte obligarunt,ſecus
ſi ſe obligaſſent inſolidum,renunciando benefi
cio epiſtolæ diui Adriani,& autenticæ præſenti
de fideiuſſori. & beneficio de duobus reis de-
bendi,ſicut communiter fit per fideiuſſ.q̄a iſto
caſu,quilibet fideiuſſore teneretur inſolidum.
& hoc caſu ſicut creditor non cogeretur reci-
pere particularem ſolutionem ab uno fideiuſſo
re,ita nec etiam a debitore pro eo. Vnde ſis cau
tus,quādo uis poſſe ſoluere particulariter,des
plures fideiuſſores qui ſe obligent ſimpliciter,
uel quilibet eorum pro certa parte.

Cautela pro matre uel patrem tranſeuntibus ad ſecunda uota, ut euitent pœnas iuris. CCXXXVIII.

1 *Si mater infra annum luctus, & etiam pater ad ſecunda uota tranſeant, quas pœnas a iure ciuili iniunctas patiantur.*

1 SI mater tranſit † ad ſecunda uota intra an-
num a morte primi uiri,patitur multas pę-
nas de iure ciuili,de quibus habetur in l.prima
C.de ſecundis nup.& ſi tranſit poſt annum,pa-
titur pœnam. de quā in l.fœminæ. C.de ſecun-
dis nuptiis.quæ eſt, vt ſi moriatur vnus filius
ex primo matrimonio, mater ſuccederet pari-
ter cum filiis,& fratribus defuncti utrinque cō
iunctis,in plena proprietate pro virili portione
ut in auten.de hæredita.quæ ab inteſt.defer.§.
j.& in auten. in ſucceſſione.C.de ſuis legi. &
in auten. defuncto. C. ad Tertul. & hoc pro-
cedit, ſi non tranſiuiſſet ad ſecunda uota.

ſed ſi trãſiuit antequã ſuccederet filio, vel etiã poſtea,efficitur de proprietaria in effectu vſufructuaria,& ea mortua, omne id in quo ſucceſſit,acquiritur filiis primi matrimonij,nec de eo põt teſtari,vel aliter diſponere, vt eſt caſus in l.fœminæ.C.de ſecund. nuptiis. & in auten.de non eligendo nub.§.j.colu.j.cũ ſimilib.Et idẽ iuris eſt in patre tranſeũte ad ſecunda nota,vt teneatur reſeruare filiis primi matrimonij id, in quo ſucceſſit filio.vt no.glo.in rub.prædicta de non eligẽdo ſecũdo nub.& no. Azo in ſumma.C.de ſecũdis nupt.& Bar.in d.l.fœminæ.& eſt cõis opin.& ita ſæpe conſului.Sed ne pater aut mater teneantur reſeruare prædicta bona filiis primi matrimonij,& ꝙ remaneant ueri proprietarij,cautela eſt, vt tranſeãt ad ſecunda uota,filiis primi matrimonij uolentibus & conſẽtientib.vt eſt glo.ſing.in auten.de non eligendo ſecũdo nub.§.j.in verbo,copulãtur.quæ dicit inuito filio, & non plus.& illam gloſſellam aliqui nõ habent. ſe debet eſſe quæ vult a contrario ſenſu,ꝙ filio non inuito, ſed uolente,ſecus,eſſet.de quo habet,ꝑ Lud.de.Rom.in ſing. 25[illegible].& in conſi.218.& habetur ꝑ Bar. in l.j.C. de his quæ pen.no.& per Ang.in auten.de non eligẽdo ſecũdo nuben.§.j. Itẽ eſt alia cautela, ꝙ quãdo alter coniugũ uult tranſire ad ſecũda uota,ut prius petat licẽtiam ab altero,qua conceſſa,ſi trãſit ad ſecũda uota poſt annũ a morte coniugis,nõ cadit in aliquã pœnã,ſecus ſi intra annũ.ut ſingulariter no.Bal.in l.C.de ſecũdis nuptiis.de quo dicatis,ut ibi per eum.

Cautela quod ille qui timet poni ad torturam, appellet ante. CCXXXIX.

1 *Torturæ terrorem ſi iudex reo iniecerit, appellare poteſt.*

SI quis timet ne contra ius ponatur ad torturam,puta,quia forte iudex comminatus
1 eſt ei,appellet.† poteſt enim appellare,quando
iudex iniecit terrorem.ut l.ſi quis prouocatione.C.de appella.& not.Inno.in c.cum ceſſante extra de appella.& Bald. in rubrica.C.commi. uel epiſt.& in d.l.ſi quis prouocatione.quo caſu,confeſſio ſecuta erit ipſo iure nulla.l.prima. ff.nil.nou.appel.pen. Nec eſt in hoc articulo opus,vt ſuperior inhibeat,quia periculum eſt in mora.ita eleganter dicit Bal.in d.rubrica.in fi. penul. colum. & ideo ſi uis, quòd confeſſio facta in tormentis, & poſt ratificata non ualeat, cautela eſt,ut prius appellet, antequam ponatur ad torturam.

Cautela pro debitore, ad fraudandum creditores. CCXL.

1 *Sententia contra debitorem lata,quo caſu etiam creditori nocere habeat.*

AD hoc,vt debitor fraudet creditores ſuos, ut nihil habere poſſint,cautela eſt,ut deſinat poſſidere, & poſtea agat rei uendicatione
1 contra poſſidentem,& patiatur ſe uinci.† nam
hoc caſu, ſi creditor ſciuit ſuper tali re moueri litem per debitorem, uel debitori, & patiatur debitorem litigare,ſententia lata aduerſus debitorem in tali re, nocebit etiam creditori,tamen ſi apparet de colluſione debitori, nihil ꝓdeſſet talis cautela.l.ſi ſuſpecta.in princip.ff.de in officio.teſtam.& l.ſi per luſorio.in princ.ff. de appel alias ſic.ut l.ſuperatur circa fi.ff.de pigno.& hanc cautelam ponit Ang in d.l.ſi ſuperatus.& Bald.in l.pen.ff. de peti. hæredita.quã cautelam tibi non trado,ut ea utaris ad malum ſed ut ſcias cauere a uolente uti contra te.

Cautela pro illo qui promiſit alicui turpe quid facere, eſt cautela, ut potius per pignora, quam rem. CCXLI.

1 *Datum ſi aliquid fuorit uni ex cauſa turpi,ex parte utriuſque,ſcilicet tam dantis,quàm recipientis, repeti non poteſt, ſecus ſi pignora data fuerint.*

2 *Spoliatus ante omnia reſtituendus eſt,etiam ſi eſſet prædo, niſi intentet condictionẽ,ob turpem cauſam,quoniam tunc audiri non debet.*

3 *Hæres infra tempora conficiendi inuentarium,conueniri non p teſt, niſi reali actione conueniatur.*

4 *Scholares facientes conuenticulas contra doctores, ſi dent libros, uel aliam rem propter ſuffragium promittant,repetere non poſſunt, ſed bene fiſcus auferre.*

LEGIMVS hodie l.iuriſgentium.§.ſi ob maleficium.ff.de pact.vbi eſt una glo. no.quę
1 dicit, † quòd ſi aliquid eſt datum uni ex cauſa
turpi, ex parte vtriuſque, ſcilicet tam dantis, quàm recipientis,puta, vt homicidium faciat, iuxta l.generaliter. & l.plagi.ff. de vera.oblig. vel datum eſt aliquid officiali qui tenetur denunciare maleficia,ne denunciet maleficiũ cõmiſſum, quod eſt turpe ex parte utriuſque.ut l.ſi a reo.§.fin.& ibi Bar.& Doct.ff.de fideiuſſ. uel ſi eſt data pecunia iudici pro ſua indemnitate in caſu, quo condemnetur in ſyndicatu,ſi male iudicauerit quibus caſibus illud quod eſt ſolutum repeti non poteſt, quia in pari cauſa turpi,melior eſt conditio poſſidentis.vt eſt caſus in l.pe.ff.de condi.ob turpem cau.& not.ꝑ glo.in d.§.ſi ob maleficium.Sed ſi ſunt data pignora pro dictis cauſis uel aliqua earum, etiã ſecuto implemento ex parte recipientis,poteſt ille qui tradidit pignus,agere rei uendicatione contra detinentem pignus,tanquam cõtra quẽlibet extraneũ poſſidentem, uel retinentẽ rem non ſuam.iuxta l.officium.ff.de rei uend.ut dicit gl.in d.§.fin.ob maleficiũ.per l.de eo.§.pe. & fin.ff.ad exhibendum. licet non poſſet repe-

tere per cõdictionem ob turpem causam, ut dixi. & sic est vis in modo agendi pro tepetitio-
2 ne, sicut dicitur in simili: † quòd licet spoliatus sit, ante omnia restituẽdis. l. si quis à se fundum. C. ad l. Iul. de vi. etiam si esset prædo. c. literis. extrà de restitutio. spoli. tamen si intentaret conditionem ob turpem causam, non debeat audiri. ut nota. Bar. & Doc. in d. l. pen. ff. de conditio. ob turpem cau. & sic dicitur in simili de marito, qui si conuenitur actione de dote, non tenetur nisi inquantum facere potest. l. si maritus. ff. sol. matrimon. secus si conueniatur rei vendicatione. vt habetur in l. Nesennius. §. fundum. ff. de re iudica. & in l. ex diuerso. ff. sol.
3 matrimonio. † Similiter dicitur in hærede cõficiente inuentarium, quia non potest conueniri intra tempora conficiendi inuentarium, secus si conueniatur actione reali. vt habetur in l. fi. §. donec. C. de iure deliberandi. & licet non possit repeti, quod datum est per condictionem ob turpem causam, quando turpitudo est ex parte utriusque, ut l. penult. ff. de condictio. ob turpem causam. tamen si data sunt pignora, possunt vendicari, & fiscus auferre potest ab indigno. vt dicit glo. in d. §. si ob maleficium. in fin. quod intellige secundum Bald. ibi, quando fuit translatum dominium & acquisitum indigno. iuxta nota. in l. prima. C. de hæredibus instituẽ. & ita loquitur l. Lucius. ff. de iure fisci. secus si non transiuit dominium, sicut est in pignore dato. l. pignus. C. de pigno. actio. † ideo si scho-
4 lares faciunt conuenticula illicitas, puta de cassando aliquem doctorem legentem absque legitima causa. si dant pecuniam vel libros, uel aliã rem, ut promittatur sibi vox vel suffragium, nõ potest repetere ille qui dedit: quia in pari causa melior est conditio possidentis. sed fiscus potest auferre ab illo indigno recipiente, & applicabitur ipsi fisco. ut dicta l. Lucius. secundũ gl. in dicto. §. si ob maleficium. Sed si dedit pignora, ex quo non transtulit dominium, poterit illa repetere per rei vẽdicationem, per prædicta. nec fiscus poterit auferre ab indigno dante vel recipiente. Alia & ideo cautela est pro promittente, ut potius de pignora, quàm det rem, trãsferendo dominium: quia dando pigno, sine periculo poterit recuperare, sed transferendo dominium non poterit, nec recipiens poterit retinere, quia auferetur ab eo, & applicabitur fisco quod est notandum.

Cautela pro illo qui habet probationem tempore perituram, qua perempta, aduersarius sibi moueret litem super ipsa: CCXLII.

1 *Processus extraordinarius cum aliquo fundari debet.*
2 *Iurisdictionis contentiosæ natura aduersarium requirit.*

SI possideo quandam rem, quæ mea est, & de dominio meo habeo testes, sed timeo ne moriantur, & timeo de Sempronio, ne his mortuis moueat mihi quæstionem dominii: quia forte res illa quondam fuit sua, vel suorum maiorũ. vt C. de proba. l. siue possidens. quomodo mihi succurretur? Aduerte, quia licet testes possint examinari ad perpetuam rei memoriam, vt in auten. si quis ab aliquo. C. de testib. & nota per glo. & Doc. in l. in lege Aguil. si delatum ff. ad l. Aquil. & in c. quoniam frequenler. extrà ut li-
1 te non contest. † & iste processus sit extraordinarius, tamen cum aliquo fundari debet, ut l. inter litigatores. ff. de iudi. Aut ergo mihi mouetur de hoc quæstio, puta diffamando, ꝙ res nõ sit mea, & habeo aduersarium fundatum ex diffamatione. ut l. diffamari. C. de ingenu. manu. & l. cum Titia. ff. de accusa. & l. athletas. ff. de Fal. & c. licet. extrà de accusatio. Eodem modo si habeo aduersarium fundatum ex aliquo ante gesto, qui posset mihi mouere quæstionem, puta quia iam fui sibi obligatus, licet fecerit mihi pactum de petendo, aut nulla materia excitat quæstionem, tunc istud iudicium non potest fundari: quia non est cum quo fundari possit, & sic oportet silere. Et ideo ubi nec speciali materia, puta ex contractu uel quasi, delicto vel quasi est vel esse debet aduersarius certus, nec ex generali materia est aduersarius verisimilis: tunc potest fundari processus examinis testium ad perpetuam rei memoriam: quia non est cum
2 quo seu contra quem † quia natura iurisdictionis contentiosæ requirit aduersariũ. Vnde cautela potest esse, quòd per interpositam personã quis faciat se diffamari, tunc cum illa persona fundaretur iudicium: & occasio illius posset citari facere cæteros qui volunt contradicere. ut C. si ut se ab hęredi. ab inten. si omnes. & habes simile. ff. de nego. gest. l. at qui natura. § cũ me absente, ut dicit Bal. in aut. si quis ab aliquo. C. de test. in ij. col. uersi. sed hic dubitatur de tali quæstione. quod nota pro illis qui habent possessiones & non habent instrumenta de dominio, & alii quorum antiquitus fuerunt, habent instrumenta de suo quodam dominio antiquo.

Cautela de ualido contractu simulato, & de aliis inualidis cõtractibus. CCXLIII.

1 *Simulationis species tres esse dicuntur.*
2 *Statutum est Veronæ, quòd nullus doctorum collegium intrare possit, nisi inter alia habeat summã Azonis, & omnes Bartoli lecturas.*

1 TRes sunt † species simulationis, una quando vnum agitur tacite inter contrahẽtes, & aliud exprimitur, & de ista loquitur totus titulus. C. plus ualere quod agitur, quàm quod si. con. & c. ad nostram. extra de emptione & uẽditione. & c. illo uos. de pign. & l. iurisgentium

§.dolo malo.in fi.ff.de pac.cum fi. Secunda species est,quando aliquis simulate exprimitur,& nil in effectu agitur inter partes:exemplum, si rusticus donat vel vendit quotidie possessionem suam ciui,ut euitet onera & factiones,tamen tacite agitur,quòd cõtractus sit nullus:q̃a non intendunt quòd sit donatio vel venditio:& de ista loquitur l.nuda. C.de contrahenda stip. & l.imaginaria.ff.de regul. iur. Tertia species est,quando partes intendunt vere aliquid agere, sed contractus modico tempore est duraturus,& propterea præsumitur simulatus. exemplum,quod mihi Bononiæ contigit,dum ibi esset bellum maximum, & unus qui habebat saluum conductum pro persona & rebus suis,volebat portare sub saluo conductu libros meos, & volebat ꝙ sibi donarem vere, ad hoc vt posset iurare libros esse suos,& postea dũ esset Ferrariæ,mihi restitueret, quod tamen facere nolui:Nam si fecissem,fuisset tertia species simulationis. Vel pone aliud exemplũ quod uidi de
2 facto. † Statutum est in ciuitate Veronæ,quòd nullus possit intrare collegium doctorum,nisi inter alia habeat summam Azonis,& omnes lecturas Bar. Vnus qui non habet lecturam Azonis,vel omnes Bart facit istam simulationem: quia dicit amico,dones mihi tuam summã Azonis,& Bartoli pro die tantũ examinis mei,& ꝙ donatio non durat ultrà,ad hoc,ut possim iurare cum veritate me habere summam Azonis & Bar.postea tibi restituam. Nam hæc est tertia species simulationis, de qua loquitur l.iiij.§.si ab ignoto.ff.de manumis.titu.generali.de istis tribus speciebus simulationis uide in eleganti consi.Barto.quod incipit,Petrus Nicolæ.& per Paul.de Cast.in d.l.iurisgentium.§.dolo malo. & istæ tres species simulationis fiunt de actu prohibito ad permissum, & sunt de iure prohibitæ,ut patet ex prædictis. Potest addi quarta species simulationis, quæ fit de contractu permisso ad contractum permissum:quia de vno tacite agitur qui erat permissus,& exprimitur alius qui similiter est permissus.,exemplum,uolo tibi mutuare centum vere,& iste contractus est licitus,sed nolo ꝙ fiat instrumentum de mutuo,sed de deposito, ad hoc ut facilius possim te conuincere,per l.fin. C.deposit.certe talis simulatio est licita *a*, ex quo fit de permisso ad permissum.uel pone aliud exẽplum,maritus q̃ non habuit totam dotẽ,fecit instrumentum de tota dote recepta solenniter,sed quia vere deficiebant aurei puta centũ, uoluit ꝙ socer confiteretur se habere in depositũ centũ aureos, cũ in ueritate esset debitor ex causa dotis:certe valet ista simulatio.ut probatur in l.Lucius Titius cum haberet.ff.deposi.& not.Bal. in rub.C.eo. ti. Et ideo ex prædictis sis cautus, quando vis contrahere cum uno vere, & ex illo contractu non esset tibi sufficienter, vel faciliter succursum,ut tu possis instrumentum facere, vel de alio contractu, quòd habeat faciliorem expeditionem, sicut fit contractus depositi, ut dixi. quia nullus contractus est prohibitus, & nemo decipitur,& ita sæpius obseruatur.

a Simu. est li. Simulatio in persona, & ueritas in actu est, quã do vnus pro altero recipit instrumentum,& ex eo acquirit ius ueræ personæ & non fictæ, & valet actus. Bald.in l. cum precibus.in fin. C.de probatio. Simulatio non præsumit,si cõstat de ueritate actuum. Bald. in l.ei qui.ad fi. C. de distract. pig. nec in dubio.l.quãuis.& ibi Bald. C. si. quis alteri uel sibi.

Cautela, quibus casibus pactum legis commissoriæ sit ualidum. CCLIIII.

1 *Pactum pignoris & legis commissorię a parte debiti factum,a iure reprobatum est.*
2 *Fœneratores Bononienses,quo casu pacto legis commissoriæ abutantur.*

1 PACTVM † pignoris & legis commissoriæ factum à parte debiti, est reprobatum à iure,quando.s.datur pecunia debitori, vel etiã efficitur debitor ex alia re, & debitor dat pignus creditori cum pacto, ꝙ si non soluit debitũ intra certum tẽpus, pignus sit emptum pro precio debiti:quia lex præsumit,ꝙ debitor qui indiget alia re,& non posset soluere, daret pignus multo maioris precii,q̃ sit debitũ,& sic faciliter deciperetur:ideo lex uult, ut nõ ualeat, ut l.j.ij.& fi.C.de pac.pig.& l.eod. quod fallit, qñ illud pactũ pignor.fieret ex interuallo post debitũ contractũ, quia non præsumitur esse in tanta necessitate.ut l.Titius.ff.de constit.pecu. & ibi hoc no.Bar.& alii Doc. & idem not.Bar. & omnes Doc.in l.quãuis.aliàs incipit,Calipodius.ff.de solut.& Bar.in l.si fundus.§.fin.ff.de pig.Item fallit,quãdo pactum esset uel pignus esset venditum iusto precio, quia tunc cessaret omnis deceptio præsumpta. ut est casus not.in d.l.si fundus.§ fi.& ibi hoc no.Bar.& hoc casu fieret æstimatio per iudices. ut habetur p Bar. in l.ij.& fi C.de pac.pig & l.cõmis. & l fi.C.de iur.do.impe.& d.l.si fundus.§.fi. & in d.l.quã-
2 uis.& in d.l.Titius. † Et ex hoc infertur cautela,qua utunt fœneratores Bonon. ex consi.aduocatorũ & procuratorũ antiquorũ, uidelicet ꝙ fiat pactũ pig.& legis cõmissoriæ,ut si nõ soluatur pecunia, pignus sit emptũ precio æstimãdo per talẽ, & tales arbitratores,quos ex tunc partes eligunt.ut no.dicit Barto.in d.l.fi. C.de pact.pign.& l.eadem.& in d.l.si fundus.§.fi.de pign.Nam poterunt cõuenire primo illis arbitratoribus seu æstimat.de æstimãdo pignus pro precio debiti,licet multo plus valeret.Sed si de ista conuentione cõstaret, diceretur fieri fraus legi,& non ualeret. per l.fraus. cum ibi not.ff. de legi.& l.non dubium.C. eodem tit.coniuncta l.doli.§.diuersum.ff.de noua.

Cautela pro filiis, ne teneantur ad soluendum delicta patris, stante statuto, quod filius mercatoris teneatur ad debita patris: CCXLV.

2 *Filius pro debito uel facto patris, regulariter non tenetur.*

Statutum

2 *Statutum si sit:quòd filij mercatorum ad patris debita teneantur,etiam si hæredes non probentur, an ualeat.*
3 *Exhæredati filij pro mortuis habentur, & inuiti a paterna hæreditate repelluntur.*

1 LICET regulariter † filius pro debito uel fa-
cto patris non teneatur, ut in toto titulo.
C. ne filius pro patre. & habetur per glossam
ordinariam.j.q.4.in summa,& per glo.24.q.3.
in sum.& in c.non debet de reg.iu.in6.& p Sa
ly. in l.quisquis.§.filij.C.ad Iul. maiestat.in
quibus locis habet i quibus casibus filij teneã
2 tur pro patre uel non, † tamen si statutum est
quòd filij mercatores tenentur ad debita pa-
tris,etiam si nou probentur hæredes, uel con-
stat quòd repudiauerunt hęreditatem patris, ꝓ
statutum ualet,licet sit durum:quia ualeret fa-
ctum inter eos,iuxta no.in rub. C.de decre.de-
curio.libro x.Et procedit etiam illud statutum
regulariter,etiam si filij non essent hæredes pa
tris:vt sentit gloss.in l.dotis tuæ.C. de iure do-
tium.secundũ Bal.ibi.Sed remedium est,quòd
filij non teneantur, uidelicet ut pater exhære-
3 det eos.† Nam exhæredati habentur pro mor-
tuis,& inuiti repelluntur ab hæreditate pater-
na: vnde non debet intelligi statutum de illis,
sed solum de illis qui de iure duodecim tabu-
larum erant sui necessarij. argumen.l.j.§.pen.
ff.de contra tabul. secundum Bald.in dicta l.do
tis tuæ.in fine facit l.2.ff.quod cum eo. Quod
ego intelligo, nisi exhæredatio esset facta in
fraudem,in causa ficta,& non uera argumen.l.
j.§.is quoque.in fi.ibi, si sine fraude hoc factũ
sit.ff.de col.bo.& l.fraus,cum ibi no.ff.de legi.

Cautela ut filius teneatur pro debito patris [a], quod in instrumeuto contineatur, quod pater recepit mutuum pro alendis liberis. CCXLVI.

1 *Filij diuites alimentorum causa, ad patris debita tenentur.*

1 QVID si pater † est pauper,& accepit pecu-
niam mutuo, nunquid sit aliqua uia per
quam filij possint conueniri ex illo contractu?
Tu diceres quòd non, per tit.ne filius pro pa-
tre. Dicas quòd sic:quia si pater conuertit illã
pecuniam in alimenta filiorum,qui postea sunt
effecti diuites,tenebuntur ad illud debitum pa
tris.ita singulariter no.Barto.in l.is.solu.argu
men.illius text. in libro meo est.ff.de cõdictio
ne indebiti.& ibi Doctores. quem sequitur Lu
do.de Ro.in suo singulari 213.quod incipit,pa
ter erat pauper. & ideo tu creditor sis cautus,
vt dicatur in instrumento, quòd mutuas pecu-
niam illam bona,ut pater possit alere filios, ad
hoc ut res sit magis clara.argu.l.fin.ff.de exer-
cito. quod nota. quia sæpe euenire potest de
facto tempore,quo est necessitas uictus.

Cautela pro filio exhæredato, per patrem prohibito aliquid habere in bonis patris. CCXLVII.

1 *Frater tenetur alere fratrem eodem patre natum, quantumcunque patris respectu male merẽtem.*

SI pater habens duos filios,unum exhæreda
uit iuste,& alium hæredem uniuersalem in
stituit, & in testamento expresse prohibuit,ut
nullo unquam tempore daret uel concederet
aliquid de bonis ipsius testatoris sibi relictis fi
lio exhæredato fratri suo, & si unquam daret
vel concederet, quòd cadat a dicta hæreditate
applicanda cõmuni seu cameræ fiscali.vel pau-
peribus,nisi inquantum dictus frater institutus
esset coactus, vel de iure teneretur aliquid da-
re de dictis bonis: an possit remedium aliquod
adhiberi, vt filius exhæredatus possit aliquid
petere vel habere,de dictis bonis paternis a fra
tre suo,non obstante dista prohibitione, ita ne
frater non cadat in aliquam pœnam. Et dicas,
quòd cautela potest esse, ut filius exhęredatus
petat a fratre suo alimenta coram,iudice,quo
niam iudex tenebitur sibi decernere alimenta,
2 etiam in,bonis patris.† Nam frater tenetur ale
re fratrem eodem patre natum,quantumcunq;
male merentem respectu patris:ad hoc enim te
netur ex persona sua.vt l.cum plures.§. in pri-
mis.& l.tutor secundum dignitatem.§.fi.ff.de
administratio.tuto.& nota.in l.non omni.C.de
administratio.tuto.Nec põt pater hoc interdi-
cere: quia talis patris prohibitio est contra ius
naturale,quod est mirabile.institu.de iure na-
turali gen.& ci.§.sed naturalia.Et propterea iu
dex aditus super alimentis,debebit condemna
re fratrem locupletem pauperi super præstatio
ne alimentorum, & assignabit aliquam posses-
sessionem ad alimenta, quæ afferat redditum
sufficientem ad ipsa alimenta.vt l.si quis argen
tũ.C.de donatio.& ista erit alienatio necessaria
quæ non ꝓhibetur.vt l.non alienationes.ff.fa-
mil.hærciscund.& l.peto.§.ꝑdiũ.de legatis se-
cũdo.ita consulendo tenuit Bal.in consilio.suo
243.in ordine meo,incipiente,uerbis testamẽti
permissis disponentis,&c. Ego autem intelli-
go hoc esse verum,quando filius institutus nõ
haberet alia bona propria quàm paterna: quia
tunc non cogeretur præstare alimenta de di-
ctia bonis prohibitis per iura & rationes, de
quibus supra. Sed si frater haberet alia bona
quàm paterna, non teneretur, nec posset de
bonis paternis alienari prohibitis præstare
alimenta fratri exhæredato, quia cessaret
fundamentum, de quo supra. Item intel-
ligo, nisi frater exhæredatus ex opera sua

a Pro debito patris. Mutuũ patri factũ inopi,potest repeti a filij etiã non hæredibus, in quorum alimẽta uersum est.si pater nõ sit soluẽdo.Bar.sing. in l.his soli. ff. de condi. inde. Mutuũ patri factum tempore caristiæ, præsumitur versum in alimẽtis suis & familię suæ. Bar.in l.fi.C.ad Macedo.in d.l. his solis. in fin. ff.de condi.ind.

commode uictum lucrari posset.argum.glo.nota.in l.si quis de liberis.§.sed si filius quę incipit,operari.ff.de liber.agno.& glo.in l.si maritus in id.ff. soluto matrimonio. & gloss. in l. si quis argentum.in § pen.C.de donatio. & glos. in auten.de trien.& semis.§.penultimo.in uerbo,idonei.colum. 3.& per ea quæ not.per Doctores in dictis iuribus.

Cautelæ notabiles ad statutum disponens, quod nullus possit aliquid proponere quod spectat ad fauorem banniti, & quod statutum hoc disponens non possit suspendi, quomodo possit proponi aliquid pro bannito, uel suspendi statutum. CCXLVIII.

1 *Intentio principalis semper attendi debet,non autē illud,quod in consequentiam uenit.*

SI statuto cauetur, vt nullus possit aliquid arrogare uel proponere quod spectet ad fauorem alicuius banniti sub aliqua pœna, an scit dare aliquam cautelam,ita quòd possit proponi,vel arrogari pro bannito sine pœna? Dic quòd sic,vna est,quando fieret principaliter in fauorem rei publicæ,licet secundario tenderet
1 in fauorem banniti: † quia principalis intentio debet attendi.vt probatur in l.si quis nec causam.in prin.coniuncta glo in l.fina.ff.si certum petatur. & in l.j. §. vnde quærit Offilius.ff.de exerciti.& in l.si is qui.§. quòd si seruus.ff de acquirendo reum domin.& per id quod ibi notat Bar.& per textum,cum gloss. & ibi Bald.in l.j.§.huius studij.ff.de iustit. & iur. & per not. in l.qui exceptionem.ff.de condictione indebiti. & per Baldum in l.non solum.ff. de in integrum restitutio.cū similibus.& ita in specie huius cautelæ tenet Iacobus Butrig. & Saly.in dicta l.si quis nec causam. in fine princ.;& ponūt exemplum,de quo supra.& dicunt,quòd si cōtingit dum tractaretur de nominando unū bonum capitaneum pro guerra,quidam nomināt aliquem pro bono & sufficienti qui erat bannitus, propter quod dicebatur nominans incurrisse pœnā statuti.sed Iacob.Butrig.& Salycet. ibi dicunt ꝙ non: quia principale propositum fuit fauore reipublicæ,non autem pro bannito loqui principaliter,sed consecutiue,quòd principale propositum,& non consecutiuum debet attendi per prędicta. & ita fuit alias obseruatū Venetiis, in quodā nobili Veneto bannito,postea electo pro capitaneo in bello nauali.Tu uero potes ponere multa alia exempla huiusmodi,videlicet si esset prohibitum arrogare,uel loqui in aliquo collegio, puta contra aliquod statutum sub certa pœna,poterit loqui contra illud stautum,si intentio loquētis est loqui principaliter in fauorem collegij. & idem dicas in similibus, quod perperuo tene menti. & adde quæ dicam in duabus cautelis sequentibus.

CCXLIX.

1 *Autor contractus uel statuti ante pœnam commissam,totius distractus autor esse poterit.*
2 *Nemo sibypsi legem imponere potest.*
3 *Statutum si simpliciter aliquid proponi uel peti prohiberet,an si esset contra ipsum statutum aliqua reformatio facta,ualere deberet.*
4 *Petitio cuius prohibetur, eius etiam prohibetur concessio.*

ALIA CAVTELA similis præcedenti potest adhiberi, puta dicit statutum communis Florentiæ, quòd in fauorem rebellium nihil possit proponi vel statui,vel per statutum suspendi, & si secus fiat,statuentes eoipso sint rebelles,& eorum bona sint cameræ fiscalis,nū quid poterunt ciues suspendere contra statutū prohibens suspendi? Dic quòd sic, ut l.2.C.de ser.expor.quia ante pœnā commissam, commune Florentię est suæ rei moderator & arbiter. l.in re mandata.C.manda.& ff.de seruis expor. l.si quis hac.l.Nam suum negocium est,nō ecclesiæ,& ante pœnam commissam, licitum est statuere super principali, ergo & super pœna. ff.de eo quod certo loco,l.fin.commissa autem pœna secus esset, † vnde autor contractus uel
1 statuti ante pœnam commissam, potest esse autor totius distractus.vt singulariter notat Baldus in dicta l.tertia.C.de seruis exportand.qđ perpetuo tene menti.& adde quod dicam in sequenti cautela,pro complemento, & ampliori declaratione istius.Potest tertia cautela etiam adhiberi in materia legis uel statuti prohibentis aliquid proponi uel arrogari in aliquo casu sub pœna, & sub annullatione actus, etiam si statutum diceret, quòd non possit suspendi ipsum statutum, uidelicet quòd primo proponatur per aliquem de consilio uel collegio,quòd illa pars statuti quæ dicit, quod suspendi possit non suspendatur saltem pro illa uice tantum, quòd fieri potest impune: quia illi de consilio vel collegio non potuerunt sibi legem imponere,a qua nullo modo recedere liceret.l.si quis in principio testamenti.in principio. de leg.3: & no.cano.in ca.dilecto.extra de præbend.qua suspensione facta, remanebit statutum sine ꝓhibitione suspensionis,& tunc secundo loco debebit statutum suspendi, vel in totum, vel in parte,prout uoluerint conuenire,quod fieri potest:prout eleganter uult Paulus de Cast.in l.j. in principio.in 2.col.ff ad legem Falcidiam.allegando Bartol.in l.j. C.de peti.bono.sub.libro x.licet in meo Bartolo nihili dicatur de suspensione.Sed dictum est in se uerum,per ea quæ supra dixi:& facta secunda suspēsione de dicto statuto prohibitorio poterit quis loqui cōtra statum

tum

tum in toto vel in parte: quia pro tunc nullo
modo obstabit, ex quo interim est suspensum,
& reformatio facta contra statutum, donec sta-
bit suspensum, valebit dictum statutũ: & ita vult
Pau. de Cast. in. d. l. j. in pri. ff. ad legem Falcidiã.
& si in statuto esset vna alia clausula, videlicet
quòd non possit suspendi illa pars statuti, quæ
dicit, quòd statutum non possit suspendi, tunc
esset necesse quòd primo loco suspenderetur il
la clausula, & facta suspensione de ea, postea de-
beret suspendi illa quæ diceret, quòd statutum
non possit suspendi, & sic successiue: vt suprà
dictum est, etiam si essent mille prohibitiones,
quæ prohiberent suspensionem: quia non pos-
sunt tot opponi prohibitiones etiam suspensio
2 nis, quin possint illæ suspendi: vt suprà dictum
est, † quia nemo potest sibi imponere legem,
&c. vt suprà dixi: quòd perpetuo teneméti, quia
habui de facto in collegio doctorum Paduæ,
vbi erat statutum, quòd quis non possit esse de
collegio, si habuerit septem suffragia in con-
trarium: nec possit postea sibi fieri gratia intrã
di collegium, nisi postea habuit omnia suffra-
gia, & quòd dictum statutũ non possit tolli vel
suspendi sub certa pœna, & nemo possit loqui
contra dictum statutum sub eadem pœna, ego
dixi, si volebant vt possint habere gratiã, intran
di, & sufficerent sibi suffragia maioris partis col
legij, iuxta. l. quod maior. ff. ad municip. cũ ibi
not. & iuxta nota. in. c. cum omne. extrà de cõ-
stitu. remedium erat, vt primo suspenderetur
illa particula statuti, quæ dicit, quòd statutum
non possit suspendi, secundo facta illa suspen-
sione, suspenderetur postea totum statutum
tertio loco reciperentur suffragia singulorum
de collegio, quia tunc non sufficeret maior
pars, per dictam leg. quod maior. cum simili-
bus. & ita factum & obtentum fuit. Sed si ista
3 cautela obseruaretur, † & statutum simpliciter
aliquid proponi vel peti prohiberet, & dubita-
retur, an si esset facta reformatio contra statu-
tum, valeret vel non, distinguendum esset. Aut
prohibetur petitio seu propositio respectu rei,
& tunc reformatio non valebit, quia illa vide-
tur etiam esse prohibita, & ita debet intelligi.
d. l. j. C. de pet. bono. subla. libro. x. cum gloss.
4 † quæ dicit, cuius prohibetur petitio, eius pro-
hibetur concessio. & ad hoc allegat concordan-
tes. Aut prohibetur persona petere seu propo-
nere. pone exemplum secundum Angelum in
l. j. si diceret statutum, quòd nullus magnas pos
sit arrogare. Nam si arrogaret & arrogatio af-
firmaretur, valeret, per. l. vniuersa. C. de preci.
impera. offer. hoc tamen quod dixi de persona
prohibita arrogare, non habet locum in perso-
na excommunicata. per. c. j. de rescript. in, 6. se-
cundũ Bar. qui ita elegãter dicit, in. d. l. j. quem
sequitur ibi Angel. & Pau. de Cast. in. d. le. j in
principio. ff. ad legem Falcidiam.

Cautela & intellectus ad c. tanta. qui filii sint legitimi. CCL.

1 *Matrimonio concubinæ subsequenti filij legiti-mantur.*
2 *Filij non legittmantur per subsequens matrimoni-um, nisi talis mulier fuerit, quæ in uxorem com mode haberi poßit.*

1 DEBES † scire quòd si quis habet concubi-
nam, & ex ea filios procreauit, si postea ip
sam ducat in vxorem, & conficiantur dotalia in
strumenta, per illud subsequens matrimonium
legitimantur. l. cum quis. & l. nuper. C. de natu
rali. liber. & institu de nup. § fina. cum gloss. &
c. tanta. extra qui filij sint legitimi. cum simili-
bus. sed audi unam singularem limitationem,
quoniam istud debet intelligi, si talis mulier e-
rat matrimonio digna, secus si digna non fuis-
set matrimonio. ut quia forte meretrix erat,
vel mulier uilissime conditionis, & pater nobi-
lis & diues, quia cum istud matrimonium non
poterit cum honestate contrahi, non legiman-
tur filij ante matrimonium nati & concepti,
quoniam tale matrimonium ob mores impro-
batum est, & ideo non sortitur effectum legiti-
mationis filiorum. ita dicit singulariter Ange-
lus in autentica. quibus modis natura. effician.
legitimi. § sed aliud. per illum textum, colum.
sexta. & dicit quòd habuit de facto: & ideo tu
sis bene cautus, qui uis infringere legitimatio-
nem, & patri tanquam agnatus uel cognatus
succedere, exclusis filiis tanquam non bene le-
gitimatis, vt uideas si illa concubina erat di-
gna illo matrimonio, quod faciliter poterit ti-
bi contingere, quia ut plurimum concubinæ
non honeste uiuunt, nec uidentur esse dignæ
matrimonio propter earum uilitatem. Sed ad-
uerte: quia text. in dicto §. sed & aliud. uidetur
solum loqui de illa concubina quæ peccauit, pu
ta quia meretrix, uel turpiter & inhoneste ui-
xit: vt ibi, quę etiã semetipsam iniuriauit. & in-
fra ibi, in secundo uero id quod illa peccauit,
&c. Et prædictis adde gloss. nota. in auten. qui-
bus modis natura. effician. legitim. §. sit ergo li
centia. in principio. in uerbo non permittimus
2 columna sexta, quę dicit, † quòd filii non legiti
mantur per subsequens matrimonium, nisi sit
talis mulier, quæ possit commode in uxorem
haberi. & idem uult Bal. in c. illud. in fine. pen.
colum. extra de præsumpt. & adde quæ dicam
in seq. cautela.

Cautelæ quibus quis poterit, uti ad legitimandum filium naturalem. CCLI.

1 *Filiorum legitimatio multis modis fieri potest.*
2 *Legitimare omnes filios an pater intelligatur, si u-num ex filijs naturalibus filium appellauerit.*
3 *Filij tunc legitimantur, quando per patrem fuerint filij in testamento nominati.*
4 *Concubina si in testamento suo, uel instrumento publico*

blico filium ſuum naturalem nuncupareuit ſine iſta adiectione naturalem, an eum legitimaſſe intelligatur.

1 LEGITIMATIO† fieri poteſt multis
modis,de quibus per Ang.in aut.quib.mod.
nat.eſtic.ſui.§.fi.in.fin.& in.§.quod vero, eodē
tit.& inter alios modos vnus eſt.Si pater habēs
filios naturales de libera mulier, quæ eius vxor
eſſe poterat,nominat illum ſuum ſinpliciter,nō
dicendo naturalem in teſtameuto , vel in ſcri-
ptura inſtrumenti publice , ſiue propria manu
ſubſcripti,habente ſubſcriptionem trium teſtiū
fide dignorum,vel ſub geſtis monumentorum,
id eſt,in figura iudicii:quia per iſtam nomina-
tionem iſti filii naturales efficiuntur legitimi,&
eodē iure vtuntur quod legitimis cōfertur. vt
eſt tex.in autē.vt lice.ma.& auiæ.§. hoc autē &
illud.col.8. & tranſumptiue habetur in aut. itē
ſi quis.C.de naturali & not.gl.magna circa. fi.
inſtitu.de liberti.§.fina.& eſt tex. cum gloſſ. in
verbo,ſi mul.in auten. quibus mod.nat. effiic.
le.§.ſi vero ſolummodo.& gloſſ.in. §. fin. eodē
tit.& not.Ang.in aut.qui.mod.na.effi.ſui.§.fin.
in fin.facit in ſimili tex. in.l.j.§. ſimilique mo-
do.C de Lati. liber. tol. & c. ſi aliquando. cum
2 gloſſ.extrà de ſenten.excom. † & idem eſt,ſi pa
ter vnum ex filiis naturalibus appellauit filium
quia per hoc intelligitur omnes legitimare : vt
eſt tex.in.d.§.hoc autem & illud.in.d. auten.ſi
quis.in fin.quod Bald.ibi dicit eſſe mirabile. &
not. & ideo ſit cautus filius naturalis natus ex
concubina,vt ſi poteſt,procuret ꝙ pater appel-
let ipſum filium ſuū in teſtamento, non dicēdo
naturalem,vel alio modo nominando , vt ſuprà
dixi:quia tunc efficeretur legitimus:& ſimiliter
pater ſi vult huiuſmodi filios naturales legiti-
mare,& non poteſt habere copiam Imperato-
ris,vel comitis habentis poteſtatem legitiman-
di,vel ſi nō vult expēdere aliquid pro legitima-
tione,vt nominet filiū ſuū eo modo vt dictū eſt:
& ita aliàs vidi obſeruari Veronæ ꝑ quendam
Bertherū Placentinū,notariū valde peritum:dū
ſcriberet teſtamentū vnius,qui habebat filium
naturalē tantum. Sed tu qui vis opponere illi le
gitimationi,ſic cautus, vt reſpicias an mater fi-
liorū naturaliū fuerit digna a matrimonio,habi
to reſpectu ad conditionē ſuæ perſonæ, & ad cō
ditionem amaſij ſui patris eorum:quia ſi nō e-
rat digna,non legitimabuntur filii per ſimplicē
nominationem filiorum , ſicut nec legitimanť
per ſubſequens matrimonium,vt dixi in ¦cautela
præcedenti,& ita vult ſingu.Ang.in autē.qui.
modo.na.effi.legit.§.j.& idem vult etiam Ang.
in.d.auten.Itē ſi quis qui dixit , ꝙ tunc legiti-
mantur filii per nominationem quando nō erat
turpe tali patri illam concubinam in vxorem
capere:& ponit exemplum,quia cōcubina erat
viliſſima,amaſius autem erat magnus nobilis!&
diues, non enim erat veriſimile voluiſſe facere
illud,quod honeſte non poterat.ut.l.filius.ff.de
conditio.inſtitut.facit.l.¦nepos Proculo. cū ibi
nota.ff.de verbo.ſigni.& idem conſuluit Bar.
& Fran.Tigrini de epiſcop.& Angel. de Melia.

a Fuerit dig. Dignus ꝑſumitur quilibet,niſi appareat in dignus.le. ſeruos. de ma.te.¦l. cū. quidā.la¦ſecūda &ibi Bar.&Dy. & Odofre.in a poſt de le.2.Dignores ꝑſonæ & digniora negotia quæ dicātur,vide Spe.de reſcri.præſenta. §.iy.in princi.

Dignitatē habens a principe, dignior reputatur.Vide Spe.de cita.§.v,verſic. porre.

& Hugo.Peloni.vt refert.Angel.in dict. §. ſed
& aliud.qui dicit,quòd idem tenet Io. Andr.in
cap.ꝑ tuas.extrà qui filii ſint legitimi. qui vult
3 † ꝙ legitimentur filii quando per patrem fue-
rint filii nominati in teſtamento, &c. ſi mater
eorum tunc rebus ſic ſtantibus,poterat cōtrahe
re matrimonium ſimul cum patre. & idem te-
net Ang.in.d.§.ſed & aliud.circa fin.& idem te
net Bal.in.d.auten.itē ſi quis.in.fi. per illū tex.
in verbo,poteras.quod debet intelligi de iure&
de facto,ſecundum naturam & bonos mores al
legat.ff.qui & a quibus.in. l. ſi rogamus.debuit
allegare l.ſi rogatus.§.matrimonii.ff.de manu.
vin.alias non fieret legitimatio. Et dicit, ꝙ ita
conſuluit Bar.in quo cōſilio limitauit illam au
ten.item ſi quis.multis modis.Itē aduerte etiā,
quia quòd ad hoc, vt filii naturales legitimētur
per dictam nominationem,requiritur ꝙ non ex
tent fiiij legitimi & naturales,quia ſi extarent,
non efficerentur legitimi,&ita tenet gloſſ.in.d.
autenti.item ſi quis ſub dubio forte.licet ſecun
dum eum, hoc non reperiatur in corpore vnde
ſumitur,quando extāt legitimi, vel nō. & iſtam
opi.tenet Ang.in auten.qui.mod.natu.effic.le-
giti.§.ſi quis ergo.per illum tex. & idem vult
in auten.qui.mod.natu.effic.ſui.§.ſi quis igitur
fuerit.& in.fin.in.fin.eodem titu.Item prædicta
intelligo eſſe vera,niſi pater nominaſſet filium
propter importunitatem filii hoc petentis.argu
ment.l.j.C.de pe.bon.ſubla.libr.x.cum ibi not.
per Ang.& alios in.l.fin.C.ſi quis alie.teſtamē.
prohibet.Item quando pater eſſet multum oc-
cupatus circa alia.argumen.c. ſi aliquando.cū
ibi nota.per gloſſ. & Docto. extrà de ſentent.
excommu. Item quando eſſet in articulo mor-
tis, cogitatione mortis turbatur.iuxta.l.hac cō
ſultiſſima.§.at cum humana fragilitas. C.qui te
ſtament.facer.poſſ.niſi aliter appareret de ſpō-
tanea voluntate patris,per nota.in.d.iuribus.&
in lege iubemus.C.de teſtamantis cum ſi. Item
quòd dixi , oporteret vt iſta concubina poſſit
eſſe vxor digna,intellige,tunc cum amaſius pa-
ter verba protulit: præſumitur enim cum ea cō
trahere matrimonium , & ideo legitimantur fi-
lii & mulier, quia ſtetit in habitu concubinæ
præſumitur conſentire , ſecundum Angelum,
in.d.autent. item ſi quis. qui dicit,nota ſingul.
4 iſtum caſum pro baſtardis. † Sed quid erit de
amaſia ſeu concubina quę in teſtamento ſuo,
vel inſtrumento publico filium ſuum natura-
lem nuncupauerat , ſine iſta adiectione natura-
lem , an intelligatur eum legitimare per iſta
verba?Ange.in dicta.autenti.ſi quis. dicit quòd
non , quia iſta legitimatio inducitur ex matri-
monio præſumpto,vt dixi,ſed non eſt ita veri-
ſimile, quòd amaſius velit amaſiæ matrimonio
conſentire.Sed iſtud quod dicit Angelus de ma
trimonio præſumpto,non videtur poſſe proce-
dere, per id quod nota. idem Angelum in au-
tentic.qui,mod.natu.effic. leg. §. ſi quis ergo.
in fin.qui dicit ſingul. per gloſſ. ibi,¦quæ incip.
j.non permittimns naturales.iuncto tex. ibi, ꝙ
filius naturalis nullo modo poteſt legitimari
per

per patrem, nisi per subsequens matrimonium, confectis dotalibus instrumentis, quando matrimonium contrahi potest. Et iõ subdit quòd sit cautus aduocatus, vt videat si tempore quo pater fecit testamentum, in quo voluit filios sibi effici legitimos successores vel eos in testamento, vel alia legitima dispositione solenni filios simpliciter appellauerit, si viuebat mater filiorum naturaliũ nec ne. Nam si viuebat, & pater dicto tempore poterat cum illa contrahere matrimonium, per illa verba non inducitur legitimatio filiorum: quia ex quo cum muliere prædicta poterat cõtrahere matrimonium, non poterunt filij legitimari, nisi per matrimonium subsequens, & pro ista opinio. dicit esse casum in §. si vero. eodem titu. Sed ego teneo hoc non esse verum, immo per istam nominationẽ legitimãtur filij, id est, declaratur fuisse matrimonium contractum inter ipsum & matrem filiorũ quę videbatur concubina seu amasia, & per consequens declaratur filios eorũ legitimos, quia ex illis verbis inducitur matrimoniũ præsumptũ, propter dictam nominationem matrimonij inter ipsum & matrẽ filiorum, vt probatur in auten. vt lice. ma. & aui. in § hoc autem & illud. ex hoc enim, & cũ eorũ matre mõstratur matrimonium fuisse legitimũ, colum. viij. de quibus omnibus vide plenissime per Ant. de Ros. in suo tract. limitationum, in primo li. in tit. de matrimonio præsumptiuo. vbi latissime examinat materiã huius cautelæ, ubi omnino vide. & habetur plene per Bar. in consilio suo quod incipit, habens filium. & in alio, quod incipit, Nerucius Coraduci &c. & Iaco. de Belu. in d. §. ad hæc autem. & Bart. & omnes Doct. in d. aut. itẽ si quis. C. de natu. libe. & per glo. & Ioan. And. & canonistas in ca. per tuas. extrà qui filij sint legitim. § fin. & per Goffred. in summa eodem ti. & in §. octo modis. & vide omnino glossam magnam. in fi. & quod ibi no. Bald. in ij. col. in prin. in versi. nono opponitur. & ibi etiam Rapha. C. qui. res iudic. non nocet.

Cautela pro illo, qui uult relinquere monacho usumfructum alicuius rei, quomodo relinquet ad hoc ut Abbas excludatur. CCLII.

1 *Monacho si legatum factum fuerit sub cõditione, quod si abbas eum molestauerit à legato cadat, an si ipse abbas ipsi monacho molestiam inferat, quòd proprium habere non possit, à legato decidat.*

2 *Pœnæ impositio quando præcedit, factum impossibile de iure, vel de facto non valet.*

1 EST quæstio, † si vnus reliquit monacho vsumfructum alicuius rei, vt abbas non faciat ei qõnem, nec eum molestet, talis reliquit extraneo, vel sub cõditione si abbas molestauerit eũ, caderet à legato, nũquid si abbas mouet quæst. monacho, vel eũ molestet, quia non vult monachũ habere vsumfructũ, dicendo ꝙ non põt habere proprium, iuxta autẽ. ingressi. C. de sacrosa. & ca. extrà de statu monacho an cadat à legato? glo. format istam quæstio. in l. Lucius. §. tres hæredes. in verbo, de omni. quæ incipit, quid ergo. ff. ad Trebel. & ibi per Bart. & alios, & per Cy. in l. quoties. in fin. C. de his q̃ sub mõ. & per Bar. in aut. exprimitur. in fi. C. de bon. quæ libe. & plene per Bar. Bal. & Ioan. de Imo. in l. si alienum. in prin. ff. de hære. inst. & per Bar. in sua disputatione, quæ incipit, quidam donauit, vbi disputat istam qõnem. & Baldus plene in l. j. in vij. q. & v. opp. C. de his quę pœ. nomine. Sed vt cessent dubitationes in ista quæst. cautela est, vt testator non disponat per viam pœnæ, † qm̃ impositio pœnæ quando
2 præcedit factum impossibile iure vel de facto non valet. l. cerdonem. ff. de ope. lib. & l. j. C. de his quæ pœnæ nomin. Sed dicat, relinquo quousq; abbas faciat qõnem, & ex nunc nõ relinquo. ita dixit no. Bald. in d. l. i. in vij. qõ. Pau. de Cast. in d. §. tres hæredes. dicunt tamen, quod abbas pro eo, ꝙ habuit monachus ante controuersiam, poterit controuersiã facere, & illi auferre. Sed in hoc erit vtilis cautela, quia ante controuersiam poterit monachus vti, & gaudere vsufructu, quod est notabile pro parentibus & amicis, qui volunt aliquid relinquere monacho vel monachæ, vt eo gaudere possit aliquo tempore.

Cautela, quando statutum disponit, quod non possit probatio fieri nisi per instrumentũ, quomodo probatio pro testes sit ualida. CCLIII.

1 *Statutum si dixerit, quòd non possit debitum per testes probari, sed tantum per instrumentum, an si quis tantum testes produxerit ad probandum debitum, & non fuerit eis per aduersarium oppositum, eorum probatio teneat.*

2 *Spoliatus licet ante omnia restituendus sit, nec q̃ dominij admittatur, si tamẽ spoliatus passus fuerit de dominio succumbere debet.*

3 *Probationem contra iuris & de iure licet in cõtrarium probatio non admittatur, si tamen admissa fuerit, ualet & tenet.*

4 *Procurator uel alia persona licet in criminali causa non admittatur, si tamen admissus fuerit procurator, iudicium ualet.*

5 *Iuramentum si non apponatur solutioni, sed ueritati, an si periurium detectum fuerit, ipsum allegare poterit.*

STATVTA quandoq; disponunt, ꝙ vltrà xx. lib. vel aliquã certã summam debiti, nõ possit probari debitum, neque summa debiti per testes, sed per instrumentum. Sed cautela

tela poteſt adhiberi, vt probatio per teſtes fa-
cta profit, videlicet quòd ego qui tibi mutuaui
centum, & vltra ſummam à ſtatuto limitatam,
agam contra te, ut mihi conficias inſtrumen-
tum debiti, de quo in plures apochas. C. de fi
de inſtru. & in l. ij. C. de ſuſcep. & archa. lib. x.
& ſi tu negas te debere mihi aliquid, potero ꝓ
bare per teſtes, & ſi tu opponas mihi de ſtatu
to prohibente probationem fieri per teſtes, re-
plicabo illud eſſe verum, quando ex probatio-
ne teſtium reſultat condemnatio fienda ad re-
ſtitutionem eius quod petitur. Sed in caſu no-
ſtro, quod non reſultat condemnatio, ſed ſolū-
modo vt conficiatur inſtrumentum, quod eſt
diuerſum à diſpoſitione ſtatuti, ita ſingulari-
ter dixit Bartol. de Saly. in l. ſancimus. §. fin. in
1 fin. C. de dona. in fi. & hanc cautelam perpetuo
tene cordi ſecundum eum. † Stante ſtatuto
de quo in præcedenti cautela, quod non poſſit
debitum probari per teſtes, ſed tantum produ
xerit ad probandum debitum, & non fuerit ei
oppoſitum per aduerſarium, ꝙ non debent au
diri, uel non fuerit repulſus, probatio tenet, vt
no. Bald. & Ludo. de Ro. in l. ſi certi condictio.
2 §. quoniam. ff. ſi cer. peta. facit c. j. extrà de re-
ſti. ſpolia. † vbi dicitur, ꝙ licet ſpoliatus an-
tè ſit reſtituendus, nec admittatur q. dominij.
vt ibi, & l. ſi quis à ſe fundum. C. ad l. Iul. de ui.
tamen ſi ſpoliatus eſt paſſus de dominio debet
ſuccumbere, vt eſt caſus in d. c. j. & ibi Doct &
no. Bar. in l. ſi naturaliter. §. commune vi com-
binatione. ff. de acqui. poſ. & in l. j. §. ſi is cui. ff.
de noui oper. nun. Item ad hoc adduco doctri-
nam Inno. in capi. fraternitatis. extrà de frigi.
3 & malefi. qui dicit, † quòd licet contra præ-
ſumptione iuris & de iure, non debet admitti
probatio in contrarium, l. antiquæ. C. ad Velle.
& l. j. C. arbit. tut. niſi per confesſionem partis
ut eſt glo. not. in l. in contractibus. in principi.
C. de non nume. pecu. & habetur in aut. ſed iā
neceſſe. C. de dona. ante nupt. & per glo. in cor
pore unde ſumitur, & per Bart. ī rub. C. de pro
bat. cum ſimilib. tamen ſi fuit admiſſa proba-
tio, ualet. & idem vult etiam Inno. in c. cū Ber
toldus. de re iudi. & Ioan. de Imo. in l. inter ſti
pulantem. §. j. ff. de verbo. obl. & Ange de Are.
inſtitu. de actio. §. ex maleficijs. Item pro hoc
allego gloſſ. nota. in lege. quamuis indubita
4 ti. C. de adulte. quæ vult, † licet in cauſa cri-
minali non admittitur procurator uel alia per
ſona, vt l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de pro-
cura. & l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iudic. & c.
tuæ. extrà de procu. ſi tamen fuit admiſſus pro
curator, ualet iudicium. & idem glo. ord. in ter
minis. in uer. criminalis. in ca. j. de iud. lib. 6. &
ibi Do. & Spe. in ti. de pro. §. j. ver. ſed pone in
tali cauſa. & uide Abb. Sic. qui dictam glo. ſin-
gu. inducit ad multas quæſtiones. extrà de ac-
cu. ueniens. Item allego ad hoc quod not. Bal.
in l. ulti. ante fi. verſi. quid ſi iuramentum. C. de
5 non num. pec. qui dicit, † quòd ſi iuramen-
tum non apponitur ſolutioni, ſed veritati, quia
iurat quis ſibi uere fuiſſe numeratum, non hēt
locum. d. l. ult. quia non pōt allegare ſe periu-
rum, facit l. non aliàs. cum ibi no. ff. de iureiu. ſi
tamen admiſſus eſt ad probandum negatiuam,
& probauerit eā, quia tunc periurium eſt dete
ctū, pōt ipſum allegare, iuxta no. in d. l. nō aliàs
Et per prædicta ſit cautus ille qui non poteſt
admitti, ut procuret ut admittatur, & quòd iu
dex, uel pars ſibi non opponat. Et ſimiliter ad-
uerſarius ſit cautus, ut opponat, & proteſtetur
quòd non debet admitti ad probādum, uel au-
diri vt procurator, aliàs ualeret probatio, & iu
diciū: & idem dicas in ſimilibus caſibus. quod
bene nota in practica, & adde quæ dicam in ſe.
cautela.

Cautela quando partes inter ſe conuenerunt, quod per inſtrumentum tantum probetur debitum. CCLIIII.

1 *Pactum an valeat, quòd debitum niſi per inſtrumentum probari non poſſit.*
2 *Debitor ſi iurauerit ſe non probaturum niſi per inſtrumentum, tale iuramentum ſeruandum eſt.*
3 *Iudex ex officio ſuo teſtes examinare poteſt.*

1 DVBITARI † poteſt an ualeat pactum,
quòd non poſſit probari debitum niſi per
inſtrumentum. & gloſſ. notabilis in autenti. ut
ſine prohib. matres debi. & credi. §. quia vero.
in gloſſ. magna, poſt medium. colum. vij. tenet
expreſſe quòd non, & eam ibi approbant Ang.
Cyn. Barto. Bald. in l. pactum inter hæredem. ff.
de pact. & ibi etiam per Doctor. & idem tenet
Floren. in l. in l. Aquilia ſi deletum. ff. ad l. Aqu.
Et idem tenet Albertus gloſſator in ſua marga
rita. Et idē tenet Spec. in tit. de probat. §. vidē
dum reſtat. in verſ. ſed quid ſi debitor iurauit.
2 qui ſubdit, † quòd ſi debitor iurauit ſe nō pro
baturum niſi per inſtrumentum, tale iuramen-
tum erit ſeruandum. per c. ſi vero extrà de iure
iuran. & hoc caſu dicit conſiliū eſſe. vt debitor
procuret teſtes recipi officio iudicis: & ſic vult,
quòd ille qui non poteſt probare per teſtes, po
terit procurare vt officio iudicis examinent. &
ſimilem cautelā dedit Bal. in l. ampliorem. in
fi. principij. C. de appell. videlicet † quādo nō
3 poſſunt produci teſtes, quia alij teſtes ſunt pu
blicati, vt tu non producas teſtes: quia nō poſ-
ſet propter timorem ſubordinationis: vt habet
in l. ꝑ hāc. C. de tēpo. app. & in c. fraternitatis.
extra de teſti. & in cle. teſti. de reſt. cum ſimil.
Sed cautela eſt, vt des nomina teſtium iudici, &
te abſentes, & ꝙ iudex ex officio ſuo eos exa-
minet q.a ceſſabit cauſa timoris ſubornationis.
& de iſta cau. Bal. dixit in l. ſi quidem eſt. C. de
excep. qđ ꝑpetuo tene mēti in practica, & iſta
cautela forte procederet & proficeret, ēt quā-
do ſtatutū prohibet fieri probationem per te-
ſtes ca. rōne: & adde, quæ dicam in ſeq. cautela.

Cautela quod in causa criminali licet non admittatur procurator, admitteretur defensor, & sunt ēt alia remedia. CCLV.

1 *Iudex ex officio suo, testes super innocentia rei examinare potest, & eum etiam absoluere.*
2 *Procurator licet in causa capitali non admittatur, admittitur tamen ad instruendum & informā dum iudicem de innocentia rei.*
3 *Iudex potest supplere pro reo, etsi constet de euidē ti calumnia actoris, uel accusatoris.*
4 *Statuti forma licet contumax pro confesso habeatur, si tamē iudici liqueat, reum non esse culpabilem, ipsum absoluere poterit.*
5 *Executio corporalis fieri non debet, si post confeßionem & condemnationem de rei innocentia liqueat.*

SIMILEM cautelā soleo adhibere, quan
do quis est accusatus, uel inquisitus de cri
mine capitali, & citatus non uult comparere,
forte propter timorem torturæ, nec procura-
tor potest pro eo admitti, ut l.seruum quoque
§.publice.ff.de procura. & l.pen.§.ad crimen.
ff.de publi.iudi.cum simil.ut tu eius procura-
tor uel aduocatus, des secrete iudici maleficio
rum nomina testium, qui sciunt de sua innocē-
1 tia, & iudex ex officio suo examinet eos, † qđ
facere potest per l. & si non defendat.ff.de pœ.
& l.ij.C.de abolitio.& hoc uult Bart.in l.j.§.si
quis uult.ff.de quæstionibus. & Bald.in l.ij.in
fi.pen.col.cum sequenti.C.de eden. & Salyc.in
dicta l.ij.de abolitio.& Pau.de Cast.in l.iiij.§.
si tibi.in fi.ff.de condict.ob turpē.caus.& ita ēt
uult Barto.in l.iiij.§.hoc autem iudiciū.in iiij.
quæst.ff.de dam.infec.& in sua disputa. quæ in-
cipit, iuxta maleficiorū.& in l pe.§.ad crimen.
in iiij.colū.ff.de publ.iudi.Item pro hoc facit,
2 † quia licet in causa capitali non admittatur
procurator, ut dixi, tamen admittitur ad instru
endum & informandum iudicem de innocen-
tia, & iudex debet eum audire, & de ueritate
inquirere, l.ij.ff.de liber.causa.& ibi hoc notat
Benedictus de Plumb.in fi. qui etiam ad hoc al
legat l.fi.ff.ad l.Iulia. de annona. & quod ipse
dixit.in d.§.ad crimē.& uide ad hoc quod not.
Ant.Ro.ij.q.6.si quādo.§.cū autē.in 6.co.in fi.
3 † & in xij.Itē quia iudex pōt supplere ꝓ reo,
si constat de calumnia euidēti actoris, uel accu
satoris, ut eleganter not. Innoc.in ca.j de offi.
uica. quem sequitur Bal.in l.j in ij.col.in fi.C.
quomodo & quando iu.qui dicit hoc procede-
re non ex ui exceptionis, sed ex ui notarij, ut
no.Cy.in l.reos.C.de accu.& ideo si probatio-
nes non concludunt iudici, reus est absoluen-
dus: licet ex forma statuti denegetur defensio
ut sing.no.Bal.in rub.C.de manu.uindic.& idē
uult Bald.in consi.ccxxviij.quod incipit, à do
min.Cyn.in ultima colum.in princip.qui dicit
4 singu. † quòd quando liquet iudici euiden-
ter absentem non esse culpabilem, & nullum
delictum commisisse, licet sit contumax, ut ha-
beatur secundum formam statuti pro cōfesso,
tamen iudex non poterit eum cōdemnare. per
d l.& si non defendantur.& per l.non tantum.
ff.de appell.& auten.qui semel. ibi, per quisita
veritate.C.quomodo & quando iudex.& l.am
pliorem.in fi.princi.ibi, nihilominus iudicem
ꝑ suū uigorem &c.C.de appella.immo plus di
xit Innocen.in c.significantibus.in fin.de pur-
5 gati. † quòd si post confessionem, & condem
nationem liquet de innocentia rei, non debet
fieri executio corporalis: & hoc tenet etiam
Bald. sequendo Innocent.in l.unica. in ultima
columna.de confess. non tamen poterit iudex
latà sententia ipsam reuocare, sed debet prin-
cipi scribere.ut est casus no.in l.j.§.fi.ff.de qō.
& ibi per gl.& Doc.quod nota perpetuo, quia
habui de facto, & feci liberare unum post con-
fessionem & sententiam latam.

Cautela pro emente bona fide rem alienam, ut possit illam uero domino restituere, non perdendo precium. CCLVI.

1 *Exceptio contra petentem rem alienam sine mandato domini, an opponi possit.*
2 *Emptor rei alienæ quomodo de calumnia iurabit, cum scit se malam fidem habere.*
3 *Actor quomodo de calumnia iurabit, quando ab emptore persona supposita fuerit.*
4 *Iuramentum calumniç tacitè ommitti potest.*

SI quis emit bona fide rem alienam, postea
cognoscit rem esse alienam, & dominus nō
mouet sibi litem, scis, quòd non potest agere
de euictione cōtra debitorem, etiam si rem re
stituere uero domino, l.si rem quam.§.j.ff.de
euict quomodo ipsi emptori consuletur, ut nō
stet in peccato retinendo sciēter rem alienam.
ca fi.extrà de pręscri.& non perdat precium?
Dic quod cautela est, ut moueat uerum domi-
num, ut illam rem ab eo petat, uel submittat
aliam personam, quæ petat ab ipso emptore
illam rem nomine domini, ut euincat ab eo.ff.
de neg.gest.l.at qui natura.§.cum me absente
quo casu si euincatur, petere potero à uendi-
tore precium: aliâs nō ut dicit sing.gl. xxxiiij.
1 quæst.ij.si uirgo. † Sed remanet dubium, qua
re non opposui exceptionem contra petētem,
sine mandato domini. Sed dicit ibi gloss.quod
possum omittere exceptionem dilatoriam, ut
2 leg. si fideiussor.ff.mandat. † Item aliud du-
bium potest esse, quomodo emptor iurabit de
calumnia, cum sciat se malam fidem habere?
Respondet gl. quod potest dici quod sub hac
forma iurabit. Iura quod uenit ad litigandum
causa mei iuris conseruandi.ff.de oper.libe.l.
si quis liberto. Vel potest confiteri quod res
non sit sua, quia pudori suo tenetur parcere:
ut

vt ff.ma nda.l.Quintus. Poterit etiam emptor
dicere,quòd non vult iurare de calumnia:quia
eſſet iuramentum captioſum.vt not.Bart.in d.
§.cum me abſente.& in l.'manifeſtæ turpitudi
nis.ff.de iureiurã.facit ad hoc quod eleganter
no.Domin.¦de Sancto Gemi.in c.cupientes.in
princip. in verbo, malignantium.de elect.li.6.
3 †S; quomodo poterit actor iurare de calũnia,
ex quo fuit perſona ſuppoſita ab emptore.gl.
in d.c.ſi virgo.in fi.xxxiiij.q.ij.ponit iſtã dubi
tationem,& non reſpondet.Sed poteſt dici, ꝙ
reus qui eſt emptor, & ſuppoſuit actorẽ ad agẽ
dum, non petet hoc iuramentum de calum. &
4 valebit iudicium: † quia iuramentum calum
niæ poteſt tacite omitti,licet non expreſſe. vt
habetur in l.ij.§.ſed quia veremur.C. de iura.
calum.& in c.fi.eodem titu.& de prædictis vi-
de tex.gl.& Doc.plene in l.at qui natura §.cũ
me abſente.ff.de nego.ge.Adde tamen vnũ ſin
gulare prædicta,videlicet ꝙ cautela suprà dicta
eſt neceſſaria, quando venditor rei alienæ fuit
in bona fide. Sed ſi fuiſſet in mala fide, quia
ſcienter vẽdidiſſet rem alienam, poſſet emptor
re ſibi non euicta ab aliquo, agere contra ven-
ditorem de euictione, vt eſt caſus ſingula.in l.
ſeruum quem.§.fin.ff.de actio.emp. ſecundum
Doct.ibi,& ſecundum Bar. & alios in d.§ cum
me abſente.in fi.

Cautela pro creditore habente plures debitores, quod recipiẽdo ab uno partem, alii maneãt obligati. CCLVII.

1 *Debitores plures ſi quis inſolidũ habeat,ſi ab vno partem receperit, non propter hoc olios liberaſſe uidetur.*

2 *Clauſula, ſaluo iure ſolidi,quid ſignificet, multi ignorant.*

1 QVANDO † quis habet tres, vel qua-
tuor debitores obligatos inſolidum, puta
in centum,ſi recipit ab vno puta xxv.ſimplici
citer,non videtur propter hoc ipſum ſoluentẽ
liberaſſe à reliquo, nec diuiſiſſe debitum inter
debitores: quia poterit non obſtante receptio
ne partis,ipſum vel alios inſolidum conuenire
per reliquo, vt probatur in l.inter eos §.j.ff.
de fideiuſſ.& in l.ſi ſtipulatus.quæ eſt in prima
char.ff.de ſo.Sed ſi creditor diceret, ꝙ recipit
illa xxv.pro parte ſua,ſcilicet ſoluentis, vide-
tur tacite ipſum liberaſſe à reliquo, & ſic quã-
tum ad xxv.erit liberatus ipſo iure.inſtitu. qui
bus mod.toll.oblig. in princip. Quantum ad
alia vſque ad centum, videtur liberatus vi taci
ti pacti: quia dicendo creditori receptio pro
parte tua,videtur tacite paciſci quòd teneatur
vltrà,& ꝙ illa xxv.tantum ſi pars ſua.ut eſt ca
ſus in l.creditores.C.de pact. & ibi hoc notant
Docto. Imo plus ex illa receptione pro par-
te ſua ſoluentis,videtur tacite facta diuiſio in-
ter alios debitores, videlicet ut quilibet eorũ
teneatur ſimiliter tantũ pro parte ſua in xxv.
vigore taciti pacti, quod prodeſt etiam abſen-
ti.l.ij.C.de pact. Et de hoc eſt caſus ſecundum
vnam lecturam, quæ eſt vera in d.l. ſi credito-
res.ſecundum Doctor ibi, maxime Alberic.de
Roſ.Bal.& Pau.de Caſt.quod eſt menti tenen-
dum. Quia prima facie quilibet diceret con-
trarium,videlicet quòd quilibet deberet rema
nere obligatus inſolidum, & ne incidamus in
iſtud periculum vel dubium,cautela eſt, quòd
creditor recipiat ſimpliciter partem debiti ab
vno, vel ſi diceret pro parte ſua, debet addere
ſaluo iure ſolidi.ut dicit Alber. & Pau.in d.l.ſi
creditores.qui dicunt ſe hæc habuiſſe de facto.
2 Et ſubdit ibi Paul. hoc eſſe notandum: † quia
multi ignorant, quid ſignificant illa verba,ſal-
uo iure ſolidi. Vel poteſt creditor ſibi proui-
dere,ne propter ſubtilitatem dictæ¦l.ſi credito-
res.& ſimilium,ſibi præiudicitur,hoc mõ præ-
ſtando, quòd per receptionem partis non intẽ
dit diuidere,ſed ius ſuũ ſibi ſaluum fore, & ita
ſibi reſeruat.ut ff.quibus modis pignus vel hy
pothec.ſolui.l.ſi debitor.§.j. ſecundum Bal.in
d.l ſi creditores.in fin.qui ſubdit, ꝙ ita dicunt
omnes Doc.ſuper iſto puncto de reſeruatione.
quod no.tu qui es creditor plurimorum debi-
torum inſolidum, vel habes plures liuellarios
inſolidum obligatos, quando recipies partem
ſolutionis ab vno.

Cautela pro mandante, cõſulente uel perſuadente cõmitti homicidium, quod reuocabit mãdatum conſilium, uel exhortationem, ut non teneatur de homicidio ſubſecuto commiſſum à mandatario. CCLVIII.

1 *Mandans aliquem occidi uel uerberari, nedum occidens uel uerberans tenetur, ſed etiam ille qui mandauit.*

2 *Mãdans,perſuadẽs,uel conſiliũ dans ſuper aliquo delicto an teneatur. ſi ille cui mandatum fuit, uel datum conſilium,uel perſuaſum, diu poſtea deliquit.*

3 *Mandatũ ſi alicui fuerit ad maleficiũ cõmittendũ, aut datum conſilium, uel perſuaſum, quomodo ipſe reuocari poterit,& cui intimari debeat.*

4 *Conſilium & perſuaſio de aliquo malo perpetrando, quæ ſunt menti mandatarij impreſſa, cum iam animo fixa ſint,quomodo reuocari poterũt.*

1 SI quis † mandat aliquẽ occidi, vel verbe-
rari,tenetur nedũ occidẽs vel vulnerãs ſed ẽt
ille qui mandauit.l.nõ ideo minus.C.de ac
cu.& habetur per Bar. & alios in l. non ſolum.
§.ſi mandato.ff.de iniurijs.& non ſolum man-

dans

dans tenetur, ſed etiam ille qui dedit conſilium
ad hoc, vt habetur in. l. furti. §. conſilium. ff. de
furtis. & in. §. ope. inſti. de obli. quæ ex quaſi de
licto naſcun. & per Bar. in. l. ſæpe. in. fi. ff. de uer.
ſign. vbi hoc declarat. & tenetur etiam ille qui
perſuaſit aliàs non facturum. l. j. §. perſuadere.
cum ibi no. ff. de ſeruo corrupto. & habetur per
2 glo. in. d. § ope. † Sed ponamus, quòd ille cui
mandatum eſt, vel conſultum, vel perſuaſum,
diu poſt delinquit, an dictus mādans, perſuadēs,
& dans conſilium teneatur? Iſtam q. ponit In-
no. in. c. ad audientiam. extrà de homici. qui di-
cit, ꝙ ſemper tenetur, niſi mandatum ſit reuoca
tum tacite vel expreſſe, vt quia fecit poſtea pa-
cem cum inimico ſuo, vel parentelam. arg. l. 4.
adimen. lega. & hoc ſequitur Bar. in. d. §. ſi man
dato. in. 3. col. in princi. verſi. quæro mandaui ti
bi. Item tenet Pau. de Caſt. in. l. ſancimus. C. de
teſta. facit quod not. Bar. in. l. qui alienum. §. is
putat. ff. de acqui. hære. & Ludo. de Ro. tenet ibi
contrarium per gl. in. d. §. ope. qui tamen loqui
tur ſolummodo in perſuadente. de quo vide per
Doct. in d. ca. ad audientiam, extrà de homicid.
Cautela eſt ergo vt omnino mandatum reuoce
tur expreſſe, & notificetur illi qui debebat com
mittere delictum ſecundum Inno. & Docto. in
3 d. c. ad audientiam. de homi. † Sed dubitari pōt
circa prædicta, ſi mandatum eſt ad maleficium
committendum. aut datum conſilium, vel per-
ſuaſum, quomodo poterit reuocari, & cui debet
intimari a: dicit Inn. in. d. ca. ad audientiam. de
homi. ꝙ periculum eſt. ſi intimetur ei, de cuius
morte tractatur & ideo dicit, quòd cautela eſt,
vt intimetur ſibi, tamen perſona eſt nominādà.
& hoc etiam tenet Bald in l. mandatum. in pe. q.
in fi. C. manda. facit ad hoc tex. cum gl. in. c. ſi ſa
cerdos. & quod ibi no. extrà de offi. ordi. & glo.
ſing. in cle. j. in verbo, detrahant de priuilegiis.
4 † Sed de conſilio & perſuaſione, quæ eſt men-
ti mandatarii impreſſa, quomodo poterit reuo-
cari, cum iam fixa ſedeat in animo. Dic, ſatis eſt
diſſuadere, in quantum diſſuaderi poteſt, nec vl
terius conſulens, vel perſuadens tenebitur, ſi
poſtea delinquatur, ut nota. eleganter Inno-
cen. in dicto capitulo. ad audientiam. extrà de
homici. & Baldus in. d. l. mandatum. prope finē.
C. manda. & canoniſtæ in dicto capitul. ad audiē
tiam. extrà de homicidio, &c.

a Intimari. Mendans delictū pōt reuocare mādatū, ſed debet intimare reuocationē mādati ei, contra quē mādauit. ut ſibi caueat à tali. aliàs tenetur ſecundum Bal. in. l. mandatum ad fin. C. mand. & Inn. in. ca. ad audientiam. de homici. & vide omnino per Bal. in. l. j. C. de ſer. fu. iij. col. ſecūdum Bald. in. l. e. dali non debet non tenetur, ſi non ideo minus. C. de accu. & Alex. in l. non ſolū. §. quamquam de iniu. dicunt, quòd ratione ſcan nominare eum, à, quo eſt offendendus, licet tantum quòd ſibi caueat mandans delictum in uno loco delictum committitur in alio loco. Bal. in. l. fi. C. ſi à non compe. iudi.

FINIS TRACTATVS
CAVTELARVM
D. BAR. CAE-
POLLAE.

CAUTELAE I. V. DOCTORIS EMINENTISSIMI D. THOMAE FERRATII ADVOCATI BRIXIANI.



Cautela pro illo qui est de terris ecclesiæ, ut possit legitimari ab imperatore. 1.

a Quod princeps nõ p̄t. Adde, an legitimis exiñtib. prĩceps possit spurios legitĩare ad successionẽ, maxĩe p d. Ale. Imolẽ. late in cõsi. suo 188. in 5. uo. ibi tertio ꝓbat. in 6. col. ipsius cõsi. & an ualeat legitimatio cũ hac modificaõe ꝙ ñ succedat legitimatus, nisi in eo ꝙ placuerit patri, uel auo uel cuius hęreditate agit. uide in cõsil. seq. 189. p eũdẽ, in eo. uo. quinto ẽ cõsi. ult. Sed qñ possit infringi, & annullari legitimatio ex diuersis causis, uide ẽt diffuse per do. Lud. de Ro. in cõs. suo. 194. qđ inci. ĩ ꝓposita cõsultatiõe. & qñ dicat̃ subreptitia legitimatio p do. Alexã. in cõs. 195. ĩ 2. uo. & in cõsi. 62. p eũdẽ in j. uo. Bar. abhor.

1 *Papa an potestatem habeat legitimnadi in terris imperii, & econtra, an imperator legitimare possit in terris ecclesiæ.*
2 *Legitimare non potest princeps de potestate ordinaria spurios siue bastardos, stantibus legitimis & naturalibus.*
3 *Imperator legitimans spurios, stantibus legitimis & naturalibus, est unum pecus.*
4 *Comites sacri palatij habentes generalem potestatem legitimandi, in præiudicium legitimorum & naturalium legittmare non possunt.*
5 *Concessione in generali non ueniunt ea, quæ nisi de potestatis plenitudine fieri non possunt.*
6 *Scholares omnes in studijs publicis studentes, sub imperiali protectione Imperatoris existunt.*
7 *Appellari potest ad Papam de iure canonico omisso medio, secus tamen de iure ciuiliter, exponiuntur tamen scholares in studijs publicis studentes.*
8 *Scholarium ad defensionem, Imperator de speciali gratia sponte se offert.*

1 ANTIQVA † & moderna iuris prudentia, inter se altercata est, nunquid Papa, quando non disponit in radice matrimonii, habeat potestatem legitimandi in terris imperii, & e contra: an imperator possit legitimare in terris ecclesiæ. Et omissis fundamentis, quæ hinc & inde adducuntur, communis opinio est, quòd cum inter eos distinctæ sint potestates, quòd Papa nõ possit legitimari in terris imperii, nec econtra ipse imperator in terris ecclesię, prout tenet Bal. in l. j. C. de iure aureo. anu. vbi dixi, quòd ita aliàs consuluit, & quòd ista est veritas. tenet idem Bal. & Saly. in proœmio C. Bal. in. l. eam quam. in. vj. col. versi. consueuit esse qnestio. C. de fide. & in cons. xxxvij. incipien. punctus questionis talis est. in. 2. parte. Petr. de Ancha. in consili. mihi cccxx. incipiendum primum dubium non est nouum Franciscum de Curiar. in consilio lxxiij. incipien. super memorata facti narratione. in xxiij. col. uer. iiij. differentia. Alex. in consi. 67. incip. consideratis his, quæ in themate narrantur. in ultima col. uersi. insuper aliter ad aliam facultatem. in primo. uolu. ubi dixit, quod ista est communis opinio, & ꝙ ab ea in iudicando non est recedendum. glo. & Doctor. ubi pręcipue Card. Alexan. in cap. per uenerabilem. §. quod autem. in 77. col. uersi. glo. ij. recitat quatuor opiniões. extrà qui filij sint legiti. Pone modo, quod tu qui es de terris ecclesię, uelles legitimari, puta in præiudicium
2 legitimorum & naturalium, † quod a princeps non potest facere de potestate ordinaria, ipse enim non legitimat, stantibus legitimis, & naturalibus. ut §. si quis igitnr. & §. illud tamen. & §. generaliter. auten. quibus modis natura. efficien. sui. vnde dixit Bal. in c. filij nati.
3 si de feud. fuerit controuer. † quòd imperator legitimãs spurios stantibus legitimis & naturalibus, est vnum pecus, non habẽs præ oculis iusticiam publicæ honestatis, nec considerans per solas nuptias conseruari elegans genus humanum. vt in auten. de nupt. in princip. hinc est quod dixit Bald. in l. cum filiusfa. ff. de testa. mili. & in auten. præterea C. de naturalibus libe. & Pa. de Cast. in l. gallus. §. & quid si tantum. in fi. ff. de libe. & posthu. & in suo consi. cccxxj. alias cccxxiij. incip. super eo quo pri
4 mo loco quæritur. in iiij. col. † quòd comites sacri palatij habentes generalem potestatẽ legitimandi, non possunt legitimare in præiudicium legitimorum & naturalium, ut etiam late tenet Alex. in consi. lxij. incip. visa legitimatione facta de domina Marmorina. in vj. colũ. versic. ij. ratio est. in secundo volum. Et latius Franc. de Cur. in consi. xix. incipien. uiso priuilegio serenissimi imperatoris Federici. in quin

5 ta colum.versi.circa tertium quæsitum.vsq; ad
fin. † quia in generali concessione non veniũt
ea,quæ nõ possunt fieri, nisi de plenitudine po
testatis:ut notabiliter dixit Innocent. in capit.
innotuit.de electio.Innocent. & Ioan.Andr.in
cap.dudum.de decimis. Baldus in l.bonorum.
la secunda in secundo notabi. C. qui admittit
Angel.in l bene à Zenone.C. de quadrien.præ
scrip. Pone modo ut superius dictum est,quòd
tu qui es de terris ecclesiæ, velles legitimari,
puta in præiudicium legitimorum & natura-
lium,quo casu opus est vt dixi,quòd adeas Pa-
pam,qui in hoc non vult te exaudire:quia non
vult reputari vnum pecus:sed forsitan intentio
nem tuam posses consequi per viam imperato-
ris, nisi obstaret tibi defectus iurisdictionis.
Quæro quomodo facies ad hoc vt imperator va
leat te legitimare,& quòd talis legitimatio por
rigat effectum suum in terris ecclesiæ. Dic, ꝙ
6 cautela est, quòd facias te scholarem: † quia
cum omnes scholares in studiis publicis, studẽ
tes sint sub speciali protectione imperatoris,vt
in auten.habita.§.dignum quoque. C.ne filius
pro pat.ipse imperator habet potestatem legi-
timandi ipsos scholares, etiam si sint de terris
ecclesiæ tanquam suos filios speciales: ita nota
biliter dixit Bald.in dicta auten.habita.in secũ-
da col.per text.ibi. C.ne filius pro patre.quòd
dictum refert & sequitur, dicens esse notandũ
Philip.Franci.in cap.si duobus. §.deniq; in pri
ma columna.de appella.Et Præposi.Mediolan.
nunc Cardi.Alexander meritissimus,in capitu-
lo, per venerabilem.in cxix. colum.extrà qui
filii sint legitimi. Et adde,quòd Baldus in pro-
posito nostro in dicta autẽtica,habita.per text.
7 ibi,dixit aliud notabile verbum. † quòd licet
habeamus,quòd de iure canonũ quis possit ap-
pellare ad Papã omisso medio, ut secunda quæ-
stione vj.ad Romanam.& eadem quæstione.ca
pitulo quisquis.gloss.& Ioan. Andreas in capi-
tulo Romana.de appellation. in vi.& Doctor.
in dicto capitulo,si duobus.§.deniq;.extra eo-
dem titulo.& similiter possit omisso medio,ap
pellari ad legatum de latere. ut notat.in capi-
tu. primo de offic.lega.& similiter ad Patriar-
cham.ut notat Hostien.Innocent. & Panormi.
in capitulo,antiqua.de priuileg. & gloss.xxij.
distinctio.renouantes & Specula.in eodem titu
lo.§.non tenemus.versiculo,sed nunquid.in fi.
quicquid teneant Ioan.Andr.& domin.Anton.
in dicto capitulo,antiqua.tamen secus est de iu
re ciuili,quia non potest omisso medio,appella
ri ad principem.ut l.imperatores. ff.eodem. &
not.Bar.in l.prima.§.si quis in appellatione.ff.
eodem.dixit mirabiliter Bart. in dicta autenti-
8 ca,habita.quòd istud non procedit in scholari-
bus: † quia cum imperator de speciali gratia
sponte se offerat ad defensionem scholarium,
ut ibi in textu.in verbo, defendamus hac de re
ipsi possunt appellare ad imperatorem omisso
medio.quod dictum refert, & notandum putat
Philip.Francis.in dicto §.denique. & dominus
Abb.in sua disputatio incip.Gandulphus cleri-
cus.in xvij.columna. versiculo, secundum di-
ctum quod licet ad imperatorem. & Card.Ale-
xand.in capitulo,dilecti filii. el secundo.in ter-
tia columna.uersiculo, unum tamen singulari-
ter tene menti.extra de appellat.

Cautela pro notariis ad conuertendum legatum usu fructus in legatũ proprietatis, & quòd testator non aduertat. II.

1 *Testator an possit usumfructum relinquere vni, & proprietatem alteri.*
2 *Fundus si in gaudimentum legatus fuerit, an ipsa proprietas legata intelligatur.*
3 *Legatum non restringitur, si testator relinquat matri suæ fundum, seu aliqua alia bona, & postea adyciat, ut possit uiuere, & de eis uti, & frui, & de illis se sustentare, quousque uiuat.*

1 EVENIT † in dies, ꝙ testatores in suis te
stamentis relinquunt uel uxoribus suis, vel
alicui alteri personæ usum uel usumfructum ali
cuius rei, aliam uero personam instituunt hære
dem uniuersalem,quo casu,indubitati iuris est,
ꝙ vsus uel usus fr.illius rei,est ipsius vsufructua
rii,proprietas uero est ipsius hæredis. ut in §.
vsusfructus.insti.de vsufruc.qui vsusfructus po
stea finitur per mortem ipsius usufructuarii, &
consolidatur cum proprietate:ut l.antiquitatẽ.
& l.corruptionem.C.de vsu.& habit. & §.fini-
tur.iuncto §.finali.institu.de vsufru. Tu autem
tabellio, qui rogatus es conficere simile testa-
mentum,in quo vsusfructus,puta alicuius fun-
di relinquitur alicui personæ,si uis tali personę
benefacere,hoc est, quòd tale legatum usus fru
ctus conuertatur,& trahat secum proprietatẽ,
& quòd testator nõ aduertat:cautela est, quòd
quando in testamento dixisti, Item legauit vxo
ri suæ vsumfructum talis fundi, ipsa existente
casta & honesta,& absque marito, prout com-
muniter talia uerba ponuntur: subiungas „gra-
uando tamen ipsam quòd nõ possit ipsum fun-
dum pignorare,uendere,nec alienare,nam istis
verbis testator penitus non aduertet, imo cre-
det,quòd per talia uerba confirmetur intentio
sua, scilicet quòd post mortem usufructuarii,
vsosfructus reuertatur ad suum hæredem. Ta-
men ista uerba, quòd nõ possit uendere,pigno
rare,nec alienare,habent istam naturam, quòd
intelligitur non solum legatus usus fructus,ve-
rum etiam ipsa proprietas. ista fuit elegans &
singularis decisio Bald.in l.Proculus. per text.
ibi.ff de vsufruc. quam pro singulari refert,&
sequitur Ro.in suo consi.ccvj.incip.licet de cõ
muni conclusione.in secunda colum. uersi.ter-
tio ista. & Alex.in l.si constante.in princ. ff.so-
lut.matr. Et idem sentit Bar in l.ex hac scriptu
ra.in ij.col.uer.sed contra prædicta.ff.de dona.
& Bal.in l.ubi adhuc.in j.col.uersi.ibi alienãdi.

C.de inre dot. & expresse Raphael. Fulgo.in
consil.xiij.incipient.circa primum consultatio
nis effectum.in fin.colum. versicul. in secundo
consultationis articulo. & expresse Soci. in suo
suo consilio cxxxj. computatis consiliis Ma-
ria patris sui.incipien. in præsenti consultatio-
ne de pluribus satis confuse quæritur.in ultim.
colum.in versicul. Sed in casu nostro,videtur
oriri pulchra difficultas,vbi dicit,se ita aliàs vi
disse consultum per insignem Doctor.d.Andr.
Barba.sequitur Philip.Cor.in consilio lxiiii.in
cipien.in casu præsentis consultationis. versic.
& licet postea fuerint mihi ostensa. in 4. volu-
mi.Et Franci.de Crema,in suis singul. singula
ri.xxvi. incipient. maritus legauit usumfru-
ctum.licet Roman.sibi contrarius tenuerit op-
positum, & male in l.donationes in concubi-
nam.§ species ff.de donatio. Secunda cautela
est, si vis quòd legatnm usiusfructus trahat se-
cum legatum proprietatis, & quòd testator nõ
aduertat,quòd in testamento non dicas. Item
legauit vsumfructum talis fundi:sed dicas,item
legauit tali personæ talem fundum ad vsufru-
ctuandum, seu ad alimenta: quia per ista ver-
ba,hoc modo concepta,intelligitur legatus,nõ
solum usufructus, sed etiaui ipsa proprietas.
Adeo,quòd legatum est perpetuum, & trans-
missibile ad hæredes.iste est casus.& ibi notant
Bartol.Angel.Paul.de Castr. & dominus Iaso.
reprobata ibi opin gloss.& Oldra. in l.cum hi.
§.si vni.ff.de transa. Bartol.in l.libertus.la pri-
ma.de alimen. & ciba.lega. Bartol. & alii per
text.ibi.in l.donationes in concubinam §.spe-
cies.ff.de donation.Cyn.Bald. & Salycet.in l.si
mulier.C.de iure dotium. Alexan.in suo consi-
lio penul.incipien. uisis uerbis testamenti.cir-
ca fin.in secundo volumine. Et istud similiter
2 habet locum,& procedit si sit dictum. † Item
leganit fundum in gaudimentum: quia simili-
ter intelligitur legata proprietas, prout singu-
lariter dixit Baldus in l.si habitatio.§.sed si sic.
ff.de usu. & habit.quem refert & sequitur do-
minus Ias.in dicta l.cum hi.ff.de transactio. Et
quem sequitur Franci.de Crema in suis singu.
singulari.xxxij.incipiente, Lego vxori meæ.
& prout tenet Angel.in autentica,hoc locum.
circa fin.C.si secun mul.nupse.licet Florian.in
dicta l.Proculus.ff.de vsufruct.dicat, quòd mul
ti ita consuluerunt,sed quòd ipse noluit se sub-
scribere,faciens quandam suam distinctionem,
quòd aut erant iustituti penitus extranei, &
tunc intelligitur legata proprietas. Aut erant
instituti filii, & sic personæ prædilectæ à testa-
tore,& tunc secus.quem refert & sequitur Cæ
pol.in suo tractatu seruitut.urbanor. prædior.
in rubrica, de prima seruit.mixt. Ad unum ta
men aduerte,quòd in ipso legato *a* non facias
mentionem de uita vsufructuarii, videlicet di-
cendo, item relinquit vxori suæ vel tali per-
sonæ, talem fundum ad vsufructuandum, vel
ad alimenta, vel in gaudimentum toto tempo
re vitæ suæ. Ad hoc, ne intremus in illam quæ-
stionem,quam dicit solennis Doctor. dominus
Paulus de Montepico,qui nunc Papiæ ordina-
riam de sero in sua eleganti repetitio. §. Titia
cum nuberet.l.Titia cum testamento. de legat.
secundo.euenisse in ipsa ciuitate Papiiæ Qui-
dam magnificus dominus Ioannes Marcus de
Belcredo,habens duos filios, uidelicet Gerar-
dum & Zachariam: quia forsitan plus amabat
Gerardum,prælegauit ei partem castelli & tur
ris, quam habebat in quodam loco montis al-
ti,postmodum mandauit, quòd in dictis bonis
prælegatis,non deberet ipse Gerardus molesta
ri nec inquietari, sed quòd ipsa teneret,habe-
ret,& possideret toto tempore vitæ suæ. & ita
habuit. Postea mortuus est ipse Gerardus re-
lictis filiis suis hæredibus, dubitatum fuit, an
istud prælegatum fuerit transmissibile ad hære
des ipsius Gerardi, an uero per mortem esset
finitum, & sic deberet reuerti pro parte sua ad
Zachariam fratrem: refert quòd pro parte Za-
chariæ uidit consultum per solennes Doctor.
Francis.de Curt.Ioannem de Puteo, dominum
Lancilo.Decium,dominum Daniel. Landol.&
dominum Ambrosi. de Opizonibus, tunc duca
lem quæstorem moti: quia per illa verba, gau-
deat & possideat toto tempore vitæ suæ, uide-
tur testator limitasse legatum advitam tantum
ipsius Gerardi, adducentes tantummodo deci-
sionem Baldi in l.prima.circa principium.C.de
furt.& litis expen.ubi dixit Baldus, quòd licet
ista verba,utendum & fruendum, non restrin-
gant concessionem pleno iure factam, tamen
istud non procedit,ubi diceretur, in vita. In
contrarium refert plures etiam consuluisse,
adducentes decisionem Paul. de Castro. in suo
consil.mihi cclxvi.incipient. quòd dicta substi
3 tutio.in penulti.colum. decidens, † quòd si
testator relinquat matri suæ fundum, seu ali-
qua alia bona, & postea adiiciat ut possit uiue-
re,& de eis uti & frui, & de illis se sustentare
quousque uiuat: quòd per ista verba non re-
stringitur legatum: quia ista verba respiciunt
causam,non antem legatum. Ideo verba adie-
cta legato in fauorem legatarii,non restringũt
legatum.ut l.iiij.& ibi notat Bartolus, de ali-
ment.& ciba.lega. & dicta l.donationes in con
cubinam.§.species.ff. de donatio. & l.finali.ff.
de vsufruct.earum rerum quæ vsu consu. & tra
dit Roman.in consilio ccccciij. incipient.dili-
genter inspectis. Modo illa verba, quòd Ge-
rar.deberet pacifice possidere toto tempore vi
tæ suæ, fuerunt apposita in fauorem suum,er-
go non debent restringere legatum. iuxta l.ꝙ
fauore.C.de lega. & l.legata inutiliter.ff de a-
dimen.lega vnde dicebant decisionem Bald.in
dicta l.prima fore falsam. Ad hoc ergo, ut ua-
rietatem Doctorum fugias,sis cautus,non face
re mentionem de vita ipsius vsufructuarii. Et
licet ista quo ad mundum sint pulcherrima,&
suo loco & tempore possent tibi non medio-
crem afferre vtilitatem, tamen quantum ad
animam, essent perniciosa, si ipsius ute-
reris, voluntate testatoris existente in con-
trarium.

a Non facias. Adde,quòd hoc non est nouũ, quòd relictum vsusfructus ꝓpter causam sibi adiectam restringatur. demonstrat hoc tex.in l.si habitatio.uer. sed si relictis. ff.de vsu hab. ubi si relinquitur usufructus domus habitandi causa, sola habitatio legata censetur.& sic generalitas relicti usufru. ex causa specifica restringitur.

Cautela pro illo qui tenetur iurare ſeruare ſtatuta quod licet iuret & nõ obſeruet, propter hoc non ſit periurus. III.

1 *Statutum ſi diſponat, quod rectores & iudices teneantur ſeruare ſtatuta, an ualeat.*

COmmuniter per ciuitates Italiæ extant ſta
tuta, quòd rectores & iudices eũtes ad gu-
berr an lam ciuitatem, teneantur iurare ſerua
1 re ſtatuta:†quo caſu certum eſt, quòd talle ſta-
tutum valet & tenet, quia etiam talia iuramen-
ta præſtantur de iure communi. vt in autenti.
iuſiurandum quod præſta. ab his. per totum. &
in l. rem non nouam. & auten. hodie. C. de iudi.
& c. uenientes. de iureiur. Tu autem qui vadis
rector, vel iudex ad aliquam ciuitatem, & tene
ris iurare ſeruare ſtatuta, ſi vis facere, quòd nõ
obſtante iuramento ſi contingeret te facere cõ
tra aliquod ex ipſis ſtatutis, nõ incurrãs in per
iurium: cautela eſt, quòd facias ingreſſum tuũ
in die feriata, in honorem Dei, & illa eadem die
iures ſeruare dicta ſtatuta: quia dato quòd po-
ſtea non obſerues, propter hoc non eris periu-
rus, ita pulchre & in ſpecie dixit Lanfra. de O-
rian. in ſua repe. capituli, quoniam contra. cir-
ca fin. prin. extra de probatio. dicens, quòd vbi
rector ciuitatis ingreditur officium ſuum in die
feriata, & iurat ſeruare ſtatuta, vt moris eſt, ꝙ
tale iuramentum non valet. Et ille, tanquam
non iurauerit poterit contrauenire, motus ꝑ
cap. primum. de fer. quo cauetur, quòd omnia
iuramenta præſtita in die feriata, in honorem
Dei, regulariter non tenent. Et per hoc aliquã
do dixi, quòd cum eueniret, quòd aliquis ſcho-
laris in diebus feſtiuis, in honorem Dei obuia-
ret notario uniuerſitatis noſtræ, dicebat ei do-
mine notarie mementote ponere me in matri-
cula, qui notarius habito nomine, & cognomi-
ne ſuo, deferebat ei iuramentum de ſeruando
ſtatuta, & de parendo domino rectori, iuxta
formam ſtatutorum noſtræ vniuerſitatis. nam
dicebant, quòd tale iuramentum non tenebat,
& ſic contraueniendo, non cadebat in periuri-
um: & ſimiliter dicebam de rectoribus noſtro-
rum iuriſtarum, qui hic Paduæ in die ſancti
Laurentij ſumunt caputium, & illo eodem a-
ctu iurant ſeruare ſtatuta, quòd ſi per ipſa ſta-
tuta, vel per literas ducales non ſit cautum,
quòd plus illa die, quàm vna alia debeant ſu-
mere ipſum caputium, & illo eodem actu, iu-
rare ut ſupra, quòd licet poſtea non obſeruent,
propter hoc non ſunt periuri: quia cum tale iu
ramentum ſit contra canonum diſpoſitionem
ſumptum, ſequitur, quòd non habet litigandi
poteſtatem.

Cautela quod deceptus etiam citra dimidiam iuſti pretii poſſit reſcindere contractum, uel petere ſupplementum iuſti pretii. IIII.

1 *Contrahentibus licitum eſt, naturaliter inuicem ſe circumuenire, & inuicem ſe decipere, & quod plus ualet, minori pretio emere, & quod minus ualet, maiori pretio uendere.*

2 *Bono uiro non licet aliquem decipere, licet in foro ciuili & canonico conceſſum ſit.*

3 *Conſcientia idem eſt, quod bonus uir, & quod in foro conſcientiæ licitum non eſt, non etiam licitum eſt bono uiro.*

4 *Ementem inter & uendentem difficile eſt, quod nõ interueniat peccatum.*

5 *Turpitudinem ſuam nemo detegere cogitur.*

1 REGVLA† eſt in iure, quòd contrahentibus licitum eſt uaturaliter in vicem ſe circumuenire, & inuicem ſe decipere, & quod plus ualet, minori pretio emere, & quod minus valet, maĩori pretio vendere, vt dicit text. in l. in cauſæ. la ſecunda. in fi. ff. de mino. & in l. item ſi pretio. §. quemadmodum. ff. loca. quòd tñ ſano modo eſt intelligendum, dummodo quòd talis deceptio non tranſcendat dimidiam iuſti pretij. quia tunc deceptus poteſt petere vel reſciſſionem contractus, vel ſupplementum iuſti precij vt no. in l. 2. C. de reſcin. vend. & in c. cum dilecti. & in c. cum cauſam. de emp. & vendi. Et ſic licet interuenerit deceptio citra dimidiam iuſti precij, & dolus non dederit cauſam contractui, vel inciderit in ipſum contractum, ipſe cõtractus remanet firmus & validus *a*, & talis deceptus citra dimidiam iuſti precij, non poteſt de aliquo conqueri. vt not. in locis præalleg. iunctis his quę habentur in l. eleganter. ff. de dolo. & in l. ſi quis cum aliter. de verborum obliga. Tu autem qui feciſti contractum, in quo es deceptus citra dimidiam iuſti precij, & ſic per ea quæ ſuperius dicta ſunt, contractus eſt firmus & validus, ſi uis poſſe facere etiam in foro ciuili de duobus alterum, vel habere reſciſſionem ipſius contractus, vel conſequi ipſum ſupplementum iuſti precij, cautela eſt, vt conuenias via ordinaria aduerſarium tuum in iudicium, narrando & exponendo petitionem tuam iuxta formam quam tradit Barto. in d. l. 2. C de reſcin. uendi. lite poſtea conteſtata tempore quo producuntur poſitiones, facias aliquas poſitiones petendo officio iudicis aduerſarium tuum debere eis cogi per credulitatem ſuam reſpondere, confitendo vel negando, inter quas inferas vnam, quæ ſit iſtius tenori, Quòd ipſe aduerſarius eſt vir bonus, vel facias, quòd iudex officio ſuo ipſum interroget, an ſit vir bonus, vel non. iuxa l. vbicunque. ff. de interrogat. actio. & iuxta capitu. cum Ioannes eremita. poſt medium. de fide inſtrumen. Nam interrogatus, quòd debeat reſpondere, nunquid ſit vir bonns, vel non, in æternum non re-

a Ipſe contractus remanet firmus & validus. Limita tamen hoc non eſſe uerum in foro cõſcientiæ, notãt do. Abb. d. Ant. de But. in c. q̃a plerique. de immu. eccl. & per eũdẽ d. Anto. in ca. cum cauſam. extra de empt. & vend. & per d. Inn. & eundẽ d. Ant. in c. in ciuitate. de vſu. nã conſcientia eſt cordis cognitio ſui ipſius, & omne, qd̃ cõtra cõſciẽtiã ſit ædificat ad gehennam. 28. q. j. §. ex his itaque. conſcientia enim eſt quæ dictat non ſic eſſe faciendum. uide per Archi. vbi ſupra cõſciẽtiã honoramus uide in cle. j. de iure pat. latius per Alex. in ſuo dicto, per me nuperrime recognito & continuato, in uerbo conſcient ia. nã dici ſolet, conſcientia mille teſtes. Bart. autor.

ſpondebit quòd non,quia hoc modo allegaret
propriam turpidinem, imo iudex poſſet ipſum
repellere,iuxta l.congruit.ff.de offic.præſi. Si
autem reſpondebit,quòd,ſic, quòd eſt uir bo-
nus & probus,uel quòd reputat ſe ita eſſe, tūc
habes intentum tuum,quia iſte cogetur facere
de duobus alterum,aut reſtituere tibi rem tuā
reſtituto ſibi precio habito, vel ſupplere iuſtū
precium,quia id quòd dicimus, quòd licitum
eſt contrahentibus tam in foro ciuili quàm in
foro canonico inter ſe decipere citra dimidiā
2 iuſti præcij,†tamen iſtud non habet locum nec
conuenit bonis uiris, iſta eſt gloſſ.notabilis in
l.ſemper in contractibus.de regu.iur.quam ſin
gularem reputat Bald in c.ſi proponente.de re
ſcript.& in c.quanto.in ſecunda colum.de iure
iuran.& in auten.ad hęc.in penul.colum.C.de
vſur. per quam in terminis dixit Ioannes de
Ana.in c.in ciuitate.in 8.colum. verſi.vltimo.
pro iſta parte adduco gloſſ.ordinariam. extra
de vſur.quòd conſulendo apud Ferrariam,tra-
didit iſtam cautelam, quòd fierent certæ poſi-
tiones inter quas eſſet una, quòd emptor eſſet
bonus vir,quia ſi reſponderet,quòd ſic, tu ha-
bebis intentionem tuam, quia eramus in caſu
d.gl.l ſemper in contractibus Subiungendo,ꝙ
ita fuit factum, & quòd ita fuit obtentum,quē
ſequitur dom.Iaſ.in l.penul.in ſecunda colum.
verſicu.adde tamen.C. de pact & in §.alien.in
24.colum.verſi.& aduerte,quòd quamuis con
trahentibus.inſtitu.de actio.bene facit pro hoc
quod pulchre dixit Bald.in c. cum cauſa.in fin.
3 teſti†quòd conſcientia idem eſt, quòd bonus
uir,& quæ not. licent in foro conſcientiæ,non
licent etiam bono uiro. Sed in foro conſcien-
tiæ non eſt licitum contrahentibus inter ſe de
cipere,ergo nec bono uiro.ſubdens,quò uadit
ergo anima mercatorum. & quòd in foro con-
ſcientiæ non ſit licitum inter ſe decipere,tenet
dom.Ant.& ibi do.Abb.in 9.q.in c.quia pleri-
que.de immu eccle. Anto.in c.cum cauſam.de
empt.& uendi.Innocent.& dom.Ant.in d.c.in
ciuitate.de vſur. vbi late Ioannes de Ana.in 6.
colum.domi.Abb.in c.j.in princip. de empt.&
vendi.& late etiam Saly.in auten.ad hęc.in 21.
4 q.C.de vſur.Hinc eſt,quòd dicit canon,†quòd
inter emētem & uendentem difficile eſt,quòd
non interueniat peccatum.vt habetur de pœn.
diſtinct.5.qualitas. Ad unum tamen eſt aduer-
tendum, quòd licet iſta cautela ſit pulchra,ta-
men aduerſarius ſi nollet, non poſſet cogi re-
ſpondere tali poſitioni ſiue interrogationi,nun
quid ſit bonus uir vel non, quia ſi dicit, quòd
5 non,allegat propriam turpitudinem,†quam de
terege nemo cogitur. iuxta ea quæ habentur
in l.tranſactione finita.C.de tranſact.& per gl.
Barto. & alios in l. qui iuraſſe §. ſi pater.ff.de
iureiuran. ſi uero dicit,quòd ſic.incidit in ca-
ſum d. gloſſ. & ſic in quamcunque partem ſe
voluit,incidit in laqueum, ex quo ſequitur,ꝙ
poſitio eſt captioſa, cui poſitioni ſeu interro-
gationi captioſę nemo reſpondere tenetur, vt
not.gloſſ.in c.ſi poſt præſtitum.in uerbo,ratio
nabili cauſa.de confeſſ.lib.6.& Pau.de Caſt.v
bi declarat, quæ dicatur poſitio captioſa,in l
controuerſia ff.de tranſact.Bald in l.2.§ quod
obſeruari.C.de iur.calum. Lanfr.de Oria.in re
pe.C.quoniam contra.in verbo, reſponſiones.
in 2.col.uerſi. ſeptima regula eſt.extra de pro-
ba.nam alicui non eſt incidendus laqueus,ut di
cit text.C.de uiduis.el 2.27.q.prima.

Cautela ad euadendum a tortura, & a morte, indiciatum legitimis indiciis, quod homicidiū commiſerit. V.

1 *Confeßio qualificata mortem & pœnam corporalem euitare poteſt.*
2 *Confeßio qualificata in parte acceptari poteſt, & in parte ſperni.*
3 *Præſumptio unius liquidißima probatio dicitur.*
4 *Iudex ſi de facto ad torturam poneret illum, contra quem clare delictum probatum eſſet, & in ſua negatione perſeueraret, omnes probationes quæ contra ipſum eſſent, per tormenta purgarentur.*
5 *Appellari regulariter licitum eſt ab omni ſententia tam criminali quam ciuili.*
6 *Crimine eodem, quis duplici pœna puni non debet.*

ACCIDIT quotidiæ,quòd quis inculpatus
de homicidio,uigore indiciorum contra ip
ſum laborantium ponitur ad torturam, pro-
pter cuius afflictionem cogitur dicere verita-
tem, & ſic confiteri ſe commiſiſſe ipſum deli-
ctum,qua confeſſione ſtante, mediante poſtea
ſua perſeueratione ſeu ratificatione facta ad bā
chum officij.iuxta no.per Bar.in l.j.§.diuus Se
uerus.ff.de q.& per Cy. Saly. & alios in l.2.C.
de cuſto.reorum.condemnatur per iudicem ad
mortem.Reuoco ergo in dubium, an ſi aliquis
commiſit homicidium,de quo non poſſit con-
uinci per claras probationes, ſed bene contra
eum laborant indicia, propter quæ ſi a iudice
ponetur ad torturam,dubitat, quòd eam non
poterit tolerare,ſed opus erit confiteri uerita-
tem,nunquid erit dare cautelam,quòd talis in
diciatus indiciis ad torturam ſufficientibus,eui
tet & torturam, & mortem.dic,quòd ſic,ſcili-
cet quòd iſte inculpatus confiteatur verum eſ
ſe,quòd interfecit illum talem de quo quęritur
& poſtea ſubiungat, quòd interfecit propter
defenſionem ſuam neceſſariam,quia per iſtam
confeſſionem hoc modo qualificatam,licet ip-
ſe reus de defenſione aliquid non probauerit,
euitabit & torturam, & mortem & omnem a-
liam pœnam corporalem.de tortura patat,quia
effectus torturæ eſt ad hoc,ut reus confiteatur
id de quo quæritur,vt infra dicetur.ſed iſta re-
us cōfitendo abſque tortura ceſſat effectus tor-
1 turæ,†de morte uero & alia pœna corporali,ꝙ
euitetur per confeſſionem qualificatam prout
ſupra dic, quòd iſtud fuit ſtupendum dictum
domi.

dom.Abb.in c.auditis.in penul.colum.ver.sed
contra prædicta. de præscript.quod dictum ibi
refert & sequitur Fely dicens tale verbum nõ
reperiri alibi, & apud modernos practicos esse
in summo cultu,quòd licet aliquis confiteatur
se interfecisse hominem, sed fecisse propter
suam defensionem necessariam, quãuis de de-
fensione aliquid non probauerit,tamen vigore
istius confessionis qualificatæ non poterit cor
poraliter puniri,quam opin. sequendo domin.
Abb.tenet idem Fel.in c.cum venerabilis.in 4.
colum.versic.secundo not.de except.& in c.si-
gnificasti.el ij.in v.col.uer.& interim unum tẽ
ne menti.de homi.vbi similiter dicit,tale dictũ
non reperiri alibi.& in c.afferte.in v. col.versi.
& responderi potest de eo quod scribit domin.
Abb.de præsum. Dicens similiter istud dictum
esse singularissimum. Sequitur Alexan.in l.nõ
solum.§ sciendum.ff.de ope.no. nun.vbi dicit.
istud dictum esse signanter not.Socin.in repet.
l.j.in iiij.colum.de vulga. & pupil.ubi extollit
& ipse istud dictũ domini Abb.dicens esse mul
tum notandum do.Ias.in l. vt vim. in iiij.colũ.
de insti.& iur.dicens istud dictum domin. Abb.
aliàs in practica sibi fecisse magnum honorem.
sequitur Bartolus in suo reper. in.verbo,con-
fessio habet uim sententiæ.uersi.xxij. qui inci
pit,confessio quòd fecit ad defensionem. dicẽs
hanc esse singularem limitationem ad dictum
Bar.in l.Aurelius.§.idem quæsiit. de lib. leg.&
idem Bar.in verbo, inquisitus. uersicu.viij.in-
cipiente,inquisitus.respondit, quòd occidit.
vbi similiter dixit, quòd istud dictum dominũ
Abb.est perpetuo notandum. Non obst.modo
decisio Bartoli communiter approbata in d.l.
Aurelius.§.idem quæsiit.de libe.leg.volens,ꝙ
si aliquis in iudicio confiteatur se interfecisse
hominem, sed fecisse ob suam defensionem ne
cessariam,potest licite per iudicem condemna-
ri vigore suæ confessionis, quia inquantum di
cit se occidisse,statur suæ confessioni, inquan-
tum uero dicit ad suam defensionem, non cre-
ditur nisi aliter probet, quia quotiescunque cõ
fitens habet præsumptionem iuris contra se,ut
est in casu nostro per l.j.& ij. ff.de sica. & per
c.j.de præsump. † tunc confessio qualificata
2 potest in parte acceptari, & in parte sperni,
quam sententiam similiter tenet Bald. in l.uni
ca.in viij.colum.versi.denuo quęro de quæstio
ne quotidiana C. de confes. & in l. secunda.C.
de dona.ante nupt.& Panor.in ca.bonæ.el 2.in
fin.de postu.præla.& Alex.post alios in l.1.§.si
quis simpliciter.versi.ex prædictis infertur. de
verbo.obligat.quia respondet dom.Abb.quòd
fatetur, quòd taliter confitens debeat puniri,
sed tamen non capitaliter. primo quia proba-
tiones in criminalibus debent esse clariores lu
ce meridiana, ut l.sciant cuncti.C.de proba.ca-
nonizata.ij.quæs.viij.sciant cuncti, sed cum in
casũ nostro non sit nisi sola confessio qualifica
ta,ut suprà sequitur,quòd probatio non est cla
rissima,prout requiritur.secundo quia dato,ꝙ
contra taliter confitentem laboraret vrgentis-
sima præsumptio, tamen ex præsumptionibus
& indiciis quantumcunque vrgentissimis,non
debet quis capitaliter puniri,prout dictum fuit
singulare licet vulgatum.Innoc.in c.quia veri
simile.de præsump.de quo dicto fit mentio per
scribentes in variis locis, præcipue per omnes
in c.afferte.extrà eo.de præsump.& Pa. de Ca.
vbi pulchre loquitur in cõsi. mihi clxxxvij.in-
cip.visa inquisitione suprà scripta.in vlti.colũ.
& per Cæpo.in consi.vj.incip.veritas primi du
bii.in.4.colum & in cons.xxxix.incip. Baptista
Meoni.in 3.colum & per Gandi.in suo tractat.
malefi.in rubri.de præsump.& indici.ex qui cõ
dem.sequi poss.ubi dixit,quòd omnes Do. qui
tempore suo erant Bononiæ,ita consuluerunt.
Non obstat si dicatur,quòd propter hoc iste ta
liter confitens non euitabit torturam, quia iu-
dex a audiens istam suam confessionem qua
lificatã,ut suprà, torquebit eum ad hoc,quòd
debeat dicere ueritatẽ,an interfecerit illũ cau-
sa principaliter offendendi,an vero principali-
ter causa se defendendi, quia dico,quòd istud
non põt facere iudex, ex eo quòd illa iura quæ
volunt,quòd ex indiciis, & pręsumptionibus
contra aliquem laborantibus, & arbitrio iudi-
cis sufficientibus, ille talis debeat subiici tor-
mentis causa veritatis eruendæ. ut ff. & C. de
quæstio.& c.cum in contẽplatione. de reg.iur.
in antiquis.& c.non solent.2.q.vj.habent locũ
& procedunt in indiciis & pręsumptionibus fa
3 cti,non autem in pręsumptionibus iuris.† nam
pręsumptio iuris dicitur liquidissima probatio,
vt est gl.quę reputatur singularis. in l.si tutor.
C.de peti.tuto.per quam dicit ibi Bal. quòd si
lex, vel statutum requirit probationem liqui-
dam,ille dicitur liquide probare, qui probat ꝑ
pręsumptiones iuris,cui est consimilis glo.in l.
secunda.& ibi not. Ang C.de pet.hęred. Imol.
in l.quęsitum.ff.de re iudi. Ang.Roma & Alex.
in l.prima per tex.ibi.C de testam.milit.Modo
habeo, quòd delicta pręsumuntur facta animo
nocendi,& offendendi.ut not.glo.in l.si nõ con
uitii.C.de iniur.quam notabilem dixit Cępol.
in consi.xxix.incipiẽ.uiso processu causę super
homicidio.in prima col.& Flo.in l.j.§.cũ arie-
tes.ff.si quadru.pau.feci. dica. & omne malefi-
cium pręsumitur in dubio iniuste factũ,ex quo
est de genere prohibitorum,ut l.j.C.de sica.&
c.j.de pręsumpt.& ut ponit Bal.in c.sicut no-
bis.in fi.de re iudi.& Alex.in consi.cxj.incipiẽ.
ponderatis uerbis.in j.colum.in j.volum.stan-
te ergo hoc,quòd pręsumptio iuris dicatur cla
ra & liquida probatio,& quòd delictum pręsu-
matur factum causa principaliter nocendi & of
fendendi, sequitur quòd cum iste confiteatur
se interfecisse hominem, licet addat ad sui de-
fensionem, quòd clare probatum sit propter
pręsumptionem legis, istum talem commisisse
illud tale delictum,& per consequens iste reus
non debet posse subiici tormentis, quia quo-
tiescunque maleficium est clare probatum con
tra aliquem,ille talis uigore illius maleficii nõ
potest torqueri, quia ad torturam solummodo

a Iudex audiẽs istam suam confessionem qualificatam.
Adde, an cõfessio qualificata possit acceptari sine ulla qualitate. uide singu.per d. Alex. in consi. 87.per totum.in j.uol. & est quotidianum,& vtile cõsilium.loquitur tamen in causa ciuili,nõ in criminali, ꝙ acceptari debet cũ eadem qualitate,& nõ simpliciter.est tamen periculosa talis confessio in cã criminali quantumcunq; qualificata,nisi probetur defensio, nec est tuta in totum ac se cura hmõi cautela.Et propterea Bald. signanter consuluit confitentem delictũ etiam cum qualitate, puta ꝙ occidit ad sui defensam, nisi qualitatem probauerit, ꝙ puniatur.vide in cõs. ccxlv.quod inci. dauanti da voi. in ij. volu. nam in delictis præsumitur dolus. C.de sicca. l.j. C. de iniur. l.si non conuitii.Item per cõfessionem factum est notorium.ergo puniri debet maleficium,ne delicta remaneant impunita. Caue igitur, ut dixi, ne in Scyllã incidas, credẽs vitare Charybdĩ. Bar.lau.

deuenitur in subsidium probationum, ut notat Pau de Ca. in l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cle. Bal. & Alb. de Ros. in l. obseruare C. quorum appel. non reci. Bal. in l. milites. C. de quæstio Bar. Cæp. in consi. xxxij. incipi. quidam rustici Vicentini. in ix. col. uer. circa tertiũ princi
4 pale dubium. ubi etiam notabiliter tenuit, † ꝙ si de facto iudex poneret ad torturam illum, cõtra quem clare esset probatum delictum, & in sua negatione perseueraret, ꝙ omnes probationes quæ essent contra eum, purgarentur per ipsa tormẽta. & licet Bal. in d. l. obseruare. C. quorum appel. non recip. & in l. j. C. de iur. calum. dicat, quòd imo iudex potest subiicere reũ tormentis, licet crimen suum sit clare probatum, & hoc ad cautelam, ut ore proprio confiteatur, ad hoc, ut non valeat postea appellare, quia cõuictus & confessus non appellat. vt habetur in d. l. obseruare. quia ad hoc respondet Cæpol. in consi. præallega. ꝙ hodie talis causa non debet mouere iudicem, cum per totam Italiam communiter sit prouisum per statuta terrarum, ꝙ a sententiis capitalibus non liceat appellare. Sed vltra tale responsum potest responderi triplici ratione, dictũ Bal. in d. l. obseruare. esse falsum. Prima ratio, est causa fraudis euitandæ. nã præsupposita illa opinione de qua suprà mentionẽ feci pro vera, quæ videtur magis communior, quòd si non obstantibus claris probationibus iudex poneret delinquentem ad torturam, & in sua negatione perseueraret, quòd dictæ probationes purgarentur, isto casu esset in potestate iudicis liberare per indirectum accusatũ vel inquisitum, dicendo ei, tolera hanc torturã patienter, quia liberatus eris, non obstante, quòd de delicto tuo clare constet. Secunda ratio est, quia cum appellatio sit remedium a iure concessum prætendentibus se grauatos, vt in cap. suggestum & c. cum speciali. §. porro. de appe. & edictum de appellationibus sit permissoriũ,
5 † quia regulariter omnibus & ab omni sentẽtia tam ciuili, quàm cri. licitum est appellare, ut l. & si maioribus. C. eo. de appel. gl. in l. qui restituere. in gl. fi. ff. de rei vendica. & Spec. in eo. ti. § secundo. in prin. sequeretur, quòd esset in potestate iudicis per istas vias violentas, & indirectas auferre beneficia à iure concessa, quod facere non potest. iuxta ea quæ habentur ꝑ Bart. & alios. in l. ij. ff. de re iudi. & per domi. Abb. & Phil. Francum in c. cum sit Romana. de appell. & per Doc. in c. quod ad consultationem. de re iudi. & hoc etiam in præiudicium iurisdictionis superioris, quia cum appellatio sit de minori iudice ad maiorem prouocatio, ut l. j. ff. de appel. & c. secundo. de consuet. libr. vi. sequeretur, ꝙ iudex hoc modo posset per viã torturæ in extorquendo cõfessionem obuiare per indirectũ, quòd appellatio non posset coram superiore interponi, quod per iudicem inferiorem fieri nõ potest. nam inferior non potest facere, quòd à sententiis suis non appelletur ad superiorem, prout not. Bar. in l. j. §. interdum. ff. à quib. app. non lic. & in l. fi. ff. de aqua pluuia. arc. & Bal. in l. qui appellationem. C. de appella. & in l. fi. C. de sent. communiter Canonistæ in c. veniẽtes. vbi Bal. circa hoc dedit cautelam. de iureiuran. cum aliis concordan. de quibus per Card. Alex. in c. interposito. § ille denique. in prima col. de
6 appellatio. † Tertia ratio potest adduci, quia de eodem crimine quis non debet duplici pœna puniri. Nam vt dicit Bald. in autent omnes peregrini. in ult. notabili. C. commu. de succes. pœnæ qualitas debet esse secundum qualitatẽ culpæ. & est tex. in l. sancimus. C. de pœ. & in c. quæsiuit. in fi. de his quæ fiunt a maio. parte capi. & in c. felicis. §. illud autem. de pœn. in vj. & xxiiij. q. j. non afferamus stateras, pœna autem homicidii a iure taxata, est abscissio capitis. ut l. j. in princ. ff. de sicar. & § item lex Cornelia. institu. de publ. iudi. & iij. distinctio. omnis. Nã dicit lex, quod homicida alii fecit, semper expectet, ut l. nemo. C. de episcop. audient. Modo si dictum Bald. esset verum, sequeretur, quòd iste reus pro homicidio affligeretur duplici pœna. scilicet pœna torturæ, & pœna capitis, quod nõ est dicendum. & hanc opinionem per rationem secundam, de qua suprà reperio tenere Tancr. de Corneto in sua compendiosa, in rubrica de quæstio. circa materiam probationum. quæsti. vltima stabit ergo firma cõclusio, quòd si quis confiteatur se occidisse hominem, licet adiungat ad sui defeusionem, cum lex præsumat occidisse causa principaliter offendendi, nisi aliud probetur, & præsumptio legis dicatur liquidissima probatio, quòd isto casu, talis confitẽs nõ poterit ad torturam poni uigore illius homicidii, tanquam clare probati, quia ut superius dictum est, ad torturam non deuenitur nisi in subsidium probationum. Et si dices, ergo sequetur, quòd tanquam manifestus homicida puniatur pœna capitali, & sic cautela non erit bona, quia respondeo, quòd quamuis lex præsumat, vt sæpius dictum est, quòd homicidium fuerit perpetratum animo principaliter offendendi, & sic iniuste, & velit, quòd puniatur de ipso delicto tanquam claro respectu suæ confessionis, tamen isto casu lex non vult, nec ita ut aliàs facit, firmat pedem suum, quòd propter illã suam præsumptionem iste qualificate confitens puniatur pœna capitali, sed bene alia, uel pecuniaria, vel relegationis, & exilii, arbitrio iudicis. Et istud est, quòd vult dicere dominus Abb. in d. c. auditis. Et licet pro & contra nonnulla alia adduci possent, tamen ista non sunt obliuioni tradenda, quia possent multum prodesse, præcipue quando habetur iudex propitius.

Cautela ad obuiandũ, quod meretrix non ualeat testari, nec aliter disponere de bonis ex meretricio acquisitis. VI.

1 *Meretrix licet turpiter faciat meretricando, nõ tamen turpiter facit accipiendo, cum sit meretrix.*

2 *Meretrix de quæstu suo testari potest, & ad libitũ disponore, neque eius hereditas per fiscum hæredibus suis auferri potest.*
3 *Meretrix quæstum suum in foro conscientiæ, restituere non tenetur.*

1 QVANQVAM † meretrix licet turpiter faciat meretricando, tamen turpiter non fa-
cit accipiendo, cum sit meretrix, vt dicit text.
in l.4 § sed quod meretrici.ff.de cond ob tur-
pem cau.ex quo dicunt ibi Bal.Ang.& Pau.de
Cast.quòd meretrix de suo quæstu licite, & iu-
ste facit eleemosynam & decimam soluit, ut e-
tiam tenet gloss.in ca.ex transmissa. de deci.&
Archi.85.distin.qui venatoribus.& in j.q.j.nõ
2 est.† Et a similiter de tali quæstu potest testari
& ad libitum disponere, & talis hæreditas non
aufertur hæredibus suis per fiscum, uel eccle-
siam tanquam turpe lucrum. vt not.Cyn.in l.
cum te.C.de condi.ob turpem cau. & Bal.in l.
prima C.eo.referens, quòd ita alias fuit inter-
rogatus Neapoli, a quodam episcopo. Idem te-
3 net Cyn.in l mercalem.C.eo.† & similiter ip-
sa meretrix talem quæstum non tenetur in fo-
ro conscientiæ restituere, sed legitime retinet, prout volunt Inno.Ioan.Andr.& Panor.ibi, in 3.q in c.quia plerique.de immuni.eccl.& ut tenet sanctus Thom.secunda secundæ q.32. articulo 7.& q 62.articulo quinto concludens, ꝑ meretrix licite retinet ea quæ suo corpore lucrata est secus si aliquid extorsisset per dolum vel fraudem, quia illud tale tenetur restituere illi, a quo habuit. Pone modo, quòd una meretrix multa super lucrata est, quo remedio poterunt vti consanguinei, qui debent ab intestato succedere, ad hoc ut ipsa meretrix non valeat de super lucratis testari, nec aliter ad libitum disponere? Dic, quòd cautela est, quòd sibi interdicatur bonis per iudicem, quòd iuridice poterit fieri, vt est text. multum solennis, & ibi glo.in l.& mulieri.ff.de cur.furio.quo casu per interdictionem non solum tollitur facultas cõtrahendi inter uiuos, vt l.is cui bonis. de uerb. obliga. Sed etiam facultas testandi, vt l.is cui lege.ff.de testa.& §.idem prodigus.instit.qui.nõ permi.face.testa.& per Specu.in titu.da instrumen.edi.§.compendiose.circa princip.versicu. tertio, si fuerit. Et per Bald. in l.2.circa principium.C.communia de leg.adeo quòd non posset testari etiam ad pias causas, prout tenet Baldus in l.j. in lectura.in uersicu. deinde quæro quid de prodign.C.de sacrosanc.eccle.& Petr. de Ancha.in c.quia ingredientibus. de testam. quem ibi refert & sequitur Imo. in 7. colum. versicu.circa sextum. Et domi.Abb.in rubrica. extra eo.licet contrarium in hoc uoluerit Bal. in d.l.j.in repe.in 7.colum. versicu.12.quæro quid de prodigo.C.de sacrosanc.eccle. Et licet contrarium etiam uideatur sentire idem Bald. in consi.235.incip. decreto seu rescripto illustrissimi principis.in prima parte, uolens, quòd interdictus bonis posset testari inter libros. & contrarium etiam videatur sentire Lap.de Castellio.allega.26. Sed prima opin. est communior. Istam cautelam tradit Bald.in c.cum decorem.de uita & honesta.clerico. quem refert & pro notabili sequitur dominus Ias. in d.l 4 §. sed quod meretrici.ff. de conditio.ob turpem causam.

a Et similiter de tali quæstu potest testari, & ad libitum disponere. Adeo enim testari possunt, quòd si relinquant etiam impia lucra hæredibus, valet testamẽtum.vide Bal.in consi.166.post princ. in versi.sed emanauit illa decretalis.quod cõsiliũ incipit, quæritur, & ca.in j.volu. Nec tenet meretrix restituere, ꝙ acquirit ex tali quæstu. secundum Inno.in c. quia pleriq; de imu. eccl. nisi accepisset ab his, ꝙ alienare nõ possunt.no. Docto. in præallega.ca. quia plerique. secus aũt est de bono cõsilio.vide in summa angelica.in uerbo meretrix.in § 3 ibi, vtrũ teneat.

Cautela pro illo, qui per metum cogitur contrahere matrimonium. VII.

1 *Matrimonium est maris & fæmina coniunctio, indiuiduam consuetudinem uitæ retinens.*

SAEPISSIME contingit, quòd iuuenes depræhensi in domo alicuius puellę, cogũtur a fratribus & consanguineis ipsius puellæ eam desponsare.& de istis loquitur cap.cum locum de spon. Pone modo, quòd quidam scholaris iuerat ad suam amasiam, & quia consanguinei ipsius puellæ præsenserant de hoc, obseruauerunt eum ingredientem domum una nocte, & ita depræhenderunt eum in domo, & minantur ei mortem, si non accipit eam in vxorem. Ipse autem dubitans de salute sua, videt quòd opus est, vt eam desponser: Quæro, an erit dare cautela, ut licet secum contrahat, tamen quòd tale matrimonium sit nullum; dic, quòd sic, videlicet vt inspiciat an illi testes qui sint ibi præsentes, sint testes qui verisimiliter ducti in iudicium, sint dicturi ueritatem de omnibus ibi gerendis, & si non, quia non sint nisi consanguinei puellæ, & alij domestici, qui in iudicio verisimiliter non dicerent, nisi ea quæ facerent ad propositum suum, tunc ipse scholaris hilari fronte dicat, quòd libentissime vult eam accipere in vxorẽ, sed quòd mittatur pro aliis duobus vel tribus testibus, puta pro presbytero parochiali cum suo clerico. nam ipsi videntes suã bonã dispositionem, & ad hoc etiam, vt res procedant cum amore, & etiam quia res suæ erunt clariores, si plures testes tam domestici quàm extranei interuenient, complacebunt ei in hoc & tunc dicat eis, domini vos eritis testes qualiter accipio istam puellam in vxorem, tamen quia mecum commisit stuprum, dubito ne idẽ faciat cum aliis, propterea protestor ei quòd si adulterabit cum alio, volo posse accipere aliã, ipsa puella & consanguinei sui existimantes casum protestationis nunquam verificaturum. Et isto casu, non erit matrimonium, quia quotiescunque matrimonium contrahitur, sub conditione seu protestatione, suspensiua
seu resolutiua ipsius matrimonij. vt est in ca-
1 su nostro, † quia matrimonium est maris &
fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ consuetu
dinem retinens.vt institu.de nupt.in principio & 27.q.2.in summa.ut ponunt Io.And.do. Anto.& Card.Alexan.in rub.de sponsa. talis conditio seu protestatio non vitiatur, sed vitiat

ipſum matrimonium.iſte eſt caſus. & ibi nota. omnes in c.fin. de condi. appo per quod dicit ibi in terminis Cardina.Zaba.ſe vidiſſe de facto quem ibi etiam refert,& ſequitur Cardi.Alexa. in 4. notabili. quòd cum quidam Philocatus vellet accipere quandam puellam in vxorem, dubitans ne cum alio adulteraret, ad hoc, vt magis præcaueret,accepit eam in vxorem hoc modo,quòd ſi adulterandam ſe prębere alicui quòd poſſet accipere aliam in vxorem. fuit iudicatum tale matrimonium nõ tenere.Et iſtud idem ibi refert & ſequitur domi.Abb.in j.notabili.licet do.Cardina.Zaba.non faciat mentionem.Ad vnum tamen aduerte,quòd ſi iſta cautela debet habere locum & procedere, opus ẽ, quòd ipſa puella expreſſe conſentiat tali proteſtationi,alias ſecus.& iſto caſu,non ſufficeret,ſi taceret,quia tacendo,fauore matrimonij,haberetur pro contradicente.ita Innocen.cum quo alij tranſeunt in d.c.fin.& per hoc dicit ibi Hoſtien.quem referunt Panor.& Alexa. quod iſta crebro deberent prædicari. ne iſtæ ſimplices puellæ decipiantur, ſcilicet quando eis fiat talis proteſtatio, non conſentiant, ſed taceant, quia tunc erit matrimonium.

Cautela quod compromittens non poſsit habere recurſum ad arbitrium boni uiri. VIII.

1 *Compromiſsio lato laudo appellari non poteſt, ſed ad boni viri arbitrium reductio peti.*

2 *Læſio enormis dicitur,quando aliquis in ſexta parte quantitatis debitæ læſus fuerit.*

TV ſcis quòd ſi in aliquem fiat compromiſſum,quòd lato laudo,licet ab ipſo nõ poſſit appellari,quia appellatio præſupponit iuriſdictionem, quæ pactis priuatorum non poteſt conferri, ut l.priuatorum.C. de iuriſdict.om. iudi tamen quando aliqua ex partibus prætendit ſe lęſam, bene poteſt tale laudum reduci ad arbitrium boni viri, etiam ſi ipſæ partes iuraſſent non reducere: quia ſubintelligitur tacita conditio,ſi arbiter vel arbitrator ęque arbitratus fuerit prout no.per Bartolum & Flor.in l. ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.late p Canoni.in c.quintauallis.de iureiur. per Dyn. in regula,ſcienti.de regulis iuris.in 6.per Old. in conſilio 156.inci. primum de quo quæritur per Alex.in conſi.131.incip. in cauſa uertente coram prætore ciuitatis.Imo.in 2.vol. & iſtud eſt adeo verum,quod dixit Bald.in l.ſi unus.§. illud.ff.de pactis.& in l. cum antea.C.de arbit. & in conſi.331.incip. præmitto quòd iſta fuit quęſtio antiqua.in tertia parte. quòd non poteſt per quancunque verborum cautelam impediri iſta reductio ad arbitrium boni viri, vt etiam dicit Paulus de Caſtro, in conſilio 74.inſcipien.qu a fruſtra.in j.col.imo ſi ſtatutum eſſet in ciuitate,quod tolleret iſtam reductionẽ, tamen lato laudo,ſi aliqua ex partibus prętenderet ſe enormiter læſam,iſta reductio, tali ſtatuto non obſtante,poſſet peti,prout tenet Pet. de Anchara.in ſua repetitione c. canonum ſtatuta.de conſtitutio.in 66.col.verſi.accedat hic quæſtio de ſtatuto.& in ſuo conſil io 207.incipien. in quæſtione ſupradicta, hunc ordinem obſeruabo.in ultima colum.verſi.reſtat reſpondere ad ſtatutum.& in conſilio ſequenti.incip. iudex de iure iudicaturus.circa finem.& ut tenet Romanus in conſi.90.incipien.viſo themate quæſtionis.& Angelus in conſi.172.incipiẽ. laudum arbitratoris.Fulgo in conſilio 234.incip.quoniam in ſingulis.Socin. in conſi.220.in
2 cipien. viſis compromiſſo laudis & ſtatutis. in ultima colum. † & illa dicitur enormis lęſio, quando aliquis eſt læſus in ſexta parte quantitatis debitæ ſecundum Bart.in dicta l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.verſiculo, quæro quę dicitur parue vel magna quantitas. ff. pro ſocio. quam opinionem ſequitur Lanfran.de Oria.in tractatu de arbit. in vltima parte quæſtio.14.& Raphael Cumanus,in conſilio 50.incipien.ſtãte ſtatuto ciuitatatis Vincentiæ. verſiculo, ad id autẽ quo quæritur.Alij volunt,quòd hoc ſit in arbitrio iudicis,cum non ſit a lege determinatum.& ita uoluit Bald. in dicta l.cum antea. C.de arbit.& in conſilio 378.incipien. quæro, ad quid operetur po eſtas. in prima parte. & gloſſ.in §.precium. quam ibi pro ſingulari ſequitur Angelus de Aretio,inſtitu.de emptio.& uenditio.idem Angel.de Aretio, in l.prima.§. ſi quis ante.ff.a quibus appella.nõ lic.& Imol. in capitulo quintauallis. de iurando prout refert,& ſequitur Alexand.in l. ſi quis arbitratu. in fine.de verborum obligati. Et iſtæ ſunt duæ principales opiniones, quæ magis communiter tenentur,ſecundũ,ſolennem doctorem & pceptorem meum in canonibus dom Philip.Decium in ſuo conſilio 29.incipiente, iuridicam eſſe arbitror concluſionem.circa finem. Propterea eximius doctor Bartholem. Cæpol.in ſuis cautelis,cautela 197. incipien. difficile eſt dare modum.tradit quatuor cautelas ad impediendam iſtam reductionem,ſed omnes in effectu claudicant,& de iure non procedunt.Sed tu vltra eum accipe duas,per quas iſta talis reductio poterit impediri:prima cautela eſt, quòd in compromiſſo apponantur iſta verba, eligentes eum vt bonum virum præcipue non habito reſpectu ad alium,quia iſta verba habent iſtam vim,quò tollunt iſtam reductionem. ita notabiliter voluit Bartolus per rationem de qua ibi per eũ in l.2.§.tametſi.ff.de arbitr. quẽ ibi ſequitur Ale.in Apoſt,dicẽs, iſtud eſſe dictum ſingulare.& idẽ Alex.in Apoſt.in dicta l.ſi ſocietatẽ.§.arbitrorũ.in vltima col.in verbo,operãtur.ff.pro ſocio.quã opinio. etiã tenuit Roma. in ſuis ſing.prout refert Lanf.de Oria in dicto ſuo tractatu de arbit.in ulti.par.q.14.verſic.& ideo ex prædictis videtur reſultare cautela. ſed

eſt

est verum quòd Lanfran.ibi dixit, quòd consulendo non auderet affirmare, quòd per supradicta verba tollatur dicta reductio, & quòd ita cōsuluit Salustius de Perusio in quodam suo consilio incipi.in nomine indiuiduæ trinitatis, viso quodam compromisso. Tamen in consulendo & in iudicando magna est autoritas Barto. & Alex. Secunda & optima est, si quis vult impedire recursum ad arbitrium boni viri, quod vtraque pars inueniat unum amicum, qui amici extra a compromisso. per solennem stipulationem inuicem sibi promittant certam pecuniç quantitatem, si partes non emologabunt laudum: videlicet lis est inter Sempronium & Titium. modo Gaius separatim a litigatoribus promittit Menio centum, si Sempronius laudo contrauenerit. Menius similiter promittit Gaio centum, si Titius, & sic altera pars contrauenerit: quia hoc modo compromittentes, ad hoc vt amicus suus non habeat soluere illam quantitatem promissam in casu contrauentionis, nō audebunt contrauenire. istam cautelam docet Dyn.in consilio incipiente, Tholemęus. quam sequitur Floria.in dicto §.arbitrorum.& prout refert, & sequitur Lanfran in loco superius allegato. & sequitur Ioan. Andr in addition. Speculato.in titulo. de arbit.§ fina. versiculo, item quid si compromissum. dicens, quòd ista cautela multum frequentatur in Tuscia.

Cautela contra illam communem opinionem, quod non possit relinqui plus filiæ si nupserit, quam si monasterium intrauerit. IX.

1 *Testator si relinquat filiæ mille si nupserit, si uero monasterium intrauerit, relinquat tantummodo centum, an si monasterium ingressa fuerit, mille habere debeat.*
2 *Matrimonij appellatione, an matrimonium carnale & spirituale ueniant.*
3 *Statutum disponens quidpiam contra cognoscentē mulierem nuptam, an in cognoscente monialem, locum habeat.*
4 *Legis uerba ad ea quæ non adaptantur, nec eius etiam dispositio.*
5 *Delinquere uelle, quis in dubio non præsumitur.*
6 *Dotis uerbum, an in ingrediente monasterium uerificetur.*
7 *Statutum si disposuerit, quòd filia dotata a fratribus excludatur, an monialis ita per fratres dotari debeat, si ipsam excludere ualeat, ac si mundo nupsisset.*
8 *Legitum factum in casu nuptiarum, an in religionis ingressu uerificetur.*
9 *Testator si legauerit genero suo certam quantitatem pro dote, & contracto matrimonio. an si eo non consummato, sponsa monasterium ingrediatur, legatum habere debebit.*
10 *Simonia an sit, si pater dixerit, supplico uobis, ut filiam meam in monialem accipere uelitis, & pro eius alimentis uolo, quòd de bonis meis habeatis mille.*
11 *Simonia an sit, si testator in testamento dixerit, si tales moniales filiam meam in sororem accipient relinquo eis pro alimentis centum.*
12 *Regula, non in quem uerba, sed in quem disponentis intentio dirigitur, quæri oportet.*

RICARDVS Malūbre, & Thomas de Formaginis de Bononia disputauerunt hanc
1 quęstionem, † an si testator relinquat filiæ mille, si nupserit, si uero monasterium intrauerit, relinquat tantummodo centum: an si monasterium intrauerit, debeat habere mille, ac si nupsisset. Et concluserunt quòd sic quia si tale legatum præcise valeret, esset impeditiuum uitæ contemplatiuę, & quis volendo eligere vitam spiritualem, esset inferioris conditionis, quàm si eligeret vitam actiuam: quam disputationem retulit, & secutus est Ioannes And in addition. Speculator. in titu. de stato mona. super rubrica, circa medium, versi. secunda quæstio fuit disputata, & hanc opinionem referendo, ipsam disputationē tenet Alb. de Rosate, in suo tractatu statutorū, in secunda parte. q. 104. incipien. adhuc ex eodem themate quæro. & in l. deo nobis. in secunda columna. versiculo, sed vlterius quæro de episcopis & clericis. Bar. & Alexan. ibi, in Apostill. in l. secunda. ff. de his quæ pœn. nomi. vbi refert Alexand. ita alias consuluisse Ioannem de Ana. & ita fuisse iudicatum in ciuitate Bononię. dominus Anto. in capitu. in præsentia. in 9. colum. de probation. & ibi Francis. de Aret. in 18. Roma. in l. stipulatio hoc modo concepta. in septima columna. versiculo ultimo. ad idem. de verborum obligation. Mathesil. in suis singul. sing 53. incipien. not. quòd si testator relinquit. vbi dicit, quòd miratur q͏̄ monasteria monialium istud non practicent. Alexan. in consil. 35. incipiente, super contentis in dicto themate. in secunda colum. versiculo, septimo, pro hac parte facit. in tertio volumine. Et dicit Imol. in l Lucius. la secunda. in vltima colum. ff. de hæredibus instituend. quòd vidit in ciuitate Bononię ita de facto iudicari. Et licet contrariam partem teneat Bald. in auten. nisi rogati. in tertia colum. versicu. hac ratione determinatur alia quæst. C. ad Tebellianum. vbi dicit, quòd communis obseruantia & naturalis ęquitas est in contrarium, & ibi etiam Paulus de Castro, vbi dicit, quòd alias ita cōsuluit Bononiæ. & idem tenent Bald. & Pau. de Cast. in dicta l. deo nobis. de episcopis & clericis. Paulus de Castro in l. Titio centum. §. primo. ad finem. ff. de conditione & demonstration. vbi similiter dixit, quòd ita alias consuluit, & quòd ita obseruat totus mundus.. Et Raphael Cuma. in l. si ita quis. §. is cui. de legatis secundo. & Imo. in dicta l. Lucius. la secunda. in ultima columna. vbi dicit, quòd ista opin. est æquior, quia

quia quando filia nubit,magnæ expensæ fiunt, secus quando ingreditur monasterium & forsitan in puncto iuris ista opinio est verior, quia vt dicit Bal.in quodã suo consi.incipiente,inter scholam sanctæ Mariæ. non est dicendũ,ꝙ mulier quæ ingrediendo religionẽ,abdicat à se proprium,vt.c. cum ad monasteriũ. de statu mona. velit postea aduertere ad propriũ,quia hoc modo esset cõmittere actum continentem in se repugnantiam. Tamen in consulendo & iudicando non est recedendum à prima opin.tanquam communi,quam vltra præfatos doctores, tenuerunt quatuor principaliores moder.nostræ tempestatis:videlicet Felyn.in.d.ca. in præsentia.in xviij.co.ver.& ex istis remanet decisa alia quę. vbi dicit ꝙ ab ista opi. non est recedendum do. Bar.Soci.in.d.l.2.ff.de his quæ pœ.no.do.Ias.in aut.si qua mulier.in 2.col.versi.iuxta hanc partem formo quæstionem vtilem. C. de sacrosan. eccle. Et preceptor meus in legibus do.Ioan. Campegius in suo tractatu dot. in prima parte, quest.xxx.Tu ergo,qui habes filiam, & cõsideras ꝙ maior quantitas pecuniæ requiritur quãdo filia nubit mundo, quàm quando ingreditur monasteriũ,quo remedio poteris vti, vt valeas ei minus relinquere si monasterium ingredietur, quàm si mondo nupserit:dic ꝙ cautela est, vt concipias dispositionem tuam hoc modo,relinquo filiæ meæ puta centum, & illi qui ducet eã in vxorẽ,relinquo mille, quia hoc modo,licet monasteriũ ingrediatur,tamen ipsum monasterium non poterit petere illa mille,quia nõ sunt legata ipsi mulieri,sed ei qui ducet eam in vxorem.ita notabiliter tradit Bar.in.d.l.2.ff. de his quæ pœ.no.subdens tamen,ꝙ consuluit,vt addatur vnum,scilicet & id quod marito relinquitur debeat esse precium dotis, aliàs ipse sibi haberet,quam opin.sequitur Soci. in.d.l.2. & Fely. in dicto.c.in præsentia.& cum ipso etiam videtur transire do.Ias. in dicta auten. si qua mulier.C. de sacrosan. eccles. Aduerte tamen,quod licet autoritas Bar.magna sit,ipse enim fuit lucerna iuris,vt dicit Angel.in consi.xv.incipiente,quæcunque diximus in vulgari.& illuminator iuris ciuilis secundum Panor.in suo consi.3. inci. casus super quo consilium petitur.in.2.col. Et virtus iuris nostri secũdum Ro.in consi.cccclxxx. incipiente, in casu propositæ consultationis,& in eo semper soleat esse substantia veritatis sequenda,in iudicando & consulendo,vt dicit idẽ Rom.in consilio cccclxix. incipiente , quo ad primum propositę consultationis. & Franc. de Curte in consilio xlvij.incip.super controuersia vertente inter Lanterminum.in.3.col. Tamen aliàs dicebam,ꝙ non esset ponere os in cœlum, si aliquis teneret contra istam cautelam. Bar.Nam mulier quæ profitetur,contrahit matrimonium spirituale,& nubit Christo,& profitens immortali sponso se coniungit.vt.c.quæ in
2 Christo.& c.quod autem.xxvij.quæstio.j.† vnde matrimonij appellatione non solum intelligitur de carnali,iuxta.l.j.ff.soluto matrimonio. sed etiã de spirituali tanquam de digniori, & in quo versatur salus animæ.vt.xxvij.quęst.j.c.nuptiarũ bonum,per quæ iura dixit Dionysius de Perusio,in quodã suo consi.incipiente,& si doctrina cœcum illuminet. quem refert Maria. in repet.c.qualiter & quando.lo secundo. in. viij.
3 quæst.in pen.arti.extrà de accusatio. † ꝙ statutum disponens aliquid cõtra cognoscentẽ mulierem nuptam,habet locum in cognoscẽte monialem,cuius matrimonium indubitanter est dignius:quia licet virgines & continentes,ac etiã coniugati per fidem certam,& operationem bonam deo placentes,ad æternam mercantur peruenire beatitudinem,vt. ca. firmiter.de summa trinitate & fide catholica. tamen continentes plus deo placent,quàm coniugati.quia non expedit homini ad regna cœlorum tendenti,accipere vxorem carnalem.vt xxxiij.quæst.v.c. tũc saluabitur.& not.gloss.in dicto.ca. firmiter.vita enim contamplatiua salubrior est,quàm actiua. c.sane regula.Modo si testator concipiet dispositionem suã iuxta consilium Bart. videlicet illi qui ducet eam in vxorem,relinquo mille,si filia profitebitur,ducet monasterium , quod ipsum debebit habere illa mille,quia sine velis subintelligere illis verbis , illi qui ducet,illi scilicet sponso, vel illi,scilicet marito,tũc cũ mulier ingreditur monasterũ,profitendo dicitur nubere, & se coniungere cum Christo:vt dictum est, & ꝙ in terminis Barto. iste intellectus debeat accommodari,facit ratio de qua suprà , in princi. scilicet ratio impediens vitam contemplatiuã: quia mulier considerans quòd si mundo nupserit,maritus quem accipiet,habebit mille nomine dotis,faciliter causa consequendi illẽ mille, retraheretur à vita monastica Et nõ obst. si diceretur,ꝙ illa cauda quam subiungit Barto.tollit omnia fundamenta , scilicet ꝙ illa mille ha-
4 beat nomine dotis,† quia regula est,quòd ad ea quibus non adaptãtur verba legis & testaroris, nõ adaptatur eius dispositio.vt.l.4.§.toties.vbi Barto.no.ff.de dam.infecto.&.l.hos accusare.§. omnibus.ff.de accusat. & c.ex parte. vbi domi. Anton.de conces.præben.& bonus tex.in.c.idẽnitatibus.§. sed cum eas.de electio.in.6.quem dixit meliorem de iure Ioan.de Anna.in.c.fina. in.xj.col.versi.inquantum.etiam Bar. dicit extrà.de maledi.sed verbum.dos,de quo facta est mẽtio per testatorem,nõ potest adaptari ad illã quæ ingreditur monasterium, quia natura dotis est,quòd remaneat apud filiam,& censeatur suum patrimonium.vt.l. Pomponius Philadelphus.ff.familiæ herciscun.& l.3 §.vtrum.in fin. ff. de minor. sed illud quod datur pro ingressu, remanet apud monasteriũ , & monasterio quæritur,vt.c.conquestus de foro competenti.nec remanet,nec quæritur,nec quæri potest filiæ,cũ sit professa,per quam professionem abdicauit à se proprium,nec proprium habere potest.ut.c. cum ad monasterium.de statu monacho.nec talis pecunia restituerat ipsi moniali , si ad aliud monasterium se transferret.vt.xxvij. quæst.j.si quis rapuerit.& in auten.de mona.§.si vero relinquens.& est casus in.c.cũ olim. lo secũdo. de

priuileg.

priuileg.de quo plene per ſcribentes in c. cum
ad te. de clericis coniuga.imo ſi aliter dicere-
mus, ꝙ dos intelligeretur relicta ꝓ ingreſſu re
ligionis, eſſet committere crimen ſimoniæ.vt
c.non ſatis.& ca.veniens & c tua nos.de ſimo.
& j.quæſt.j.placuit. Vnde in dubio teſtator fa
ciens mentionem de dote,non debet intelligi,
quòd voluerit intelligere de dote danda pro
5 matrimonio ſpirituali: † quia in dubio quis
nõ præſumitur velle delinquere, vt vulgata l.
merito.ff pro ſocio. & c.fi.de præſumptio.nec
eſſe immemor ſalutis æternæ.vt ff.ad leg.Iuli.
repe.l. ſancimus canonizata j.q.vij.nec elige-
re viam ad impugnandum ſua iudicia,vt l.ſimi
les.ff.de teſta.mil. Et ita in ſpecie tenuit Pet.
de Vbaldis de Peruſio in ſuo tracta de duobus
fratribus.in xj parte,quęſt.4.referens,ita aliàs
conſuluiſſe Pet.de Peruſio in quodam ſuo con
ſilio,incip.viſo præfato puncto, & viſis præfa-
tis ſtatutis.in 14.lib.conſil.char.cij & pro hac
opinione benefacit, quod voluit Bald.in autẽ.
niſi rogati.in ij.colum.verſic. quæro nunquid
monaſterium.C.ad Trebell. volens quòd exe-
cutores deputati ad virgines maritandas non
poſſint dare illam quantitatem virginibus in-
trantibus monaſterium: & ſic vult, quòd id
quod datur moniali,non dicatur pro matrimo
nio,& ſic nec dos,iuxta no.in rubr.ff.ſolu.ma-
trimo. de qua deciſione meminit Felyn.in ca.
eccleſia ſanctæ Mariæ.in xxxj.col verſi & iſta
opinio adduci poteſt. extrà de conſtit. & Car.
Alex.in c.verum.in quinta colum.verſiculo,&
6 ideo dicimus de condit. appo. † quia in con-
trarium, quòd imo verbum dotis verificetur,
etiam in illa quæ ingreditur monaſterium. fa-
cit quod notabiliter voluit Bart.in l.j §.ſi pa-
rens.ff.ſi quis à paren.ma.fue. volens ꝙ illud
quod dat pater filiæ ingredienti monaſterium,
puta quando ponit centum ſuper altari, quòd
illud datum dicatur dos ipſius filiæ, & impute-
tur filiæ in legitimam,& dicens, quòd per tale
datum vulgo filia dicitur dotata:quam opinio
ſequitur idem Barto in l.Titio centum.§.Titio
genero.in fi ff.de condit.& demonſtr. & Bald.
in l quoniam nouella. in vltimis verbis.C.de
inofficio.teſtamen.& Bald.in ſuo tract. doti.in
prima parte.in iij.col.verſic. adde etiam quòd
ſi pater. & Fabian. de Monti Sancti Sabini in
ſua reputatione auten.nouiſſ.in x.quæſtio.ix.
quæſt principali.C.de inoffi.teſtam.& Georg.
Natam in repetitione.c quamuis.in xxxij.col.
verſi.duodecimo quæro de pact.lib.6. & præce
ptor meus in legibus,dominus Ioann.Campe
gius in ſuo tracta.dot.in vltima parte,quæſtio.
xxxj. & quòd verbum dotis, verificetur etiam
in illa quę ingreditur monaſterium,demõſtra-
tur de eo,quòd pulchre conſuluit Petr.de An-
chara.in conſilio mihi cvij.incipien.in dictiõe
prima Ferrariæ, &c.& in conſilio ſequenti in-
cipiente,in paucis verbis tactum eſt ſuperius.
7 volens, † quòd ſtante ſtatuto, quòd filia do-
tata excludatur à fratribus, quod monialis ita
debebit dotari per fratres,ſi volent eam exclu
dere,ac ſi nupſiſſet mundo, quod eſſet verum,
ſi illud datum ſeu oblatum non diceretur pro-
prie dos,cum in ſtatutis verba proprie & ſtri-
cte intelligãtur: vt habetur,in vulgata l.iij.§.
hæc verba.ff.de neg.ge.& in l. quicquid aſtrin
gendæ. de verborum obligatio.& in cap.cum
dilectus.cum concordan.de conſuetud. Motus
Petrus de Ancha. inter cætera per hanc auten.
8 niſi rogati in ratione ſui. C.ad Trebell. † vbi
legatum factum in caſu nuptiarum,verificatur
in ingreſſu religiõis.& pro hoc etiam bene fa-
cit quod no.Bald.in l.fina.in ij.colum.ver. ſed
done quòd filia.C.de dot.promiſ.& volens, ꝙ
pater a tenẽt dotare filiam volentem mundo
nubere,vt d.l.fin.& l.qui liberos ff.de ritu nu-
ptia.& per Bart.in l.obligamur.§.j.ff.de actio.
& obliga. & per Alexã.in l.mulier.§.cum pro-
poneretur.ff.ad Trebel. ita tenetur dotare vo-
lentem ingredi monaſterium. quam deciſionẽ
ſequitur Fely.in c non ſatis. de ſimon.& Alex.
in cõſi.cxl.incipien. viſo themate ſupraſcripto.
iij.col.verſic.facit ad prædicta quod not Bald.
in ſcdo volumine. & Bal.nouellus, in ſuo tra-
ctatu dotis.in xvj.ſpeciali.circa principium.
Vlterius fortiter vrget deciſio quaſi in termi-
nis noſtris eiuſdem Bal.in d auten.niſi rogati.
in 3 colum.verſic.quæro quid ſi teſtator.C.ad
9 Trebellianum, vbi voluit, † ꝙ ſi teſtator le-
get certam quantitatem genero ſuo pro dote,
& contracto matrimonio, ſed adhuc non con-
ſummato,ſponſa ingrediatur monaſterium,qđ
muliere profitente monaſterium,habebit illud
legatum,non alia ratione, niſi quòd monaſte-
rium ſuccedit loco generi. Non obſtat illud,
quod dicitur de ſimonia,quia eſt verum,quòd
per dationem alicuius rei temporalis pro in-
greſſu religionis committitur ſimonia,vt illis
iuribus ſuperius allegatis. Sed illud procedit,
quando temporale datur principaliter pro in-
greſſu, vt eſſet quando interueniſſet pactum,
ſecus autem quando datur non principaliter,
ſed ſecundario, & ita intelliguntur iura præal-
legata.idcirco dixit Bal. in l.fina.C.de ſponſal.
10 † ꝙ ſi pater dicit,ſupplico vobis, vt velitis ac-
cipere filiam meam in monialem,& pro alimẽ
tis eius volo ꝙ habeatis mille de bonis meis,
ꝙ non eſt ſimonia. & ſimiliter dixit dominus
Abb.in cap. tua nos extrà eodem, de ſimon.
quem ibĩ referunt,& ſequuntur Ioann.de An-
na.& Fely. quòd illi qui donant cardinalibus
& alijs prælatis, vt per eorum interceſſionem
conſequantur beneficiũ,quòd ſi intendunt do
nare nõ principaliter cauſa auxilij dandi,quòd
ſecundario hoc ſperent, non committunt ſimo
niam: ſimiliter donans familiari alicuius præ-
lati,vt rem beneficij ſolliciter, ſi ille familia-
ris non eſt talis, cuius intuitu prælatus ſit
donaturus, non eſt commiſſa ſimonia. Ita
dominus Cardinalis, in cap. tuam. de æta-
te & qualitate. Dicens ſe ita reſpondiſſe cui-
dam curiali vrbis Romæ. ita poſſimus dice-
re in caſu noſtro, quod teſtatore relinquen-
te, vt ſuprà, voluerit relinquere principa-
liter

a Pater tene.
Sed quid ſi filia
hẽat de ſuo, vñ
ſe dotare poſſit,
an pater de pro
prio eã dotare
teneat, ſi hẽt i-
donea ſubſtan-
tiã? vide ꝑ do.
Ale.in cõſi.7.ſe
cũdæ ꝑtis cõſi-
liorũ ſuorũ. Et
an legatũ dotis
ſuccedat loco le
gitimæ debitæ
de iuræ naturę?
dic,ꝙ ſic. uide ꝑ
eũdẽ d.& Alex.
in cõſ.208.in 2.
uol.& ĩ quo dif
ferat legatũ do
tis collatũ in tẽ
pus nuptiarũ,et
legatũ qñ relin
quit mulieri ꝓ
ſe maritãda, uel
ad maritãdũ, ui
de ꝑ eũdẽ ĩ cõſ.
77.in v.uol.ibi,
ideo.n.&c.

liter pro ingreſſu religionis, eueniente caſu in
greſſus: & poſſibile eſt etiam quòd voluerit
relinquere ſecundario, ergo ſequitur quòd iſte
intellectus vltimus tanquam benignior, & ex-
cludens peccatum, debebit amplecti, iuxta re-
gulam in dubijs. §. de regu. iur. & c. eſtote mi-
ſericordes. eodem titu, in antiqui. Et de hoc vi
detur in terminis deciſio Bart. in dicta. l. Titio
centum. §. j. in fine. ff. de conditione & demon
11 ſtratione. dicens, † quòd ſi teſtator dicat in
teſtamento, ſi tales moniales accipient filiam
meam in ſororem, relinquo eis centum pro ali
mentis: tale legatũ valet, nec dicitur ſimonia:
idem dicendum eſt in caſu noſtro, quando le-
gatur aliquid pro dote, cum ipſa dos ſuccedat
loco alimentorum, & per Ioannem And. in ru-
bri. de ſtatu monachorum. poſt medium. verſi
cu. ſcire debes. & per dominum de Rot. in ſua
deciſione xviij. poſita ſub rubri. de conſuetu-
dine, incipiente, fuit dubitatum, & in relatio-
nibus poſitum. In nouiſſi. & per Baldum, & Sa
lyce. in l. ſancimus. C. de nuptijs. & per Alber.
de Roſa. in l. quoniam in priorib. in vltim. col.
C. de inoffi. teſta. & alibi ſæpe Docto. & ꝙ con-
tra cautelam Bart. poſſit teneri, facit illa regu
12 la quæ eſt, † quod non in quem verba, ſed
in quem diſponentis intentio dirigitur quæri
oportet. vt l. cum pater. §. donationis. de legat.
ſecundo. & ſimiliter quando vna perſona ex-
primitur, & in aliam finis & intentus dirigitur
attendi debet perſona in quam intentus dirigi
tur. vt l. cum dotem. ff. ad legem Falcidiam. Ita
in caſu noſtro, nam teſtator vni legat, & tamen
alteri, id eſt filiæ legare intendit: ſuper quibus
cogita.

Cautela pro pluribus laicis inquiſitis, ad trahendum proceſſum de manu iudicis ſecularis, ad forum eccleſiaſticum. X.

1 *Iudex laicus, in cauſis laicorum regulariter eſt iu-
dex competens, non autem iudex eccleſiaſticus.*
2 *Priuilegiatus qui non eſt, habens rem communem
cum priuilegiato, priuilegijs priuilegiati gau-
det.*
3 *Clericus & laicus ſi ambo rei fuerint, tam laicus
quàm clericus in foro eccleſiaſtico conueniri de-
bet.*
4 *Hæredes ſi clerici & laici fuerint, & ab eis ali-
menta petantur, coram eccleſiaſtico iudice de-
bent.*
5 *Teſtamenti executores, ſi clericus & laicus fue-
rint, ad exequendum per iudicem eccleſiaſticum
compelli debent.*

SI contingat plures laicos accuſari, ſeu in-
quiri de aliquo delicto, certum eſt, quod de
bent accuſari ſeu inquiri à iudice ſeculari:
1 † quia iudex laicus, in cauſis laicorum regula
riter eſt iudex cõpetens, nõ aũt iudex eccleſia
ſticus. vt c. licet ex ſuſcepto. & c. ex tenore. de
foro compe. & eſt magna differẽtia, an quis ac
cuſetur ſeu ĩquiratur à iudice eccleſiaſtico, an
à iudice ſeculari: quia eccleſiaſticus non habet
gladiũ ſanguinis, vt c. clericis. & c. ſententiam
ſanguinis. ne clerici vel monachi. & ca. ex lite-
ris de exceſſi. prælato. videamus ergo, an ſi plu
res laici accuſentur ſeu inquirantur de eo cri-
mine, corã iudice ſeculari, ſit dare cautelam, ꝙ
cauſa trahatur de manu ipſius iudicis ſecula-
ris, ad iudicem eccleſiaſticum. dic quòd ſic, ſci
licet, ꝙ inſpiciatur, ſi inter ipſos inquiſitos ſeu
accuſatos reperiatur etiam vnus ſolus, qui ſit
clericus, & ſic qui debeat à ſuo iudice eccleſia
ſtico iudicari, iuxta not. in c. ſi diligenti. de fo-
ro compet. & in autent. ſtatuimus. de epiſco. &
clericis. & tunc iſte clericus petat ſe remitti
ad ſuũ iudicem cõpetentẽ, iuxta c. ſi iudex lai-
cus. de ſentent. excom. in vj. quia facta tali re-
miſſione, omnes laici debebunt & ipſi ratione
cõnexitatis remitti ad ipſum iudicẽ eccleſiaſti
cũ. iſtud fuit inauditum. & admirabile dictum
Anto. de Prato ueteri, in l. j. in fi. ff. quæ ſentẽ.
ſine appellatione reſcin. quod dictũ refert & ſe
quitur Maria. ponendo ipſum in cœlum in ca.
ij. in 4. col. verſi 8. fallit. de mutu. petitio. mo-
tus domin. Anton. duobus fundamẽtis. Primo,
ne cõtinentia cauſæ diuidatur, & ſequatur ab-
ſurdũ, ꝙ aliquando in una & eadem cauſa ferã
tur plures ſententiæ, & forſitan contrariæ. Se-
cundo motus per textũ in l. ſi communem. ff.
quemadmodum ſeruitu. amit. vbi eſt text. me-
2 lior de iure, † quod non priuilegiatus, habẽs
rem cõem cũ priuilegiato, gaudet priuilegio
priuilegiati. Et iſtud dictum adeo guſtat Ma-
ria. in loco ſuperius allegato. & qđ ex ipſo pu-
tet poſſe inferri, ꝙ ſi inter plures, inter quos a-
gendum eſt duplicibus iudicijs, uel inter plu-
res tutores, ſeu curatores eẽt aliquis clericus,
quod tã contra laicos, quã contra clericos eẽt
adeundus iudex eccleſiaſticus: & idem in ſimi.
ſecundum eum dicentem, hoc eſſe importan-
tiſſimũ, & ab alio nõ tactum, refert & ſequitur
Fely. in c. j. in 4. col. verſi. & dixit domi. Anton.
extrà de præſcrip. & ꝙ iſta opinio ſit vera, po-
teſt comprobari triplici medio. Primo de eo
quod tenet Barto. in l. præcipimus. §. penul. C.
3 de appella. † vbi uult, quod ſi clericus & lai
cus ſint ambo rei, quod tam laicus quàm cleri
cus debet conueniri in foro eccleſiaſtico. Se-
cundo, de eo quod uoluit idem Bart. in l. ſolẽt.
verſic. quæro quid ſi hæredes ſunt diuerſi fori
4 ff. de alimen. & ciba. legatis. † ubi uult, quod
ſi hæredes ſunt clerici & laici, & ab eis petan-
tur alimenta propter perſonam clerici, peten-
tur coram iudice eccleſiaſtico, & iudex ſecu-
laris coget laicos ire ad forum eccleſiaſticum,
& ſuam iuriſdictionem prorogare. Tertio de
eo quod uoluit dom. Card. in c. Ioann. per tex.
5 ibi, de teſtam. † ubi dicit, quod ſi clericus &
laicus ſint relicti executores teſtam. debẽt am
bo compelli per eccleſiaſticum ad exequendũ.

Et

Et vltra ista, pro gustatione istius cautelæ, vide quæ in hoc proposito late accumulat Fely. in d.c.j.de præscrip & late Geor.Natam in sua repetitione.c.quamuis.de pact.in sexto.in iiij. col.ver.ex qua infero.& latius Barb. in suo cõmento.c.Raynal.quod Ioanninam appellauit, in antepe.charta,ver.viij.moueor.extrà de testamen.& etiam late per dom. Iasonem in l.emancipati.in iij.col.ver.nota tu diligenter.C. de Collat.

Cautela pro debitore obligato obligatione iurata, ad extrahẽdum causam de manu iudicis, secularis, ad iudicem ecclesiasticum. XI.

1 *Lites curia in ecclesiastica sunt immortales, quoniam ipsis oliqua instantia præfixa non est.*

2 *Iudex qui est causæ præparantis, debet esse iudex causæ præparatæ.*

3 *Instrumentum vsurarium, vel simulatum coram episcopo dici debet, & etiam ab eo absolutionem à iuramento petere.*

4 *Iuramentum licet principaliter deo obliget, ille tamen, in cuius fauorem præstitum est, ipsum remittere potest.*

5 *Iuramentum remitti nõ potest, quando altera pars iam periurium incurrisset.*

TEMPORE quo magnificus dominus Geor. Corn.erat potestas huius ciuitatis Paduæ, euenit, quòd dum quidam esset obligatus vigore cuiusdam transactionis iuratæ, ad soluendum certo tempore certã pecuniæ quãtitatem, ex tali transactione prætendens se læsum, deliberauit: quia erat potentior suo creditore, amicis, fauorib. & patrimonio, dicto suo creditori mouere litem, existimans quòd mouẽdo dictam litem, reduceret eum ad aliquam bonam compositionem, prout postea fecit: & ad hoc vt faciliorem haberet commoditatem fatigãdi dictum suum aduersarium laboribus, & expensis litis, cogitans, ꝙ causæ quæ tractantur in curia ecclesiastica, sunt pene immorta-
1 les, † ipsis enim non est præfixa aliqua instãtia. vt no. per gl. & omnes in c. venerabilis. de iudi.& per gl. Bart.& alios in l. properandum. in prin. C.eodem de iudi.& per Alexa. in cõsi. xxiij. incip. visis scriptis mihi exhibitis in tertio volumine. & similiter in ea ab omni interlocutoria, & ab omni grauamine appellatur. ut c.debitus.& c.cum causam.de appel. & c.cordi.eodem ti.lib.vj. Et attento etiam ꝙ lata sententia in ipso foro ecclesiastico, pars appellat ad sedem apostolicã, & postea impetrat in partibus vnum iudicem delegatum sibi proprium qui differt causæ expeditionem tantum, quantum vult ipsa pars quæ ipsum impetrauit: idcirco volens fugere iudicem secularem, & corã ecclesiastico litigare, fuit vsus tali malitia: nam adiuit iudicem ecclesiasticũ, narrans qualiter fecerat cum tali persona quandam transactionẽ, quam iurauerat habere ratã & firmã, & in aliquo non contrauenire, & quia in ipsa fuerat grauiter læsus, & certus alijs iustis de causis nũc intendebat contra ipsam venire. Sed quia istud nõ poterat ita simpliciter facere ppter iuramentum, ppterea petebat ab ipso in primis absolui, breuiter post aliqua obtinuit ipsam absolutionẽ, qua obtenta creditor nolebat conuenire istum suum debitorẽ coram iudice seculari, petendo ꝙ deberet satisfacere dictæ transactioni, debitor respondebat, ꝙ iudex secularis non erat iudex competens in hac causa, sed erat epi-
2 scopus: † quia regula erat, ꝙ qui est iudex causę præparatæ, vt l. ordinarij. C.de rei vend. vbi Bald. in ij. no. decidit in terminis casum nostrũ
3 dicens, † ꝙ si aliquis dicturus instrumentum simulatũ, vel vsurarium, & pro absolutiõe à iuramento adeat episcopum, ꝙ impetrata absolutione necesse habebit causam principalẽ tractare coram eodẽ episcopo. quod dicit fore notandũ. quã opinio. Bald. sequitur Alex. in l. quoties C.de iudic.& domi. Ant. de Alex. in l. nulli. C.eodem. quẽ refert & sequitur dom. Iason, in d.l. quoties. sequitur Fely. in cap.j. in xj.col. versic.6. quæro aliquis dicturus instrumentum simulatũ. extrà de iureiur.& in ca.ij. in antep. col.ver.& per illam conclusionẽ. de spon.& in c. parochianos. circa finem. de sen. excom.& in c.cum sit generale. in v.col.ver. amplia cõclusionẽ ex quotidiana doctrina Baldi de foro cõpe. vbi allegat istud idem tenere dom. Bapt. de San. Seue. in sua repetitione l. omnes populi. in xiiij.col.ver. hæc videntur vera. ff. de iusti.& iure. Et licet contra istam opinionẽ Baldi tenuerit Pau. de Castr. in d.l. ordinarij. dicens, ꝙ illa l. in qua se fundat Bal. non probat dictum suũ, tamen, opi. Bal. sequitur ipse Paul. de Cast. sibi contrarius in l.ij.C. vbi & apud quem. dicens istud esse dictũ singulare, & quod illo anno habuit super hoc disceptare. Et in suo con. lxviij. inci. visis & ponderatis omnibus. de quibus suprà & Alex. in consi. 197. incipien. circa primũ quæsitum. circa fin. in ij. volu. & in consi. lxiij. incip. in causa & lite vertente inter Thomã. in j.col. versi.& motus fuit dictus iudex. in iij. volu.& pro ista opinione bene facit tex. in c. plerunq;. de dona. inter virum & vxor. vbi iudex ecclesiasticus qui cognoscit de matrimonio: quia est res spiritualis, vt in c. lator.& in c. cũ causam. qui filij sint legitimi. cognoscit etiam de dote.& per istas autoritates fuit iudicatũ, ꝙ si ille creditor volebat conuenire illũ suum debitorẽ, ꝙ deberet ipsum cõuenire corã episcopo, & hoc modo traxit causam de manu iudicis secularis ad iudicem ecclesiasticum, & fuit in effectu pulcher modus, & pulchra via. sis ergo cautus tu, si vis extrahere causam de manu iudicis secularis ad forum ecclesiasticum, vt vtaris cautela de qua suprà, quando es obligatus obligatione iurata. Sed si contra istam malitiam vis adhibere remedium, cautela est,

quòd

quòd quando vides aduersarium tuum quære-
re absolutionem, si times quòd ipsam sit impe
traturus, tunc remittas sibi ipsum iuramen-
4 tum: † quia dato, quòd iuramentum princi
paliter obliget deo, vt capit. debitores. &c. & si
Christus. de iureiurand. tamen ille in cuius fa-
uorem est præstitum ipsum iuramentum, ha-
bet vim apostolici in remittendo illud, nec re-
quiritur alia absolutio: quia deus etiam remit
tere videtur, cum illud receperit ad vtilitatem
alterius. vt c. j. & ibi no. omnes. de iureiuran. &
no. Barto. in l. j. §. & post operis. & ibi dominus
Iason. qui circa hoc quædam pulchra ponit. ff.
de operis noui nuncia. Bartol. in l. Labeo. ff. de
iureiurand. Bald. in auten. quod eis. C. de nupt:
eleganter per Spec. in tit. de lega. §. nunc ostẽ
dendum. ver. hoc quoque. quia si postea pars
non obstante remissione vellet omnino pete-
re absolutionem, tunc tanquam absolutio non
iuris, sed facti non extenderet iurisdictionem.
argum. notatorum per gloss. in l. si pater. C. ne
de statu defunct. & per glo. in c. si plures. in gl.
fina. de officio dele. in vj. ita pulchre dixit Pau.
de Ca. in d. l. ordinarij. C. de rei vendic. dicens
quòd istud semel habuit de facto in nostra ci-
uitate Brixiæ, in præallega. consilio lxviij. quẽ
referunt & sequuntur Alex. & dom. Iaso. in d.
l. quoties. C. de iudicijs. vbi dixit Alex. ista fo-
re perpetuo tenenda menti, quia quotidiana
sunt. Ad vnum tamen est aduertendum, quòd
si prædicta malitia debet procedere, & habere
locum, scilicet ꝙ per impetrationẽ absolutio-
nis à iuramento debeat posse prorogari iuris-
dictio iudicis secularis in iudicem ecclesiasti-
cum, requiritur quòd impetretur antequã im-
petrans incurrerit in periurium, quia si an-
tè incurrisset in periurium, quia non satis-
fecisset debito tempore prout iurasset satisfa-
cere, tunc talis absolutio non debet per episco
pum concedi, ita originaliter consuluit Feder.
de Senis in consilio ccc. incipiente, factum ta-
le est debitor iurauit soluere. in fi. ubi dicit ita
debere intelligi c. j. de iureiu. alleg. Ioan. And.
in c. debitores. gl. pen. in fi. eodem titu. allegat
etiam rationem. c. quia frustra de vsuris quam
opinionem etiam consulendo tenuit Petr. de
Anchara. in consilio secundum ordinem meo-
rum, cxcviij. incipiente, prædictis subtiliter. &
ad plenum deductis. in fine. vbi dicit, quòd aut
iudici non est facta mentio de ipso periurio, &
tunc tanquam indirecte obtenta est nulla: ar-
gum. l. si prætor. ff. de iudi. aut est facta mentio
qua non obstante secuta est, absolutio, & tunc
est iniusta: habilitare periurium ad agendum,
& sic aperire viam periurijs, quod fieri nõ de-
bet, vt l. prima. si aduersa. vendi. & ca. si vero.
cum similib. de iureiur. Et hãc sñiam sequitur
dominus Cardinal. in d. c. debitores. vbi etiam
Imo. & dominus Abba. in secunda. colum. ver.
antequam expediamus illã particulam. & Lau.
de Rodol. in suo tracta. de vsur in q. cxxij. inci-
piente, tractemus nunc aliquid de iuramento.
& Alexand. in consi. 84. incipien. interrogatus
sum. in ij. col. versi. & subdit ibi in v. volumi-
ne. & Philip. Corneus, in consil. vj. incipiente,
in hac consultatione viso suprà scripto puncto.
in 4. colum. versic. in casu autem nostro. in pri-
mo volu. Et similiter remedium suprà datum
contra dictam malitiam, scilicet remittere iu-
5 ramentum non esset bonum: † quia iuramen
tum non potest remitti, quando altera pars iã
incurrisset periurium. ut no. Bar. & domi. Iaso.
in l. Labeo. ff. de iureiuran. Bartol. in l. cum ita
stipulatus sim. à Proculo in vlti. col. versi. item
quid si prorogaui terminum. de verbor. oblig.
Baldus in auten. quod eis. in sing. C. de nup. &
Fely. in cap. j. de iureiuran. in secunda colum.
versicu. procedit ergo iste tex.

Cautela ad irritãdum unum processum. XII.

1 *Iuramentum calumniæ tacitè remitti potest.*
2 *Iuramentum de calumnia in tantum necessarium est, & rationabile, quod non valeret statutum seu consuetudo in contrarium, quòd tale iuramentum præstari non debeat.*
3 *Acta vbi non loquuntur, ne nos loqui debemus: & quod in corpore actorum non continetur, factum non reputatur.*

SI quis mouet tibi litem, & vis facere quòd
processus qui in causa formabitur sit nul-
lus, accipe cautelam quòd quando respondes
libello actoris, & negas narrata prout narran-
tur, & petita prout petuntur, &c. ꝙ tunc in re-
sponsione tua in aliqua parte, quæ non soleat
multũ ponderari, petas partem aduersam iura-
re de calumnia, & postea circa dictum iuramẽ
tum amplius non insistas, quia si aduersarius
non aduerret ad dictam petitionẽ iuramenti, &
sic de calumnia non iuret, totus processus erit
1 nullus: † quia iuramẽtum calumniæ bene po
test tacite remitti. vt c. j. de iurament. calumn.
in 6. sed si est petitum, & non fuerit præstitum
totus processus est nullus: ita tenent Iacob.
But. Pa. de Ca. & Fran. de Are. in l. ij. §. sed quia
ueremur. C. de iuram. cal. ubi Iaco. Bu. dixit, ꝙ
malitiosi procuratores dum respondẽt libello:
negãt narrata ꝓut narrañt, &c. & post ea in fi.
scripturæ petunt ad calũ. iurati, & ulterius nõ
insistãt, ut si tale iuramentum nõ præstetur, to
tus processus reddatur retro nullus. quam opi.
similiter tenet Bar. & clarius Alex. circa prin.
in l. de pupillo. §. quia opus. ff. de ope. no. nũc.
Imo. in l. qui bona. §. si alieno. & ibi etiã Alex.
in 5. col. uersic. & circa istud iuramentum cal.
ff. de dam. infect. Mathesi. in suis singula. singu.
lxvj. incipiente. no. aliam cautelam dom. Ias. in
l. iusiurandum & ad pecunias. §. qui iusiuran-
dum. ff. de iureiuran. Practic. Papien. in forma
libelli in actiõe reali, in uerbo, per sacramentũ
2 calumniæ. † nam ista præstatio iuramenti de ca
lumnia, est in tantũ necessaria, & rationabilis,

ꝙ non valeret ſtatutum, ſeu conſuetudo in contrarium, ꝙ tale iuramentum non debet præſtari. vt. c. cæterum de iuramen. calum. & c. conſtitutus. de fideiuſſ. & ita firmant Matheſi. domi. Iaſo. & Practicus in locis ſuis ſuperius alleg. Secunda caut. eſt ſi vis irritare proceſſum, qui agitatur in cauſa, ꝙ quando citaris ad videndũ iurare teſtes, iuxta l. ſi quando. C. de teſti. & in. c. in nomine domini. extrà eo. non compares: quia ſi eueniret, id quod ſæpiſſime ſolet euenire, ꝙ teſtes vocati ad teſtificandum, comparent corã notario, neutra parte præſente, & dicunt, Domine notarie nos fuimus citati ad deponẽdum in tali cauſa, vellemus ꝙ nos expediretis, quia ſumus impliciti negotiis. non poſſumus hic diu morari. notarius autem neutra parte præſente defert eis iuramentum, & poſtea dicit, ite & reuertimini cras, quia vos examinabo, nunc non poſſum, & notarius iſtud facit ad hoc. vt teſtes iurati in termino, poſſint quandocunque examinari etiam extra terminũ. iuxta notata per Bar. & Rom. in. l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infec. & late per Roma. in conſi. ccccxlvj. incipi. quo ad primum. nam ſi eueniret, vt ſuperius eſt dictum ꝙ notarius deferret iuramentũ teſtibus de veritate dicẽda, neutra parte præſente, vel dic etiã poſito ꝙ partes ſint præſentes, vel aliqua earũ, ſed iſtud non conſtaret in actis, quo caſu deductis in iudicium tantum creditur iudici & notario, quantum probant ipſa acta: vt. ca. quoniam contra. cum ibi notatis. de probatio. † Nam vbi
3 acta non loquuntur, nec nos loquimur. & quod in corpore actorum non continetur, factum nõ reputatur, vt dicit Bal. in. c. fin. de probati. nam acta non poſſunt probari per teſtes, niſi quãdo fuiſſent redacta in ſcriptis, & eſſent deperdita: vt nota. per Bar. & Bald. in. le. ne in arbitris. C. de arbitr. & late ꝑ Bal. in. l. ſi. in. 2. col. ver. quæro nunquid acta iudicij C. de iudi. cũ cõcor. traditis ꝑ Fely. in. d. c. quoniã contra. de probatio. in vlt. col. ver. nono quæro. tunc omnis teſtificatio facta ꝑ tales teſtes iuratos, neutra parte præſente, non valet nec tenet. iſta eſt gloſſ. peregrina. & vnica in iure: in l. ſi quãdo. in verbo, introducit. C. de teſt. ꝑ quã Raph. Fulgo. in. l. j. C. quomodo & quãdo. iudex dixit, ſe hic Paduæ irritaſſe mille proceſſus, & mille dict. teſt. quẽ refert & ſequitur Lanfr. de Oria. in repeti. dicti. c. quoniam contra. in verbo, teſtes in. 6. quæſtio.

cautela ad faciendum quod dictum teſtis extraiudiciale præualeat ſecundo iudiciali.

XIII.

1 *Teſtis quando dictum præualere debeat, ſi unum extra iudicium, & aliud poſtea in iudicio dixerit.*

1 QVAESTIO eſt inter ſcribentes. † nunquid ſi teſtis dicat vnum extra iudicium, & aliud poſt ea in iudicio, qđ dictum iſtorum debeat ꝓualere. Bar. in. l. eos. ff. de fal. mirabiliter tenuit, ꝙ primũ extraiudiciale debeat præualere ſecũdo iudiciali: immo ꝙ eſt plus, voluit ꝙ ꝓpter talẽ variationẽ, tanquam falſarius debeat de falo puniri. vnde dicit, ꝙ caut. eſt, quãdo habes teſtẽ, de cuius ſtabilitate dubitas, interroges ipſum corã teſtibus, quia ſi vnũ dicit extra iudiciũ, & aliud poſtea ĩ iudicio, primũ dictũ extraiudiciale præualebit ſecũdo iudiciali, & talis uariãs poterit de falſo puniri, ſubiungens ꝙ propter hoc cauti homines, quando interrogantur quid deponentis, reſpondent quando ero in iudicio, dicã qđ mihi videbitur, & ꝙ bene faciunt ne poſtea incidant in falſum: quam opini. tenuit etiam domin. Anto. licet circa punitionem falſi diſcrepet à Bar. per rationẽ de qua ibi per eum. in. c. cum in tua. de teſti. tenuit Pe. de Ancha. in omnibus ſequendo Bar. in clemen. 2. circa fina. verſicu. ſi vero econuerſo. de teſti. dom. Cardi. dicens ibi de hoc eſſe caſum rotundum. in c. per tuas. circa princip. de probati. & domi. Abb. in c. inquiſitionis. §. tertiæ de accuſ. & hanc ſententiam etiam conſulendo tenuit Pe. de Peruſio, in quodam ſuo conſi. incipien. teſtis extra iudiciũ cui conſilio ſe ſubſcripſerunt domi. Honofri. de Bartholinis. dom Marcus Angelelli, ſua tẽpeſtate Docto. Peruſini præclari, vt refert Philip. Corne. in conſi. clxx. incipien licet in hac cõcluſione. in ultima columna. verſicul. & quando teſtes deponunt. in. 3. vol. & pro hoc bene facit gloſſ. in. l. Fulcinius. § quid ſit latitare. ff. ex quibus cauſis in poſſ. ea quæ vult animum cognoſci per extraiudicialiter dicta. Tamen communis & vera opinio eſt in contrarium, ꝙ teſtis dicens vnum extra iudicium, & aliud poſtea in iudicio, quòd ſecundum dictum iudiciale, præualeat primo extraudiciali. & a quòd talis varians non poſſit puniri de falſo. quã opi. primo viſa eſt tenere gloſſ. & ibi Ioan. de Imo. qui dicit canoniſtas communiter tenere contra Bar. in. c. cũ cauſam. de teſtibus. Bal. Panor. & Barb. in dicto. c. per tuas. de probat. Angel in. d. l. eos. ff. de fal. & in conſi. ccxxxiij. incipi. punctus eſt, quædã domina Margarita. in 2. verſi quinimo ſecundum Bar. vbi dixit, quòd opin. Barto. nunquam ſibi placuit, tenet Roma. in. l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. de dam. infec. & in conſi. ccccv. incipien. cum teſtis extrà iudicium. Salyc. in autentic. ſi dicatur. C. de teſtib. & in. l. ſi quis decurio. circa finem. ver. quæro teſtis extra iudicium. C. de fal. Bal. in. l. nullum. in principio. C. de teſtibus. & in. c. j. §. ſi enim domino. quid ſis inueſti. in uſi. feudo. vbi dixit, ibi eſſe caſum cõtra Bar. tenet idẽ Bal. in conſi. clxviij. inci. licet aſſeſſores euntes poſt Bar. ſicut cœci, in quinta parte. & Io. de Ann. in præa. c. inquiſitiõis. §. tertiæ. de accu. & iſta in effectu eſt cõmunis opinio à qua in iudicando & conſulendo non eſt recedẽdum. Tu autem qui habes teſtẽ qui extra iudicium

a Et ꝙ talis. Adde an teſtis examinatus in iudicio, ſi depoſuit uno modo, deinde extra iudiciũ aliud dixit prius antequã examinaretũ, an occaſione vacillationis poſſit torqueri. vde ĩ cõſ. lxiij. ĩ. j. uo. per do. Ale. de Imo. Sed nũq d teſtis deponẽs falſum nõ circa factũ principale, nec circa qualitates ſubſtantiales, ſed circa alia extrinſeca, an reddatũ in totũ falſus. vide per eũdẽ d. Alexã. Imo. ĩ cõſil. lxxxviij. in. v. uol. Itẽ ſi teſtis extra iudiciũ dixit nihil ſcire, an poſſit cogi teſtificari in iudicio. vide per d. Lud. Ro. ĩ cõſi ccccccv. qđ inci cũ teſtis extra iudiciũ &c. eſt pulchrũ conſilium.

dicium dixit, id quod est ad propositum tuum, si vis obuiare, quòd si contingeret, quòd dictus in iudicium aliud diceret, quàm quod extra iudicium dixerit, quòd per talem suam nariationẽ tibi non noceat, & sic quòd primum dictum extraindiciale, præualeat secundo iudiciali. Cautela est, quòd quando extraiudicialiter coram testibus ipsum interrogasti, & respondit se nihil scire, vel se tantum scire, quòd tunc per aliquẽ bonum modum iudicans ipsum iurare, se tibi dixisse puram veritatem, & nihil aliud scire, nisi prout tibi dixit: quia si postea in iudicio aliud dicet, primum dictum extraiudiciale, præualebit secundo iudiciali: ita singulariter dixit domi. Abba. per rationem, de qua ibi per eum, in pręalleg. c. per tuas. quem refert, & extollit Felyn. in. d. c. cum in tua, & istam opinionem saluando, hoc modo Bartol. in dicta. le. eos. tenuit Fulg. in. l. qui falsa & varia. ff. de testibus. Iacobus Aluarotus in cap. j. §. notandum, de not. feudo. Cæpol. in consi. lxj. incipien. super primo dubio quo quæritur. in. j. colum. ver. & potest alia ratio assignari. & in. 2. colum. versic. nec obstat, quòd tertio loco. & Alexand. in consi. cliiij. incipi. viso themate suprascripto. in. 3. colum. ver. præterea probatum est. in quinto volu. Et istam cautelam aliàs hic Paduæ duabus vicibus practicaui, & obtinui coram rectore nostro iuristarum: quarum una fuit sub magnifico æquite aurato, & iuris vtriusque Doctore domi. Iulio Luzago, nunc affine meo clarissimo, tempore quo Rector erat istius nostri Gymnasij Patauini.

Cautelæ diuersæ, ad liberandum iudicem à syndicatu. XIIII.

1 *Iudex aliquem ad torturam, nisi præcedentibus indicijs ponere non potest.*
2 *Statutum si disponeret, quòd potæstas, uel iudex maleficiorum liberum arbitrium procedendi in criminalibus habeat, aliquem ad torturam, nisi præcedentibus indicijs, ponere non potest.*
3 *Iudex an actione iniuriarum teneatur, si aliquem iniuste carcerare fecerit.*
4 *Actionibus popularibus, & etiam in criminibus uno agente, actio consumitur.*
5 *Reus quotiescunq; cum accusatore conuersari reperitur, prævaricatio probata dicitur.*
6 *Maritus leno præsumitur, quando ex uxoris adulterio non indignatur.*
7 *Iudex non potest nisi ex magna causa augere, seu minuere pœnas à statuto limitatas.*
8 *Iudex quilibet male gerens officium suum in alterius damnum facit litem suam.*
9 *Iudex si condemnauit minori pœna quàm debuerat, in pœnis publicis, non competit fisco auxilium restitutionis in integrum.*
10 *Iudex deposito officio, debet stare in loco officij per quinquaginta dies, ad hoc ut de eo conqueri uolentibus respondere ualeat, quo tempore elapso amplius non tenetur.*

1 IVRA † sunt vulgaria, quòd iudex non po
test aliquem ad torturam ponere, nisi præce
dant legitima iudicia. vt l. j. in prin. & l. fi. ff. de
quæst. & l. milites. § oportet. C. eo. & l. sicut C.
de fal. & c. cum in contemplatione. de reg. iur.
in antiquis. & c. non solent. ij. q. vj. & ista regu
2 la est adeo vera, † quod etiam si extaret statutũ,
quòd potestas, vel iudex maleficiorum, habeat
liberum arbitrium procedẽdi in criminalibus,
tamen propter hoc nõ posset ponere aliquem
ad torturam absque legitimis indicijs. Vt nota
biliter voluit Gand. in suo tract. malefi. in rubri.
de quæst. & tormen. circa finem, ver. quid
autem possit facere potestas. & Pau. de Eliaza.
in ca. grauis. de depo. quem sequitur Alexan. in
consil. lxvj. incip habita super contentis in su-
periori themate consideratione. in ij. col. versi.
videtur ergo contra bonos mores. in primo vo
lumi. & casu quo iudex torqueret aliquem si-
ne ipsis legitimis in iudicijs, tenetur in syndi-
catu actione iniuriarum, arbitrio iudicis haben
tis iudicare. vt no. Bald. in rub. C. de pœna iud.
qui ma. iud & Salyc. in l. fi. in vij. qõne. C. eodẽ
pone modo, quòd iudex fecit aliquem torque-
re non pręcedentibus legitimis indicijs, erit
ne dare ei aliquod remedium seu cautelam, quod
in syndicatu non posit conueniri? dic quòd
sic. Cautela est, quòd in relaxatione torti indu
cat ipsum cum blanditijs, vel alio bono modo
ad confitendum quòd legitime fuit tortus, &
faciat, quòd aliquis notarius sit de tali confes-
sione rogatus: quia hoc modo non tenebitur
in syndicatu. ita signanter dicit Cataldi de Vi-
so, in tract. syndica. circa principium. alleg. hoc
voluisse Ang. in l. iniuriarum. §. si quis de cer-
to. ff. de iniur. & dicens quòd ita vidit de facto
practicari. quem refert & sequitur solennis do.
Franc. de Sancto Seuer. in suo tract. de indic. &
tortu. in materia torturæ, in quinta quæst. prin
cip. in fi. In præcedenti cautela vidimus qua-
liter iudex non possit syndicari, quando aliquẽ
iniuste torsit. Pone modo quod aliquem iniuste
3 similiter fecit incarcerare, † quo casu tenetur?
actiõe iniuriarum. vt est tex. in l. nec magistra
tus. ff. de iniur. & not. glo. in l. ij. §. fin. ff. si quis
cautio, quæ iniuria æstimatur iuramẽto ipsius
iniuriati cum taxatione iudicis, iurando se po-
tius voluisse tantum perdidisse, quàm fuisse
passum illam iniuriam iniustæ carcerationis. vt
no gl. & Bart. in l. iniuriarũ æstimatio. ff. de in-
iur. & Socy. in consil. cxlvj. incip. viso processu
agitato. in vltim. col. Qua cautela poterit vti
iste iudex, qui fecit aliquem iniuste incarcera-
re, ad hoc ne possit conueniri in syndicatu ac-
tione iniuriarum. dic quòd cautela est, quòd
antequam relaxet ipsum incarceratum, faciat,
quòd præstet fideiussores de se præsentando to
ties, quoties fuerit requisitus, quia per talem
præstationem fideiussionis, videtur approbare
capturam, & confiteri fuisse legitime captum:
ita docet solennis Doct. dom. Amad. de Castel.
qui tempore suo fuit magnus practicus in ma-
gistratibus,

giſtratibus,in ſuo tractatu,de ſyndicat.circa fi.
verſicul.poſtremo dicendum eſt. allegat ita te-
nere Bart.& ita in effectu tenet in ſua diſputa-
tione incip.Lapus fuit captus.Sequitur Bap.de
Sancto Seuerino, licet dicat iſtam deciſionem
cit Inno. in c. quia pleriq;. circa fi. de immuni.
eccle. per quod infert ad illam deciſionem de
filiofam. vt ibi per eum. Modo quæ cauſa iuſta
poteſt eſſe in caſu noſtro, ꝙ per pupillarem
expreſſam mater debeat priuari etiam ſua legi
tima in bonis filij, nullam video merito. ergo
diſpoſitio d. c. ſi pater. tanquam cõtraria æqui-
tati naturali non ligabit in foro cõſcientiæ, &
iſtud dictum Arch. refert do. Bar. Sozi. dicẽs, ꝙ
eſt pulchra & noua concluſio in repet. l. mori-
bus. de vulga. & pupill. in xij. col. ver. circa ter
tium effectum eſt vera concluſio Bart. & licet
certis medijs videtur ipſum impugnare, tamẽ
ſubiungit, quod tale dictum eſt menti tenen-
dum. quia propter autoritatem Archi. poteris
aliquando medio concordiæ aliqui conſequi.
& ſimiliter iſtud dictum Archi. refert & ſequi-
tur Philippus Corneus in d. l. precibus. in ſecũ
da columna, verſic. ſed in contrarium facit. C.
de impube. & alijs ſubſtit. & licet ibi contra-
rium teneat dominus Lancellotus Decius mo
tus per id quod alias diximus, quod canones
fuerunt inſtituti cooperante ſpirituſancto, vt
l. diſtin. ſi quis diaconus. vnde dixit dom. Ab-
3 bas in c. vigilanti. de præſcrip. † quod forum
canonicum contentioſum, nõ differt à foro cõ
ſcientiæ. Pro quo eſt bona gl. in clem. ad no-
ſtram. in verbo, eccleſiæ. de hæreti. probans, ꝙ
eccleſia militans eſt exemplata adinſtar eccle
ſiæ triumphantis. & eſt bonus tex. in c. eccleſia
paradiſo comparata. de conſecra. diſt. 4. quia re
ſponderi poteſt de eo, quod dixit domi. Anto.
in c. inquiſitioni. de ſenten. excom. de quo etiã
meminit Fely. in c. nouit. in vj. colum. verſicu.
& allego domi. Anto. extrà de iudic. vbi dixit,
quod finis fori canonici contentioſi non eſt in
totum directiuus ad ſalutem, nec omnia ſecũ-
dum ipſum licita, ſunt licita in foro animæ.
4 Hinc eſt, quod videmus, † quod licet de iu-
re canonico licitum ſit contrahentibus inter
ſe decipere citra dimidiam iuſti precij, vt c. cũ
dilecti. & c. cum cauſam. de empt. & vend. iſtud
non habet locum in foro conſcientię, ut no. do
mi. Ant. in c. quia plerique. vbi etiam dominus
Abb. in 9. quæ. de immunita. eccle. Inno. & do
mi. Anto. in c. in ciuitate. de vſur. vbi etiam la-
te Ioan. de Ana. in vj. colum. & dominus Abb.
in ca. primo, in princip. de emptio. & vendit. &
late Saly. in autent. ad hæc. in xxj. quæſt. C. de
vſur. & ſic vt ſuperius dictum eſt, dictum Ar-
chid. eſt menti tenendum, maxime quia opi-
niones ſuæ ſuper ſexto decret. preualent omni
bus

a Nã quòd mater in totũ excludatur etiam à legitima, videtur contradicere æquitati. Legitima matris quanta ſit, & an hodie ſit aucta, & an ſit quarta vel tertia, vide per. d Ale. in cõſi. ſuo. cxl. in. i. uolu. in ultimis uerbis. Itẽ qualiter taxẽt, an debeat attendi quantitas bonorũ defuncti in teſtamẽto, reſpectu ad tempus mortis teſtatoris, vide per eundẽ. d. Ale. in cõſ. lvij. in. 3. uo. ibi, quo ad ſecundũ dubium. Et antequam detrahatur quæ deduci debeant de bonis, & hæredita te teſtatoris, & quæ imputari debeant, per eũ dem in pulchro conſi. xxxj. per totũ in. 4. uolu.

bus alijs,ſecundum Fel.in ca.j. in vltima colũ.
de conſtitut.allegantem Dom.de Rota ita di-
cere in ſua deciſione trecenteſima quadrageſi
ma octaua.in antiquis.

Cautela ad priuandum iure ſuo emphyteotam ceſſantem tantummodo per unum annum à ſolutione canonis. XX.

1 *Emphyteota propter canonem non ſolutum, quomodo iure ſuo priuari poßit.*
2 *Papa faciens conſtitutionem cum clauſula non obſtante,non intelligitur derogare,ſeu tollere actũ ſeu conſtitutionem iuratam.*
3 *Papa ſi caſſet conſuetudines,& omnia ſtatuta,nũquam intelligitur caſſare conſuetudines & ſtatuta iurata.*
4 *Iuramentum cum ad eccleſiam & Romanum pontificem ſpectet,principes ſeculares ipſum remittere non poſſunt ,neque ſuper eo diſpenſare.*
5 *Papa diſpenſare non poteſt,quòd periurus feudum non perdat.*

1 NOTVM eſt † in iure, ꝙ ſi emphyteo-
ta debet propter canonem non ſolutum ,
poſſe priuari iure quod habet in emphyteoſi ,
requiritur , ſi eſt emphyteota priuati,quòd ſte
terit per triennium,quòd ipſum canonem non
ſoluerit. Si vero eſt emphyteota eccleſiæ uel
conductor,requiritur , quòd ſteterit per bien-
nium,vt de emphyteota priuati. eſt tex.in l.ſe
cunda.C.de iure emphyteo. & de emphyteota
eccleſiæ eſt tex.in auten. qui rem.de ſacr.ſan.
eccle.& in ca.potuit.de loca. & de conductore
eſt tex.cum gl.cum diſtinctione tamen,de quą
ibi per Bar.in l.quæro.§.inter locatorem ff.lo
cati. Tu autem qui vis dare rem aliquam in
emphyteoſim,& non vis,motus aliqua particu
lari cauſa , in contractu apponere pactum ex-
preſſum,quòd ſi annuatim emphyteota pẽſio-
nem non ſoluerit, ꝙ cadat à iure ſuo, quod pa
ctum valeret,quia in iſtis contractibus emphy
teoticarijs,plurimum attenduntur pacta,& cõ
uentiones contrahentium,vt eſt tex. in d.l.ſe-
cunda.C.de emphyteo.& libenter per viã in-
directã ſeu occultam,tale pactum apponeres ,
cautela eſt,ꝙ in inſtrumento ipſius emphyteo
ſis,quando promiſit annuatim ad tale tempus
tibi ſoluere tantam penſionem , facias poſtea
ei deferri iuramentum, ꝙ omnia & ſingula ip-
ſe emphyteota attendet & obſeruabit, & in ali
quo non contraueniet,quo caſu, ſi poſtea ceſ-
ſabit tantummodo per vnum annum,ꝙ penſio
nem non ſoluat, poteris ipſum ſtatim propter
periurium priuare iure ſuo, nec tunc expecta-
bitur triennium,ſeu biennium. iſtud fuit ele-
gans & ſignandum dictum Bal.in c.quærelam.
per tex.& glo. ibi.de iureiu.quod ibi ſequitur
Fel.in 4 colum.verſi. ſubdit etiam Bal. hic di-
cens eſſe dictum aureum , quod dictum etiam
retulit,& ſecutus eſt dicẽs ipſum ſingulare,do
minus Iaſo.in d.l.ij.C.de iure emphy.in 9.qõ.
idem tenet dominus Iaſ.in l.ſi quis maior.per
text.ibi in 3.colum.verſi.nota bene.C.de trã-
ſact.ſubiungens vnum notabile verbum, quod
licet iſtud noſtrum ſereniſſimum ducale domi
nium Venetorum non velit,ꝙ per aliquã ceſ-
ſationem ſolutionis quantuncunque tempore
factam,emphyteota priuetur iure ſuo,quod ta
men talis ſua diſpoſitio non vendicaret ſibi lo
cum,quando emphyteota iuraſſet tali tempo-
pore ſoluere,& non feciſſet, quia iſto mõ eſſet
aperire viam periurijs,quod non eſt dicẽdum
eſſe de mente legislatoris, iuxta l.j.C. ſi aduer
ſus vend.& c.ſi vero de iureiur.Quod dictum
habeo pro indubitato triplici fundamento.Pri
mo , propter id quod voluit gl.iuncto text. in
c.cum non deceat.de elect.li.6.quã ibi ſequun
tur omnes, & quam mirabilem dixit Panor.in
cap.j.in ſecunda col. de his quæ fiunt à maiori
2 parte capituli. † quod Papa faciens conſtitu
tionem derogatoriam , etiam cum clauſula nõ
obſtante,quod tamẽ non intelligitur velle de-
rogare ſeu tollere conſtitutionem , ſeu actum
iuratum.quæ glo.per ſcrib. in varijs locis cele
bratur de quibus in alio loco fiet mentio.Secũ
do adduco,ꝙ notabiliter voluit Ange.in l.j.§.
quæ in honorandæ.ff.qua re.actio.non datur.
3 † Vbi dixit,ꝙ ſi Papa,ſeu Imperator caſſet cõ
ſuetudines & omnia ſtatuta, nunquam intelli-
gitur caſſare conſuetudines & ſtatuta iurata.
quem refert & ſequitur Alex.in conſi.27.inci.
viſo libello producto per procuratorem. circa
finem.in primo volum.& in conſil.xxxvij. in-
cipiente. viſo & opportune diſcuſſo proceſſu.
in vij.colum.verſicu.confirmo.per no.in ſecũ-
do volumine. Tertio adduco illam commu-
4 nem opinionem, quę eſt, † quod princeps ſe
culares non poſſunt remittere , ſeu diſpenſare
ſuper iuramento, cum iuramentum pertineat
ad eccleſiam & ad Romanum pontificem:vt c.
per venerabilem.de elect.& c.nouit.cum ſimi.
de iudicijs. de qua communi opinione habe-
tur per Cynum in l.fina.& ibi Pau.de Caſt. in
fine.C.ſi contra ius vel vtilitatem publicam.
per dominum Antonium in c.cum contingat,
verſi.tertius caſus de iureiu.vbi late per Imo.
in 3.membro.& per dominum Abbatem,in 8.
colum.verſi.nunc ad prædicta applica.cũ con-
cordantijs,de quibus per dominum Iaſonem,
in l.finali.ff.qui ſatiſdare cogantur. & ꝙ quan-
do emphyteota iurauit annuatim ſoluere pen-
ſionem , quod ceſſando per vnum annum ſol-
uere,vigore periurij cadat à iure ſuo,nec tunc
expectetur biennium ſeu triennium. Ita etiam
conſulendo tenuit Alexander in conſi. lxxxv.
incipiente,non puto id,de quo quæritur , lon-
gam diſputationem exigere. in primo volumi
ne.quod conſilium eſt errore duplicatum.con
ſilio cxxv. in eod. primo volumine. Et iſtam
opinionem , ſimiliter tenuit Antonius Gorſe-
tus in ſua repetitione rubricę. extrà de iure-
iurando.in vndecimo priuilegio iuramenti. &

in ſ iis norabilibus ,'notabili ſub verbo emphyteo:a. & in ſuo repertorio ad Abba. in verbo, emphyteota.verſi.emphyteota eccleſiæ non ſol uens canonem. vbi dixit iſtud idem tenere Andre.Barba.in dicto.c.potuit.de locatis. Tenuit domi ius Iaſon in auten.qui rem.in.3.col.verſi. tertio limita. de ſacroſanctis eccleſijs. Pro qua opinion.bene facit dictum ſingulare Bald. in.c. j.in fine principij.de for.fideli.in vſibus feudo-
5 rum.† Vbi voluit,quòd Papa *a* non poſſit diſpẽſare,quòd periurus non perdat feudum.allegat ita tenere Io.Andre.in.c.ij.de renuncia. in nouella.Et ſi quæris rationem iſtius pulchræ concluſionis,dic quòd eſt,quia per periurium quis cad t à iure quod habet in illa re , ſuper qua interpoſuit iuramentum:vt eſt caſus ſingularis in l.ſi quis maior.C.de tranſact. per quam. l. dixit Matheſi.in ſuis ſingularibus,ſingula.lj.incipiente,nota magnum periculum.quòd ſi vendidi tibi fundum pro decem, & obligaui me pro euictione ad duplum,& tu mihi ſoluiſti quinque,& reſiduum intra tres menſes promiſiſti ſoluere, & iuratum fuerit per contrahentes non contrauenire,& tu omiſiſti ſoluere in termino , cogeris ad ſoluendum,& ego ero liberatus à periculo euictionis:ſubiungens iſtud dictum eſſe multum vtile propter eos qui faciunt compromiſſum in arbitratores, & amicabiles cõpoſitores, & iurant non contrauenire. Arbitratores vero laudant quòd vnus alteri debeat intra menſem certum quid facere,alteri vero aliud intra annũ nam prius qui contrauenit cogitur ſeruare com promiſſum alteri , & alter erit liberatus ab eo. Et ſimiliter per illam legem ſi quis maior. refert Bapti.de Sancto Seuerino in ſuo tractatu de tranſactio.in xv.quæſtione.ſe vidiſſe iudicatum in ciuitate Bononiæ per dominum Maufredum de Foroliuio: quòd cum quidam ex cauſa tranſactionis iuratæ promiſiſſet ſoluere ſeptuaginta ducatos in ſeptem penſionibus ſeu terminis, & primis duobus terminis ſoluiſſet,tertio vero termino fuiſſet in mora,quòd poterat compelli ad ſoluendum totum reſiduum , non expectatis aliis dilationibus ratione ipſius periurij.

Cautela ad delegãdum cauſam, quæ alias uigore ſtatutorum non poteſt delegari. XXI.

1 *Cauſæ quæ ex legum prouiſione delegabiles non ſunt , ex cauſa neceſſariæ abſentiæ delegari poſſunt.*

2 *Actum quotieſcunq; quis libere facere non poteſt, niſi in certo caſu ſpeciali , de tali caſu ſimplici aſſertioni ſuæ non ſtatur.*

MVLTOTIES per ſtatuta terrarum cauetur, ꝙ in cauſis talium perſonarũ , talis iudex ſolus debeat iudicare , & quòd aliquam cauſam coram eo vertentem non poſſit delegare: quo caſu poſtea contingit , quòd talis iudex in aliqua cã libenter nõ iudicaret, vel quia sẽtit cõtra amicũ,vel aliqua alia de cã:vnũ eſt ꝙ à sẽtentiando libẽter ſe abſtineret , & tamẽ vigore ipſorũ ſtatutorũ,ab iſto onere iudicandi nõ poteſt ſe exõerare. Reuoco ergo in dubiũ,nũquid erit dare caut.quòd nõ obſtãte diſpoſitionẽ ſtatuti,ipſa cauſa poſſit delegari?Dic ꝙ ſic,videlicet quòd tu iudex fingas opus eſſe ex neceſſaria cã, ꝑ aliquo dies te abſentare, & poſtea cũ effectu te abſentes,& ante receſſum tuũ deleges ipſam cauſam alicui ꝑſonæ, tamen probæ & iuſtitiam facturæ,& in delegatione apponas iſta verba,videlicet quòd delegas tali ꝑſonæ, talẽ cãm, vertentẽ inter talẽ & talẽ decidendã,& ſine debito terminandã , & hoc quia es iuſtis de cauſis impeditus,& maxime ex cã neceſſariæ abſentiæ quia talis delegatio concepta, prout s̃ non obſtante ſtatuto , valebit & tenebit. iſte eſt caſus, vbi gloſſ.& omnes notãt in.l.j ff.de officio eius
1 cui manda.eſt iurisdictio.† vbi habetur , quòd cauſæ quæ ex prouiſione legum non ſunt delegabiles,ut ſunt cauſæ meri vel mixti imperij,tamen ex cã neceſſariæ abſentiæ poſſunt delegari prout etiam tenet Ioannes Andre. in additio. Speculat.in titu.de iuriſdictione omniũ iudicũ. in addition.incipiente,ex neceſſitate.& Salyce. in.l.placet.C. de peda. iudi. & ſi dices fateor ꝙ ex causa neceſſariæ abſentiæ,cauſa quæ aliàs nõ eſt delegabilis,poſſit delegari, ſed vbi conſtant de iſta cauſa neceſſarię abſentiæ,crederùrne ſimplici aſſertioni iudicis , dicentis ſe delegare ex cauſa neceſſariæ abſentiæ?Reſpondeo quòd ſic, vsquæ quò probetur contrarium . Ita tenent Guil.de Cu.& Alberic.de Roſate,in dicta.l.j. ff. de officio eius cui mand.eſt iuriſ.quos ibi refert & ſequitur Alex.in xvj.columna.verſiculo, ſed iuxta hoc quæritur.dicens iſtud eſſe menti tenẽdum , quia aliquando notarii vel alij officiales poſſunt alium ſurrogare ex causa nam creditur officiali cauſam aſſerenti.tenet.gloſſ. clara quã indifferenter ſequuntur omnes in. c. paſtoralis. in verbo,exonerare.de officio delegati.Bald.in l.imperium.in.4 col.verſiculo , quarto quæro. ff.de iuriſdictione omnium iudicum. & in rubrica,extrà de officio delega. in vltima colum. & Alexand.in conſilio.xxxiiij.incipiente, conſultus aliàs in principali cauſa.in.4. volumine, & licet do.Iaſon.in dicta.l.j.in.18.colum.verſi. ſed nunquid in hoc ſtabitur aſſentioni delegantis,viſus ſit tenere cõtrarium, per regulam quæ
2 eſt,† quòd quotieſcunque quis nõ poteſt libere actum facere,niſi in certo caſu ſpeciali,quòd de ipſo caſu ſpeciali non ſtatur ſuæ ſimplici aſſertioni,ut dixit tex.& ibi not.Barto.in.l.ſi forte. ff.de caſtren.pecun.& in auten.ſi quis in aliquo documente.circa finem,C.de eden. ponunt omnes in lege ſi donatione. cum ſuis concord. C. de collatio.quia ad hoc reſpondetur , quod illa regula procedit in priuatis perſonis , ſecus in iudice,de quo lex multum confidit. iuxta capitolo bonæ memoriæ Maguntin. de electiõ. & c.in præſentia.de renunciatio. & ita ſimiliter reſpondet gloſſ.in dicto.c. paſturalis. de officio delegati.

a Qđ Pa. An & qñ Pap.poſſit remittere iuramẽtũ,& ſup illis diſpẽſare,vide per do.Lud. de Ro. ĩ cõſ.ſuo xij.qđ inci.viſo facto ꝓpoſito.Iuramẽtũ ẽ res ſpiritualis de qua nõ ꝑt ſe intromittere ius ciuile. extrà de ordi. cog.ca. tuã.extrà de iu. c.2.& 3.via nanq; piurijs apiretur,qđ eẽ ñ dẽt. ff.de pac. dot.l. cõuenire.§.j.extra de iureiu.cũ contingat.cũ ſi. dẽt igiẽ peti abſolutio prius,vt late in pallegato cõſi.ibi,vnde dicẽdũ eſt,&c.

delegati.& ipſemet dominus Iaſon in d.l.ſi donatione.circa finem. Ad vnum tamen eſt aduertendum, quod ſi iſta cautela debet procedere & habere locum, opus eſt quod ante reuerſionem tuam delegatus iudicauerit in cauſa, aliàs ſi reuerteris ante expeditionem, te reuerſo, ſtatim & incõtinenti expirat iuriſdictio delegati, nec requiritur reuocatio, prout tenet Bartol.in dicta l.prima in penultima columna. verſiculo, quæro præſes uel ordinarius. cum quo omnes, excepto Roma. indifferenter tranſeunt: propterea melius eſſet, quod ille cui delegares ipſam cauſam, eſſet tuus amicus, & ſecrete ei committeres quod velit omnino dictam cauſam expedire ante reuerſionem tuã, quam ſperas, quod erit intra tot dies. Et iſtam cautelam ego aliàs practicaui hic Paduæ, nam cum ſemel litigarem coram Rectore noſtro iuriſtarum, & in cauſa eſſet concluſum, & inſtarem vt ſententiaretur, tunc Rector mihi dixit quod pro me ſentiebat, ſed quod male libenter ĩ cauſa iudicabat certis ſuis particularibus reſpectibus, (nam & Vicarius ſuus non poterat ſe in cauſa impedire, quia fuerat per partem aduersam allegatus ſuſpectus, & allegatio ſuſpitionis fuerat admiſſa.) Tunc dixi, quod prima uice qua uellet ire Venetias, delegaret cauſam alicui perſonæ iuſtæ & iuſtitiam facturæ, & hoc modo eſſet exoneratus à iudicando. Reſpondit quod iſtud non poterat fieri vigore cuiusdam noſtri ſtatuti diſponentis, quod nec Rector nec Vicarius suus poſſit aliquam cauſam coram eo uertentem delegare ſine cõſenſu partium, tunc dixi, quod in delegatione apponeret verba, de quibus ſuprà, quia tunc delegatio valeret, & ita fuit factum, delegatus poſtea tulit ſententiam in fauorem meum à qua cum pars aduerſa ſupplicaſſet ad noſtros dominos conſiliarios, iuxta formam ſtatutorum noſtræ vniuerſitatis, & inſtaret principaliter, quod ſententia pronunciaretur nulla tanquam lata à iudice incompetenti, ſcilicet ab vno qui non poterat eſſe iudex ſtatuto obſtante, tamen per ipſos domi.conſiliarios fuit per prædicta confirmata.

Cautela extrahendum quem inuitum de domo, pro debito ciuili priuato. XXII.

1 *Debito ciuili priuato, quis de domo inuitus extrahi non poteſt.*

2 *Criminaliter condemnatus, ad hoc ut condemnationi ſatisfaciat, inuitus de domo extrahi non poteſt.*

3 *Statutum ſi diſpoſuerit, quòd condemnatus propter delictum impune offendi poßit, an ex contumacia condemnatus, cum contumacia delictum ſit, impune offendi poterit.*

4 *Iuramentum in forma ſpecifica adimpleri debet.*

SOLENNIS Doctor Bartholomeus Cæpolla in ſua cautela 51.incipiente, Regula eſt, quod nemo conatus fuit dare unã cautelam ad extrahendum de domo debitorem in uitum, quando propter debitum ciuile priua-
1 tum non vult exire de domo. † Nam regula eſt in iure, quòd quis pro debito ciuili priuato non poteſt inuitus extrahi de domo, quia domus debet eſſe vnicuiq; tutiſſimũ refugium, vt l.pleriq;.ff.de in ius vocan.& l.nemo de domo de reg.iu.& iſta regula procedit non ſolum in domo propria, verum etiam in aliena cõducta, vel in qua quis gratis habitet, vt no. Bart.in l. qui domum.& in l.nec in ea de adulte.Bartol. Bald. Pau.de Caſt.& alij.in dicta l.plerique.ff. de in ius vocan.& etiam procedit in domo per iudicem data ex primo decreto, ſecundum Baldum, in auten. ei qui.C.de bon.auto.iudi.poſſ. & etiam procedit ſi quis habitaret in caſſina vel capana, nam de ea ſimiliter pro debito ciuili priuato, quis inuitus nõ poteſt extrahi, ut dixit Bald.in c.j.§.ſi duo fratres.de duob.fra. de not.benefi.inueſtit.Roma. in l.j.§.domini. el.ij.ff.ad Syllei.Imo.& moder.in l.ſenatus.§. Marcellus.de legat.j. Roma.& alij poſt eum in dicta.l.plerique.tradidit ergo iſtam cautelã vt facias quòd iudex præcipiat huic tuo debitori, quòd ſub pœna quinque vel ſex applicanda fiſco debeat perſonaliter ad ſe venire, quia vult ipſum alloqui: nam ſi ad eum ibit, facies eum capere, ſi vero ad eum nolet habere acceſſum, iudex iuxta comminationem factam eum mulctabit, & tunc propter talem mulctã poterit de domo extrahi: quia quotieſcunque quis eſt condẽnatus pœna pecuniaria fiſco applicanda, dicitur criminaliter condemnatus, ut eſt gl.in l.prætor ait.circa principium.ff.de ſepulch.viola. quæ eſt ad hoc ſingularis ſecundũ Imo.in rubr.ff. de publi.iudi.& eſt conſimilis gl.in l.j.& ibi no.Saly.in j.col.C.eo. de ſepul. uiola.Cyn.& Bal.reprobata glo. ibi, in l.ſi qua calumniam.de epiſcop.& cleric. communiter
2 Canoniſtę in rubri.extrà de iudi. † Sed quotieſcunq; quis eſt condemnatus criminaliter, ad hoc vt ſatisfaciat condemnationi, poteſt inuitus de domo extrahi, ut no.in l.nemo carcerem.C.de exactio.tribu.lib.x glo.& Doc.in d. l.plerique. & etiam alia rõne ultra eũ poterit iſto caſu de domo extrahi, quia condemnatus propter contumaciam, dicitur condemnatus propter delictum: & ſic talis cauſa dicitur criminalis, & per conſequens poterit extrahi, vt
3 ſuperius dictum eſt. † Et ꝙ cõtumacia a ſit delictum no.gl.Bart.& alij in l.vnica.§.fin.ff.ſi quis ius dicẽ.non obtem. per quam gl. dicunt Doct.ibi, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ condẽmatus propter delictum poſſit impune offendi, ꝙ poterit impune offendi cõdemnatus ex cõtumacia, ut etiã no.gl.clar.in l.ſi filius.in verbo ſuccurrendum.ff.de interrog actio.quam ſingularẽ dixit Imo.in l.pen.§.ad crimen.in xxj.col.ff.de pu. iudi.no.Bar.in l.omne delictum.§.contumacia ff.de re militari.& Pau.de Caſt.in l.contuma.

ff.de

a Et ꝙ cont. An cõtum. ſit delictũ, uide in l.oẽ delictũ.in §.cõtumacia.ff.đ re mil. & gl.ĩ c.ex lit.de conſt. dic tñ ꝙ ẽ fictũ et ñ verũ.viđ ꝑ Bal. in l.ſi filio.in fi. ff.ſol.matr.& ꝑ Bal.ĩ l.& ĩ multis.C. de app.ꝑ Io.de Imo.in l. pe.§. ad crimẽ. de pu.iud.ff.ſed cõtum.appel.in ſtatuto venit uera et ñ ficta.uiđ ꝑ Ang.i cõſ.ſuo 195.

ff.de re iudi.quando poſtea debitor tuus erit in carceribus,poteris eum pro debito tuo recommendare.iuxta ea quæ tradit Barto.in.l.2.ff.de cuſtod.reo.& in ſua diſputatione.incipien. Lapus fuit captus.allegat tãtummodo tenere Bartol.in.l.ſacrilegij. aliàs incipit, cum in eo.ff.ad legem Iuliam pecu. adde quòd ita etiam tenet Roma.in.l.4.§.prætor ait.ff.de dam.infec. Ang. de Are.in.§.fi.in.2.col. verſiculo, aduertas tamen ꝙ iudex.inſtit.de action.Pet. de Anchar.& Ioan.de Imo.in.c.2. verſicu. ex his tamen quæ dicta ſunt.dat Bartol. cautelam extrà de pigno. Paulus de Caſtro,& Alexander in dict.l.pleriq;. Quæ quidem cautela licet pulchra ſit & ingenioſa, tamen propter eius difficultatem in ea practicanda mihi non ſatisfacit. Prima ergo difficultas qua laborat iſta cautela, eſt in reperiendo vnum iudicem,qui tibi ſit tantum propitius & fauorabilis, qui cauſa tibi complacendi,velit decipere, & quodammodo aſſaſſinare tuum debitorem,præcipiendo ei, venias ad me perſonaliter,quia volo te alloqui. Secunda difficultas eſt, quia ſi iſte iudex præcipiens habebit ſuperiorem in illo loco in quo fuerit factum prædictum præceptum, prout habent iſti iudices maleficiorum,& iſti vicarij qui habent poteſtatem ſuperiorem: iſte tuus debitor latitans mitte aliquem ad ipſum ſuperiorem, narrando qualiter talis iudex fecit vnum præceptum pœnale tali perſonæ, quòd ſub pœna debeat ad ſe perſonaliter venire, ex eo quòd vult ſecum loqui, & quòd talis perſona non audet exire domum propter debita ciuilia, quo caſu ſi negocium illud propter quòd vocatus fuit ab ipſo iudice, non poteſt expediri per procuratorem, & ſic neceſſe ſit perſonaliter comparere, quòd rogat ipſum vt velit ei concedere vnum ſaluũ conductum.quòd pro debito ciuili non poſſit in perſona à creditoribus pro illa die moleſtari. iu xa.l.quoties.cum ibi no.C.de preci.impera. offe.& iuxta.l.vniuerſa.C.eod.titulo.nam ſuperior qui æquitatem habebit ante oculos, iuxta l.quòd ſi Epheſi.ff.de eo quod certo loco. concedet talem ſaluum conductum,& ſic ipſa cautela erit cluſoria. Si vero ille iudex præcipiens non habebit ſuperiorem in illo loco,prout non habent iſti poteſtates & capitanei terrarum, ſi-nuliter talis ſaluus conductus petetur ab eo, ſi concedet,cautela nihil operabitur.Si non, erit iuſta cauſa prouocandi ad principium, nam tu uis quòd veniam ad te perſonaliter, dico quòd non poſſum exire domum propter creditores ciuiles,idcirco peto quòd debeas me facere tutum pro tanto tempore quòd poſſim venire ad te,& domum repetere, & tu non vis concedere non poteſt aliter dici, niſi ꝙ iſtud facias in fraudem,& ſic in effectu eſſet iuſta cauſa appellandi ad ſuperiorem.iuxta ea quæ habentur per Bar.in.l.fi.ff.de appellatio.recip.& late per Canoniſtas in.c.bonæ de appellatio. & tunc princeps omnia quæ pendente appellatione innouarentur retractaret, vt habetur in d c.bonæ & late per Bartolum in ſua diſpoſitione incipiente, Lapus fuit captus. Tertia difficultas eſt,quia à communiter accedentibus, iſti latitantes non comparent nec ad feneſtras,nec ſuper oſtio,ſed vere latitant,& non permittunt quòd affines & beneuoli habeant acceſſum ad eos: & ſi aliquis vadit ad domum petendo ipſos, faciunt quòd domeſtici referunt ipſos eſſe abſentes à ciuitate,& multominus permittũt quòd aliquis nuncius publicus accedat ad eos,quo caſu ſi citatio ſiue præceptum debet fieri, opus eſt quòd fiat ad domum,& talis citatus ad domum non parendo citationi ſiue præcepto, non dicitur verus contumax,ſed fictus.vt not.per Bart.& plenius per moder.in.l.ex conſenſu.§. fina.ff. de appellation.per Bartolum in.l.fina ff. de in integrum reſtitutio.plene per Alexand.in.l.properandum.§.ſinautem reus.C.de iudi. Modo ego habeo,quòd fictus contumax non poteſt mulctari,nam iura loquentia de mulctis, habent locum & procedunt tantummodo in veris contumacibus,non autem in fictis,vt no.Bartol. cum quo cæteri tranſeunt in.l.vnica.§ fina. & Paul. de Caſt.ibi,in.§.j.ff.ſi quis ius di. non obtemp; & not.Ang in ſuo conſilio.8.incip.regulares introitus & expenſarum communis Florentiæ.& ſic ſi prędicta cautela debet habere locum,opus eſſet quòd debitor tuus perſonaliter citaretur, aliàs non. Tu autem qui habes debitorem latitantem,& cum non habeat in bonis, non audet exire domum ad hoc, vt non luat in corpore,ſi vis facere omnino quòd exeat de domo, cautela eſt,vt inſpicias ſi in ciuitate ſit aliqua conſtitutio,vel aliquod ſtatutum diſponens, quòd ille qui fuerit aſſumptus ad tale officium,nõ poſſit illi renunciare, ſed teneatur illud aſſumere, & tunc procures, vt eligatur ad illud tale officium,quia tunc ſi non veniet ad illud acceptandum, poterit de domo inuitus extrahi. iſte eſt textus in.l.ex omnibus.vbi Barto.& alij hoc in ſpecie no.C.de decur.libro x.quem ad hoc pro ſingulari not.Roma.in.l.4.§.prætor ait.de damno infecto.& iſtam cautelam in terminis tradidit ipſe Roma. quem ibi referunt & ſequuntur Alexand.& dominus Iaſ.in dicta.l. plerique.ff. de in ius vocan.& Paris de Puteo, in ſuo tractatu.de ſyndicatu.in verbo,captura.§. captus illicite.& tunc eo extracto,poterit nomine tuo capi, & iſta cautela habet locum in debitore de præſenti latitante. Si vero nunc vis facere aliquem contractum cum aliquo,& vis quòd ſi tẽpore ſolutionis fiendæ non tibi ſatisfaciet,ſi nõ habebit in bonis,luat in corpore, nec ſibi proſit ſtare in domo quo minus de ea poſſit euelli, cautela eſt, quòd ſuper ſolutiono fienda apponas iuramentum: quia tunc ſi tempore debito non obſeruabit promiſſa ad hoc vt ab ea obſeruet,poterit inuitus de domo extrahi, nam iura diſponentia quòd pro debito ciuili quis de domo inuitus non extrahatur, procedunt in obligationibus dandi,non autem in obligationibus facti, in quibus quis præciſe poteſt cogi ad factum,quia tunc de domo poteſt inuitus euelli, præſertim ſi ſit annexum delictum. ita ſingulariter

riter & ad literam dicit Bald. in dicta.l. ex omnibus C.de decurio.libro.x.quem refert & pro singulari sequitur dominus Iason,in dicta.l. plerique.in nona limitatione,dicens quòd tale dictũ alibi nõ inuenies.
4 † Modo iuramentũ *a* habet istam vim, quòd cogit præcise ad factum. nam in forma specifica debet adimpleri.vt est tex.& ibi not.in.c.ad nostram.el.j. de iureiurãdo.notant Innocen.dominus Anton.& late Panor.in.c.veniens.eodem titulo.de iureiurando. Bald.in.l.vnica in.ix.col.versicu.4.fallit.C. de senten.quæ pro eo quod inter. profer. Alexan. cum concordantiis.de quibus ibi per eum in.l. stipulationes non diuiduntur in.x.colum. versicu.demum iuquantum.Bartol. hic. de verbo. obligatio. & similiter quis non satisfaciendo obligationi iuratæ,incidit in periurium,& sic in crimen,& scelus grauissimum, secundum legẽ, Prophetas,& euangelium.vt dicit text.in. cap. prædicandum.xxij.quæst.j.nam propter periurium contristatur deus, vt dicit Bald. in auten. cui relictum.in.3.colum.de indi.vidui.tol.adeo quòd cẽsetur maius adulterio.vt not. dominus Cardinalis in clemen.vnica.de iureiuran. quia per periurium offenditur deus, per adulterium vero proximus,& per quod periurium persona effiicitur infamis.vt not.gloss. Bar. & Docto.in l.si quis maior.C.de transact.Barto.in.l. Lucius Titius.ff.de infa.Canonistæ in.c.testimonium. de testi.etiam tali periurio imponitur pœnitẽtia, ꝙ ieiunet.xl.dies in pane & aqua,& septem sequentes annos pœniteat, & nunquam sit sine pœnitentia. vt dicit text.6.q.j.quicunq; & xxij.q.v.si quis peierauerit.Est bene verum, ꝙ non est multũ tẽpus,ꝙ feci suprascriptam cautelam practicare modo quo infrà.Quidam cum haberet debitorẽ qui ne incarceraretur,non audebat exire domũ,de quo credito constabat tãtummodo in vno chirographo existente apud ipsum creditorem, scripto manu ipsius debitoris:feci ꝙ iste creditor adiuit ad illũ suum debitorẽ,rogãdo ipsum cũ verbis blandis, vt vellet sibi satisfacere,cui debitor respondit. ꝙ libẽter faceret,sed non habebat modum,breuiter post aliqua iste creditor dixit,ꝙ ad hoc vt cognosceret ꝙ ipsum amabat, ꝙ ex nunc volebat eum adhuc expectare per quinque vel sex menses, sed bene rogabat eum, ꝙ finitis ipsis quinque vel sex mensibus,vellet sibi satisfacere, sed ꝙ & ipse volebat ab eo vnum, ꝙ creditum suum de quo constabat tantummodo in illo chirographo, reduceretur in instrumentum publicum, cui petitioni ipse debitor cõsensit,& omnia etiã fecisset,vt habuisset illam dilationem quinque. vel sex mensium,& sic consequeretur libertatẽ exeundi de domo,& ita fuit factũ,in quo instrumento publico notarios detulit iuramẽtũ huic debitori, de attendendo & obseruando omnia & singula, & in aliquo non contrauenire, &c. Elapsis postea illis sex mensibus, singulariter non satisfecit,sed iterum stabat in domo, & nõ exibat, quo casu adiuimus quendam iudicem qui tunc temporis erat hic Paduæ, hominem captiosum,& aliàs satis ignorantem, cuius nomen taceo, petendo ꝙ per ea quæ superius dicta sunt vellet dare nobis licentiam, ꝙ ille debitor posset de domo extrahi,tamen noluit cõcedere,nec profuit ostendere ei autoritatem Bal, & domini Ias.nihilominus tu prædictam cautelam non tradas obliuioni, quia licet Bald. aliquando fuerit locutus ex capite suo sine intellectu,& sine iure,ut dixit dominus Anto. in ca, consultationibus.de iure patro.vt etiam refert Francis.de Cur.in suo consilio lxxvj.incipiente,super motiuis redditis in fauorem communitatis montis Barrutij.in.ij. col. & Vincentius Paleottus in consilio.xvii.inter con.ipsius Frãcis.de Cur.incipiente,viso puncto,& subtilibus dubitationibus.in.3.col.tamen magna est autoritas Baldi, præsertim quando non habet contradicentem,vt dicit Alexan.in.l.moribus.in.4. col.ver.in practica.de vulgari & pupil.Nam autoritas sua multum est tenenda, in iudicando, vt dicit Fulg.in consilio.26.incipien.stante statuto ciuitatis Vicentiæ.in fi.Nam ipse fuit vnicus iuris vtriusq; professor,secundum Ange.in consi.xxxvi.post medium. 1.col. & fuit doctor excellentissimus & iuris vtriusq; lumen, secundum Fulg.in consi.lxxxii.incip.punctum super quo consultatio proponitur. post medium quarta colum.

a Iuramentum. Quid de iuramento facto super pacto de futura successione,an sit seruãdum,vel ne, vide Bal. in cõsil. suo ccclxix. incip.quedã puella.in.3.volu. & ibidem videas. in quibus casibus seruandum sit iuramentũ, & voleat, & in quibus non est pulchrũ,& quotidianũ cõsiliũ.

b Quod in.c. Quid si laicus cõmiserit delictũ, & formata in eũ inquisitione, vel secuta cõdennatiõe efficiatur clericus,vel religiosus, an per talẽ mutationẽ fori impediatur iudex secularis eũ punire? dic quod no, ꝑ Bar. & alios in.l.j.ff. de pœnis.& ĩ. l.cũ q̃dã puella. hic allegata. facta tamen prius degradatione à iudice ecclesiastico, nisi fecisset votũ nũquam delictũ committere, vt hic. sed non est cautela tuta, nec hodie seruarẽt hãc iudices nostri tẽporis, vide do. Iaso. in.d.l.cũ quædã puella. vbi vltro. ff. de iurisd.om.iud.

Cautela ad liberãdum aliquem à morte. XXIII.

1 *Votum, sicuti aliæ res, regulariter dependet à voluntate & conscientia nostra.*

BARTHOLEMAEVS Cæpolla in princip.suarũ cautelarũ,conatus fuit dare quasdam cautelas ad euadẽdũ aliquẽ à morte, quas non expedit referre, quia ibi possunt videri:& q̃ similiter nõ tãgo an sint iuridicæ, vel nõ, quibus adde vnã,ꝙ si habes amicũ incarceratũ, qui vel de iure cõi,vel ex forma statutorũ debet mori,si vis ꝙ iste tuus amicus nõ possit ꝑ iudicẽ secularẽ puniri,nõ solũ ad mortẽ, sed nec etiã ad aliquã aliã pœnã:sed ꝙ talis causa extrahatur de manu iudicis secularis ad iudicẽ ecclesiasticũ, cui est interdictus gladius sanguinis.vt.c. clericis.&.c.sententiã sanguini.ne cleri.vel mo.&.c. ex literis.de excel.pla. Caut.est vt facias *b* ꝙ incarceratus dicat, ꝙ antequã commisisset illud delictum,propter quod fuit incarceratus, fecerat votum clericatus intrandi religionem, & quòd nũc vult voto satisfacere, quia hoc modo per iudicem secularem tanquam persona ecclesiastica,non poterit puniri.tãquam ꝙ votũ trahatur retro.ita not.dicit.d. Ias.in. l. cũ quædam puella.in.xij.col.ff. de iuris.om. iudi.allegans istud fore singulare dictum Bal.in.l.j.C. an seruus ex suo facto.subiũgẽs, ꝙ tale dictũ est multum notandũ,quia posses quẽ in practica à morte liberare, & tãto magis secundum eum, quia staretur dicto suo,an emisisset votum ante commissum

missum delictũ;prout statur regulariter de aliis
5 rebus,† quæ dependent à voluntate & consciẽ-
tia nostra,iuxta gl.vulgatã.in.§.aliæ.inst.de act.
& gl.in.c.significasti.el.ij.de homi. Bar. in.l. in-
terdictũ.§.qui furẽ.cũ suis concord.ff.de fur.tñ
in effectu ista cau.si est vera, est singulariter no
tanda,quia suo loco & tempore posset tibi affer
re & honorẽ,& vtilitatẽ : quia vbi vertitur pœ-
na sanguinis,eò cõfluũt pecuniæ:vt verbis vtar
Imo.in.l.pe.§.ad crimẽ.ff.de pub. iud. tamẽ est
verũ꜖ Bald.in.d.l. j.C.si seruus ex suo fac.sup
quo solo fundat se d.Ias.aliter loquit q̃ ipse eũ
referat, ꝓpterea cogita an istud suũ dictum sit
uerum.

Cautela ad euadẽdum Iudeum à morte. XXIIII.

1 *Iudeorum causæ an secundum ius commune,an uero secundum suum ius Mosaicum decidi debeant.*
2 *Filiæ fœminæ secundum ius commune cum masculis succedunt,secus tamen de iure Mosaico, quo stantibus masculis,filię fœminæ non succedunt.*
3 *Iudæus si testamentum faciat, & relinquat uxorem suam dominam,massariam, & usufructuariam, cum non sit à lege Mosaica decisum, quid talia uerba importent, interpretationi Iudæorum stabitur.*
4 *Iudæi an teneantur testari secundum solennitatem iuris ciuilis,non autem secundum eorum ritum.*
5 *Legitimam pater inuita filia dare non tenetur, secus tamen in Iudæo effecto Christiano.*

1 QVAERITVR † per scribẽtes nunquid
causæ Iudæorũ debeãt decidi secũdum ius
cõmune,an vero secundũ ius suum Mosaicũ, in
quo quidem passu resecatis multis, ista videtur
communis distinctio:quòd aut loquimur in pro
cessu causæ, & sic in ipso ordine iudiciario. aut
in decisione ipsius causæ. Primo casu debet ser-
uari ipsum ius cõmune, quoniã quàm absurdũ
videretur quòd iudex in causis Iudæorũ debe-
ret aliter ꝓcedere quàm sit stylus sui fori,secũ-
dũ clarissimum præceptorẽ meũ in legibus do.
Io.Cãpegiũ in suo tract.dot.in ult.p.q.ulti.dicẽ
tem ita deberi intelligi.l. Iudæi.C.de Iud. Secũ
do vero casu aut causa vertitur inter Christia-
nũ & Iud.& tunc similiter debet decidi secũdũ
ius cõmune,per illam regulam.quæ est,quòd ra
tione mixturæ, maius dignum trahit ad se mi-
nus dignũ ut.l.præcipimus.§.fi. & ibi Bar.ff.de
app.&.l.2.& ibi Bar.C.cõmunia de leg.&.c. qd
in dubiis.& ibi Panor.de consecra.eccle.vel al-
ta.& vt ponit Fely.in rub.extrà de offic.dele.in
prin. Aut inter Iudæos tãtũmodo, & tunc aut
est casus à iure communi decisus expresse in ꝑ-
sonis Iudæorũ, & tunc seruatur ius commune,
quia ipsi subiacent populo Romano.vt.l.Iudæi
Romano.C.de Iudæ.Aut non est decisus expres
se in ꝑsonis ipsorũ,& tunc seruatur ius Mosai
cũ tãquam suum ius speciale,quod derogat ge
nerali,prout dicimus de statutis quæ derogant
iuri cõmuni,iux.no.in.l.omnes populi. de iusti.
2 & iur. † hinc est,quòd licet habeamus de iure
communi,quòd filiæ fœminæ pariter succedant
cum masculis.vt l.maximum vitium.C.de libe.
præteri.& aut.in success.C. de suis & leg.& tñ
secus est de iure Mosaico,quia stantibus mascu
lis filiæ fœminæ non succedunt,ut habetur Nu
meri 127.incipien. accesserunt filię Salpha ad
Moysen:idcirco si decedit Iudæus ab intestato
relictis post se masculis & fœminis,masculi ex-
cludunt fœminas,& sic attenditur in successio-
ni bus suis lex Mosaica.nõ est autem ius com
mune, vt concludit Calde. in consi.11.posito
sub rub.de cõsti.quod incipit, factũ super quo
consi petitur.& in consi.30. sub rubri.de testa.
quod incip.an si Iudeus.& quam op.etiam te-
net do.Ias.in l.qui se patris.in v.col.ver.& no.
ꝙ inter Iudęos.C vnde li.& Fel.in c.canonum
statuta.in x.col.uer.5.fallit.de cõst.& in c.Iud.
el 2.de Iud.ubi refert Flo.de S.Pet.dicentẽ in
l.maximũ uitium.C.de lib præte.se ita alias cõ
suluisse una cũ Pet.de Ancha.Rapha. Fulgo.&
Gaspa.de Calde. in quadã causa triginta milia
ducatorũ.Et vt ẽt tenet Cardi.Alex.in c.de in
fidelibus.de consangui. & affi.& domi.Ioann.
Campegius in suo tract.doti in ult.parte,in ul.
quæstio.ubi dicit ite fuisse seruantum Mantuæ
in arcta quæstione facti de anno M. cccclxj.
Aut est casus non decisus ab ipsa l.Mosaica.nec
in specie a iure communi in personis ipsorum
Iudæorum, & tunc deciditur secundũ disposi-
tionẽ iuris communis:iuxta id quod alias dici-
mus,ꝙ casus omissus a statuto,reuertitur in di
spositionem iuris communis.ut l.commodissi-
me.ff.de lib.& posthu.& l.si cũ dotem. in prin.
ff.solu.mat.hinc est,quòd solennis Doct. dom.
Pau. de Monte Pico. in sua eleganti repeti.§.
Titia cũ nuberet.l.Titia cũ testa.de leg.2.in 20
q. dixit unum quod alibi in terminis non legi.
3 †quòd si Iudæus fecit testamentũ,& relinquat
uxorẽ suã dominam.massariam, & usufructua-
riam:quod cũ non sit decisum a lege Mosaica,
quid importẽt talia uerba,idcirco stabitur etiã
inter Iudæos interpretationi factę per Bulga.
de qua habetur in d.§.Titia.& in aut.hoc locũ
C.si mulier sec.nup.est uerum,ꝙ aliqui tenue-
runt in omnibus casibus ipsorũ Iudæorũ debe
re seruari ius commune,nõ autẽ ipsum ius Mo
saicum,nisi specifice reperiatur prouisum circa
personas ipsorum,adducentes id quod no. Bal.
post Iac.de Raue.& Cy.in l.itẽ in potestate.cũ
seq.ff.de his quę sunt sui,uel alie.iur.uolens ꝙ
illa iura quæ dicunt patres habere filios in po-
testate, habent locũ ẽt in Iudæis,quia & ipsi ha
bent filios in potestate:ut etiã tenet glo.in ca.
Iudæorum.28.q.j.& Calde.in consi.3.incip.an
filij Iodęorũ.sub rubr. de Iudæ.Cardi.in cle.j.
in fi.comment.de Iudæ.Panor.in c.fin.de con-
uers.infide.Alex.& Ar.in l.multum. interest.ff.
de uerb.obl.ubi repræhendũt Archidi.qui ali-
ter tenuit in c.qui syncera.45.dist. ex quo in-
fert Bal. ubi supra, ꝙ quẽadmodũ filiifamilias
nõ possunt testari,ut l.si filiusfam.ff.de testam.
& institu.quibus non est permis.fac.testamen.
in princip.

in princ.ita nec etiam filij Iudæorum propte-
rea dixit Alexan.in suo consi.lxxj.incip.ponde
ratis verbis in 3.volum. quòd filij Iudæorum
sunt sui parentibus,sicut & Christiani. & Pau.
de Ca.in consi.cccxcv.incip. ad primum vide-
tur.in j.volum. nouorum consiliorum secun-
4 dum vltimam impressionem,dixit, † quòd Iu
dæi tenẽtur testati secundum solennitatem iu-
ris ciuilis, non autem secundum ritum eorum
generaliter in materia proportionabili Chri-
stianis & Iudæis , quòd lex ciuilis sit commu-
nis vtriusque.ita tenet Gem.in cap.j.§.fi.in fi.
de vsu.in vj.Et multa alia similia adducuntur.
tamen communis opin.videtur,vt primo loco
est dictum,de quo quidem passu, An ius com-
mune debeat seruari in casibus Iudæorum , an
vero lex Mosaica,tangitur in multis locis, sed
præcipue per Ioã.de Anan.in ca.Iudæi.el'ij.de
Iudæ. per Laur.de Pala.in §.cæterum.insti. de
legi.agna.suc. per dom.Pau.de monte Pico,&
Campegium in locis superius allegatis per So
cy.in suo consi.lxvij.computatis consilijs Ma
ria.quod in cap.in præsenti consultatione visis
statutis.in 4.col.versi.circa tertiam dubitatio
nem. & in consi.lxx. incip.in præsenti consul-
tatione vertitur dubitatio , nunquid valeat te-
stamentum.per totum.& per Philipp. Cor.in
suo consi.clxxx.incip. in hac consultatione vi
detur prima facie dicendum. versicu.sed addo
quod etiam circumscripta l.in 2.volum. Tu
autem Iudęe qui commisisti aliquod delictum
propter quod debes mori,vel alia pœna corpo
rali puniri, vel ex forma statutorum,vel ex di-
spositione iuris communis,vel iuris Mosaici ,
quòd ius Mosaicum in multis casibus corpo-
raliter punit,vt legitur Leui.c.18. & ca.24.&
similiter Exo.c.xxj & 22.si vis ipsam mortem
vel aliam pœnam corporalem euadere,cautela
est , vt facias te Christianum : quia baptismus
habet tantam efficaciam & tantam virtutem ,
quòd nõ solum liberat hominem ab omni pœ-
na spirituali quo ad deum. verum a etiam ab
omni corporali quo ad mundum.ista est glo.
in cap.sine pœnitentia.de consec. distinct.4.&
glo. in cap.quod autem.32 quęst.j. & gl.xlix.
dist.in princ.sentit glo.in cap.2. de conse.dist.
4 & glos.j.dist.si quis viduam. & hanc partem
quòd non solum pœna spiritualis quo ad deũ,
verum etiam corporalis quo ad mundum tol-
latur per Baptismum,tenent Cald.do. Anto.&
latius Imo.& Fely.in cap.de his.de accu.cum
quibus etiam ibi videtur transire Ioã. de Ana.
Et licet contrariam partem, scilicet quod pœ-
na corporalis non tollatur per baptismum, sed
tantummodo spiritualis,teneant do.Abb.Ma-
ria.& Aret.in d.c.de his.de accus.& Inno. Ho-
stien & do.Abb.in c.gaudemus.de diuor.& so-
lennis Doct. & præceptor meus in canonibus
do.Philip. Decius in suo consi.cxxx.incip.ex
facto proponitur,quod Iudæus. tamen primã
opi.tenet Archid.l.dist.in summar.& commu-
niter tenent sacri theologi,videlicet San. Tho
mas in 4.dist.4.quæst.2.articu.j.& Sanct.Tho.
in 3.par.suæ summæ.quæst.68.artic.5. & q.69.
artic.2.Sanc.Bona.in 4.dist.4.artic.2. Richar-
dus in 4.dist.4.articu.2. Pet.Aureo.in 4.dist.4.
quæst.j.artic.2.propo.j.Tho.de argen. in 4.di
stin.4 articu.3. in fi.Alex. de Alex.quæstio xx.
memb.2.artic.j.Pet.de Thara.in 4.dist.4.in 3.
problemate,artic.2.Et si diceres quòd ipsi lo-
quuntur de pœna temporali satisfactoria cul-
pæ,exemplum in ieiunio, disciplinis, & simili-
bus , quia dico quòd immo loquuntur de pœ-
na imponenda ab hominibus, ut Sanctus Tho.
in 4 distin.4.q.2.arti.j.dum in fin. dicit, quòd
principes isto casu pie faciunt indulgere pœ-
nas.& Sanctus Tho in 3.parte summæ,q.68.ar
tic.5.dum dicit,quòd restituere male ablata pro
ximis,est satisfacere de iniurijs illatis & cessa-
re à peccato, quia hoc ipso quòd detinent alie
na,est proximum lædere, proximum autem læ
sum non placare, est peccatum:& id eo pecca-
toribus baptizatis iniungendum est , quod sa-
tisfaciant proximis , sicut & quod designant à
peccatis:non autem est eis iniungẽdum, quod
pro peccatis præteritis aliquam pœnam patiã
tur.& hanc opin.etiam tenet Archiepisc. Flor.
in 2.partæ suæ summæ sub rubrica de Bapti.Et
ita aliàs fuit hic Paduæ obtentum in causa cu
iusdam Iudæi , qui commiserat vnum enorme
furtum,quo commisso fecit se Christianum.in
qua causa pro & contra interuenerũt solennio
res doctores totius gymnasij , & vltimo loco
fuit liberatus ab omni pœna corporali, aduo-
cantibus pro ipso clarissimis doctoribus,& pa
tribus meis honorandis domino Christopho-
ro Alberico,do.Carolo Ruino,& dom.Bertru-
5 tio Bagarotto. † Et no.alium mirabilem effe
ctum ipsius Baptismi : nam tu habes quod pa-
ter in vita sua non tenetur dare legitimam fi-
lio, licet dicatur in euangelio Lucæ , da mihi
partem substantiæ quæ mihi contingit,de iure
tamen pater non tenetur.tex.est principalis in
l j.§.si ĩpuberi.ff.de col. bo. & ita determinat
Barto.in auten.si qua mulier.circa fin.de sacr.
sanct.eccle.& Bal.in l.quanquam.C. ad l.Falc.
Bal.Ange. & reliqui omnes in l.lex Cornel de
vulga.& pupilla.Alber.de Rosa.in l.si lenones
C.de episcop.audien. Immo plus in casibus in
quibus pater inuitus cogitur emãcipare filiũ ,
qui enumerantur per glo.magistram.in §.fin.
instit.qui.mo.ius pat potest.solui.in illis enim
casibus non cogitur pater assignare aliquam
legitimam filio, vt singulariter voluit Bald.in
l.non potest.ff.de adop. ideo iniqua sunt statu
ta quæ cogunt patrem soluere legitimam pro
delicto filij,secundum Cyn.& Bald.in l. si qua
pœna.ff. de his qui sunt sui,vel alieni iuris. & ĩ
l.si filius.per illum text.C.de bo.præscripti. &
in d l.lex Cornel. vbi tamen videndi sunt mo-
der.ff.de vulga.& pupil. nam filius viuo patre
nullum ius haber etiam spe in legitima,secun-
dum Cy.& Bart.in l fi.ff.de libe. agno. repro-
bata glo.in §.si vero non implens in auten de
hæred.& Falci. & vt tenet Bar.in l post eman
cipationem.in prin.ff.de libe.leg.Bald & Mo-
de.

a Verũ eti. Ad-
uerte ꝙ lʒ ꝑ ba
ptismũ fiat ple-
na remissio , vt
multæ gl. volũt
iur.canon.q̃ hic
allegant ẽt quẽ
ad pœnã tꝑalẽ .
& facit.de cõse.
dist.4.c.2.in fi.
ibi ꝗcꝗd ab ho
mine &c.Sed ꝙ
imo cõtra bapti
zatum formari
possit ꝓcessus,
vt puniat ꝓ fur
to, & alijs deli-
ctis, facit ꝗa sa-
cramẽtũ baptis.
respicit animã ,
& tollit pecca-
tũ,quo ad deũ ,
sʒ ñ liberat à pę
na delicti. ꝓut
cõcludit An. de
But.post gl.ĩ c.
gaudemus. col.
4.de diuortijs .
& idẽ post gl. se
quunt Abb. &
Inn.Idẽ tʒ Pet.
de Peru. in d.c.
gaude. & Card.
in cle.j.§. sane.
in 14.q. de vsu.
& ita ẽ cõis opi.
ut dicit d.Io.de
Ana. in c.de his
de accusa.

de.in d.l. lex Cornel. Sed ſi filius Iudæus facit se Chriſtianum,poteſt viuẽte patre petere ſuã legitimam.ita notanter dicunt Io.de Ana.& Felyn.in c. Iudæi.el ij.de Iudæ. propterea ſi filius Iudæus vellet ad aliquem ſuum finem, habere ſuam legitimam viuente patre, bonum remedium ſeu cautela eſt, ut faciat ſe Chriſtianum, & conſequetur intentionem ſuam.

Cautela pro blaſphemantibus deum & ſanctos, ut euitent pœnam legis punientis blaſphemias. XXV.

1 *Blaſphemantium deum pœna eſt,abſciſio capitis.*

1 POENA † blaſphemantium deum, de iure communi eſt abſciſio capitis.ut in auten.vt non luxu contra naturam. per totum. & notat gloſſa vigeſima ſecunda, quæſt. pri.ſi quis per capillum.& Ang.de Are.in tract.maleſi.in verbo,verba contumelioſa & iniurioſa. verſi.quæro quæ pœna erit contra iſtos sacrilegos, & talis pœna habet locum etiam, ſi taliter blaphemans blaſphemaret de quadam ſua conſuetudine:vt volunt Cyn.Bald. & Salyc. in l.iuriſiurãdi.C.de re.cre.& Bald.in l.ij. C.ad l. Iul.ma.licet hodie talis pœna ſit communiter diminuta per ſtatuta Italiæ,ut etiam atteſtatur Bal. in d. l.iuriſiurandi . quia in aliquibus locis imponitur pecuniaria:ut eſt in noſtra ciuitate Brixiæ, & etiã hic Paduæ:in aliquibus aliis imponitur pœna linguæ, ut quaſi per totam Alemaniam, vt mihi aliàs relatum eſt,vbi etiam obſeruatur, & præcipue in mulieribus,quòd ligantur ad ſunem,& proiiciuntur in aliquod flumen , & poſtea extrahuntur,& iterum proiiciuntur, & ita pluries fit, adeo quòd multoties moriuntur, & aliæ diuerſæ pœnæ imponuntur, prout ſtatuentibus videtur . Modo quidam blaſphemauit deum,vel ſuos ſanctos,quo caſu vigore ſtatutorum debet ei puta euelli lingua,vel aliqua alia magna pœna imponi, quo remedio poterit vti, vt non poſſit puniri pœna illius ſtatuti punientis blaſphemias.Dic quòd cautela eſt, vt inſpiciat an ſit in ciuitate ſtatutum , vt reperitur in multis locis,diſponẽs quòd pro criminibus de quibus quis habuerit pacem ab offenſo, imponatur talis pœna:& tunc videat an illa pœna ſit minor illa, quæ imponitur blaſphemantibus:& ſi ſic,tunc a vadat ad confitendũ peccata ſua, quia habita a ſacerdote abſolutione,& ſic peccatorum remisſione, intelligitur feciſſe pacem cum deo,qui per blaſphemias principaliter offenditur:ut habetur in d.aut.ut non luxu contra naturam.& iſto caſu,iſte non poterit puniri pœna ſtatuti punientis blaſphemantes,ſed gaudebit priuilegio alterius ſtatuti punientis delinquentes, qui ab offenſo pacem habuerint . ita ſingulariter conſulendo tradit Barto.in ſuo conſi.clxvij.incip.ꝙ miniſter fratrum.de pœnitentia.quem referunt & ſequuntur Pet.de Ancha.& Ioan.de Ara.in x.col.in c.ſi. de maledi. & Fel.in c.de his.in ij.col.verſi iij. fallit.de accuſ.Et ſolennis Doc.& præceptor meus in canonibus d.Phil.Dec.in ſuo conſi.cxxxvij.inci. & diligenter pro tenui facultate mea. in ij.col. verſi.& cũ in iſto delicto principaliter deus offendatur. Et licet iſta cautela prima fronte videatur praua & malum in ſe continere, videlicet inſtruere iſtos ſacrilegos blaſphematores ad euadendum pœnã blaſphemiæ,propter quas Blaſphemias veniunt fames,terræmotus,& peſtilentiæ,ut dicit Imperator in d.aut. vt non luxu contra natu . Tamen conſiderans ſi iſta cautela debet practicari, opus eſt quòd committatur illa bona operatio ſcilicet confesſio peccatorum,in qua conſiſtit ſalus animarum noſtrarum:idcirco mihi viſum fuit ipſam tradere .

a Tunc vadat. Quæritur vtrũ blaſphemus poſſit abſolui à ꝓprio ſacerdote. dicitur ſecundũ Pan.in c.ſtatuimus.de maledicis.quòd nõ publice blaſphemãs, ſed epiſcopus. facit gl.in c.ij. de pœnitẽ. & remiſ. lib.vj. ſecus ſi occulte, quia ſecundum Hoſt.tunc non pertinet ad epiſcopũ. Ego vero intelligo, quòd eſt caſus epiſcopi: quando blaſphemia eſt peccatũ nõ ſimpliciter, ſed quãdo propter publicitatẽ defertur ad epiſcopum.vnde dicit Goff.& Hoſt.ꝙ quæ dicuntur ĩ d.c. ſtatuimus . de pœna temporali , vel pecuniaria, intelligũtur ſedente iudice pro tribunali : in iudicio autẽ animę preſbiter diſcretus molliendo rigorem, diſpenſare poterit rigorẽ ex cauſa circa pœnam ſpiritualem ſuperiorẽ. xxvj .quæſtion. vij. pœnitentibus. & hoc ſecundum Hoſt.

Cautela ad euadendũ teſtem falſarium à pœna falſi. XXVI.

1 *Delicta impunita remanere non debent.*

2 *Probationes in criminibus, luce meridiana clariores eſſe debent.*

1 LICET concedens & honeſtum ſit, † ꝙ delicta non remaneant impunita, ut vulgata l.ita vulneratus .ff.ad l. Aquil. & ca. vt fame. cum aliis vulgaribus.de ſent.excom.& licet ſimiliter conueniens ſit, ꝙ prouincia purgetur malis hominibus,non diſtinguendo vndecunq; ſint.ut l.iij & l.cõgruit.ff.de offi. præſi.ad hoc, vt boni poſſint viuere inter malos.vt dixit tex. in c.non fruſtra.xxiij.q.v.& glo. in c.ad reprimendam.de offic.ordi. attamen conſiderans ꝙ multoties homines non doloſe,ſed inaduertenter delinquunt , & poſito ꝙ ſcienter & doloſe aliquando delinquant,tamen conuerſi ad pœnitentiam,fiunt erga deum iuſtiores, exẽplo Petri.ut l.di-fideli. animaduertensq; ſimiliter, ꝙ quamuis proximus in vos peccet,non ad vindictam ſumendam,ſed ad veniam tribuendã proni eſſe debemus:argu.c.non inferenda.xxiij.q. iij.& exemplo Chriſti,qui pro iniuriantibus ei orauit. vt habetur in dominica pasſione.cuius Chriſti actio,noſtra dicitur inſtructio.c. vt noſtrum.vt eccleſiaſtica beneficia. ut c.ſignificaſti.de elec.& c.qualiter & quando. el ij.de accuſ. Propterea videamus, an ſi aliquis teſtis à ſolo notario examinatus deponat falſum,& de falſo accuſetur, & de falſo ſuſpicetur ſe poſſe reprobari,an ſit dare cautelam, quòd poſito ꝙ de falſo conuinceretur , quòd nihilominus ipſam pœnam falſitatis euadat . Dico ergo quòd cautela eſt,quòd quando contra dictum teſtem de falſitate proceditur , talis teſtis dicat ſe aliter dixiſſe in ſua depoſitione,quàm quòd notarius ſcripſerit.formando dictum ſuum taliter , quòd non inſit aliqua ſuſpitio falſitatis : quia hoc modo dato,ꝙ poſtea ſua depoſitio de falſo conuincatur,attamen ſtante reſpõſione de qua

ſuprà, non poterit tanquam falſarius puniri, q̃a licet communis opi. ſit, quòd teſtis dicens se aliter dixiſſe, quàm quod notarius ſcripſerit, potius ſtetur scripturæ quàm dicto ipſius teſtis, niſi notarius eſſet perſona ſuſpecta. ut not. Spe. in titu. de teſti. §. j. ver. sed pone ecce iudex. & Inno. in c. cum Ioan. eremita. in gl. tabellioni. de fid. inſtru. do. Anto. & do. Abb. in c. cum delicti. de accuſ. ubi etiam Ioan. de Ana. in iij. col. verſic. no. quòd quando aliquis examinatur. & Bal. in c. literas. de præſump. & Flo. in l. de ætate. ff. de proba. ubi dixit, quòd per iſtam quæſt. poteris implere burſam, nihilominus iſtud eſt verum, & procedit quantum ad probandum in cauſa pecuniaria, sed quando producitur ſcriptura depoſitionis receptæ a soluto notario, ad hoc vt teſtis puniatur de falſo, & ipſe teſtis dicit se aliter dixiſſe, quàm ꝙ in actis contineatur, tunc talis scriptura depoſitionis non facit fidem, quòd teſtis dixerit id quod in ipſa continetur. iſtud fuit notabile dictum Spec. in d. §. j. verſi. sed pone ecce iudex. & in tit. de inſtr. edi. §. reſtat. verſi. ſed quid ſi vnus. vbi dixit, ꝙ omnes Doc. Bononienſes in sua priuata examinatione ita concordarunt, quòd non credatur tabellioni contra teſtem, quando fuit accuſatus:
2 ut suprà. † quia in criminibus probationes debent eſſe clariores luce meridiana. ut l. sciant cuncti. C. de proba. canonizata. ij. q. viij. sciant cuncti. quod dictum approbando sequitur Ro. dicens eſſe dictum verum & ſingulare. in l. j. §. fi. de ver. oblig. ſequitur do. Abb. in c. ad audientiam. in j. colum. ver. & facit iſte textus ad q. de præſcrip. & in c. cum cauſam quæ inter archiepiſcopum. in fi. de teſtib. ubi dicit iſtud dictum Spe. eſſe multum notandum, Ange. & Imo. in l. j. §. ſi quis neget. ff. quemad. teſta aper. Imol. in cle. j. de hæret. & ibi do. Card. in § fi. Salyc. poſt Cy. in l. ſi quis decurio. ver. pone ꝙ teſtis. C. de fal. Alex. conſi. lxx. incip. viſo proceſſu inquiſitionis. in j. col. ver. ij. reſpondeo. in j. volu. & in conſi. xlix. inci. viſis proceſſibus in cauſa inquiſitionis formatæ. quaſi per totum. in ij. vol.

Cautela ad euadendum à tortura, confeſſum extraiudicialiter ſe commiſiſſe tale delictum. XXVII.

1 *Delictum ſi quis extraiudicialiter ſe commiſiſſe dicat, an talis confeſſio plene præiudicet, vel indicium ad torturam faciat.*

1 NAM † ſiquis extraiudicialiter confitetur se commiſiſſe tale delictum, cõmunis opi. eſt, ꝙ talis confeſſio non plene præiudicet ipſi confitenti: sed tantummodo contra eum faciat indicium ad torturam. ut habetur per gloſſ. & Bar. in l. capite quinto. ff. de adul. per Bart. in l. quoniã. ff. de infa. per Bal. in l. ictus fuſtiũ ff. eo. de infa. per Ang. in l. j. ff. de confeſſ. per Do. de Ro. in sua deciſ. clxxx. inci. licet cõfeſſio extraiudicialis. in nouiſ. per do. Abb & Io. de Ana. in ij. col. in c. de hoc. de ſim. per Abb. in c. at ſi clerici. in iiij. col. ver. sed quia suprà facta eſt mentio. de iudi. & per eundem. in c. quàm ſit graue. de exceſ. præla. & in c. ſi quis de gradu. de purg. cano. & per Ro. in cõſ. vij. inci. viſis neceſſariis in facto propoſito. quibus locis concluditur, ꝙ talis confeſſio extraiudicialis, non facit plenã probationẽ contra confitentem, sed bene indicium ad torturã. Tu autem qui debes poni ad torturã, vigore confesſionis extraiudicialiter factæ de aliquo delicto a te perpetrato, ut ſæpiſſime contingit his quibus fumat caput, & qui summopere gloriantur commemorare ea quæ fecerunt, & nõ fecerunt, ſi vis euadere ipſa tormenta, cautela eſt, ꝙ antequam ponaris ad torturã, reuoces ipſam confesſionẽ: quia talis reuocatio, etiam non docto de aliquo errore, impedit ipſam torturã. ita ſingulariter dixit Bald. in l. unica. in ult. col. ver. itẽ dicit Inn. C. de cõfeſ. dicẽs, quòd aduocatus ipſius rei debet eſſe cautus, vt faciat reuocare ipſam confesſionẽ, etiã aliter nõ docto de errore, quia hoc modo impedies ipſam torturã. quem refert & sequitur do. Iaſ. dicens, no. perpetuo iſtud dictũ in practica, quia hoc modo poteris euadere amicum a tortura. in l. magiſtratibus. in ij. col. ver. ij. ſingulariter limita. ff. de iuriſ. om. iu. sequitur Fel. in c. olim. in ij. col. ver. ſs niſi reuocet. de reſc. & in d. c. at ſi clerici. in vj. col. ver. 2. reſtringe niſi cõfeſſus. de iud. & in c. de hoc. circa pri. de ſim.

Cautela pro clerico declinanti iuriſdictionem poteſtatis, ut euitet pœnam ſtatuti punientis clericum declinantem. XXVIII.

1 *Priuilegium fori, clericis conceſſum de iure diuino eſſe dicitur.*
2 *Litigare nolle aliud eſt, & aliud litigare nõ poſſe.*
3 *Iudex eccleſiaſticus iudici laico inhibens, an partem citare debeat.*

PROVISVM reperitur multoties per ſtatuta locorum, quòd aliquis nõ poſſit ſub pœna declinare forum domini poteſtatis, etiã ſi eſſet clericus: quòd quidem ſtatutum licet quantum ad clericos indubitanter non valeat, iuxta ea quæ habentur in autent. caſſa. & irrita. de ſacr. ſanct. eccleſi. & in cap. nouerit. de sent.
1 excom. † nam priuilegium fori conceſſum clericis dicitur eſſe de iure diuino. ut xcvj. diſti. ſi imperator. & no. d. Abba. in c. ſolitæ. in vj. not. de maio. & obe. & pulchre Oldr. in conſ 33. inci. an epiſcopus poſſit declinare forum. & per conſequens non poſſet etiam per ipſum Papã tolli, quia nec ipſe poteſt tollere ius diuinũ, ut xxv. q. prima, ſunt quidam. quia inferior non

poteſt

poteſt tollere legem ſui ſuperioris.vt c.cum in
ferior de maiori.& obe & clemen.ne Romani.
de elect. hinc eſt quòd concludunt Domin.de
Rota in ſua deciſ.840. incipient.vtrum valeat
conſuetudo Anglica.in anti.quòd ex conſuetu
dine quanquam vetuſtiſſima non poteſt rex An
gliæ acquirere iuriſdictionem in clericos, quia
ius diuinum repugnat: nam grauiter in deum
præuaricat,qui hoc modo iuriſdictionem ſuam
uſurpat.vt 93. diſtin. relatum.vnde talis caue
re debet ne a domino flagelletur, ſicut ille rex
Oſias,qui legitur lepra fuiſſe percuſſu,quia of
ficium ſacerdotij vſurpauerat. vt habetur lib.
Parali.c.26.& tranſumptiue.2.q.6.§.ſed & no-
tandum.Tamen quia iudices ſeculares aliquan
do de facto mandant tales pœnas executioni,
etiam contra clericos,vt dicit Gemi.in c.ſi iu-
dex laicus.in princip.de ſentent.excom. in 6.
& domi.Abba.in c.ſi diligenti.in fin. de for.cō
pe.propterea videamus an ſit dare cautelam,ꝙ
licet clericus declinet,tamen non cadat in pœ
nā prædicti ſtatuti. Dico ergo ꝙ cautela eſt,ꝙ
clericus compareat corā iudice ſeculari,& non
declinet,ſed dicat nō poſſum corā vobis reſpō
dere,quia habeo decretalē,ſi diligenti.extra de
for.compe.inhibentem & punientem clericum
litigantem coram iudice ſeculari,alias libenter
reſponderem: quia hoc modo euitabit pœnam
ſtatuti.ita originaliter voluit Iacob. But in au
ten.ſtatuimus. de epiſc.& cle. cum quo tranſit
Pet.de Ancha.in c.ſeculari. in vlti.no de fo.cō
pe.in 6.& quem ſequitur Alberi.de Roſa.in ſuo
opere ſtatuto.in quarta par quæſtio 75. in fin.
incipien.exiſtente poteſtate. vbi dicit,quòd Ia
co.But.dicebat in d.auten.ſtatuimus. quòd cū
iſtud ſtatutum eſſet Bononiæ,conſulebatur cle
ricis,quòd ita deberent facere. & licet Io. de
Ligna.in d.c.ſi diligenti.quem ſequuntur Ant.
de But.& do.Abb.in fi.dicat.quòd iſta cautela
forte non prodeſſet,cum effectualiter declinet,
quia non refert an aliquid fiat verbo, vel facto.
vt c.ex parte.el 2.de appellat. quia ad hoc re-
ſpondet Bald.in d.auten.ſtatuimus.& Alber.in
2 loco ſuperius allegato,†quòd aliud eſt nolle li
tigare,& aliud non poſſe litigare allegant l.ab
adminiſtratione.C.de leg.& l.cum filius.§.nō
videtur.de leg.2.quæ optime probant . Secun-
da cautela eſt, quòd clericus compareat in ha-
bitu & tonſura,& dicat, offero me paratum co
ram vobis litigare dummodo poſſim.ita volūt
Ange.& Imo.in l.4.ff.de acqui hære.Bald.in d.
auten.ſtatuimus.verſicu.ſecus tamen. & idem
Bal. in l.filius.verſic.tunc etiam quidam decli-
nant ff.de his qui sunt ſui,vel alie. iur. dicens,
quòd clericus comparendo in habitu & tonſu
ra,non dicitur forum declinare, ſed forum de-
clinat eum,& ſic iſta eſt declinatio paſſiua, &
non actiua:quia lex eſt illa quæ declinat.qd eſt
bene notandum ſecundū eum, ſubiungens, ꝙ
ſimilis intelligendi figura habetur in gloſſ.j.
qui indignus.ff.de ſenato. adde tu ſimiliter ad
hoc bonum tex.in c fi.de vita & hone.cle.Ter
tia cautela eſt, & iſta eſt tutior , quòd clericus
nō declinet,ſed faciat, vt iudex eccleſiaſticus
cū ſuis inhibitionibus ratione ſui intereſſe, eū
reuocet,ſicut dicimus in domino feudi, reſpe-
ctu vaſalli.vt c.ex tranſmiſſa.de iud.iſtā caute-
lā tradit Bar.in l.pe.§.ad crimen.in 3.col.ver.
itē oppo.de l.Lucius.ff.de pub.iudi.& in l.ſe-
cund.C.de accuſat.quē ſequitur do.Abb.in di-
cto.c.ſi diligenti.in fi.& do.Ant.in c. veniens.
de accu.Bal.in auten.ſtatuimus.vbi dicit,quòd
iſtud eſt menti tenēdū,& ꝙ ita vidit practicarī
in palatiis, quia nō eſt in poteſtate clerici ob-
uiare,ꝙ epiſc.offi.ſuo eū nō aduocet:ꝑ no.in c.
ſi iudex laicū.de ſen.excom.in 6.& hanc caute
lā ſimiliter docet Gemi.nihil allegans in d.c.ſi
iudex laicus.in prin.dicens no.practicā euadē
di pœnā ſtatutorū,quæ ſunt in ciuitatibus Ita-
liæ,imponentiū pœnā declinantibus iuriſdictio
nē iudicis laici:quę ſtatuta quādoq; de facto ex
tenduntur ad clericos . Nā practica eſt,ne ipſe
cleric⁹ declinet,ſed iudex eccleſiaſticus ex offi
cio eum repetat,quod pōt:nam aliud eſt,cleri-
cum opponere incompetentiam iudicis laici,
& aliud, quòd ipſe clericus repetatur a iudice
eccleſiaſtico.ſequitur do.Iaſ.ubi Alex. diffuſe
loquitur in l. ab adminiſtratione.C.de leg.ſub
iungens ibi d.Iaſ.vnum, de quo facit magnum
feſtum,quòd licet alias habeamus, quòd quan
do epiſcopus, vel iudex eccleſiaſticus inhibet
iudici ſeculari,quòd talis inhibitio non valeat,
niſi parte citata: vt conſulendo tenuit Pet. de
Anch in conſ.mihi 134.inci.caſus talis eſt poſt
præceptum factum.& Lauren.de Rodol.in ſuo
tract.de uſur.q.131.Are.in conſi.20.incip.in q.
& cauſa Bernabæ inquiſiti.in pen.colu.verſic.
circa ſecundum.& Alex.in conſi 9. incip.præ-
ſtantiſſime Doct.in 4.uolu.& Alex.in l.4.§.cō
demnatum. vbi dixit hanc eſſe cōmunem opi.
ff.de re iudi.cum cōcord.de quibus per do.Iaſ.
in l.nec quicquam.§.vbi decretum, in 7. colu.
ver.8.fallit.ff.de offi.proconſ.& leg.tū ſtāte ſta
tuto de quo ſupra punienti clericum declinan
tem, ſi iudex eccleſiaſticus officio ſuo inhibe-
bit iudici ſeculari, ne cognoſcat in cauſa talis
clerici, ſed eam remittat ad ſe cognoſcēdam &
terminandā, non erit neceſſe citare partem in
huiuſmodi inhibitione mittenda.allegat ita no
tabiliter tenere Bal.vbi ita in effectu tenet poſt
Archi. in loco per eū allega. in l.presbyteri.in
2.col.ver.2.quęro hic.C.de epiſc.& cleri.& li-
cet do.Iaſ.extollat multum iſtud dictum,tamē
alias haberem ipſum pro claro,dato,quòd non
eſſet autoritas Arch.& Bal.de qua ſupra.& hoc
per illam diſtinctionem , quæ ſit in iſto paſſu,
3 †an iudex eccleſiaſticus inhibens iudici laico,
debeat citare partē.Nā cōmuniter concluditur
quòd aut inhibet ad iſtantiam partis,& tūc de-
bet requirere aliam partem.aut inhibet ex ſuo
officio,vt in caſu noſtro,& tunc ſecus.prout cō
ſulendo tenet Fede de Sen.in ſuo cōſi.300. in-
cip.factū tale eſt,debitor ꝓmiſit.& late Laurē.
de Rodol in loco ſuperius allega.Doctor.in c.
tuam.de ord.cogni. ſentit expreſſe Alexand.in
præallega.cōſi.9.incip.præſtantiſſime Doctor.

in 4.volumi.& in consil.19.incip.visis actis mi
hi transmissis.in 3.col.versi.3.moueor.in 2.vo-
lum.propterea dixit In not.in cap.ad aures.de
temp.ordi. quòd vani capitis esset,qui diceret
prælatum non posse præcipere sine causæ co-
gnitione,& maxime de his quæ pertinent ad of
ficium suum:allegat 7.q.j.quia frater.

Cautela pro impetrante priuilegium exemptionis pro se, & descendentibus suis,ut tale priuilegium circa personas sit amplum. XXIX.

1 *Princeps an si alicui immunitatem & exemptionem pro se,& descendentibus suis,tam masculis quàm fœminis concesserit, talis immunitas etiam ad filias maritatas extendatur.*

2 *Iura sanguinis,nullo ciuili iure dirimi possunt.*

3 *Mulier innupta de agnatione,& sui patris familia dicitur.*

4 *Statutum si disposuerit, quòd forensis non possit acquirere bona immobilia in ciuitate, nec districtu, an tali statuto non obstante, filia extra territorium maritata,bona immobilia acquirere poterit.*

DVM Venetiis vna vice pranderem cũ ma
gnifico & equite aurato , domino Paulo
Triuisano quondam nostro potestate Brixiæ,
cuius anima nunc requiescat in pace: interro-
1 gauit me,dicens:† an si princeps concedat ali-
cui immunitatem, & exemptionem pro se &
descendentibus suis,tam masculis quàm fœmi
nis: nunquid talis immunitas extendatur etiã
ad filias maritatas.Respondi,quòd istam quę-
stionem non memineram vidisse in terminis:
sed tamen quòd loquendo ab improuiso absq;
reuolutione chartarum,tenebam duplici ratio
ne,quòd sub tali priuilegio immunitatis inclu-
dantur etiam filiæ maritatæ.Prima,quia priui-
legium principis dicitur beneficiũ ipsius prin-
cipis,vt declarat Bart.in l.j.in j. col.ff.de con-
stit.princ.quòd beneficium principis latissime
est interpretandum,quando tractatur de dam-
no tantummodo ipsius principis,vt in casu no
stro,vt d.l.j.de constitu.princ.&c.cum dilecti.
cum,ibi not.de donat. Cum ergo in priuilegio
dicatur pro se.& descendentibus suis,tam ma-
sculis quàm fœminis, quod verbum fœminis
est aptum compræhendere etiam maritatas: se
quitur dicendum quòd iste intellectus,vt com
pręhendat etiam maritatas,debet sumi.Secun-
dam rationem dicebam esse, quia licet matri-
monium trahat mulierem ad originem uiri,ut
l.mulieres.C.de incol.lib.x. & not.Bald.in ru-
bri.ff.sol.ma.circa prin. & in l.2.in fi.C.de iu-
risd.omn.iud. & similiter per ipsum matrimo-
nium mulier sequatur forum uiri.ut l.ea quere
la.2.ff.ad muni.& l.exigere dotem.ff. de iud.&
l.cum quædam puella. cum ibi no.ff. de iurisd.
om.iud.Tamen propter hoc non sequitur, qua
2 minus non dicatur,& sit descendentibus.†quod
iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt
ut l.iura sanguinis.ff. de reg.iur.& l. ius agna-
tionis.ff. de pa. mulier enim per matrimoniũ
transit in potestatem mariti quoad tria, scili-
cet,quoad residentiam,quoad opęras,& quoad
debitum carnis: in reliquis remanet in potesta
te patris,vt dicit Bar.in l.si uxorem.post glo.
ib.C.de cond. inser. de quo etiam aliquid per
eundem Bald.in l.j.C.de bonis quæ lib.& etiã
per Bar.& melius per Pau.de Cast.in l.rei iud.
3 §.socero.ff.sol.ma.† Nã mulier licet sit nupta,
nihilominus dicitur de agnatione & familia
sui patris,prout no.Bal.Pau.de Cast. d.Iaso.&
Phil.Cor.in l.uoluntas. per tex.ib.C. de fidei-
com.& Socy.in suo consilio.227.incip.præsens
consultatio pulchra est & subtilis.in 7.colum.
uersicu.circa secundam quęstionem uidebatur
concludendum.& idem Socy.in consi 40.inter
consilia Fran.de Cur.incip.cum in præsentiarũ
de interpretanda.in 2.col.uersicu.item est una
de successoribus ab intestato.imo quod ẽ plus,
fœmina per matrimonium non solum non per
dit agnationem & familiam patris,uerum etiã
4 non perdit ciuilitatem:†idcirco stante statuto
quòd forensis nõ possit acquirere bona immo
bilia in ciuitate,nec districtu,tamen tali statu-
to non obstante,filia extra territorium marita-
ta poterit acquirere bona immobilia, quia per
ipsum matrimonium non desinit esse ciuis suæ
ciuitatis, & non iudicatur persona forensis .ut
notabiliter determinat Bar.in l.fin.§.pen.ff.ad
municipa.& Pau.de Cast.in d.l. rei iudicatæ.§.
socero.ff.solu.mat.& Fely.in ca.j.de sponsa.&
Ale.in consi.20.incip.uiso processu causæ ver-
tentis inter Catherinam.in fi.in 2.uol. nisi ta-
le statutum requireret aliquam actualitatẽ fa-
cti,puta quòd diceret,quòd nullus forensis pos
sit acquirere bona immobilia,nisi in ciuitate su
stineat onera & factiones:quia tunc tale statutũ
bene excluderet filiam extra territorium nu-
tam.& solenniter consuluit do.Card.in consil.
135.incip.Titius ciuis Feltrensis.per totum,&
sic dicebam per istas duas rationes succincte ei
adductas, priuilegium de quo supra includere
etiam filias maritatas. Tunc sua magnificentia
dixit, quòd libenter sciuisset quid uellet dispo
sitio legum nostrarũ,quia tũc de facto ista quæ
stio pendebat coram serenissimo domino, in
causa cuiusdam de Polesino: cum postea fui re
uersus Paduam,inueni istam quęstionem in ter
minis ponere Bart.in l.quoties.C.de priuileg.
scho.lib.12.ubi notabiliter dicit,quòd tale pri
uilegium concessum alicui pro se,& descendẽ
tibus suis,tam masculis, quàm fœminis, ꝙ ita
demum fœminæ gaudent tali priuilegio.si sunt
uirgines aut uiduæ,secus autem si sunt marita-
tæ:quia ipsę mutãt statum, & sequuntur forũ
uiri quam opin. tenent etiã ibi in d.l.quoties.
Ang.& Ioã.de Plate. & licet istud dic.Bart.re-
probet

probet Alex.in l.cum quædam puella. ff.de iu-
risdic om.iud.& Fely.in c.super eo.el ij.de te-
stib.& Maria.in quodam suo consi.incip.Reue
rendus domi.B.Rouerella. de quo meminit Fe
ly in loco inferius, allegando tamen opin.Bar.
tenent Rom.& do.Ias.in d l.cum quędam puel
la.& Ro in l.j.in fi.prin.ff.de constit. prin. Fel.
in c.nouit.circa prin.versi. fortius dixit Bar.de
iudic.Laurē.de Palat.in § cæterum.institut.de
legit.agna.suc.in xlix.col.ver.& adde ꝙ si con
cederet.& Georg.Nat.in repet.ca.quamuis.in
vlti.col.versic.xxj.quæro.de pact.li. vi .& Bri-
xiensis in suo reper.in uerbo,posteri. ubi dixit
illud dictum Bal.esse multum singulare, & qđ
ita fuit de facto obtentum. Sis ergo cautus qui
impetras priuilegium pro te & descendentibus
tuis,tam masculis quàm fœminis, si uis quòd
tale priuilegium extendatur ad fœminas etiā
maritatas,quòd in priuilegio istud facias speci
ficare , aliàs ipsas maritatas nō cōpræhenderet.

Cautela ad illaqueandum donantem causa mortis , ut non possit ipsam donationem reuocare. XXX.

1 *Donatio causa mortis, quandocunque per donantem ex pœnitentia reuocari potest.*
2 *Iuramentum quod sine interitu salutis æterna seruari potest,seruandum est .*
3 *Reuocabilia quæ ex pœnitentia sunt, si iuramentum interueniat,irreuocabilia fiunt.*
4 *Contractibus innominatis respectiuis, regulariter pœnitentia admittitur .*

1 SCITVR † vulgò , quòd donatio causa
mortis, potest quandocunque per donantē
ex pœnitentia reuocari . ut l.quæ mortis.& l.
senatus.§.sed mortis causa.& l.Seia.ff.de don.
causa mortis.& instit.de donat. in princ.& illa
dicitur donatio causa mortis , in qua sit facta
mentio mortis .ut notat glos.& Bartol.in l.Se-
ia.ff.de dote prælega.& not.Bar.& Bald.in l.fi.
C.de pact.Alex.in l.stipulatio. hoc modo con-
cepta.in v.col. versi.inquantum tamen dixi.de
verbo.obli.Bar.Bal.Imo.Alex.& communiter
Doct.in l.quæ dotis ff.solut.matr.secus autem
in donatione inter viuos,quia ipsa ex pœniten-
tia reuocari non potest.ut l.possessionem. & l.
fi.C.de reuo.dona.& cap.fin.extrà eo.nam do-
natio inter uiuos semel perfecta,etiam prætex
tu imperialis rescripti non reuocatur . ut dicit
text.in l.si donat. C. de reuoca.dona & simili-
ter donatio semel perfecta, conditionalis fieri
non potest.ut l.perfecta. C.de donati.quæ sub
modo. Tu autem, cui uult fieri aliqua donatio
causa mortis,si vis taliter negociari,quòd talis
donatio per donantem non possit reuocari,cau
tela est , quòd facias ut notarius instrumento
apponat illa verba,quæ per notarios multoties
apponi solent, scilicet promittens dictus dona
tor omnia,& singula suprascripta attēdere,ob-
seruare,& in aliquo non contrauenire:quia per
talia verba donatio causa mortis, quæ de natu
ra sua est reuocabilis,efficitur irreuocabilis:nā
quando in donatione causa mortis,facta est ꝓ-
missio de eam non reuocando,tunc assumit na-
turam donationis inter viuos, & donatio inter
viuos appellatur . iste est casus in l.si alienam.
in fi.& in l.vbi ita donatur.& ibi not. Bar.ff.de
dona.causa mortis.not. glo.in l.sed interim in
prin.in glo.magn a.ff.de dona.inter uir. & uxo.
Bal.in l.ij.C.de iur.dot.Aret. in consi.xlj,inci.
diligenter & mature pensata consultatione. in
secunda columna.versiculo, quinimo.etiam si
non esset appositum verbum , & in terminis
quæstionis superius formatæ,licet ille donaue-
rit causa mortis,quod tamen per illa verba, de
quibus suprà,censeatur donatio inter viuos.ita
consulendo tenuit Pau.de Castr.in suo cōs.mi-
hi xcviij.incip.notandum est primo. & in cōsi.
seq.inci.in ista donatione fuit actum.& in cōs.
cj.inci.notandum est, ꝙ prȩfatum statutum.in
ij.col.versi.quantum vero ad secundum . & li-
cet contrariam partem, quòd per illa verba de
quibus suprà,censeatur donatio causa mortis ,
& sic quòd possit reuocari, tenuerit glo.in d.l.
si alienam.in verbo,accepit.ff.de don.cau.mor.
& Bal.vbi arguit ad partes in l. cum quis.ff.de
condi.ob causam.& Alex.in l.quæ dotis. in iiij.
col.ver. sed iuxta hoc cadit dubitatio multum
probabilis.ff.solut.matr.& Ange.in consi.254.
incip.do.Ant.de Florentia. & eam etiam videa
tur sentire Bal.in consi.cvij.incip.Lauren.fuit
confessus.in prima parte.& Philip. Cor.in cōs.
cxxvj.incipiē.licet in hac consultatione videa-
tur prima fronte dicendum. per totum. in pri-
mo vol.Tamen primam opin.quòd per illa ver
ba,de quibus suprà, censeatur donatio inter vi
uos,& sic non possit reuocari,tenuit consulen-
do Ang.sibimet contrarius in consi.cxcix.inci.
visis prædictis instrumentis.in vj.col.versic.ex
hoc sequitur decisio.& Alex. similiter sibi con
trarius in consi.xiiij.inci.circa primū dubium,
quo quæritur.in j.col.ver.prædicta etiam mate
ria.in j.vol.quam opi.etiā sentit expresse Bart.
in l.fi.in iij col.versi. & primo examinemus,an
sit donatio causa mortis.C.de pa. & clare Soc.
in consi.ccxxij.inci. multum eleganter.& simi
liter in ij.col.versi. adduco etiam in proposito .
& eam similiter intrepi de tenet d.Ia.dicens,ꝙ
si casus accideret,quòd ita consuleret.in l.non
omnis.in j.col.versi sed hic offertur quotidia-
num & vtile dubium.ff.si cer.pet. subiungens,
istam conclusionem putarem multo fortius es-
se verissimam,si vltra dicta verba iuramentum
interuenisset:prout etiam tenuit Pau. de Cast.
in præalleg consi.cj.incip. notandum est quod
præfatum statutum.prope fin.& Aret.in consi.
lxxiiij.inci.diligenter & maturè pōderatis his.
in ij.col.ver.prima ratio fundatur in iuramen-
to.allegans c.ij.in verbo,contrauenire. de iure
iuran.in vi .ut etiam tenuit Socyn. in cons.liij.

computatis consiliis Maria.patris sui,quod in-
cipit,in præsenti consultatione ex themate prę
misso.in ij.col.versic. & prædicta sufficerent.
Quæ opin.proculdubio est tenenda, quòd si in
donatione causa mortis sint apposita verba,de
quibus suprà, & insuper ipsum iuramentum,ꝙ
talis donatio sit irreuocabilis:primò per illam
regulam tritam in iure, † quòd omne iuramē
2 tum quod potest seruari sine interitu salutis
æternæ,seruandū est, vt habetur in c.cum con
tingat.de iureiur.& in c.licet mulieres. eo.tit.
lib.vi.& in c.quamuis.de pa.eod.libr.vi.Sed si
promitto cum iuramento donationem causa
mortis non reuocare, seu contrauenire,quod
tantum importat, quia qui reuocat actum,con
trauenit ipsi actui:vt patet ad sensum.certè ta-
le iuramentum potest seruari sine interitu sa-
lutis æternæ:ergo seruandum. Secundo & for-
titer, † quia videmus, quòd ea quæ de natura
3 sua ex pœnitentia sunt reuocabilia, si iuramen
tum interueniat,fiūt irreuocabilia: nam si quis
fecit pactum de proroganda iurisd. sui iudicis,
& sic litigare coram iudice non suo, tamen nō
obstante pacto, ante litem contestatam potest
pœnitere.vt l.si conuenerit.cum ibi no.ff.de iu
risd.om.iu.& c.j. secundum communem intel-
lectum.extrà.de iud. sed si ultra pactum inter-
positum fuerit iuramentum,tunc etiam ante li
tem contestatam non est locus pœnitentiæ: ita
tenent Ang.Ful.Pau.de Cast.Alex.& do.Ias.in
d.l.si conuenerit.Imò in d.c.j.de iud.[& ibi Fe-
lyn.in iiij.colum.versicul.iij.fallit. Anto.Cor-
set.repe.rubr.extra de iureiuran. in xvj. priui-
leg.iuramenti.Petr. de Anchara. in consi.mihi
cxcij.incip. in auxilium veritatis. in ij.col.vbi
dixit istud esse nouum, ad intellectum d.l.si cō
uenerit.& ista est communis,quicquid dixerint
do.Ant.de But.& do.Abb.in vij.col.in d.c.j de
iud. Secundo, quòd ea quæ de natura sua sunt
ex pœnitentia reuocabilia, per iuramentū effi-
ciantur irreuocabilia, probatur: † nam in con-
4 tractibus innominatis respectiuis, regulariter
reintegra admittitur pœnitentia. ut not.in l.si
pecuniam.ff.de condi.ob.causam.& per glo.&
Doct.in l.iurisgentium.in prin.ff.de pact.sed si
aliquis fecit contractum innominatum, in quo
interuenerit iuramentum, tunc non est locus
pœnitentiæ.ista est glo. in d.l.si pecunia.in ver
bo,necesse habeas. quam ad hoc singularem re
putat Bal.in cap.quæ ecclesiarum.in vij.col.de
consti.& Imo.in l.ij.§.sed & si quis.ff.de don.
d.Ias.in d.l.si pecuniam.in iij.col.versi.vndeci
mo limita.& in penult.col. versic.ij.collige ex
hac glossel.& vt tenet Barb. in capit. iurauit.in
xv.col.versicul.item dicit hic Bald. de probat.
allegans ita similiter tenere Saly. in d.l.si pecu
niam.tenet Anto.Corset. in præallegata repet.
rubri.extrà de iureiurand.in ij.priuilegio iura-
menti. Stabit ergo firma conclusio, quòd si in
instrumento donat.causa mor.fuerint apposita
illa verba,de quibus suprà,& multo fortius, si
iuramentum interueniet, quòd donatio causa
mortis, non poterit per donantem ex pœniten
tia reuocari. Secunda cautela & occultissima
est,vt facias, quòd per notarium in instrumen
to donationis,fiat mentio hæredum donatarii,
videlicet talis personam donauit talem rē Sem
pronio pro se,& hæredibus suis,nam isto casu,
quando in donatione causa mortis est facta mē
tio hæredum donatarii, talis donatio censetur
donatio inter viuos:non autem causa mortis:&
ratio est, quia donatio inter viuos bene trans-
mittitur ad hæredes,secus autem in donatione
causa mortis.quia illa non transmittitur,si con
tingat donatarium mori ante ipsum donatorē:
vnde cum in ipsa donatione sit facta mentio hę
redum, donatio in dubio censetur donatio in-
ter viuos.ita singulariter tenet Bal.in l.ij.in ij.
col.versic. quid enim, si iste filius stipularetur
pro se,& hæredibus suis.C.de iure do. & ibi e-
tiam Salyc.versi. sed tunc insurgit dubium.te-
net do.Ias.in d.l.non omnis.in iiij.col.versi.ij.
infero.ff.si cer.peta.Alexand. in præalleg.cōsi.
xiiij.inci.circa primum dubium quo quæritur.
in ij.col.versic.postremo etiam ex alio colligi-
tur.in primo volum Aret.in d.consi.xxiiij.in-
cipi.diligenter & mature ponderatis his.in ij.
colum.versic.iij.moueor.quia notarius. & do.
Lancellot.Decius in l.quæ dotis.in v. col.ff.so
lut.matr.Si vis ergo taliter facere,quòd dona-
tio causa mortis non possit ex pœnitentia reuo
cari,& quòd donator nō aduertat, nisi esset per
sona in iure perita, non tradas obliuioni prædi
ctas cautelas,& specialiter secundam. Quomo
do autem concipiatur donatio causa mortis,&
quæ sit eius forma,ponit Spec.in tit.de dona.

Cautela ad liberādum iudicem, ut non fecerit litem suam, quā do iudicauit contra communem opin. Doctorum. XXXI.

1 *Iudex in iudicando, secundum communem opinionem iudicare debet.*
2 *Opinio communis dicitur,quam plures grauioresq; amplectuntur.*
3 *Iudex iudicans secundum opinionem magistri sui, licet mala sit,non facit litem suam,nisi magister sit vna vacheta.*

1 MANIFESTVM † est quòd iudex in
iudicando,debet iudicare secundum com
munem opi.Doc.vt no.Io.Andr.& communi-
ter Doct.in c.primo.de consti.Bart.& alii.in l.
fin.C.de pœna iudi.qui ma.iudi.Bald.in l.j per
tex.ibi.ff.de quæstor.& in l.j.ff.de sena.do.An-
to.in c.nouimus.per tex.ibi.de verbo.sig.cum
infinitis concord. aliàs si iudex iudicat contra
communem opi.facit litem suam.[vt no.Bar.&
Ange.in d.l.fi.C.de pœna iudi.qui ma iud.Bar.
& Alex.ibi in fi.in l.prolatis.[ff.de re iudi Ang.
de Are.in § j.instit.de obl. quæ ex quasi del.c.
nam per imperitiā præsumitur iudicare,qui ad
hæreret singulari opin.relicta cōi,[ut dixit Bal.

in rub.C.de pœ.iudi.qui male.iu.& Alexan.in
consi.95.incip visis processibus.in 3 colu.in 2.
volum.& Francis.de Cur.in consi.49.incip.me
moriæ recolendæ dus Mediolani tertius.in 30.
2 colum.circa medium † & illa dicitur commu-
nis opin.quam plures grauioresque amplectun
tur.vt dicit do.Abbat.in c. prudentiam. in pri.
in j.colum.de offi.de leg.& Alexan. in consilio
7.incip.videretur prima fronte dicendum.in 4.
colum in 4 volum.& est bonus tex.in ca. in ca
nonicis scripturis.19.distin.nam facilius in ve-
nitur,quod a pluribus sapientibus quæritur.vt
cap de quibus.20.disti. & similiter per amplio
res homines perfectissima veritas reuelatur.vt
l.pen.C.de fideicom Modo quidam iudex iudi
cauit contra communem opinionem Doctor.
quo casu,facit litem suam, & sic tenetur parti
ad interesse, quomodo faciet ad euitandum quod
non fecerit litem suam?Dic,quò cautela est,vt
discurrat cum mente,vel aliqua bona via vide-
at se informare, an si tempore quo studebat in
studijs publicis, intrabat sub aliquo Doctore,
qui teneret illam opinionem,quia hoc proba-
3 to,non tenebitur parti ad interesse:† nam a iu
dex iudicans secundum opinionem sui magi-
stri,licet talis opin.sit mala,non facit litem suā
ita pulchre dixit dominus Abb. in cap.j in 6.
colum.versicu sed vide notabile domi. Oldra.
de postu.præla.dicens istud fuisse dict. Oldra.
in l.quæsitum.§.j.ff.de fun.instruc. quod dictū
refert,& sequitur solennis doct.Vincen.Paleot
tus,quem habeo ad pœnam in l.j.in 5 char.ver
sic.adde quòd iudex.ff.si cer.pet. dicens,quòd
per istam doctrinam semel euasit in practica
quendam iudicem a syndicatu & hanc opinio.
similiter tenet Fely in ca.j.in vltim.col.versi.
5 no.quòd iudex. de constitu. & Barba.in sua
repet.rubr.extra de fid.instru.in 7.char.versic.
& per illum tex.dicit ibi Nico. de Neap.& do.
Amad.de Castel.in suo tract.syndica.in verbo,
item in eo,quòd plures innocentes condemna
uerunt,& plures nocentes absoluerunt. versic.
& idem si iudicat contra communem opin.te
net Barto.Bolo.in sua amœna repe.aut.habita.
C.ne fil.pro pat.in 25.colum.versicu.similiter
qui tulit sententiam. vbi dicit hoc procedere,
& esse verum,si ille magister erat homo doctus
& solennis, secus autem si erat vna vachetta,
dicens ista fore verba Bald.in l.filium non ha-
bentem.C.famil.hærciscun. & est de hoc bona
glossam.in cap. cum beatissimus. 24. quæst.1.

a Nam iudex. Dic,quòd non est tuta cautela ista, cum iudex sequi teneatur communem opi. non autem singularem opin.unius doctoris. & præsumitur per imperitiam iudicare, perihæret singulari opinioni unius doctoris,relicta opinione cōi.vide signanter per d.Alex. de Imo.in consilio suo 34.in ultimis verbis. in j.volum.

Cautela pro notarius, ad implendam sibi bursam. XXXII.

1 *Testator,si relinquat alicui usumfructum alicuius
fundi, & postea in bonis suis alium hæredem
suum pleno iure faciat, ipse hæres concurrit ad
ipsum usumfructum legatum, una cum legata-
rio,& sic dimidiam habebit.*
2 *Verbum,pleno iure,in dispositione positum,impor-
tat non solū dominiū,uerū etiā usumfructum.*
3 *Dictio alius alia aliud, de natura sua includit di-
uersa a specificatis.*
4 *Mortis omne genus potius pati debemus, quàm
mortaliter peccare.*

QVOTIDIE conficiuntur testamenta, in
quibus testatores relinquunt vsumfructū
alicuius partis suorū bonorū alicui psonæ aliā
uero personā faciunt suū hæredē vniuersalē, &
istud præsertim contingit istis,qui moriuntur,
non relictis liberis, quia tunc relinquunt vxo-
ribus suis vsumfructum maioris partis suorum
bonorum, ipsis stantibus castis & honestis, &
absque marito, & dotes suas non petentibus,
quo casu certum est, quòd stante dispositione
testatoris, hæres non potest se impedire in illo
vsufructu legato, vsque quo viuit ipse vsufru-
ctuarius,siue bona sint mobilia,siue immobilia
vt in §.vsusfruc.insti.de vsu.Tu autem tabellio
qui rogatus es conficere tale testamentum, in
quo aliquis forsitan tuus amicus instituitur hæ
res vniuersalis,& alicui alteri personæ relinqui
tur vsusfructus aliquorum bonorum,si vis tali
ter negociari, quòd non obstante dispositione
testatoris,hæres vniuersalis habeat, si non to-
tum illum vsumfructum legatum,saltem habe-
at dimidiam,etiam viuente ipso vsufructuario,
& quòd testator nō aduertat:cautela est, quòd
quando vltimo loco scribis institutionem hæ-
redis,quòd ipsam conficias per hæc verba, In
omnibus autem bonis suis mobilibus & im-
mobilibus iuribus, & actionibus instituit ple-
no iure Sempronium suum hæredem vniuer-
salem, &c. nam isto casu, per illud ver-
bum,pleno iure,positum in institutione, hæres
concurret ad ipsum vsumfruct. legatum simul
cum legatario: & sic habebit dimidiam. Ista
fuit peregrina,& admiranda decisio Alexandr.
in suo consi.56.inci.perlectis verbis testamen-
ti.in versi. videretur prima consideratione di-
cendum.& in ver.vnde cum in testa. in 3.vol.
1 uolens notabiliter,† quòd si testator relinquat
vsumfructum alicuius fundi,& postea in bonis
suis faciat alium hæredem suum pleno iure, quod
isto casu, ipse hæres concurret ad ipsum vsum-
fructū legatum,vna cum legatario:& sic habe-
bit dimidiam.Et ratio istius singularis decisio-
2 nis est,† quia verbū,pleno iure, positū in dispo
sitione,importat non solum dominium,verum
etiā vsumfructum,vt est text.in l.fœminæ.§.il
lud.C. de secund. nupt. quem ibi ad hoc dixit
meliorē de iure Bald.& dicens quòd super hoc
fuit interrogatus a domino Papa. & est tex.in
l.fi.§.simili modo.C.de bonis quæ li.& in autē
tic.hæc vsus præstatio.de sac.sanc.eccl. & in l.
mater.& ibi no.Bal.C.ad Tertu.& ponit Aret.
in consi.156.incip. diligenter visis & cōsidera
tis.in 7.col.versi.sed quando substitutus & So
cy.in suo cōsi.54. computatis consiliis Maria.
inci.in præsenti consultatione,ex themate præ
misso.in antepe.col.versicu.quinimo probatur
prædicta conclusio. Et in dubio, tale verbum

a Tu tabelli.
Se meméte no-
tarie, quòd est
præferenda ani
ma cautelis, q̃a
est pretiosior
cunctis alijs re
bus. vulgata l.
sancimus.de sa-
cr:san.eccl.si o-
pin.defūcti scie
bas fuisse in cō
trariū, q̃a volū
tas attendi de-
bet, & contra
eius volunta-
tem apposuisti
hmōi verba, vt
rem vtilē face-
res alicui, pro
aliquali premio
auferendo illi,
cuius sunt bona
propter huius-
modi verba, vel
auferendo com
modum, teneris
ad restōnē, nec
cōsulo tibi, vt se
quaris huiusmo
di cautelam aīe
tue pernitiosā,
iuxta illud, q̃d
prodest hoī, si
vniuersū mun-
dū lucretur, aīæ
vero suæ detri-
mētū patiatur.
Caue igitur, &
crede Laurar.
eū per 16.an.ar
tē legeri nota-
rie publ. in al-
mo Patauino
gymnasio. Du-
cit nāq; caute-
la ista ad impie
tatem, & ad dā-
nationem. Ca-
ue. & antequā
vidissem uerba
sequentia, & li-
cet ista quoad
mundum, &c.
iam apposuerā
apostillam me-
am ex huiusmo
di doctrina, que
nauseā attulit.

importat dominium cui nil desit. vt est text.&
ibi no.gl.in l.Iulianus.la j.in fi.ff.de rei vend.
& tex.in l j.C.de reuo.dona.hinc est, quòd ta-
le verbū positū in substitutione, facit ipsam cē
seri directam, per quam quis a seipso capit hæ-
reditatem: prout dixit Bal.in d.auten.hæc usus
prestatio.de sac.san.ec.& Ang.in d.l.Iulianus.
ff.de rei ven.& in suo consi.125. vbi eleganter
loquitur, incipt. hoc est testamentum Petri
quondam Barthole. in fin. Imol. in comment.
cap. Raynutius.de testa. in materia compen-
diosæ. in illo artic. an cōpēdiosa facta a pagano
filio impuberi, & in potestate, per verba cōmu
nia, censeatur directa infra tempora pupillaris
ætatis, an vero omni tēpore sit fideicommissa-
ria, versi.& idem uidetur, si dixerit, volo, ꝙ bo
na mea, &c. Et prout similiter tenet Are.in l.cē
turio.in pe.col.ver.similiter etiā si testator vel
let.de vulg.& pu.& idē Are.in præa.consi.156.
& in eodē loco modo stāte hoc, ꝙ verbū, pleno
iure, importet nō solū proprietatē, verum etiam
vsumfructum: & per verbū, pleno iure, fuerit
facta institutio de omnibus bonis ipsius testa-
toris, sequitur dicendum, quòd usus fructus illo
rum certorum bonorum, reperitur relictus dua
bus personis, scilicet hæredi & legatario, meri-
to ergo, si quilibet eorum, tanquam collegata-
rij, per concursum debet habere dimidiam ta-
lis vsufructus.& istam decisionem Alex.refert
& pro notabili approbando sequitur solennis
Doc.d.Pau.de Monte pico, in sua eleganti rep.
§. Titia cum nuberet l. Titia cum testamento.
de leg.2.in 21.q. vbi extendit id quod superius
dictum est, habere locum & procedere non so-
lum quando in institutione esset appositum
verbum, pleno iure, uerum etiam si esset posi-
tum verbum, plenarie: quia similiter institutio
facta per verbum, plenarie, importat non solū
proprietatem, sed etiam vsumfructum, allegans
ita pulchre tenere Barb.in suo consi.11.incip.
sapienter & præclare scribitur. in 2. parte. ubi
adducit multa similia.ut ibi per eum. Ad vnum
tamen aduerte, quòd quando scribis institutio
nem hæredis, ne in ipsa ponas aliqua verba, per
quæ non possit aliter dici, salua interpretatione
recti sermonis. nisi quòd testator voluerit, ꝙ le
gatarius solus habeat ipsum usumfru. puta q̃n
formares institutionem hoc modo, In omni-
3 bus autem alijs suis bonis instituit, &c. † nam
cum dictio, alius alia aliud, de natura sui sit in-
cludere diuersa a specificatis, iuxta no.in c.se-
des apostolica de rescript. & in l si fugitiui.C.
de ser.fug.& per Soc.in suo consi.186.incip.ui
sa bulla Pauli secundi.in 3 col.versi.j.per illam
dictionē, in alijs. &c. isto casu posset dici, quòd
mens testatoris fuerit, quòd legatarius habeat
ipsum vsumfructum integrum: idcirco forma
institutionem eo modo, quo superius fuit di-
ctum. Et istam cautelam tu a tabellio diligen-
ter tene menti, quia suo loco & tempore, si ha
bebis ingenium, poteris tibi implere bursam:
& licet ista quo ad mundum sint pulcherrima,
tamen quantum ad animam essent perniciosa:
si ipsis vtereris uoluntate testatores existente
in contrarium, propter ea caue tanquam ab ig-
ne in practicando ea inquirere. nam vt in sacro
habetur euangelio, quid enim prodest homini
si uniuersum mundum lucretur, animæ uero
suæ detrimentum patiatur? & transumptiue in
4 ca. Matthæus. de simo. † potius enim debemus
omne genus mortis pati, qui mortaliter pecca
re. vt dicit text. in c. sacris. quòd met.cau.& si-
militer omnia mala pati debemus, quàm mala
consentire. ut 32.q.5.ita ne. nam propter pau-
pertatem non debemus aliquod malum facere
ut l.palam.§.ignoscendum.ff.de ritu nup. nam
fideli totus mundus diuitiarum est, infideli ue-
ro nec obolus, vt 14.q.4.quid dicam. & qui cō
tra conscientiam facit, sciat se ædificare ad ge-
hennam, vt c.literas. de restit.spolia.& 28.q.j.
omnes.& Angel.in consi.181.incipt.super hoc
puncto. nec ista tradidi vt malum committatur
sed ut quis malitiis hominum sciat obuiare.

Cautela ad faciendum, quod donatio ualeat, licet non fuerit insinuata. XXXIII.

1 *Donatio excedens summam quingentorum aureorum, si non insinuatur, ipso iure nulla est.*
2 *Verba enunciatiua bene meritorum in donatione posita quid operentur.*

1 DONATIO † excedens summam quingento
rum aureorum, si non insinuatur, ipso iure
est nulla. vt est casus in l.pen.C.de dona. & si
talis donatio fieret inter coniunctos. vt l.data.
C. eodem. sed communiter per statuta Italie,
talis summa quingentorum aureorum est re-
stricta nam in nostra ciuitate Brixiæ. uigore sta
tuti positi sub rub. de donationibus inter ui-
uos, non tenet nisi vsque ad vigintiquinque li-
bras pluraliter. Modo quæritur per scribentes
nunquid sit dare remedium, quòd possit fieri
donatio que valeat, licet non fuerit insinuata:
& dicunt quòd sic, videlicet quòd in instrumen
to donationis dicatur, quòd intelligatur tot do
nationes esse, quot sunt summæ uigintiquinq;
librarum, loquēdo in casu statuti nostri Brixiē
sis, quia cum tot sint donationes, quot sint sum
me 25. librarum, & qualibet summa non indi-
geat insinuatio, sequitur quòd in tali donatio-
ne non requiritur aliqua insinuatio. Sed ista
cautela est cōmuniter damnata, quia talia clau
sula nihil operatur, sed intelligitur posita in-
fraudem legis & statuti, prout tenet Specu.
in titu.de dona.§.j.versicu. quid si aliquis dat.
quem refert & sequitur Bald.in l.illud. ver.se-
xto quæritur si actum est. de sac. sanc.eccle. &
vt tenet Barto. in l. Modestinus.ff. de dona.&
Bal.post Iaco.de Aret.in l.sancimus. §.si quis
autē.C.de dona. vbi dicit, quòd ita communi
ter tenetur.& in l.j.circa princip.C.quan.dies
leg.

leg.ced.Pau.de Cast.in.l.scire debemus in.fi.de
verb.obl.Roma.in consi. xxvj. incip. pro deci-
sione eorum de quibus dubitatur. vbi dicit,ꝙ
ista est omnium opinio.& Alex.in consi.lxviij.
incip visis duobus elegantissimis consiliis.in.3.
col.versi.bene faciunt notata per Bar.in.j. vol.
Aliud remedium tra unt, scilicet ꝙ renuncie-
tur insinuationi,& insuper imponatur iuramē-
tum de non contraueniendo,quia tale iuramen
tum supplet defectum insinuationis omisse, ta-
men etiam istud remedium non est omnino tu-
tum,quia quàmplures Doctores supremæ auto
ritatis tenuerunt contrarium,ꝙ iuramentū non
suppleat insinuationem omissam, & passus est
adeo dubius,ꝙ Sal.in.l. pe. C. de don. tangens
istam.q.& arguens ad partes,reliquit eam inde
cisam,& similiter Ang.de Are.in.§.aliæ.inst. de
dona.dixit,quòd nunquam voluit cōsulere pro
aliqua parte,& istam partem, quòd iuramentū
non suppleat defectum omissæ insinuationis,
amplexus est primo Old.in consi. clxxiij. inci.
quidam habens vnicum filium.qui Old. tempo
re suo fuit tantæ autoritatis,ꝙ pater legum nū
cupabatur.vt refert Pau.de Ca.in.l.is qui hæres
ff.de acquir.hæred.& Soci.in consi. cxxix. inci.
præstantissimi iuris interpres.in.j.colum. & in
consi. cxlvj. incip. viso processu agitato.in.v.
col.tenuit eam Bald post Guil.de Cu.in.l.illud.
versi.quinto quæro an ratione iuramenti. de sa
cro sanct.eccl.idem Bal.in consi.xxix. inci. ca-
sus vir donauit vxori.in.ij.col.versi.sequeretur
quòd donatio vltra legitimam summam. in. 3.
par.& in cons.cj.in fi.incip. domina Antonia de
dit.in ea.tertia part.& in consilio.xxviij.incip.
certum est, ꝙ filia in bonis patris. aliàs incipit,
factus sic proponitur in.v.par. Ang. & Alb. de
Ros.in.d.l.illud.de sacrosanct.eccle.& Ang.in.l.
si quis pro eo.ff.de fideius.& in consi. lix. inci.
quidam paterfamilias habens duas fœminas.
vbi dixit,ꝙ ita aliàs Bald. germanus suus con-
suluerat in ciuitate Castelli, cui consilio tunc
adhæsit.sed nunc uehementius insistit tanquam
iuramento,& latius in consi.clxxix.incip. visis
prædictis instrumentis.in.vj.colum.versicu. ve
nio ad tertium principale.Paul.de Cast.in cōsi.
ciij. incip. circa bona quæ fuerunt domini Hu-
berti notandum est.in vlti.colum.versi. vnum
omiseram. circa præsentem articulum. & latius
in consi.xcix.incip. visa quadam scriptura. per
totum.Cuma.& Roma. in. d. l. Modestinus.ff.
de dona.vbi Cuma.dixit, ꝙ ita tenent fere om-
nes.tenuit Rom.in consi.xij.inci. viso facto pro
posito cæterisque consilijs. tenuit solennis
Docto.d.Ant.de Canario in suo tract.de insinua
tione.in.lxiij. q. hanc similiter expresse sentit
Io.Fab § aliæ Insti.de dona. sequitur Barba.in
suo consi.xv.inci.præclare scribitur. in. j. vol.
& latius in consi. lxvj. inter consilia Franc.de
Cur.inci.sapienter optime dixit psalmista.circa
fi.vbi dixit, quòd si ista est communis opi. se-
quitur Præpo.Mediola.nunc Cardi.Alex.meri-
tissimus in suo consilio. lxvij. inter consilia di-
cti Fran. de Cur. incip. circa hoc videtur quòd
illa assertio benemeritorum,cui consilio se sub-
scripserunt celeberrimi Docto. Hiero. Tortus,
Ia.de Pu. & d. Nicolinus de Sancto Nazario,&
sic apparet,quòd istud remedium iuramenti ad
tollendum defectum insinuationis,non est om-
nino tutum propter magnas autoritates, quæ
sunt,in contrarium.Sed tu cui vult fieri aliqua
donatio,si uis quòd valeat,licet non fuerit insi
nuata,accipe cautelam,scilicet quòd in instru-
mento dicatur,quòd donator facit ipsam dona
tionem pro beneficiis & seruitijs recompensa-
tione & remuneratione dignus, acceptis ab ip-
so donatario,quia per ista verba, donatio assu-
mit naturam donationis remuneratione,in qua
non requiritur nisi insinuatio vt infrà dicetur.
istam cautelam expresse docet domi Lancilo.
Decius in.l.si donatione.C.de colla.dicens hāc
fuisse cautelam ibi traditam per Ioannem Pe-
2 trutij, & d.Bapti.de San.Seuerino,moti,† quia
licet verba enunciatiua benemeritorum, posi-
ta in donatione nō probent inter personas,quę
aliàs libere non possunt donationem facere, vt
est in patre,qui vult donare filio,& in viro, qui
vult donare vxori,quanuis in donatione face-
rent mentionem de benemeritis,tamē talis mē
tio benemeritorum, non facit fidem ipsa bene-
merita præcessisse,nisi specifice probentur, vt
not gloss.Bar.& omnes in.d. l. si donatione.C.
de colla.& in auten.vnde si parens.C.de inoffi.
testa.tamen secus est in illis personis,quæ libe-
re possunt donare: quia talia verba enunciatiua
benemeritorum, bene probant ipsa benemeri-
ta præcessisse,vt est doctrina Bart. in.l.si forte.
per tex.ibi.ff.de castr.pecu. & in aut. si quis in
aliquo documento.C.de eden.& in.l.per diuer-
sas.C.manda. stante ergo, quòd talia verba be-
nemeritorum,faciant fidem inter personas non
prohibitas donare,sequitur dicendum,quòd est
mirabile secundum Lancil.in loco superius al-
lega.quòd talis non sit donatio simplex,sed re-
muneratoria, in a qua donatione remunerato-
ria,non requiritur insinuatio.vt not. per gloss.
Barto.& alios in.l.cum Aquilius Regulus.ff.de
donatio.per Barto.& Pau.de Cast.in.l.si pater.
§.si quis aliquem.ff.eo.per Baldum.In.d.l.illud
versi.quarto quæro, an donatio ob merita.de
sac.san.eccl.per Rom.in consi.xxvj. incip. pro
decisione eorum de quibus dubitatur.& in con
silio.xcv.incip. viso prius donationis instrumē-
to.Aduerte tamen.licet do.Lancillo non dicat,
quòd multi tenuerunt,si verba enunciatiua be
nemeritorum, posita in instrumento donatio-
nis,debent facere fidem ipsa benemerita præ-
cessisse etiam inter personas permissas donare,
quòd non sufficit facere mentionem de bene-
meritis in genere,sed opus est de uenire ad par
ticularitates,prout tenuit Bald.in dicta lege il
lud.in quarta questione & in lege fin. digestis
de exerci.& Old.in consi. quinto incipien.Ti-
tius dedit.& Socin.in consi.ccxcv. inci.in cau-
sa contra filios & hæredes Petri.in secunda co-
lumna versicu.circa secundam difficultatem.&
sic uolunt prædicti,quòd dictum Bart.in.d. l. si
forte.

a In quā donatione remuneratoria non requi.insinuatio. Adde practicū Papiensem, ita tenētem in forma libelli,quo agitur pro donatione, in uerbo, solenniter. Adde etiam. d. Ale. de Imo. in consi.cxx.in.3. parte suorum cōsiliorum.per Ange.in consi. clxxix. aliàs clxxxj.per Pau. de Ca.in consi. cv. per Bald.in l.ij.ad.fi. C.ne lit.pe.facit textus in le.fin.C. de iure do. & semel obtinui, dum Venetiis allegarē coram magnificis dominis prouisoribꝰ fisc.in hoc passu, pro hac parte, in fauorem quorundā Vicentinorum.

forte.ff.de castren.pec.patiatur hanc limitationem. sed est verum, quòd eorum opinionem reprobat præstantissimus Doctor. & præceptor meus in canonibus, d.Philip. Decius in suo cõsil.xx.incipien. in causa istorum fratrum de la seca.per totum.

Cautela ad emendandum libellum, etiam lite contestata. XXXIIII.

1 *Libellus post litem contestatam, emendari non potest.*

1 CLARA est in iure conclusio, † quòd libellus post litem contestatam non potest emendari, vt no.in § si minus.instit.de actio.& per omnes in l.edita.C de eden.& in c.examinata.de iudi.etiam si in fi. libelli esset illa clausula, quæ à multis libellantibus eius virtutem ignorantibus apponitur, scilicet saluo iure addendi, minuendi &c. quia talis clausula nihil operatur ad hoc, vt libellus post litis contestationē possit emendari, prout no. Bart. & alij in d.l.edita.in fi.C.de eden.& vt not.gl. Innoc.& omnes in c.inter dilectos.de fide instr.& Prac. Papien.in forma libelli, in actione reali, in verbo, saluo iure addendi.cum alijs concor.de quibus per d.Alex.& do.Ias.in d.l.edita. Tu ergo qui intendis producere libellum, si vis taliter facere, ꝙ etiam lite contestata possis addere, minuere, & emendare, cautela est, quòd non dicas in fine libelli, saluo iure addendi, &c. quia cum per talē reseruationem referas te ad ius, iuxta l.cum proponas. ibi, ad ius retulit.C.de hæred.inst.& ipsum ius velit, quòd lite contestata libellus non possit emendari, merito talis clausula nihil habet operari.Sed dicas saluo mihi arbitrio addendi, & minuendi, &c.quia cum isto casu referas te ad arbitrium tuum, quod importat absolutam voluntatem, iuxta ea quæ habentur per Bart.& alios in l.si sic.de leg.j.& per Bar.in l.alio. in iij.col.ver ex prædictis no. ff.de alim.& ciba.leg.sequitur, ꝙ talis additio, seu diminutio, & emendatio etiam post litis contestationem, debet posse fieri.ita dixit Bal. vbi reputat tale dictum esse notādum, in repet. d.l.edita.in xvij.colum.versicu.item dubitatur de clausula, saluo iure.quem refert, & sequitur Lanfran.de Oria.in repe.c.quoniam contra.in verbo, petitiones.versi.finaliter est videndum. extrà de proba.tamen istam cautelam pro constanti non affirmo, quia contrariam opin.tenet Angel. & Aret.reprobando Bald.in §.omnium in vj.colum.versicu.solet per aliquos in fi.libelli.institu.de actio.contrarium similiter tenent domi.Ias. & Riminal. Ferrarien.in d.l.edita.C.de edendo;

Cautela ad grauandum filium, quod non possit aliquid alienare, etiam pro sua legitima. XXXV.

1 *Dilatio etiam fauorabilis de legitima reijcitur, & in dubio dilatio apposita in prohibitione alienationis, legitime in filij fauore apposita censetur, non autem ad grauamen.*

2 *Amicus melior quem habet filius, est ipse pater.*

PATRES in suis testamentis quotidie prohibent filios suos, quòd de bonis suis non possint aliquid vendere, pignorare, nec aliter alienare, quo casu talis prohibitio non includit tantum, quātum capit sua legitima, etiam si de ipsa legitima esset facta expressa mentio: quia de ea deducitur omnis mora, & omne grauamen, vt l.quoniam in prioribus. & l.scimus.§. cum autem.C.de inoff.test. tu autem pater qui habes filios minores, qui filij quia forsitā sunt gulosi, lusores, vel aliter dissoluti, vel quia vis ꝙ bona remaneāt in familia, propterea vis eos in testamento grauare, ne aliquid de bonis valeant alienare, si vis ꝙ talis prohibitio seu grauamen includat etiam suam legitimam, videlicet qđ similiter nō possint aliquid alienare de eo, ꝙ capit sua legitima, & si non toto temporæ vitæ suæ, saltem vsque quo deuenerint ad legitimam ætatem. Cautela est, ꝙ nō dicas, qualiter eos instituis tuos hæredes, grauando eos, ꝙ non possint aliquid de bonis tuis alienare, etiā de eo quod sibi spectaret ratione sua legitimæ, quia talis dispō quantū ad legitimam non teneret, vt superius dictum est. Sed dicas qualiter eos instituis, &c. grauando, ꝙ vllo unquam tēpore aliquid de bonis tuis non possint vendere nec alienare, quia vis, ꝙ talia bona deueniant ad tales personas, & hoc quantum ad residuum patrimonij, excepta sua legitima, quam postea possint alienare ad libitū, quando peruenerint ad ætatem xxv.an.prius vero non: aliàs si contrafacient, quicquid alienabunt de dicta sua legitima, illud omne deueniat in talem personā, quia tunc ista prohibitio facta filio minori, ꝙ non possit legitimam suā alienare, donec peruenerit ad xxv.an.valet & tenet, quæ prohibitio alias generaliter facta non teneret, ita pulchre consulendo tenuit Pau.de Ca.in suo consil.mihi 234.incip.visis & consideratis omnibus diligēter. quasi per totum.& ratio secundum eum est, quia illa iura quæ disponunt, ꝙ omnis dilatio & omnis mora deducatur de legitima, hñt locū & procedūt, qñ talis dilatio cōtineret grauamen filij: sed qñ contineret eius fauorem & vtilitatē, vt est in casu nostro, vbi pater voluit infirmitati filiorum prouidere, qui propter suā illegitimā ætatem, iuris præsumptiōe se gubernare nesciunt, tunc talis dilatio valet & tenet, prout notant Bar.Bal. Sal.& alij in l. filijs matrem.per tex.ibi. C.de inoffi.testa.Bar.& Doc.

in

in l.cum ex filio.de vulg.& pop & Alexan.in l.
multi non no.ff.de lib.& posthu. vbi reprobat
opi.Bal.in l.si pater.in 3.opp.C.de insti.& sub-
sti.& in auten.ex causa.in 6.col in 4 opp.C.de
1 lib.prete.volentes, † ꝙ dilatio etiam fauorabi
lis reiiciatur de legitima,& in dubio,talis dila-
tio apposita in prohibitione alienationis legiti
mæ,debet censeri posita in fauorem filii, nõ au
tem ad grauamen,cum pater pro filiis bonum
cõsilium capere soleat.vt l.nec in ea.ff.de adul.
pater enim plus amat filium,quã seipsum.vt di
cit text.cũ gl.in l.isti quidem.ff.qđ me.cau.&
quicquid pareant patres ex voto parant filiis
suis, vt l.nihil interest.ff.de bonis lib.unde di-
2 xit Bal.in c.per tuas.de prob. † ꝙ melior ami
cus quẽ habet filius,est ipsa pater. vnde refert
Cy in l.propter insidias.C.qui accus.non poss.
Dauid regem planxisse tribus diebus, & tribus
noctibus Absolonem filiũ suum,licet sibi inimi
cissimũ.& ꝙ prohibitio facta vt s̄.sit valida,ita
ẽt clare firmat d.Ias.sequendo Pau.de Ca.in lo
co,de quo s̄.in l.filiusfam.§.diui.quasi in fi. de
leg.i. & ita etiam reperio tenere quendã d.Io.
de Monte Ferrato in quadam sua repe.d.§.diu.
in 6.col.versi.tertia sit conclusio. licet Are.te-
neat contrariũ in suo consil.xix.incip. ex facto
præsupponitur, ꝙ quidam Anton.in 2. colum.
ver. sed posset esse casus. tu ergo pater qui vis,
ꝙ filii tui ẽt aliquid de sua legitima non valeãt
alienare,& si non toto tẽpore vitæ suæ, saltem
vsq; quo nõ habuerint xxv.annos,vique ad qđ
tempus,si iuuenes non satisfaciunt suis deside-
riis & appetitibus,postea à cõiter accidentibus
sua desideria cõprimũt cũ meliori maturitate,
sis cautus formare prohibitionẽ eo mõ quo s̄.

Cautela quod quis non teneatur de damno dato per incẽdium in domo ortum, & nescitur quomodo. XXXVI.

1 *Incendium si in domo oriri contingat, & ignoretur unde ortum habuerit, an de damno dato per ipsum incendium, dominus domus teneatur.*
2 *Actione legis Aquil. uenit culpa leuissima, quando talis culpa committitur faciendo, non autem omittendo, seu negligendo.*
3 *Incendium si in hospitio cõtingat, & ignoretur an à familia hospitis, uel à uiatoribus ortum habuerit, hospes propter incertitudinem non tenetur.*

1 PASSVS † est diffusus, nunquid si in do-
mo contingat oriri incendium.& nesciatur
vnde habuerit ortum,an de damno dato per ip
sum incẽdiũ,dominus domus teneatur. in quo
quidẽ articulo aliqui dixerunt, ꝙ sic,quia incẽ
dium præsumitur ortum culpa inhabitantium,
vt l.si vẽdita.ff.de peri.& cõmo.rei vẽ.& l.3.§.
fi.ff.de offi.præse.vig.no.Sal.in l.si creditor.C.
de pig.act.Imo.in l.domos.de le.j.Ang.in cõs.
197.inci.ortũ est incẽdiũ. vbi dicit,ꝙ nõ est so-
lũ præsumptio,ꝙ incendium euenerit culpa in
habitantium,sed est vehemens suspicio.alii di-
xerunt,ꝙ est verũ,ꝙ præsumitur euenisse cul-
pa inhabitantium, sed ꝙ illa culpa est culpa le-
uissima,& ꝙ quis semper non tenetur de leuis-
sima & ꝙ illa dicatur culpa leuissima,gl.est in
§.preterea.instit.qui mod.re contrahi.obligat.
per quam ibi dicit Ang. Aret. se aliàs Ferrariæ
ita obtinuisse in causa cuiusdam dominæ Apo-
lonię uiduæ,& quam singularem dixit Sal.in l.
quæ fortuitis.circa fi.C.de pig.act. & Ioan.de
Ana.in cõ.lxxvi.inc.visis & diligẽter pondera-
tis his,quæ in facto proponuntur. alii dicunt ꝙ
quantũ ad emendationẽ dãni, nihil habet rele-
uare, an quis teneatur de culpa leui,vel leuissi
ma, quia si nõ potero me præualere per aliam
actionẽ, intentabo actionem l.Aquiliæ.in qua
venit culpa ẽt leuissima, vt l.in.l.Aquilia.la 2.
ff.ad l.Aqui.& ita firmat Sal.in l.data opera.C.
qui accu.pos.tñ ad istud respondetur,ꝙ est ve-
2 rum, † ꝙ in actione l.Aquiliæ venit culpa leuis
sima,qñ talis culpa cõmittitur faciendo, nõ au
tẽ omittendo,seu negligendo.ita illam l.intel-
lexit gl.in l.si mora.in gl. pen.& ibi Bar.ff.sol.
mat.& idem tenet Imo.in c.i.in 7.col.ver.iux-
ta prædicta põt quæri.extrà de cõmo.pro quo
est bonus text.quem ibi dicit Ange.meliorem
de iure, in l. si vsusfructus.§.denique.ff.de vsu
fruct vbi etiam Barto.dicit,quòd ille tex.glos-
sat totum titu.ff.& C.ad legem Aquil. Alii di-
xerunt, quòd aut in illa domo, in qua a or-
tum est incendium,stabant plures familiæ,pu-
ta vna sursum,altera deorsum,& tunc si nesci-
tur in qua parte habuerit principium, propter
incertitudinem nemo tenebitur. ita per plura
consuluit Alexan.in consi 50.incip.visis & op-
portune ponderatis his.per totum.in j.volum.
idcirco dixit Bald.in l.si creditor.C.de pigno.
actio. † quòd si contingat hospitium combu
3 ri, ut contigit in hospitio leonis, & ignoretur
an habuerit exordium à familia hospitis,an vẽ
ro à viatoribus, de quorum facto hospes nõ te
netur,ut l.fina.§.caupo autem præstat.ff furti.
aduer.nau.cau.& stabu.ꝙ isto casu, hospes pro
pter incertitudinem non tenetur de damno da
to per incendium, & multa alia circa hoc dicũ-
tur, de quo quidam passu, in varijs locis ha-
betur,præcipue per Barto.& latius per moder.
in l. si quis ex argentarijs.§.prætor ait.ff.de e-
den.per Bal.in l.data opera.C.qui accu.nõ pos.
per Salyc.in l.qui fortuitis.C.de pignor.actio.
late per Angel.de Aret.in suo tracta.maleficio.
in verbo, incendiario.pulchre per Alex. in con
si.50.incip. uisis & opportune ponderatis his.
in primo volum.per Ioan. de Anan.in consilio
lxxj.incipien.visis & diligenter pondaratis his
quæ in facto proponuntur. vbi etiam Ludou.
Bologni.in additio.cum alijs concord.de qui-
bus per Cæpol.in suo tracta.rusticor.prædior.
sub rubr.de igne.quæ est rubr.fin.Tu autem in
cuius domo ortum est incendium,& ignoratur
quis fuerit autor,si uis excludere omnem cul-
pam

a Ortũ ẽ ĩcẽdiũ. Incẽdiũ an culpa habitãtiũ factũ p̃sumat̃, vel ne, & an sit, & reputari dẽat casus fortuitus, vel ne,qñ aliunde ꝓcedit,& qñ ñ ẽ immissus ab habitãtib.viđ ultra cõsiliũ 50.d. Ale. p̃ eundẽ in alio cõsi.217.in 2.vo.ibi sed pręmissis ñ obstãti. & per do. Lud. Ro.in cõsil.suo 401.qđ cõsi.incipi.eo.pręposito ꝙ lite agat̃ de isto incẽdio.

pam, & ſic indifferenter non teneri de aliquo
damno per ipſum incendium dato, cautela eſt
ꝙ probes te eſſe perſonam vigilem, & in rebus
tuis eſſe diligen tem patremfamilias, quia iſta
probatio habet tantam vim, quòd excludit
omnem culpam aliàs à iure contra te præſum-
ptam.ita ſignanter dixit Bal. in ſuo conſil.cxx.
incip. quidam nomine Riſtorius de Cortonio.
in v.par.quem refert & ſequitur Alex. in l. do-
mos.de leg j. & in d.l.ſi quis ex argentarijs.§.
prętor ait.ff.de eden.& in pręalleg.conſi.50.in
fi.& hanc ſententiam ſimiliter tenuit dom.Pe.
de Aluarotis, in quadam ſua diſpu inci.exorto
incendio Paduæ. quem refert & ſequitur Cæp.
in conſi.lxx.inci.circa primum dubium, an Iu
dæus teneatur domino.in ij.col.verſi. & ideo ſi
conductor probaret.

Cautela ad inſtruendum filium, quibus uerbis debeat uti, quando uult renunciare hæreditati paternæ, & acceptare emphyteoſim, uel feudum acquiſitum pro ſe, & filiis ſuis. XXXVII.

1 *Feudorum, & rerum emphyteoticarum acquiſitionis, à communiter accidentibus, altero de quatuor modis accipiuntur.*
2 *Dicto hæredibus, quomodo exponatur.*
3 *Quietationem generalem ſi frater fratri fecerit de omni eo & toto quod in hæreditate paterna petere poſſet, an propter hoc prohibebitur petere partem ſuam feudorum, & rerum emphyteoticarum.*

1 A Communiter † accidentibus, acquiſitio
nes feudorum & rerum emphyteoticarũ,
concipiuntur altero de quatuor modis.aut di-
citur, accipio talem rem in emphyteoſim vel
in feudum pro me & filijs meis, aut pro me &
meis hæredibus.aut pro me & filijs meis hære-
dibus, aut ꝓ me & filijs meis & hæredibus, pri
mo & ſecundo caſu, communis concluſio ſcri-
bentium eſt, quòd filij poſſint renunciare hæ-
reditati paternæ, & acceptare ipſam emphyteo
ſim vel feudum, vt de primo caſu habetur per
Bar.in l.iuriſiurandi.§.ſi liberi. in j.col.uerſic.
quæro quid ſi filius non renunciauit.ff.de ope.
lib.per Bart.Ang.& alios, in l.ſi tibi decem.§.ſi
pactus.ff.de pact.per Bar.& alios, in l.ſi non ſor
tem.§.libertus.in vlti.col.ff.de condi.inde.per
Bar.Ang.Imo.& mod.in l.Gallus.§.quidam re
cte.ff.de libe.& poſthu. per Bart.Imo. & plene
per Alex.in l.quod dicitur.de verb.obliga. per
Bald.in c.j an agna. vel filij.in 3.col. verſic.ſed
quid ſi filius viuente patre. vbi extendit iſtud
habere locũ, etiam ſi renunciatio prædicta eẽt
facta cum iuramento. De ſecundo caſu quando
eſt dictum, accipio in emphyteoſim pro me, &
2 hæredibus, † quòd illud verbum, hæredita-
tatibus, exponatur, id eſt filijs, & ſic ſit caſus
ſimilis præcedenti, de hoc eſt gl.in l.ex facto.§.
fina.ff ad Trebell. & ibi in ſpecie not.Paul.de
Ca.dicens, ꝙ alibi iſtud non inuenies, & ꝙ iſta
eſt vna cogitatio quæ tunc ſibi in mentem ve-
nit, & ꝙ videtur ſibi veriſſima. quem approbã
do ſequitur do.Iaſ.in d l.ſi non ſortem.§.liber
tus.circa fi.ff.de condi inde. & in d.l.Gallus.§.
quidam recte.in pen.col.ff de lib.& poſthu. nũ
quid autem emphyteoſis, de qua facta eſt men
tio per Doct.in locis præallega.intelligatur de
emphyteoſi eccleſiaſtica, an vero de emphyteo
ſi conceſſa à priuato: remitto me ad ea quæ la-
te ſcribit Alex.in d.l.quod dicitur. de verb.ob.
De tertio autem & quarto caſu, cõmunis opi.
eſt, ꝙ requiratur vtrunq;, ſcilicet, quòd ſint fi
lij & hæredes, aliàs ſi eſſent filij, & nollent, vel
non poſſent eſſe hæredes, vel econtra non poſ-
ſent acceptare emphyteoſim, ſeu feudũ acquiſi
tum ꝓ ſe & filiis hæredibus, uel pro ſe filiis, &
hæredibus, & ab hæreditate paterna ſe abſtine-
re, prout no.in locis præalleg.cum aliis cõcor.
traditis per do.Iaſo.in d.§.libertus. in pen.col.
uer.ſecus autem ſi copulatiue eſſet ſtipulatus.
Tu autem qui vis renunciare hæreditati pater-
næ, ne tenearis ad debitapatris, & acceptare em
phyteoſim, ſeu feudum acquiſitum ab ipſo pa-
tre, pro ſe & filiis ſuis, ſi vis, quòd talis renun-
ciatio operetur intentionem tuam, quòd ea nõ
obſtãte, valeas acceptare emphyteoſim, vel feu
dum acquiſitum, vt ſuprà ſis cautus, ꝙ in renũ-
ciatione non dicas, renuncio bonis patris mei
ſeu paternis, ſed dicas renuncio hæreditati pa-
ternæ.ita ſignanter dixit Spe.in titu. de loca.§.
nunc aliqua.verſi.clviij. quem refert & ſequi-
tur do.Iaſ.in d.§ libertus.in pe.col.ver.ego li-
mito ſingulariter.& in d.§ quidam recte.in ul-
ti.col.uer.limita tamen. ubi dicit, ꝙ iſta eſt ſua
limitatio, & ꝙ ſępe habuit de facto.in aut.unde
ſi parens.in 2.col.uer. limita prædicta multum
ſignanter C.de inoff.teſta.vbi dicit, quòd iſtud
eſt bene tenendum cordi, & ꝙ non reperit ab
alio ponderatum.& in prælu. feud.in 17 colũ.
ver.limita tamen ſingulariter hanc deciſioné.
vbi dicit, iſtud eſſe multum notandum, ad hoc
vt inſtruaris ad formãdas iſtas generales renũ
ciationes fratrum, & ratio iſtius pulchræ deci-
ſionis eſt, quia appellatione bonorum conti-
netur emphyteoſis, ſecundum Specula. in lo-
co præallegat.allegantem text.in l. rem in bo-
nis.ff.de acquiren.rerum domin. & in l. bono-
rum.ff.de verbor. ſignificatio. ſecus eſt in ap-
pellatione hæreditatis, quia tunc non uenit
emphyteoſis ſecundum prædictos. vnde dixit
no.Bartol.in l.item uidendum.§ fina ff.de pe-
3 tit.hæredita.Dyn.conſuluiſſe, † quòd ſi fra-
ter fecit quietationem generalem fratri de
omni eo, & toto quod petere poſſet in hære-
ditate paterna, quòd propter hoc non prohi-
betur petere partem ſuam feudorum, & rerum
emphyteoticarum. quam deciſionem ibi ſe-
quuntur Bald.& Angel. & Bald.in l.j.in j q.ff.
de

de re. diui.& in auten. si quas ruinas.in 3.col. de sacr.san.eccle.& late Albe.de Rosa.in l.tres fratres.ff.de pact. vbi recitat totũ illud consilium Dy.& qua etiam meminit Alex.in consi. xix.inci. super eo de quo quæritur.in j.col.in 5.vol.de cuius tamẽ veritate habetur per Bal. in l.cum virum.circa fi.C.de fideicom.& ꝑ Doct.o.maxime per Alex.in l.si patroni.ff.ad Trebel. & per do.Iaso.in prælu. feud.in xvj.colũ. versi.an autem feudum possit.& ista non sunt obliuioni tradenda, quia quamplures faciliter errarent,hoc non perpendentes,& aliàs hic Paduæ ista q.fuit ventilata,in qua interuenerunt famosiores Doctores totius gymnasij, & tandem propter autoritatem Spec.& do.Ias. fuit iudicatum contra quendam, qui non obstante renunciatione facta de bonis paternis , & per verbum bonis,volebat vendicare certam emphyteosim acquisitam à patre suo pro se & filijs suis.

Cautela ad faciendum,quod currat præscriptio cum mala fide. XXXVIII.

1 *Præscriptio aliqua siue xxx.seu xl.annorum , de iure canonico non currit.*

2 *Statutum an valeat, quòd qui non petierit creditum suum intra tale tempus, puta intra decennium,amplius petere non possit .*

3 *Fid.mala defuncti taliter hæredi nocet,quod nunquam etiam ex persona sua prescribere possit.*

4 *Fides mala esse non potest,vbicunque vtriusq; partis consensus fuerit.*

5 *Pœnæ de iure canonico peti possunt.*

1 EXplorati † iuris est, ꝙ hodie de iure canonico aliqua præscriptio siue xxx. siue xl. annorum,nõ currit cum mala fide. vt habetur in cap.vigilanti.& c.si diligenti.& cap.fina.de præscriptio.& in regula possessor.de regu.iur. in vj dispositio cuius iuris canonici habet locum etiam in foro ciuili, quia omnia iura ciuilia disponentia præscriptionem aliquam curre re cum mala fide,vt l.omnes.& l.sicut.de præscrip.xxx.vel xl.anno hodie de iure canonum sunt correcta,prout tenent glo. Innocen.dom. Anto.Imo.Panor.& alij in d.c.si. de præscrip. vt tenent Ang.& Imo.in l.sequitur.§ si viam. ff.de vsucapio.gloss.in d.regula.possessor. Bal. in l. quibus diebus.§.dominus.ff de condit. & demonstra.Alex in consi.clxxxv.inci.viso titulo qõnis. in xij.col.versic. venio ad secundum dubium.in ij.volu.& in consi.xxxiiij.inci.viso processu causæ. in j.colum.in iij. volu.& istud procedit non solum in actionibus realibus,verum etiam in personalibus , prout tenent omnes in locis superius allegatis.reprobata opin. Bart.in d.l.sequitur.§.si viam.ff.de vsuca.hinc 2 est, ꝙ communis opi.scribentium est. † ꝙ si in ciuitate extet statutũ disponens, ꝙ qui nõ petierit creditum suum intra tale tempus , puta intra decennium,quòd amplius ipsum nõ possit petere , quòd tale statutum non ualet tanquam nutritiuum peccati,prout tenet Bart.in l.omnes populi.in 3.q.prin.ver. ecce alia dicit statutum.ff.de iusti. & iu.do.Ant. & Panor.in c.cura pastoralis.de iure patr.Pet.de Ancha.in consi.5.inci.pro parte nobilis viri domini Ruber.Maureceno.ver.istud est pulchrum dubiũ Ro.in suo consi.102.incip.super eo quo primo quæritur.cum alijs concord.traditis per Alex. in consi.clxxxv.incip.viso titu.quæstio.in xij. colum.versi.quinimò statutum.in ij.volum. licet Cuma.credo causa ingenij sui demonstrandi,teneat contrarium , & male in suo consilio lxvij.incip.statuto ciuitatis Vicentiæ.imo qđ est plus, si hæres bona fide præscripsisset debitum sui defuncti, tamen non posset se tueri ex 3 persona sua ex dispositiõe dicti statuti . † quia mala fides defuncti nocet hæredi taliter, quòd nunquam potest a præscribere,etiam ex persona sua.vt no.d.Abb.post Anto.de Bu.in d.c. si diligenti.de præscrip.in v.col.versi.sed circa prędicta mouet dominus Anto. dubium quotidianum,vbi dicit istud esse bene notandum.voluit idem Abb in ca.nihil.in i.colum.eod. titu. Pau.de Cast.in l.iiij.§ hæres.ff.de vsucap.Roma.in consil.14.incip. conclusionem præ lict. Doct.vbi dicit opi.Dy. qui tenuit contrarium in regu.possessor.de regu.iu. in vj.esse falsam. Alex.in consi.iiij.incipien.videretur, inspectis his quæ in themate suprascripto proponũtur . in vlti.colum.in ij.volu.vbi dixit istam esse cõmunem opi.cum alijs concord. de quibus per Fely.in d.c.si diligenti. in 4 col.ver.cõtra opi. famosam ipse Dy.ubi dixit,quòd ista est communior sententia,& ꝙ pauci sunt qui recedũt ab ipsa,& cum alijs , de quibus etiam habetur per dom.Ias.in l.Pomponius.§.si quis admini culo.ff.de acqu.pos.quia hæres tenetur exonerare animam sui defuncti.vt c.fi. de sepul.& in c.literis.de rapto quod aliter fieri non potest, nisi debito satisfaciat. & ita in terminis prædicti statuti tenet Alex.in consi.lj inci.videretur pro decisi.hæsitationis.in v.col.uersi. quinimo dato ꝙ etiam lapsi essent anni triginta. ĩ 5.uolu.licet Pau.de Ca.de quo ipse non meminit in terminis ipsius statuti,teneat contrariũ, per rationem,de qua ibi per eum , in l.si quis sub conditione. in fi.ff.de condit.instit.& in d. l.sequitur.§.si uiam. quasi circa fi.ff. de vsuca. & in consil.cxc.incip. hæreditas dictæ puellæ, sed prima opin.est communior. Modo videamus an sit dare cautelam , ꝙ tale statutum de quo suprà, ualeat, & sic ꝙ possit currere prędscriptio cum mala fide.Bal.in d.c.fi.in ij.colũ. uersi.si quis tamen uellet facere.de præscript. tradit unam cautelam , uidelicet ꝙ fiat statutũ generale,quòd omnia statuta loquẽtia de præscriptione,habeant uim contractus,& consen4 sus utriusque partis , † nam ubi est consensus utriusque partis , ibi non potest esse mala fides, ut l.non fraudatur.ff.de regul.iur.& per hoc

a Qđ nũquã põt præscribere. An malæ fidei possessor ẽt ꝑ longissimũ tẽpus đ iu.ciui.præscribat,cũ de peccato agat,& seruari dẽat ius canonicũ.uide ꝑ do. Alex.de Imo.in cõ.34. in 3 uol. cõsiliorũ suorũ Et an mala fid. autoris noceat singulari,vel uniuersali successori, ꝑ eũdẽ.do. Ale. in alio suo cõ.4.scdæ ꝑtis, circa pri.Sed an mala fid.defuncti noceat hæredi exñti ĩ bona fide,ut ex sua ꝑsona præscribere uolẽti.dic,ꝙ ñ. uiđ per eũdẽ d.Ale.ĩ cõ 99.ĩ 4.par.de iure cã canonico, aliud est ꝓpter materiã peccati , cũ in dubio tenẽda sit opi. per quã peccatũ tollit. c.iuuen.de spõ.

hoc dicit ipſe, quòd anima & voluntas ciuium,
& bonum publicum conſeruatur : ſubiungens,
quòd iſtud conſilium eſt de ingenio ſuo. & iſtã
cautelam reaſſumpſit Bartho. Veronen. in ſua
cautela xlvj. incip. vidimus. ſed eam reprobat
Barb.in.d.c.ſi.prout ibi refert Fely.in. 4. colũ.
Tu autem accipe tres alias,per quas poterit fie
ri, quòd valeat ſtatutum diſponens, quòd qui
non petierit creditum ſuum puta per decenniũ
illud amplius petere non poſſit,& ſic quòd cur
rat præſcriptio cum mala fide. Prima eſt,quòd
fiat ſtatutum,& incipiatur à præcedenti moni-
tione, dicendo mouemus omnes creditores &
dominos, ut agant intra tantum tempus, aliàs
priuamus eos ſuo iure, quia hoc modo ſublata
erit omnis obligatio, & iſto caſu non exigitur
bona fides debitoris,ſed mora creditoris: ita di-
cit Bald.in.c.debitores. de iureiu. dicens quòd
iſtud eſt valde not. quia ſecundum eum, aliud
eſt in ſimplici præſcriptione, vbi præſcribitur
facultati agendi,& aliud in monitione. Secũda
cautela eſt, quòd fiat ſtatutum, quòd qui non
petierit creditum ſuum intra tantum tempus,
intelligatur feciſſe pactum de non petendo, vel
intelligatur liberaſſe debitorem per acceptila-
tionem.vel in effectu ſibi eſſe ſolutum:quia hoc
caſu omnis obligatio ciuilis,& etiam naturalis,
ſaltem quo ad effectum, intelligitur ſublata, &
ſic non poterit ad eccleſiam recurri per viam
denunciationis euangelicæ. ita notabiliter tra-
dit Bald.in.c.j.§. ſi quis per triginta. ſi de feu.
contro.in.3.col.verſi.ſed quæro nunquid ſtatu-
tum poſſit tollere naturalem obligationem, cũ
quo tranſit domi. Abba.in rubr. extrà de præ-
ſcriptio. Tertia cautela eſt quòd fiat ſtat utum
dirigens verba non in debitorem,ſed in credito
rem,videlicet quòd creditor non potens credi-
tum ſuum intra tale tempus, cadat ab actione.
ſicut dicunt iura,quòd qui non vtitur ſeruitute
ruſtica,vel perſonali per longum tempus, per-
dit eam:nam iſto caſu, ſi creditor non petet in-
tra illud tempus à ſtatuto limitatum, non pote
rit amplius petere, nec ad eccleſiam recurrere,
non ex iſto reſpectu, quia debitor dicatur pro-
prie præſcripſiſſe, ſed quia creditor mulctatur
ab ipſo ſtatuto hac pœna, propter negligentiã
ſuam in petendo,& ſic talis pœna debet cedere
lucro debitoris.iuxta.l.id quod pœnæ.ff. de ſo-
lu.conſtat enim, quòd ſtatutum poteſt afficere
ſibi ſubiectum,& inferre ei pœnam: ergo debi-
5 tor nõ peccat allegando pœnam ſtatuti, † quia
etiam de iure canonica pœnæ poſſunt peti. vt
not.in.c.conſtitutus.& in.c.tuam. de pœn. & in
c.dilecti filij.de arbit.ita eleganter voluit Paul.
de Caſt. dicens iſtud putare verum ſicut Euan-
gelium.in dicta.l.ſequitur.§.ſi viam.in fin.ff.de
vſucap.& in.l.hæc autem iura.ff.de ſerui. vrba.
præd.Et ſic habes tres cautelas, ad faciendum
quòd præſcriptio currat etiam de iure canoni-
co cum mala fide.Sed contra iſtas tres facit ſo-
lenne dictum Bald.in auten.ad hæc.in tertia co-
lumna verſiculo,ſed ponamus quòd ſtatuto ca-
uetur. C.de vſur.& in capitulo contingit.in pri-
ma colum. de dolo & contuma.vbi dixit,quòd
autoritas ſtatuti non poteſt eneruare natura-
lem actionem, & ipſam veritatem,& loquatur
per quæcunque verba vult loqui,ſiue diſponẽ-
do, ſiue fingendo, non poteſt ipſam verã iu-
ſtitiam abolere,in qua fundatur euangelica de-
nunciatio.allegat not. per Innocentium.in ca.
quæ in eccleſiarum de conſtitu & in cap.quia
plerique. de immu.eccleſi. & per Bartol.in ex-
trauag.ad reprimendum.in verbo,ad denuncia
tionem. verſicu. ſed quid de obligatione qua
tollitur præſcriptio. Vnde ſuper hoc cogita:
quia idem Bald. in hoc vltimo tenuit contra-
rium, in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ in fine de
conſtitutio.

Cautela ut dicens alicui uerba iniurioſa, euitet actionem iniuriarum. XXXIX.

1 *Actione iniuriarum agi poteſt cõtra illum,qui ali-
cui iniuriatus eſt, quia iniuria tripliciter fit, ſci
licet uerbo,re,& libello.*

1 SI quis † dicit alicui verba iniurioſa, cer-
tum eſt,quòd contra ipſum poteſt agi actio
ne iniuriarum : quia iniuria fit tripliciter, ver-
bo,re,libello,vt l.j.§.iniuriarum. iuncta l.lex
Cornelia.§.ſi quis librum.ff.de iniur.& §.iniu
ria.inſtitu.eo.& no.Azo.in ſumma eo.tit.adeo
quòd ſi alicui dixiſſem verba contumelioſa, &
ille prouocatus ſimiliter dixiſſet mihi, tamen
contra eum potero agere actione iniuriarum,
& ſimiliter ipſe contra me. quia non admitti-
tur compenſatio:vt no.do.Abb.in ca.dilecti fi-
lij.quaſi circa fi.de excep.& in c.olim. in 2.co-
lum.verſi.hinc dicit Specu.de reſcript.& in ca.
intelleximus.in fine.de adulte.& in cap.j.circa
princ.de iniur.licet Specul. tenuerit contrariũ
in titu.de accu.verſi. quid ſi vocauit te latronẽ.
quem refert & ſequitur Angel.de Aret. in ſuo
tract.de male. in verbo, verba contumelioſa &
iniurioſa.verſi. quid ſi aliquo dicto.& Ioan.de
Ana.in c.ſignificaſti.el ij.in vlti.col.verſi.quæ-
rit etiam ibi Ange. extrà.de ho.ſed intelligen-
dum eſt dictum Specu.ſecundum ea quæ tradit
Fely.in d.ca.dilecti filij.in v.col.verſi.prouoca
tus delinquens non excuſatur.extrà de excep.
Tu autẽ qui dixiſti alicui verba iniurioſa, ſi uis
euitare actionem iniuriarum,cautela eſt,vt an-
tequã recedas ab illo loco vbi dixiſti dicta uer
ba, dicas verſus iniuriatum,quòd id quod dixi
ſti erga ipſum,falſum eſt,quòd te pœnitet dixiſ
ſe, quia reuocatio, verborum iniurioſorum di
ctorum ſiue ex iracundia, ſiue ex propoſito,
facit ceſſare actionem iniuriarum, ita notabili-
ter dixit Ange.in l.ſi non conuitij.C.de iniur.
quem refert & ſequitur Fel. in d.c.dilecti filij.
in vlti.colum.verſi. dixit etiam notabiliter An
gel.& Lanfran.de Oriano, appellans tale dictũ
ſingulare.in repe.c.quoniam contra.de proba
tio.in verbo,confeſſiones.circa principium.

Cautela

Cautela ad faciendum, quod aliquis ſit idoneus teſtis in cauſa, ex qua reſultet ſibi commodum. XL.

1 *Teſtis deponens in cauſa, ex qua ſibi commodum reſultaret, non tenet.*

1 TESTIMONIVM† teſtis deponerẽtis in cauſa ex qua reſultaret ſibi cõmodum, non tenet: quia quis non debet eſſe teſtis in cauſa propria: vt l.nullus idoneus.ff.de teſti. & l.omnib. C.eodem.& c.teſtes §.nullus.4.quæſtione 3. & clarius in c.biduum.§.palam.2.quæſt.6. Tu autem qui habes deponere in aliqua cauſa ex qua reſultet tibi commodum, ſi vis ad aliquem tuum finem, quòd non obſtante exceptione cõmodi dictum tuum valeat, cautela eſt quòd in depoſitione tua proteſteris, quòd non intendis ex hoc teſtimonio aliquod ius quærere: quia vigore iſtius proteſtationis teſtificatio tua valebit. ita docet Io.de Ana.in c. cum in diœceſi.in 2.colu.verſi.& ſic poteſt colligi cautela.extra de vſur. Dicens iſtud fore dictum Baldi,& ita fuit in l.dictantibus.verſic. item facit ad aliam quæſtionem.C. de teſta. quam opin. etiam tenuit Angel.in ſuo conſilio 275.incipiente, thema ſuper quo conſilium petitur, in vltima colum. verſiculo,& maxime hoc caſu ſi uerũ eſt, &c.& ſimiliter iſtud dictum Bal.retulit & ſecutus eſt Felyn.in c. perſonas.in fi.de teſti.

Cautela pro patre ad relinquendum filio ſpurio. XLI.

1 *Statutis diſponi non poteſt, quòd pater filio ſuo ſpurio aliquid relinquere poſſit.*
2 *Contractus celebratus inter patrem & filium titulo oneroſo, an ualeat.*
3 *Confeſſio emanata inter perſonas probibitas actum facere, ſuſpecta eſt.*
5 *Confiteatur ſi pater in teſtamento ſe habuiſſe & recepiſſe centum a filio ſuo ſpurio, quo caſu talis confeſſio ualeat.*
5 *Confeſſio mariti, quòd emerit fundum de uxoris pecunia, quo caſu ualeat.*
6 *Confeſſio facta per patrem, quòd habuerit pecuniã a filij ſuis, quo caſu ualeat.*

DOCTORES conantur inuenire modum & uiam, quomodo pater ſi non per directum, ſaltem per indirectum poſſit aliquid relinquere filio ſuo ſpurio, quo caſu Bartholemæus Cæpol.in ſuis cautelis, cautela xxxviij.incipiẽ. nunc videamus. enumerat 12. cautelas, quæ quaſi omnes non procedunt. ut ibi per eum: quibus adde duas, per quas filius ſpurius poterit conſequi de bonis paternis: prima eſt, quòd pater vendat ei partem aliquam bonorum ſuorum,& palàm recipiat actualiter precium, quod precium ad libitum ſuũ poterit ei poſtea clàm reſtituere: quia licet pater non valeat aliquid relinquere filio ſpurio, vt eſt text.in.§ penu.in auten.qui.mo.natu.eff.ſui.& text.in aut.licet in fi.C.de natu.lib. & in aut. ex complexa.C. de inceſt. nupt. & ponit Bartol.in l.ſi gener.ff.
1 qui.ut indig.†adeo quòd per ſtatuta non poſſet diſponi, quòd pater poſſet relinquere filio ſuo ſpurio: prout tenent Barto.Bal.Pau.de Caſtro,& alij in l. teſtamenti factio.ff. de teſta.vbi Imo.& dom. Lancilo. Decius dicunt iſtam eſſe communem opi. quam etiam conſulendo ſecutus eſt Fede. de Senis in ſuo conſilio 275. inci. caſus talis eſt, ſtatuto cauetur quòd filiis ſpuriis.& quam ſimiliter conſulendo tenuerũt ſolennes Docto.do.Iaſ.& do.Paul.de Butrig.& dom.Recupe.de Sancto Miniato: ut apparet in ſuis conſiliis poſitis poſt dictum conſi. Fede.licet contrariam opi.tenuerit Cal.in conſi.pen. poſito ſub rubric.de conſtitu.tamen pater non prohibetur filio ſpurio vendere, nec alium contractum oneroſum cum eo celebrare, niſi talis contractus fuiſſet factus in fraudem: alias ſecus & in fraudem intelligeretur factus, quando interueniſſet tantummodo confeſſio de receptione precij: per ea quæ habentur per Barto. in l. ſi forte.ff de caſtren pe.& in auten.ſi quis in aliquo documento.C. de eden.& per omnes in l.ſi donatione.C.de colla. reprobata gloſſ.in l. qui teſtamentum. ff. de prob. ſecus autem ſi actualiter precium interuenit, quia tunc non præſumitur de aliqua fraude: ita dicit Bal. in l. j.C.de natu.lib. & in l.ſi is qui ex bonis. de vulg.& pupil.& in d.l.qui teſtamentum.in lec. antiqua. ff. de proba. & ita in effectu tenent Paul.de Caſt. Alexan. & do.Iaſ.in d.l.ſi is qui
2 ex bonis.de vulg.& pupil.cõcludentes,† quòd valeat contractus celebratus tit.oneroſo inter patrem & filium ſpurium, dummodo, non appareat de aliquam præſumptione fraudis extrinſeca: puta, quòd emerit omnia bona patris.adde tu, vel maiorem partem: quia talis venditio arguit ſuſpitionem arg.l. omnes. §. Lucius.ff. de his quæ in frau cred. & l.nomen.§.filio.ibi, prope omnia ſubſtantia. de leg. 3. vel ſi pater confiteretur recepiſſe precium, quia tunc talis
3 confeſſio non valeret. †Quia a confeſſio emanata inter perſonas prohibitas, actum facere eſt ſupecta, vt ſuperius dictum eſt, etiam ſi talis cõfeſſio eſſet iurata. prout nota. Bartol.in l.cum quis decedens.§. Titia honeſtisſima. de leg. 3. & Alexand. in l. ſi donatione. reprobata opinio. Bald.ibi.C.de colla. vel ſimiliter quòd emiſſet per magnam quantitatem pecuniæ, & non ſubeſſet aliqua veriſimilitudo, vnde potuiſſet tantam pecuniam habere, ſed ſimiles præſumptiones extrinſecæ non concurrant, contractus valet & tenet: licet contrariam partem teneat Bartol.& Imo.in dicta l.ſi is qui ex bonis.& Bartol. in d.l.j.C. de natu.lib. ſed pro opinio.

a Confesſio. Aduerte in hoc quia licet confesſio mariti quod emerit fundum de pecunia vxoris ſuſpecta ſit, propter donationẽ quæ inter virum & vxorem prohibetur, tamen ſi ſit veriſimilis, quia mulier aliunde habuiſſet, attenditur talis confesſio propter talem ueriſimilitudinẽ. ſic etiã de confesſione patris qui cõfitetur habuiſſe a filio in poteſtate licet, ſit multum ſuſpecta, tñ ſi veriſimilis ſit, quia filius erat in aliquo exercitio, & lucrabatur, illa cõfesſio iuſtificat. ita concordant Angel. in conſil.153. pater emit fundũ, & Ale. in conſi. 18.conſideratis his.li. 3. quæ cõſilia allegat, ſuper quibus fundata eſt pręſens cautela, domi. Phil. Decius a quo hauſit do. Tho. in conſil. ſuo 96.uiſo puncto,& conſideratis obiectionib. quod eſt elegantisſimũ & quotidianum conſilium.

opinio. Bald. ſtringit tex. in l. cum autem. §. ſi ti
bi maritus. ff. de donatio. inter vir. & vxor. alle-
gatus per Alex. in dicta. l. ſi is qui ex bonis. vbi
habemus, quòd licet contractus inter virum &
vxorem ſit prohibitus propter præſumptionem
donationis, ne mutuo amore ſe ſpolient, ut. l. j.
ff. eo. tamen ſi vero titulo maritus vendat uxo-
ri, talis venditio tenet. ego vltra iſtud funda-
mentum corroboro opi. Bald. de eo quod mul-
tum ſolenniter, & in fortioribus terminis con-
ſulendo tenuit Alexan. in conſi. xviij. incip. con
ſideratis his quæ in themate narrantur. in. 3. uo
4 lu. † vbi voluit, quòd ſi pater in teſtamento cõ
fiteatur ſe habuiſſe, & recepiſſe centum à filio
ſuo ſpurio, licet talis confeſſio tanquam ſuſpe-
cta non teneat, ut ſuperius eſt dictum, tamen
iſtud eſt verum, & procedit, niſi aliqua veriſimi
litudo ſit pro filio, quòd apud eum potuerit eſſe
illa quantitas pecuniæ: puta quia habebat in bo
nis, vel faciebat aliquod exercitium, per quod
veriſimiliter potuerit ſuperlucrari illam quan-
titatem, quam pater confitetur habuiſſe: quia
tunc talis confeſſio valida eſt, quoniam ſecun-
dum eum vna præſumptio tollit aliam. iuxta. l.
diuus. ff. de in integ. reſtit. & ca. literas. de præ-
ſump. & pro iſta ſua opinione adducit notabi-
lem deciſionem Saly. in. l. ſi pater. C. de contra-
hen. emp. vbi dixit ſe aliàs habuiſſe de facto con
5 ſulere, † quòd ſi maritus emat fundum pro vxo
re ſua abſente, & precium quod ſoluat confitea
tur ſe ſoluere de propria pecunia vxoris, licet
ſit præſumptio, quòd talis confeſſio emanaue-
rit animo donandi, quæ donatio inter eos eſt
prohibita, vt toto titu. ff. & . C. de dona. inter ui.
& vxo. & c. fi. extrà eo. tamen ſi apparet ex ali-
qua veriſimili præſumptione, quòd vxor aliun
de potuerit habere dictam pecuniam, tunc eſt
ſecus. & ita etiam eſt ſecundum Alexand. de mẽ
te Cyn. in. l. fi. de ſacroſan. eccle. Secundo addu-
cit deciſionem Ange. in conſi. ſecundum eum
cliij. incip. pater emit domum pro ſe & filius.
6 vbi vult, † quòd licet confeſſio facta per patrẽ
confitentem ſe habuiſſe pecuniam à filius ſuis,
talis confeſſio ſit ſuſpecta, quia per talem con-
feſſionem præſumitur donatio, quæ prohibita
eſt inter patrem & filiũ in poteſtate patris exi-
ſtentem, vt. l. ij. C. de inoffi. dona. & . l. donatio-
nes quas parentes. C. de dona. inter virum &
vxo. Et per Doc. in. l. frater à fratre. ff. de cond.
inde. tamen ſi tempore dictæ confesſionis pa-
ternæ, filij erant in aliquo eorum exercitio, ꝙ
veriſimiliter potuerint dictam pecuniã, de qua
in confesſione, ſuperlucrari ex ſua induſtria: tũc
ſufficeret dicta confesſio. per not. per glo. Cy.
Bar. & alios, in. l. cum oportet. in prin. C. de bo-
nis quæ lib. & iſtas deciſiones refert, & ſequitur
præſtantiſſimus Doc. & præceptor meus in cano
nibus do. Phil. Decius in ſuo conſi. xcvj. incip.
viſo puncto, & conſideratis obiectionibus. ver.
nec obſtat, quòd talis confesſio. quando ergo
fortius dicendum eſt in caſu noſtro, quòd ſi fi-
lius ſpurius emat à patre, & actualiter ei preciũ
ſoluat, & dictum precium veriſimiliter potue-
rit aliunde habere quàm à patre ſuo, quòd talis
contractus valeat & teneat. Secunda cautela
eſt, quòd quando vis relinquere filio tuo ſpu-
rio, non dicas inſtituo vel relinquo talem fun-
dum Sempronio filio meo: quia ſi contingeret
te non habere vxorem, & nunquam habuiſſe,
vel habere, ſed à paruo tempore citrà, ex ipſis
verbis compræhenderetur, illum Sempronium
eſſe filium tuum ſpurium, vel aliter incapacem
& ſic per iſta verba inſtitutio, ſeu legatum red-
deretur nullum, ſed dicas, qualites inſtituis, vel
relinquis talem rem Sempronio, filio talis mu-
lieris, vel alio modo taliter ipſum ſpecifica, ꝙ
clare conſtet de quo Sempronio intelligas. iux-
ta. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tut. quia ſi aduer-
ſarius non probabit, illum Sempronium eſſe
filium tuum ſpurium, quòd à communiter acci
dentibus, cum magna difficultate poteſt proba
ri, inſtituto ſeu legatum ualebit. ita docẽt Bal.
Pau. de Ca. & Alexan. in l. & ſi pepercerit. quæ
eſt l. 3. ff. de liber. & poſthu.

Cautela ad interrogandum teſtẽ de ratione ſui dicti, & quod ad talem interrogationem ipſe teſtis non aduertat. XLII.

1 *Teſtis dictum nihil ualet, niſi ſui dicti rationem concludentem aßignauerit.*
2 *Statuto, uel à principe ſi alicui poteſtas data fuerit, quod de iure & de facto, & abſque ſolennitate aliqua procedere poſſet, an teſtibus non reddentibus rationem dicti ſui, uel etiam malam, credere teneatur.*
3 *Teſtis verboſus eſſe non debet.*

1 TESTIS † interrogatus ut aſſignet ratio-
nem ſui dicti, ſi eam & concludentem ne-
ſcit aſſignare, dictum ſuum nihil ualet, vt not.
glo. in l. ſolum. C. de teſti. & glo. in c. cum cau-
ſam quæ inter archiepiſcopũ. in uerbo, de cau-
ſis. extrà eo. & glo. in §. ſolam. 4. q. 3. Nam te-
ſtis non reddens a rationem ſui dicti interro-
gatus, dicitur deponere non tãquam homo, ſed
tanquam pecus, ſecundum Bal. in repe. l. edita.
in 17. col. uerſi. interdum contingit. C. de edẽ.
adeo ꝙ uoluit Spec. quòd talis teſtis interroga
tus, ut ſuprà, ſi rationem & concludentem ne-
ſciat aſſignare, tale ſuum dictum non faciat ne-
que præſumptionem. ita. Spec. in titu. de teſte.
§. j. uer. ſed nunquid ſufficit ad preſumptionẽ.
quam deciſionem ſequitur Ro. in l. j. in princi.
ff. de oper. no. nuncia. licet dom. Abb. in d. cap.
cum cauſam quæ inter archiepiſcopum. in ij.
colum. de teſti. dicat iſtud eſſe arbitrarium iu-
dici, per text. in l. 3. ff. de teſti. ibi, tu magis ſci-
re potes quanta fides, &c. nam iſta aſſignatio ra
2 tionis dicti eſt tantæ importantiæ, † quòd li-
cet eſſet data per principem uel ſtatutum pote
ſtas alicui, quòd poſſet procedere, & de iure &
de

a Nõ reddẽs. S ʒ qd de teſti. ĩperfecte cõuẽtionẽ partiũ narrãtib. an ꝓbẽt? dic ꝙ nihil ꝓbãt gl. ẽ ordi. in l. Luc. in uer. hẽre dẽant. de hisq no. infa. per Lud. Ro. in cõſ. ſuo 302. qd incip. quo ad ſeptimũ circa fin. ibi, nũc igit ẽ cõſequẽs. An ãt dictum unius uilis ſuppleatur per aliũ, re. ẽ no. quẽ ad hoc ſæpe all. Bal. in l. ſi qs ex argẽtarijs. in §. cogẽtur. uer. qd. n. ff. de teſt. quẽ allegat. n. Ro. in cõſi. ſuo 290. ibi & ſi dicatur. cir. fi. ipſius cõſilii.

de facto', & abſque aliqua ſolennitate, tamen
propter hoc non poſſet credere teſtibus non
reddentibus rationem ſui dicti, vel reddenti-
bus malam, quando fuiſſent interrogati, ut no.
dixit Bal. in l ſolam. in fin. C. de teſti. imo quod
eſt plus, non poſſet conſuetudine vel ſtatuto in
duci, quòd credatur teſtibus non reddentibus
rationem ſui dicti, vel reddentibus malam, vt
volunt Ioan. Andre. & domin. Anto. in cap. j. de
appellatio. & Alex. in conſi. iij. incipien. in cau
ſa & lite vertente inter Abraam. in vlti. colum.
verſi. & iuxta prædicta dicit Bald. in ij. volumi-
ne. Si vero teſtis non interrogatus nõ aſſignat
dictam rationem, tamen ſuum dictum bene va
3 let: † quia non debet eſſe verboſus: ut not. in
glo. ſuperius in prin. allegatis. & ut no. gloſſ. &
ibi ſcribentes, in ca. ſicut. de re iudicata niſi in
quibuſdam caſibus in quibus teſtis ſiue inter-
rogatus, ſiue non, tenetur reddere ipſam ratio-
nem, aliàs ſua depoſitio nihil ualet. de quibus
habetur per dominum Iaſo. in l. cum hi. §. uult
igitur. ff. de tranſactio. & per Doctor. præſertim
per Felyn. in præallega. capitu. cum cauſam. de
teſtib. Multoties modo euenit, & præcipue in
teſtibus rudibus, prout ſunt ruſtici, mulieres,
& ſimiles perſonæ idiotæ: quòd ſi in ſuis depoſi
tionibus nõ interrogantur de ratione ſuorum
dictorum, nec ipſi eam reddunt: ſi vero interro
gantur, a communiter accidentibus eam aſſi-
gnant: & ſic utroque caſu ſua depoſitio uenit
eſſe valida: quia ſi non interrogantur de ratio
ne, valet dictum ſuum, ut ſuperius dixi: ſi vero
interrogantur, ipſam aſſignant. Stãte ergo hoc
pulchrum eſſet videre, nunquid eſſet aliquod
remedium & cautela, ꝙ iſta interrogatio fieret
teſti, ſcilicet ꝙ ipſe teſtis ad eam non aduerte-
ret: & ſic quo ad te ſit ſatisfactum, quòd dicta in
terrogatio de ratione fuerit facta, ipſi uero te-
ſti non, quia ipſe ad eam non aduertat. ad quod
reſpondeo ꝙ ſic. Cautela ergo eſt ꝙ facias ꝙ
notarius qui habet ipſum examinare, in princi-
pio examinationis fiendæ, faciat teſti vnũ quæ-
ſitũ hoc modo: dicas mihi quid ſcis in tali cau-
ſa vel ſuper tali negocio: quia ſi poſtea teſtis de
omni eo quod dicet non aſſignabit rationẽ, li-
cet aliter de ipſa ratione non interrogabitur,
talis ſua depoſitio non tenebit: quia teſtis inter
rogatus per iudicem, & pari ratione per illum
qui habet poteſtatem examinandi hoc modo,
dicas quid ſcis ſuꝑ tali negocio, intelligitur ẽt
implicite interrogatus de cauſa ſcientiæ, adeo
ꝙ ſi aliter poſtea non interrogatus, non reddet
cauſam ipſius ſcientiæ, talis ſua teſtificatio non
tenebit. iſtud fuit mirabile d. Bald. in d. ca. cum
cauſam quæ inter archiepiſcopum. in antepen.
col. verſic. ſed pone iudex interrogat. cum quo
tranſit ibi Fely. in ij. col. verſicul. adde ſecundũ
Bald. hic. & quam deciſionem ſequitur do. Iaſ.
in l. cum hi. §. vult igitur. in ij. col. verſicul. ad-
de etiam prædictis. ff. de tranſaction. vbi dixit
iſtud dict. Bald. eſſe ſingulariter notandum. ſe-
quitur Socin. in ſuis regul. & falln. regul. xlj.
incipiente, teſtis dicti ſui.

Cautela pro illo qui promiſit factum alienum ſub pœna, ſi illud non poteſt adimplere, ut euitet pœnam. XLIII.

1 *Promiſsio facti alieni, licet teneat quando pœna interuenit, ex quo factum promittitur, quod in promittentis poteſtate non conſiſtit, promittens faciendo id quod poteſt, pœnam promiſſam euitare poteſt.*
2 *Pœna difficultas excuſat.*
3 *Factum alienum ſub pœna quando quis promiſerit, pœna non committitur, ſi promiſſor quantũ in eo fuerit fecerit.*

ANNO præterito euenit hic Pa ?uæ, quòd
quidam riſtici vulnerauerunt quoſdam a-
lios, propter quæ vulnera orta fuit inter eos
maxima inimicitia: tandem medio amicorũ fa-
cta fuit reconciliatio, & unus de dictis ruſticis
promiſit alteri ſub pœna certæ quantitatis pe-
cunię, quòd faceret, quòd quædam ſua neptis
quæ habebat certa bona paterna, cum eſſet nu
bilis annis, acciperet in maritum quendam fi-
lium illius qui ſtipulabatur pœnam. contigit
poſtea, quòd illa puella facta maior concluſiue
noluit satisfacere voluntati patrui, quo caſu,
iſte patruus erat valde anxius propter pœnam
in quam debebat incurrere, matrimonio non
ſortiente effectum: & tanto magis, quòd aduer
ſarius quotidie minabatur, quòd volebat ab eo
dictam pœnam exigere. tunc cum in præſentia
mea caſum prædictum narraret, dixi ei, quòd
deberet ire, & adhibere omnem curam & dili-
gentiam quam poterat, ad hoc vt illa ſua neptis
contrahæret illud matrimonium: & tunc adhi-
bita tali cura & diligentia, nollet poſtea am-
plius de dicta pœna dubitare, licet matrimoniũ
non ſequatur: ſed aduerteret taliter negociari,
quòd poſſet illam diligentiam, ſi opus eſſet,
probare. iſta eſt deciſio dom. Abb. poſt Anton.
de Butr. ibi, in c. gemma. de ſpon. vbi in termi-
nis mouet quæſti. noſtram. Titius promiſit ſub
pœna, quòd Berta contrahet matrimonium cũ
Sempronio: Titius fecit tantum quantum in eo
fuit, vt matrimonium ſequeretur: concludit ꝙ
pœna non committitur. & ratio iſtius pulchræ
1 deciſionis eſt, † quia licet promiſsio facti a-
lieni teneat quando pœna interuenit, ut not. in
§. ſi quis alium. iuncto §. verſa vice. inſtitut. de
inuti. ſtipu. & in l. ſtipulatio iſta, habere licere.
in princ. & in §. quæſitum. de verborum oblig.
tamen ex quo promittitur factũ quod non con
ſiſtit in poteſtate promittentis, ſequitur quod
promittens faciendo omne id quod poteſt de-
2 bet euitare pœnam promiſſam. † Quia regula
eſt, quòd difficultas excuſat a pœna: ut eſt text.
in l. ſi vehenda. in fin. ff. ad l. Rhod. de iac. & in
l. ij. ff. ſi quis cau. & not. Bart. in l. continuus. §.
illud inſpiciendum. de verb. obli. & iſtam opi.

8 † quòd quando quis promisit factum alienum
sub pœna, quòd pœna non committatur, si pro
missor fecit quantum in eo fuit. tenuit Feder.
de Sen. in consilio. 122. quod fuit consilium Io.
Palariensis, inci. Martinus promisit se factu-
rum. tenuit do. Abb. in c. significantibus. in fi-
ne. per glo. ibi. de offic. deleg. Francis de Are. in
l. si ita stipulatus fuero te sisti. §. possum. de
verborum oblig. vbi non obstante sua impu-
gnatione quam ibi facit, dixit quòd ista opi. est
communis, & quòd in practica seruaretur. idem
Francis. de Arct. in consi. 147. incip. ex facto
proponitur quòd illustris & excelsus princeps
Francis. Sfortia dux Mediolani. in 4. columna,
versiculo, uenio igitur ad primum. tenet Fely.
in c. ex rescripto. in 6. colum. versi. & not. quòd
promittens factum alienum. extra de iureiur.
licet do. Ias. in d. l. stipulatio ista habere licere.
in 6. columna, versiculo, sed iuxta hoc cadit so
lennis & vtilis dubitatio. ff. de verborum obli.
teneat opi. contrariam, dicens, quòd si casus ac
cideret, quòd ita consuleret, scilicet quòd ille
qui promisit factum alienum cum pœna, licet
adhibuerit omnem diligentiam ad hoc, vt fa-
ctum promissum sortiretur effectum, quod si
non sortitum fuerit, promissor non euitet pœ-
nam. est bene uerum quod fatetur, quòd om-
nes canonistæ tenent primam opin. & quòd ab
eo nemo discrepat. sis ergo cautus tu qui pro-
misisti factum alienum sub pœna, quòd facias
quantum potes ut factum adimpleatur, si uis
pœnam euitare.

Cautela ut prælatus non perdat sua beneficia propter homicidium commissum. XLIIII.

a Quia om. An potestas dispensandi super irregularitate cõcessa a Papa, alicuidurer post mortem Papæ, dic quòd sic. vide Fed. de Se. in cons. suo 78. q a semel gratia facta per Papam ĩ personã aliquã, non expirat per mortem Papæ. casus est in c. su pergratia. de offic. dele. libr. vj. & quando canonice ẽ semel facta dispensatio, ex superueniẽti facto non retractatur, vide in ca. ex tua. de fil. presby. & est ibi casus.

1 *Beneficia sua perdit prælatus, qui homicidium cõmittit.*
2 *Beneficiorum priuatio, an ipso iure fiat, vel sententia requiratur.*
3 *Papa cum homicida uoluntario, an dispensare possit, cum de iure diuino prohibitum sit.*
4 *Regularitas omnis de iure diuino, non autem positiuo introducta est.*
5 *Membri mutilatio ad irregularitatem contrahendam cum homicidio a pari procedunt.*

1 CANONICIS † constitutionibus cau
tum est, quòd prælatus committens homi
cidium perdat sua beneficia. vt c. j. de homici.
& c. j & c. finali. de tempo. ordin. & c. si episco
pus. & c. si quis homicidiũ. j. distinctione. iũcto
c. si quis ammodo. cum sequenti. lxxxj. distin
ctione. & istud habet locum & procedit, etiam
si homicidium fuisset perpetratum in personã
vnius Iudeæi, vel alterius infidelis, vt 50. distin-
ctione. clericum. cum sequ. & vt etiam not. Ge-
minia. post Archidiach. ead. distinction. minor.
2 † Sed dubitatur, an talis priuatio beneficiorũ
fiat ipso iure, an vero requiratur sententia. &
communis opinio est, quòd veniat priuandus
per sententiam, quia antequam priuetur, iuste
tenet & possidet sua beneficia dicto homicidio
non obstante: prout originaliter tenuit Innoc.
in c. cum nostris. de concessio. præben. vbi etiã
tenet Imol. in xvij. colum. uersicul. secundo ẽt
not. quòd propter homicidium tenent do. Ab.
Ioan. de Ana. & Fel. in c. inquisitionis. in princ.
de accus. Ioan. de Ana. in c. ij. in ij. col. uersicul.
facit etiam iste tex. de cleric. pug. in duel. & in
c. fina. in j. colum. de homic. do. Abb. in c. quere
lam. in ij. col. de iureiur. Bal. in l. cum fratrem.
in iij. col. ver. circa instrumentum vnum scias.
C. de his quibus ut indig. vbi expresse dicit, ꝙ
notorium non habet vires ad aliquem deponẽ-
dum vel priuandũ, nisi sequatur sententia de-
positionis vel priuationis: & ideo licet aliquis
prælatus sit notorie criminosus, non tamen pro
pter hoc est depositus ipso iure, etiam si sit ho-
micida. allegat Inno. in d. c. cum nostris. de con
ces. præben. & ista in effectu est communis opi.
quam communem dixerunt Io. de Ana. & Fel.
in d. c. inquisitionis. in prin. de accusa. Tu ergo
prælate qui commisisti homicidium, propter
quod si contra te procederetur, priuaberis tuis
beneficiis, quomodo facies ad hoc, vt ea retine
re valeas: & si non per directum, saltem per in-
directum? Dic quòd cautela est, quòd perpetra
to illo delicto, inuenias aliquem tuum amicum
fidelem, & ei renuncies dicta tua beneficia, hoc
secum tacite acto, quòd ad omnem tuam requi
sitionem debeat similiter tibi ipsa beneficia re
signare: quo sic facto, videas postea, quando ti-
bi videbitur aliqua bona via impetrare dispen-
sationem a summo Pontifice, vt non obstante
homicidio, vel tali delicto, possis esse capax be-
neficiorum: quam facile, si habebis ingenium,
obtinebis, petendo eam non super benfieciis
acquisitis retinendis, sed tantummodo super
acquirendis: qua obtenta, postea facies, quòd il
le tuus amicus resignabit tibi illa tua benefi-
cia, & hoc modo frueris eis.[a] Et ista cautela, vt
3 intelligo, multum frequentatur Romæ. † Et
si dices, quæro a te, Papa potẽstne dispẽsare cũ
homicida præsertim voluntario, cum sit, quòd
dispensatio cũ homicida voluntario sit de iure
diuino: vt tenet gloss. in c. sicut dignum. de ho-
mi. & sentit expresse glo. xxj. dist. in summa. &
vt firmant domi. Abb. & Ioan. de Ana. in d. c. ad
audientiam. eod. tit. de homici. per illud dictum
Domini, versus Dauid, Non ædificabis mihi
templum, quia vir sanguinis es. vt habetur j. q.
vij. si quis omnem. & de conse. distin. j. c. j. ergo
Papa non poterit talem dispẽsationem facere:
quia ipse non dispensat contra legem diuinam.
vt xxv. quæst. j. sunt quidam. nam inferior non
potest tollere legem sui superioris, vt ca. cum
inferior. de maior. & obed. & cle. ne Romani. de
elect. quia respondeo, quòd prædictis non ob-
stantibus, Papa potest dispensare cum omni ho
4 micida, siue casuali, siue voluntario: a † quia
omnis irregularitas est introducta de iure po-
sitiuo, nõ autem de iure diuino: prout no. Inn.
in d.

in d.c.ad audientiam.de homici. & in c.nisi cũ pridem.super verbo irregularitatis.de renunc. & ibi late Imol.vbi respondet ad illud dictum non ædificabis mihi templum,&c. tenet dom. Abb.in c.ego enim.in fi.de iureiur.Car.& Ioã. de Ana.in c.petitio.de homi.cum aliis concor. de quibus per Fely.in d.c.ad audientiam. nam & Moyses ex proposito homicidium commisit nam Aegyptium interfecit, & in arena eum obruit,vt 23.q 3.non inferenda.& de pœn.dist. 2.c.& cognouerunt.§.item opponitur.& tamẽ ædificauit templum,vt de conse.disti.j in prin ci.& fuit magnus sacerdos,vt ca per venerabilem.qui filij sint leg. similiter & Paulus præbuit auxilium lapidantibus Stephanum,vt habetur in actibus apostolorum.ca.6.& similiter Petrus mutilauit auriculam Pharisæo,vt habetur in dominica passioue.quæ mutilatio mem-
5 bri,†quo ad contrahendam irregularitatem, a pari procedunt cum homicidio,vt no. gloss.in cle.vnica.in verbo,mutilet.de hom.& Ioan.de Ana.in c.j.in 2.colum.de cleri.pugn.induel.tamen ipsi Petrus & Paulus fuerunt primi fundatores ecclesiæ: ut cap. fundamenta. de electio. in 6. & similiter inter apostolos principatum obtinuerunt. vt secunda. quæstione septima beati Pet.& Pau.Sis ergo cautus tu prælate,qũ commisisti homicidium, vel aliud delictum, propter quod venis priuandus tuis beneficiis, si de tali priuatione dubitas, vt utaris remedio de quo supra.

Cautela ut teneat impetratio ecclesiæ patronatæ, licet de iure patronatus, laicorum non sit facta mentio. XLV.

1 *Iuribus patronatus laicorum, Romanus pontifex literis suis nullo pacto praiudicare intendit.*
2 *Impetratio est ipso iure nulla, si quispiam a Papa impetraret aliquam ecclesiam, de iure patronatus laicorum expresse mentione non facta.*
3 *Beneficium si episcopus conferat intra tempus patroni, & patronis intra tempus iuris aliquem non præsentet, & alius postea illud beneficium a Papa impetret cum clausula, si non fuerit alteri ius quæsitum, quis potior erit.*
4 *Beneficij collatio per ordinarium intra mensem datum, si facta fuerit talis collatio, ualet, si ipse expectans non acceptauerit.*
5 *Data primus si nunquam acceptauerit, prouisio secundo facta intra mensem ualet.*
6 *Patronus clericus licet in præsentando accumulare non possit, tamen secunda præsentatio ab eo facta de facto reconualescit etiam eo inuito, si primus ab eo præsentatus cesserit.*

SCIENDVM est,quòd mens & intentio Romani pontificis est,nolle præiudicare per aliquas literas a se concessas iuri patronatus laicorum, prout latè firmat Lap. de Castellio.in sua allegat.85.incipien. beneficia uacantia in curia Romana. concludens, quòd reseruationes beneficiorum quas quotidie facit Papa,nõ compræhendunt beneficia patronalia.& inter alia refert Ioan.Andr.in c.dilectus.de offic.lega.dicentem Hosti. ibi dicere, se alias vidisse vnam bullam Papalem directiuam prælatis Angliæ,quæ continebat, quòd quando Papa scribebat pro aliquo beneficiando, suam intentionem non esse,velle includere beneficia in quibus laicus habeat ius patronatus,& ratio secundum eum est, quæ prius fuit gloss.in cap. cum dilectus. in fin.gloss. magnæ. de iure patrona. quia si talia beneficia conferrentur per Papã, & per alios prælatos, laici retraherentur a fundatione ecclesiarum. subiungens idem Lapus in dicta sua allega.se vidisse obseruari per Gregor.11.quòd dum contulisset ecclesiam sancti Romuli Florentiæ,non facta mentione de iure patronatus parochianorum,non potuit postea
1 obtinere ille,cui fuerat collata.†Et istam regulam, quòd in dubio Papa per suas literas non intelligatur velle præiudicare iuri patronatus laicorum,tradit etiam Gemi. post alios in capit.2.in gloss.super verbo,collatio. de præben. in 6.do.Abb.in d.cap.cum dilectus.in fi.de iure patro.dom.Cardi.in consilio 96.incip.Papa vniuit quandam abbatiam. circa medium.versi. quo ad causam secundam. & ista regula est ad eo vera, quòd etiã si in sua supplicatiõe diceretur, qualiter nonnulli laici solebant nominare vnum episcopum pro rectore, quando ecclesia vacabat,tamen per ista verba non dicitur facta mentio iuris patronatus.ita Fely.in suo tracta. quãdo lit.apost.noce.patro.ecclesia.circa principi. Dicens ita fuisse iudicatum in Rota, tempore Papæ Pauli secundi, per tres sententias conformes, prout affirmabat ille in fauorem, cuius dictæ sententiæ fuerant latæ. Et quòd ista regula sit indubitata,vide per Fel.in d.suo trac.eam pulchre ampliantem vndecim modis.
2 †Ex quibus apparet, quòd si aliquis impetraret a Papa aliquam ecclesiam a non facta expressa mentione de iure patronatus laicorum, quod talis impetratio non teneret: immo esset nulla ipso iure, patrono agente de contemptu,vt est casus in c.decernimus.ibi,irritam esse nouerit. 16.q.7.& vt tenet d.Ab.in c.illud. circa princ. de iure patro.& in c.ex insinuatione. in secundo notabi.eo.ti.& in c.cum Bertold.in 3 colu. ver.ex hoc notabiliter colligitur.de re iud.vbi etiam hoc tenet Fely.in 5.colum.cum aliis auctoritatibus per eum ibi adductis. Et dicunt domi.Card.& domin.Abb.in d.c.ex insinuatione quòd institutus in ecclesia patronata intra tẽpus præsentandi sine præsentatione patroni,occupator est, & tanquam occupator remouetur. Modo tu prælate impetrasti vnum beneficium, seu vnam ecclesiam, a non facta mentione iuris patronatus alieni,uel maliciose,vel ex ignorantia,quo casu, propter vitium

a Non facta. Impetrans an debeat narrare qualitatem beneficij,quod impetratio subreptitia videatur dic quòd sic.nota.d.Io And.in c & cui.de præben.li.8.in Nouel. & in eodẽ. de rescri. in ca. in nostra. & in decisionib[9] Rotę.iuxta modernum ordinẽ in 213.vide in cõsilio.d. Lud. de Rom.352.quod inci. quo ad primum articulũ, in quo quæritur.ibi, quo ad tertium,in quo q̃ritur an bull.

ſurreptionis,talis impetratio eſt ipſo iure nul-
la, ut ſuperius dictum eſt . nunquid erit dare
cautelam,quòd tali ſurreptione non obſtante
talis impetratio remaneat firma & ualida. Dic
quòd poſſet uti illa,qua vſus fuit quidam anno
prętерito in diœceſi Taruiſina,ut mihi relatum
fuit. Quidam impetrauerat a ſummo pontifice
quandam eccleſiam, ſciens eam eſſe patrona-
tam , non facta mentione de iure præſentandi
competenti ſeniori de quadam caſata,quia im-
petratione obtenta, ſtatim dum ipſe eſſet Ro-
mæ,miſit Taruiſium quendam ſuum procurato
rem ad exequendum duo.Primum ad accipien
dam tenutam ſeu poſſeſſionem ipſius eccleſiæ.
Secundum ad alloquendum illum cui compe-
tebat ius præſentandi.narrando ei,qualiter ta-
lis impetrauerat talem eccleſiam, ignorans eã
eſſe patronatam,ſed poſt collationem ei factã,
ſciuit de ſuo iure patronatus, & licet ſuæ bullæ
Papales amplæ loquantur, adeo quòd ſiue ec-
cleſia ſit patronata ſiue nõ,ipſe intendit, quòd
collatio teneat & valeat. Attamen quòd male
libenter ueniret ſecum ad aliquod litigium,
propterea rogabat ipſum, quòd nihil vellet in
nouare vſque ad aduentum ſuum,quem ſpera-
bat debere eſſe intra tempus breue. Et tunc ſi
ipſe patronus nollet condeſcendere voluntati
ipſius cui fuerat facta collatio, quòd ipſe face-
ret totum oppoſitum,& quòd ex nunc ipſe vo
lebat tangere aliquid de fructibus ipſius bene
ficij, ſed quòd dabat licentiam ipſi patrono e-
os percipiendi,& multa alia ſimilia verba,adeo
quòd patronus promiſit expectare aduentum
dicti beneficiati,qui eum tantum diſtuiit,quòd
fuerunt elapſi quatuor menſes , & ſic tempus
datum a iure laicis ad præſentandum.iuſta ca.
vnicum.de iure patro.in 6.quia nec omnes ſci-
unt diſpoſitiones iuris:videns iſte patronus il-
lum non uenire,præſentauit quendam ordina-
rio loci, qui inueſtiuit eum de dicto beneficio,
iſtis ſic ſecutis,fuit dubitatum quę iſtarum dua
rum collationum deberet præualere,an illa pri
mo loco facta a ſummo pontifice,licet in ea de
iure patronatus laicorum non eſſet facta men-
tio,an vero ſecunda facta ab epiſcopo loci,poſt
elapſum tempus competens patrono laico ad
pręſentandum,quæ deberet valere, ſi non per
viã præſentationis propter elapſum tẽpus ſal-
tẽ deberetualere tãquã collatio ordinaria,pro-
ut ſonabat inueſtitura. Fuit iudicatum primã
collationem factam a Papa præualere, quia id
quòd dicimus collationem eſſe ipſo iure nullã,
quando eſt facta ſine præſentatione patroni,ut
dict.c.decernimus. 16.q.7.habet locum & pro
cedit patrono contradicente, ſecus autem ipſo
conſentiente expreſſe,vel tacite,& tacite intel
ligitur conſenſiſſe , cum non præſentet alium
intra tempus iuris, cum tunc ſit ſublata pote-
ſtas agendi de contemptu,quæ durat,donec du
rat poteſtas preſentandi, nam elapſo tempore
iuris,non poteſt dici contemptus , ſed potius
quòd ipſe ius ſuum contempſit. ita ſignanter
in terminis tradit Fely. in d.ſuo tract.quando
lit.apoſto.noce.patro.eccleſia. In vndecima li-
mitatione.allegans ita tenere domin.Cardi.in
clemen.j.in 15.colum. verſicu.ſed poſt longã
cogitationem defendo partem Plebani.de ſup.
negligen.pręla.& domin.Abb. in ſua diſputa-
tio.incipien.augerio.in fine ſecundi dubij. ver
ſicul.aut patronus neque conſentit &c. ſubiun
gens Fely.iſtas duas autoritates domin. Cardi
na.& Abb.ſe plurimi facere , quoniam ſæpius
ſecundum eas conſuluit,& obtinuit.quam opi
ni.tenet idem Fely. in ca.cum Bertoldus.de re
iudica.in 4.col. verſi.tertio aduerte. vbi dicit
hoc eſſe bene guſtandum.& in 5.colum verſi-
cu.quarto limita.& in c.cum ex officij.in ante
penul.& vlt.col.de pręſcr. & ita etiam volunt
domi.de Rota in ſua deciſio.528.incip.nota in
3 tra tempus patroni. in anti.concludentes, † ꝙ
ſi epiſcopus conferri beneficium alicui intra
tempus patroni , & patronus intra tempus iu-
ris non præſentet aliquem , & alius poſtea
impetret a Papa illud beneficium cum clau-
ſula, ſi non fuerit alteri ius quæſitum , quòd
iſtorum potior erit ille, cui fuerit per epiſco-
pum collatum dictum beneficium:diſtinguen-
tes tamen,an epiſcopus contulerit ipſum bene
ficium tanquam deuolutum, an vero ſimplici-
ter iure ordinario,primæuo,& originali:vt ibi
per eos.& quòd iſta opini. ſit vera , bene facit
quod notabiliter voluit do. Abb.in d.c.cum ex
4 officij.in vlti.col.de præſcri.dicens, † quòd ſi
facta eſt collatio per ordinarium intra menſem
datum expectantibus,iuxta cle.vnicam.de con
ceſ.præben. quòd talis collatio valet,ſi expe-
ctans non acceptauit,volens ſimiliter quòd va
leat collatio facta per ordinarium de beneficio
tanquam deuoluto , licet deuolutio ſequatur
poſt collationem. Secundo bene facit deciſio
Ro.422.incip. nota primus ſecundus. in anti.
5 vbi concluditur,† quòd ſi primus data nunquã
acceptauit,prouiſio facta ſecundo , intra men-
ſem valet . Tertio adduci poteſt alia deciſio
dccclxv.incip. patronus clericus in antiqui.
6 † vbi dicitur,quòd licet clericus patronus non
poſſit accumulare in præſentando, vt habetur
in cap.cum autẽ.de iure patro. tamen ſecunda
præſentatio facta ab eo, de facto reconualeſcit
etiam eo inuito,ſi primus ab eo præſentatus ce
dat.Quarto iſta opi.poteſt comprobari per re-
gulam cancellariæ Inno.8. quæ eſt penult.in
regulis expectatiuarum,quę incipit, Item idẽ
ſanctiſſimus dominus noſter ſuorum prędeceſ
ſorum &c.volens, quòd ſi minus prærogatiua-
ti acceptent ante magis prærogatiuos , quòd
acceptationes ſuæ tenent , ſi poſtea ipſi magis
prærogatiuati non proſequantur, vel non pu-
blicent acceptationes ſuas. Et intellexi quòd
iſta eadem quæſtio fuit anno præterito venti-
lata in Rota, & quòd ita fuit iudicatum,dum
iſta quęſtio uerteretur inter duos Ferrarien-
ſes. Tu ergo prælate teneas iſta menti, quia ſi
ualebis ea practicare, poterunt tibi afferre nõ
mediocrem utilitatem .

Cautela pro iudice ad obuiandum calumniis, petentium dilationes animo differendi iudicium. XLVI.

1 *Dilatio ad producendum suos testes absentes, per iudicem concedi debet.*

2 *Testes quotiescunque aliquis in iudicio producit, tenetur ei expensas facere, & omnia necessaria subministrare.*

SAEPISSIME litigantes volentes differre iudicium, comparent coram iudice, vel immediate post litis contestationem, vel post primam dilationem habitam, dicentes se non posse probare de iuribus suis, ex eo ꝙ testes sui sunt in partibus longinquis, idcirco petunt dilationem competentem, quæ non potest esse nisi longa ad producẽdum dictos suos
1 testes absentes: † quæ quidem dilatio debet per iudicem concedi: ut habetur in §. & quoniam. in autenti. de testi. & in l. iudices. cum ibi nota. C. de fide instrum. Tu autem iudex qui habes suspicionem, quòd talis dilatio quæ petitur, animo petatur calumniandi, & protelandi iudicium: si vis tali calumniæ obuiare, cautela est, quòd si illi testes quos pars asserit absentes, sint secundum assertionem partis in aliquo loco illius prouinciæ seu illius territorii quod regis, quòd tunc dicas parti petenti dilationem ad producendum dictos testes, quòd eam sibi concedas, & eos citabis, & per competens temporis spatium eos expectabis, sed in primis & ante omnia deponat pecuniam pro expensis ipsorum testium, quas facient in veniendo, stan-
2 do, & redeundo: † nam quotiescunque quis in iudicio producit testem, tenetur ei facere expẽsas, & subministrare omnia necessaria: vt no. in l. quoniam liberi. C. de testi. & in l. eos. §. si quis autem. C. de appel. & iij. q. iiii. §. venturis. & c. statutum. §. penul. de rescrip. lib. vi. vbi expresse text. loquitur de expensis fiendis in veniendo, stando, & redeundo, quia officium suum alicui non debet esse damnosum: ut c. cum non deceat. de electio. in vi. & cap. magnæ. de voto. & isto casu, si iudici videtur, potest vt superius dictum est, dicere parti asserenti se habere testes absentes, citabo eos & expectabo, sed depone ante omnia pecuniam pro expensis quas faciẽt in veniendo, stando, & redeundo: & tunc ipsa pars forsitan causa non exbursandi tantam pecuniam, cessabit a prædicta calumnia: quia si recusabit ipsam pecuniam deponere, nec tu teneberis dare dilationem ad producendos ipsos testes. Ita singulariter dixit glo. in dicto c. statutum. §. penulti. de rescrip. libr. vi. quam refert & sequitur domi. Abb. post alios in cap. constitutus. de fideiusso. & Paul. de Cast. in l. interdũ. ff. de iudi. Secunda cautela est, si dubitas, quòd dilatio quæ tibi petitur per vnam ex partibus, illud fiat causa calumniandi, & causa differendi negotium: si vis tali calumniæ obuiare facias ei vnam comminationem, cum sit, quòd firmissime tenes, quòd illam dilationem petat causa litem in longum protrahendi, si per dictos testes quos asserit esse absentes, non probabit intentionem suã, quod mulctabis eum in tanta quantitate pecuniæ, quod facere poteris, ea postea non probante: quo casu, forsitan metu mulctæ cessabit & a calumnia. ita pulchre docet Pet. de Anch. in d. c. constitutus. de fideiussor. quem ibi refert & sequitur Imo. in vlt. col. versi. alia cautela esse potest. dicens istud dictum esse menti tenendum, & quod in practica sæpe occurrit: quòd dictum etiam referunt, & approbãdo magni faciunt Alexand. in vltim. colum. & domin. Ias. in pen. in l. j. ff. si quis ius di. non ob. & Alexan. in l. si filiusfamilias. §. diui. circa fin. de leg. j. & dom. Lancel. Decius. in d. l. interdum. ff. de iud. appellans hanc elegantem cautelam.

Cautela pro iudice ad enitandũ pœnam statuti, quando intra tempus limitatum non potest determinare causam. XLVII.

1 *Sententia ista an valeat, condemno, vel absoluo, prout quisque ex actis est condemnandus, vel absoluendus.*

PLERVNQVE per statuta locorum cautum est, quòd iudex non determinans causam intra tale tempus, cadat in talem pœnam: quo casu postea contingit, quòd iudex a aut per negligentiam, aut aliquo negotio detẽtus, intra tempus a statuto taxatum non vidit acta: & tunc salua conscientia, non potest suam sententiam ferre, immo si vellet iudicare ipsa conscientia postposita, posset taliter pronunciare, quòd faceret litem suam, iuxta no. in l. fi. C. de pœn. iudi. qui mal. iudica. & in l. cum prolatis. ff. de re iudic. si vero non sententiat intra tempus debitum secundum formam statuti, cadit in pœnam: quomodo ergo faciet iudex, quando non vidit processum, euitare pœnam statuti? Dic quòd cautela est, quòd non pronunciet in hunc modum, Condemno & absoluo, prout quisque est condemnandus, vel absoluendus ex
1 actis: † quia ista sententia hoc modo prolata, valet & tenet, & satis dicitur esse certa, ex quo ex actis potest certificari: iuxta no. in l. iij. C. de sent. quæ si. cer. quan. profer. & per Innoc. in c. ij. de libel. obla. & isto casu, per huiuscemodi sententiam, iudex euitat pœnam statuti. ita no. dixit d. Abb. post do. Anto. in c. pe. circa fi. de iudic. ubi etiam Felyn. in pen. col. & Bald. in l. ait

a Quod iud. An iudex possit cõueniri, si eius negligentia debitor pupillus aufugit, vide d. Lud. Ro. in cõs. suo cclvij. qđ incipit, ex tribus concludit. Et qđ si iudex expresse habeat relationem ad acta, & ex actis ad quæ habetur relatio apparet de errore iudicis in sẽtentia, an talis sententia sit nulla? dic quòd sic, secundum communẽ conclusionẽ. vide per d. Alexã. in consi. cxxiij. in primo libro consiliorũ, ibi, quod autem dicere sñiæ &c.

prætor.§.si iudex.ff.de re iudi.dicens hanc cau
telam esse pro iudicibus imperitis, vel non ha-
bentibus tempus deliberandi. ponit idem Bal.
post Ias.Bul.in l.cum iudex. C.de sent.& in l. si
de meis.§.fin.ff.de arbitr. dicens , quòd in illa
ciuitate ita fecit quidam collateralis, qui absol
uit absoluendum, & condemnauit condemnan
dum,prout ex actis apparebat. Sequitur domi.
Lancel.dicens , hunc esse singularem modum
in l. non quemadmodum. ff.de iudic. Secunda
cautela est,quòd absoluat partes ab obseruatio
ne iudicii iurando de causa sibi non liquere:
quia hoc modo similiter euitabit pœnã a statu
to impositam.ita pulchre voluerunt Ang.Pau.
de Cast.& Alex.ibi,in prin.in l.si vni.aliàs inci-
pit,Pomponius.ff.de re iudi.Ange. & Alex.ibi,
in iij. colum. in l. ait prætor.§.si iudex. ff.eod.
Angel. & Paul.de Castr.in dict.l.non quemad-
modum.ff.de iudi. Bald.in capit.j.§.sancimus.
versicul.sed hic incidenter quæritur. quo tem-
por. mil. inue. pet.debe.in vsib. feud. Tamen
ista cautela est, intelligenda iuxta ea quæ habẽ
tur per Bart.in l.properandum. §.sed.& si qui-
dem.in iij.oppo.C.de iudi.& in d.l.si de meis.
§.fin.ff.de arbi.scilicet quando ipse iudex non
posset redargui de culpa, secundum Alex.in d.
§.si iudex.& Fely.in c.penul.de iud.& in c.cau
sam matrimonii.de offic.deleg . propterea pri-
ma cautela est tutior.

Cautela ut primus emptor præferatur secundo, quando secundo res prius fuit tradita. XLVIII.

1 *Vendat si quispiam rem uni, & postea ipsam vendit alteri , & prius sibi tradat , secundus emptor ipsius traditionis vigore , emptori primo præfertur .*

2 *Vendat si quispiam rem alicui, & ei cum iuramento promitteret alteri non vẽdere, tamen si postea eam venderet & traderet secundus emptor non obstante iuramento, primo præfertur.*

3 *Constitutum precarii a constituto simplici , in quo differat.*

4 *Hypotheca tantam vim habet. quòd dominii trãslationem impedit.*

1 SI QVIS † vendit rem vni , & post ea ip-
sam vendat alteri,& prius sibi tradat,secun-
dus emptor vigore ipsius traditionis prefertur
primo emptori: & sic non habet locum illa vul
gata regula, qui prior est tempore, potior est
in iure:ut de primo est text. in l. qui tibi. C.de
hær.vel actio.vendi.& in l.siue autem. §.si duo
bus.ff.de public. & text. & ibi per omnes in l.
quoties.C.de rei vendi. & ista regula est adeo
vera, quòd primus emptor pro suo interesse
non posset se opponere, vel impedire quomi-
nus secundus emptor in possessionem mittere
tur:ut voluit Iocob.But.in l. manifestissimi.C.
de fur.quem refert & sequitur Bald.in c.j.in j.
col.ver.extra nota.in tit.quæ si. in vsi feudo.&
2 vlterius est adeo vera , † quòd si aliquis ven-
deret rem alicui,& ei promitteret cum iuramẽ
to alteri non vendere,tamen si postea eam ven
deret & traderet,secundus emptor non obstã-
te iuramento præferretur primo. ut in termi-
nis decidit Ioan.de Imo. in repe.c.cum contin
gat.de iureiur.in j.col.vers. quantum ad ipsam
rem . quia iuramentum non habet vim impe-
diendi translationem dominii : ut pulchre tra-
dit Bald.in consil. cccxcvij. incipien.inter tres
marchiones.in iiij.parte.licet talis vendens per
talem venditionem incidat in pœnam falsi : ut
est text.in l.qui duobus. cum ibi not. ff.de fal.
vnde insurrexit communis practica omnium ta
bellionum,quòd quando conficiunt instrumen
ta alicuius venditionis, vtuntur duplici reme-
dio ad hoc vt primus emptor indifferenter præ
feratur secundo.primum remedium est , quòd
in instrumento apponunt constitutum, videli-
cet quòd dictus vendens constituit se nomine
ipsius emptoris possidere quia constitutum ha
bet istam uim , quòd primus emptor præfer-
tur secundo: prout fuit originalis decisio Gui-
do.de Suza,in l.fina.de sacr. sant. eccle.& in l.
quoties.C.de rei vend.quem refert & sequitur
Ioan.And.in addi.Spe.in tit.de emptio. & vẽdi.
§.sciendum.versi.& nota.tenet Bal.in Rubric.
C.de contrah.empt. in xvij.q. Alexan. in consi.
xiiij.incipien.circa primum dubium quo quæ-
ritur nunquid dicta donatio.in fi.in j.volum &
consi.xxv. incipiẽ.viso testamento condito per
Angelucium.in vlti.colum. in iij.volum. & ra-
tio istius decisionis est, quia dato quòd consti-
tutum sit actus fictus,tamen per ipsum trãsfer-
tur dominium & possessio , perinde ac si vere
res esset tradita:ut est text.in l.certe. §.j.versi.
proprie possidere uideor. ff.de preca.per quem
text.ita tenet Bart.& moder.in l. ab emptione.
ff.de pact. & Bartol.in l.interdum. & in l.quod
meo.vbi plene per Alex.ff.de acquiren.poss.&
Bar.in repe.l.creditores.C.de pigno.in iij.col.
versicul sed quid si in instrumento . & in viij.
3 col.versi.sed pone quòd debitor . † vbi posuit
illam notabilem differentiam inter constitu-
tum precarii,hoc est quando in instrumento di
citur,quem fundum dictus venditor constituit
precario nomine ipsius emptoris possidere: &
inter constitutum simplex , quando dicitur,
quem fundum dictus venditor constituit se no
mine ipsius emptoris possidere . Et sic non ad-
iungitur illud verbum precario: nam primo ca
su per ipsum constitutum precarii, non trans-
fertur nisi ciuilis possessio : naturalis vero re-
manet penes ipsum constituentem . Secundo
vero casu , scilicet per constitutum simplex
transfertur non solum ciuilis,sed etiam ipsa na
turalis , adeo quòd nuda detentatio solummo-
modo remanet penes ipsum constituentem .
quam opinionem sequitur Angel. de Aret.in

§.actionum in materia constit. ver. aduertas
tamen quòd aliqui notarij.institu. de actio.di-
cens quòd vtilius est pro emptore ad hoc, vt
in eum tranferatur omnis possessio,quòd non
adiiciatur illud verbum, precario,sed simpli-
citer dicatur, quam rem venditam dictus ven-
ditor constituit se nomine ipsius emptoris
possidere. sequitur Practicus Papien. in for-
ma libelli, in contractu venditionis,in verbo
constituens ex nunc.vbi ipse dicit, quòd vti-
lius est, vt quis constituatur simpliciter se al-
terius nomine possidere, quàm precario nomi
ne.sequitur Bartho.Cæpol.in suo cōsilio 4. in-
cip. visa querela producta per Nicolaum &
do. Ias. licet de prædictis autoritatibus exce-
pto Angel.non faciat mentionem in d.l.ab em
ptione.in 8.colum.ff. de pac. Secundum reme
dium est quo vtuntur notarij ad hoc, vt pri-
mus emptor indifferentet præferatur secundo,
quòd in instrumento apponunt hypothecam,
videlicet quòd pro obseruatione prædicto-
rum dictus vendens obligat ipsi emptori om-
nia bona sua,& præsertim illam rem,quia si po
stea alij venderet & traderet,a primus emptor
4 præferretur omnibus aliis: † quia hypotheca
habet tantam uim quòd impedit translationē
dominij. vt est casus secundum veram literam
Pisanam,in l.si creditor.vbi Barto.ff.de distra.
pigno.vt no.Barto.& alij in l.ea l.C.de condi-
cti.ob causam Bart. & moder.in l.si ita quis.§.
ea l.de verbo.obliga.& Bart. vbi hoc in termi-
nis dicit,in l.qui absenti § j.in fin.ff.de acqui-
rend.poss.Pone modo,quòd tu emisti aliquam
rem, quæ res per ipsum venditorem fuit alteri
post ea vendita, & prius sibi tradita,& de pri-
ma venditione nū fuit confecta scriptura,quæ
in contractu emptionis & venditionis, de ne-
cessitate non requiritur, vt not. institu.de em-
pti.& vendi.in princip.vel si fuit confecta,non
fuit appositum,nec const.di nec ipsa hypothe-
ca:quo casu,per quæ superius ,dicta sunt,secū-
dus emptor vigore traditionis debebit præfer
ri tibi primo,quomodo facies, ad consequen-
dam dictam rem a te primo loco emptam?Dic
quòd cautela est,ut coneris probare,quòd ipse
secundus emptor sciebat primam uenditionem
esse factam, quia dato, quòd postea in ipsum
per traditionem fuerit translatum dominium
tament propter fraudem suam qua vsus est e-
mendo,cum sciret primam venditionem,tu pri
mus emptor poteris ipsam rem ab eo reuoca
re per actionem prætoriam, competentem ad
reuocandum alienata in fraudem.ita signanter
dixit Bald.in rubric. C. de reuoc. his quæ in
fraud.credi.circa princip. & ita similiter tenet
Saly.in d.l.quoties. de rei.vend. in 10. oppo.&
ibi clarius Albe.de Rosa. & domi.Ias. qui alle-
gat text.cum ibi notatis in l.si ea res.§.fi.ff.de
actio.empti.& do.Ias.in l. & inter diuinum.in
9.columna, versiculo. item adde, quòd si
aliquis venditio. de sac.sanct. ecclesi.vbi di-
cit ,hanc esse elegantem decisionem,& menti
tenendam.

Cautela pro potestatibus terrarum,ut non teneantur pro delicto suæ familiæ. XLIX.

1 *Potestates terrarum in delictis, an pro familia teneantur.*
2 *Episcopus tenetur pro delicto sui uicarij, uel alterius officialis delinquentis in officio sibi commisso,nisi statim quod sciuerit, eius delictum purgauerit.*

1 POTESTATES † terrarum ducentes secū
familiam, si aliquis de familia delinquat
circa suum officium, ipse potestas tenetur ad
pœnam ipsius delicti: intellige de pœna pecu-
niaria,non autem corporali, tamen potestas
liberatur, si exhibet ipsum delinquentem. vt
nota.Barto.in l.prima.§. familiæ.& §.fin.ff.de
publica.& in l.si post depositam.C. de assesso.
in l.debet.ff.naut.caupo. & stab. & in l.j.ff.ad
repetun.& pulchre per Bald.in suo consi. 336.
incipi. casus est talis d. Ioannes de Castellio
2 not.in 4.par.Similiter † & episcopus tenetur
pro delicto sui vicarij,vel alterius officialis de-
linquentis in officio sibi commisso, nisi statim
quòd sciuerit purgauerit eius delictum. pro-
ut volunt Do.de Rot. in sua decisi.278.incip.
si vicarius in no. Pone modo, quòd forma
statutorum, vel electionis dicit,quòd potestas
teneatur in fine officij exhibere totam suam
familiam, vel pro delinquentibus soluere pœ
nam, vt etiam est de iure communi, vt supe-
rius dictum est. quæ cautela erit ad hoc, vt
potestas non teneatur ad neutrum, videlicet
nec ad soluendum,nec ad exhibendum, quan-
do aliquis de sua familia deliquit. dic, quòd
cautela est, quòd ponat ipsum in banno, quia
si postea in fine officij petetur vt debeat præ
sentare suam familia, ipse respondebit,quòd
conditio quæ non potest impleri ex facto il-
lius, cui debet impleri, habetur pro imple-
ta, vt l.iure ciuili: vbi Bartol.ff.de conditio.
& demon. & l.3.vbi Bartol. & l.quæ sub con-
ditione.§. quoties ff.de condit. instit.sed il-
le qui de sua familia commisit delictum in
officio, est bannitus autoritate ipsius rei-
public.& sic cum per ipsam rempublic. stet
quominus ualeat ipsum bannitum præsenta-
re, sequitur, quòd ipse potestas debet ha-
beri pro excusato. ita notabiliter docet Bald.
in l.obseruare.§. proficisci.in prima columna,
versiculo, quid si statutum.ff. de offic. pro-
con.& lega.& in adde.Spec.in titul.de acc.ver.
sed nunquid tenetur potestas. in l.si vero. in
fi.ff.qui satis.cog.vbi dixit, quòd ista est opti-
ma cautela,pro officialibus. sequitur Paris de
Puteo in suo tract.syn.in verbo, familiaris.§.
an ex eo quod fuerunt familiares.versi. pote-

a Primus em. Quod tamen ille emptor cui primo res est tradita,licet secundus sit,præferatur in emptione,etiam si tempore venditionis nullum ius habeat uenditor. vide per do. Lud.Ro. in consi. suo 270. quod incipit, pro decisione propositi thematis.in princ. Nam emptori primo præsumitur facta traditio, si precium prius soluerit: & ideo præfertur secūdo Bal. singulariter in c. si facta. si de feu. fu. controuersi. inter do. & agn.gloss. est in l.2. §.si duobus.ff.de publ. gloss. est not.& Bartol. in l.fin. C.de sacrosanc. eccl. per Paulū de Cast.in consil.suo 373. per Abb.in cap.suggestum.de iure patron. vide etiam per domi. Ale. de Imo.in cōsi.suo 14.qd incip circa primū dubiū. per Ias.in l.inter diuinum. sub numero 8. de sac. san. eccle.

a Qui tenet. Sed an quæ facit familia domini, censeatur de voluntare & conscientia domini fecisse.ui. Bart.ff. de ope. no.nunc.in l.de pupillo. in §.si quis ipsi prætori. & in l.j. ff. quod ui aut clã allegat ca.constitutus. de testi. allegat Ro. text. in l. 4. in prin.ff.de minori.vide per eundem.d. Lu.Ro. in consilio. suo 152. quod in cip. præsens accusatio.ibi,circa fi.cõsilij,prima quia quæ facit,&c.

stas qui a tenetur pro suis familiaribus, & d. Amad de Castell.similiter in suo tract.synd .in verbo,item in eo, quòd dicti socij milites fuerunt negligentes, in inquirendo pro armis. dicens hanc esse optimam cautelam. Aduerte tamen, quòd si ista cautela debet habere locũ, opus est, quòd habuerit bannum ex alia causa, secus si pro illamet, pro qua debeat exhiberi. ita Bal.in d.ad l.Spec.in tit. de acc.vers.sed nũ quid tenetur potestas.& Ang.in l.qui exhibendi.ff.de custo. reo. & Paris de Puteo in d.suo tract.in verbo,carcer.§. an potestas qui aliquẽ tenebat.uer.an si carceratus se occidit.

Cautela contra statutum disponens, quod instrumentum post tantum tempus non exequatur. L.

1 *Iudicis aliæ partes non sunt, nisi nocentem condemnare.*

SI contingat extare statutum disponens, quod
instrumenta circa talem materiam, puta
mutui,non debeant post tantum tempus, pu-
ta decennium,mitti executioni,quomodo fa-
cies tu,qui habes insttamentũ mutui contracti
ante per decem annos,ad faciendum, quòd ta
le instrumentum non obstante dispositione sta
tuti,habeat tibi opitulari.dic,quòd cautela est
ut non petas dictum instrumentum mitti exe-
cutioni:quia hoc modo obstaret tibi exceptio
statuti,sed agas via ordinaria contra tuum de-
bitorem petendo tuum creditum,quia si debi-
tor confitebitur se esse debitorem,tunc conse-
1 queris tuum creditum,†quia aliæ non sunt par
tes iudicis,nisi confessum condemnare, ut l.v-
nica.C.de confes.si vero negabit,tunc ad liqui
dationem iurium tuorum, produces ipsum in-
strumentum: & hoc modo nascetur sententia,
quæ postea erit ipsa,quæ mittetur executioni.
& sic licet per statutum sit præclusa via ad exe
quendum ipsum instrumentum, tamen non e-
rit præclusa ad probandum istam cautelam.tra
dit Bald.in l.3.quæ incipit, plane.ff.quod fals.
tu.au.dicens ita aud uisse a Barto.dum illam le
gem legeret. quam cautelam sequendo Bald.
approbat Fran. de Crema.in suis sing.138.in-
cip.statuto cauetur.& quam opi.similiter repe
rio tenere quendam Ant.de Canario, in quo-
dam suo tract.de execu.instru.in lvj.q.& quem
dam d.Lud.de Barzis,in quodam suo tracta. de
guarentigia.in 6.q.in prima parte.

Cautela ad liberandum tutorem seu administratorem a dolo futuro. LI.

1 *Tutorem si aliquis filijs relinquat, seu bonis suis administratorem, & ei leget liberationem a reddenda administrationis ratione, per tale liberationis legatum, scrupulosa inquisitio remissa intelligitur.*

2 *Dolus futurus nullo modo remitti potest.*

3 *Dolus de præterito, bene remitti potest.*

1 SI quis† relinquit tutorem filiis, seu bonis
suis administratorem, & ei leget liberatio-
nem a reddenda ratione administrationis, per
tale legatum liberationis, intelligitur remissa
tantummodo scrupulosa inquisitio, & sic ea,
quæ per eum gesta fuerint negligentia, & leui
culpa,non autem intelliguntur remissa ea,quę
perperam & dolose administrauerit,nec simili-
ter a præstatione reliquorum: vt est casus in l.
quidam decedens.ff.de admi.tu. & in l.si quis
rationes.& in l.Aurelio.§.Gaius. vbi late Bar.
ff.de li.leg.& in l. si seruus vetitus.vbi Bart.&
alij. de leg.j. sed si testator non simpliciter li-
beraret tutorem,seu administratorem,a ratio-
ne reddenda, sed expresse specificaret ab his,
quæ dolo geret,& a prestatione reliquorum,ta
men tali liberatione non obstante, posset ipse
administrator cogi, reddere rationem villica-
tionis sue:quia si talis liberatio valeret,esset re
2 mittere dolum futurum, † quòd nullo modo
fieri potest.vt l.si vnus.§.illud.ff. de pact.quia
hoc modo daretur materia delinquendi, quòd
in iure non patitur,vt l.conuenire.ff.de pac.do
ta.& cap.quemadmodum.de iureiur. & ita fir-
mant glo. & Bart.in d. l. quidam decedens.ff.
de admin.tut. & Bart.in d.l. Aurelio.§.Gaius.
de lib.lega.in 4.colum.versic.sed quid si relin-
quitur liberatio alicui, pro administratione fu
tura.Modo reuoco in dubium ,nunquid posset
reperiri cautela,ad liberandum tutorem,seu ad
ministratorem, a futura administratione dolo-
sa.dic,quòd sic,videlicet quòd testator,nõ sim
pliciter ei leget liberationem, sed vlterius pro
cedat, dicendo & si ab eo exigerur aliqua red-
ditio rationis, vigore cuius condemnetur ex
nunc,prout ex tunc,omne id, & totum in quo
condemnabitur, ei legio,nam per istud lega-
tum hoc modo factum, heres non prohibebi-
tur exigeres rationes ab ipso administratore,
de præstatione reliquorum,& de his quæ dolo
gesserit,tamen si in aliquo condemnabitur vi-
gore legati,hæres cogetur ipsum liberare,quia
per istud legatum testator non dicitur remit-
tere dolum futurum, sed debitum futurum,
3 postquam in certitudinem venerit. † & sic
intelligitur remittere ipsam obligationem,in-
surgentem ex dolo de præterito, quod bene
fieri potest,vt est text. in d l.Aurelio. §. Me-
uia.& no.Bar. in locis superius allegatis.istam
cau.tradũt Dyn.Iac.de Are.& Rayn.de Foroli
uio,in d.l.si quis rationes.de lib.le.quos refert
& sequit Ang.in cõsi.185.incip.Bru.notar.volẽ
tes,quod licet nõ possit per directũ relinqui admi
nistratori liberatio a dolo futuro,& a pręstatio
ne reliquorũ,tamẽ per indirectum bene possit,
legan-

legando ei omne id, & totum in quo condemnabitur. quam opin etiam tenuit Fulgo. in l. cũ necessitatem. C. de fideicommiss. & secundum eam etiam consuluit Cyn. prout refert Saly c. in dicta l. cum necessitatem tenuit Ang. in cõs. cxliij. incip. reuocatur in dubium. versicul. qui vult ergo administratorem. & in cons. clxxiiij. incip. Gilius Hugonis de Cortonio. cui consilio, vt ibi patet, se subscripserunt præstantissimi Doctor. Fran. de Albergotis. Petr. de Perus. Do. Archi. de Aldigeris, Io. de Lig. Ant. de Presbyteris de Bononia. hanc opin. similiter tenet intrepide solennis doct. d. Franc. Pepus Florentinus in suo consi cclxxvij. inter consilia Socy. incipiẽ. in presenti consultatione sunt videnda principaliter tria. in quarta colum. versic. circa tertiam & vltimam difficultatem. Tamen istam cautelam non pono pro constanti, quia passus est multum dubius, an legatum, de quo suprà, valeat: adeo, quòd Alexã. tangens eum, restitit suspensus tanquam dubius, videlicet in suo cõsil. lvj. incip. circa id quod quæritur. in ij. volu. & in consi. cxliiij. incip. præsuppono primo, circa consultationem præmissam. in v. volum. Sed contrariam partem, scilicet quòd tale legatũ, non valeat tanquam malignitatis nutritiuum, & tanquam dans occasionem spoliandi miseros pupillos, tenent Salyc. Philip Corne. & domin. Ias. in d. l. cum necessitatem. C de fideicommi. Ang. de Are. in suo tractat. de testa. in fin. gloss. super verbo, tutores. & in §. actionum. in materia tutelę. in xxv. quæst. institu. de actio. domi. Ias. in l. actiones. in fi. C. de transac. Practi. Papi. in forma libel. quo agitur ad reddendum rationem tutelæ, in verbo, analogistas. Pet. de Ancha. in consi. mihi cxviij. incipien. pater habens quinque filios. Angel. sibi contrarius in consi. clxxv. incipien. viso dicto statuto. Ioan. de Anna. in consi. lxxx. incipi. visis & intellectis his, quæ in themate narrantur. Eug. in consi. ciij. incip nobilis vir Henricus de Trissino. Barba. in consilio lxvj. inter consilia Francis. de Curt. incipien. sapienter optimus prædixit psalmista. in vij. colum. versicul. capio secundum articulum. Socyn. in consilio ccj. incipient. abunde & subtiliter hanc consultationem absoluit. per totum: allegans ita etiam consuluisse Bald in quodam suo consilio incipien. testator dedit tutorem filiis. & in consilio inci. dum relinquitur alicui liberatio hanc opinionem etiam amplexus & solennis Doct. Francisc. de Crema, in suo consilio lxij. inter consilia Alexandri. in iiij. volumine, quod inci. Serenissimus & Christianissimus imperator.

Cautela ad instruendum uolentem probare communem usum loquendi, ne faciat actum nullum. LII.

1 *Loquendi communis vsus in omni materia, siue fauorabili, siue odiosa, siue pœnali, præfertur.*
2 *Nepotis appellatione, an filius filij, secundum communem vsum loquendi, intelligatur.*
3 *Bestiarum appellatione quid veniat.*
4 *Materia in statutaria, quomodo probatio siẽda est.*
5 *Sermo omnis, qui vulgi auribus non consonat, penitus extraneus dicitur.*

1 TV habes, † quòd communis opinio est, qualiter in omni materia siue fauorabili, siue odiosa, siue pœnali, communis vsus loquẽdi & intelligendi, præfertur propriæ significationi verborum: vt præcise dicit domin. Abb. in cap. ij. in ij. nota. de arbi. de qua communi opinio. habetur per Baldum, in l. quòd si nepotes. ff. de testamen. tutel. per Bartolum, Alexand. & modern. in rubrica ff. de oper. noui nuncia. late per Barbatium in sua repetit. rubric. extrà de fide instrumeuto. in xj. char. versicu. sed quid si communis vsus loquendi ita se haberet. per d. Anto. Panorm. vbi latissime per Fely. in proœ. decre. Modo tu vis in materia statutaria probare communem vsum loquendi, vel intelligẽ-
2 di, puta, † quòd appellatione nepotis, de quo verbo facta est mentio in statuto, secundum communem vsum loquendi & intelligendi, nõ intelligitur de filio filij: prout est de propria significatione vocabuli: ut l. iurisconsultus §. nepos quoq;. ff. gradi. intelligitur de filio fratris. vt not. Io. An. in c. fundamenta. de elect. in vi. in
3 nouel. vel vis probare, † quòd licet appellatione bestiarum, de propria significatione, veniant tantummodo bestiæ feræ, veluti vrsi, vel leones: ut l j. §. bestias. ff. de postulat. tamen, ꝙ communis vsus loquendi aliter se habet, quòd etiam appellatione bestiarum, veniunt animalia domestica: vt dicit Mathesil. in suo notabili xcviij. incipien. no. vnum mirabile. quæro a te, quomodo probabis in materia statutaria istum communem vsum loquendi vel intelligendi, tu recurres ad theoricam Bar. communiter approbatam, in l. Labeo. ff de supelle. legat. videlicet, quòd capitulabis & probabis, quòd a decem annis citra, & per ipsum tempus, quòd communis vsus loquendi vel intelligendi ita se habet, ꝙ appellatione nepotis, intelligitur de filio fratris: & quòd appellatione bestiæ, intelligitur etiam de animali domestico: & si testes interrogabuntur quomodo istud sciant, respondebunt, quòd per ipsum tempus ita communiter ab omnibus dici audierunt. secundum Bartotum in d. l. Labeo. vel respondebunt, ꝙ ita communiter dicitur, secundum Bald. post Dyn. in l. de quibus. in fin. ff. de legi. contra Bart. in d. l.
4 Labeo. sed dico, ꝙ in hoc te decipis, † quia in materia statutaria, non sufficit probare cõmunem vsum loquendi fuisse, & esse a decẽ annis citra, sed opus est probare, quòd erat tempore conditi statuti, aliàs probatio nõ releuaret probantem. Istud fuit solenne dictum Fulgo in l. j. in prin. C. de iura. calum. dicentis se ita practicasse, & obtinuisse in ciuitate Veronæ. & ratio est in prõptu: quia ille qui vult interpretari statutum non secundum propriam significationẽ

a Non dico. Si incidit quæstio causæ spiritualis quãdo in facto uertitũ, an secularis possit cognoscere, tenuerunt quàm plures ꝙ sic Bart.in.l.e.quoties.C. de iudi. d.Anto. de Bu. & Car. Flo.ĩ.c. tuã.de ord.cog. & ĩ.c.cũ sit generale. de foro cõp.p.Bal.ĩ.l.si liũ diffinimus. ff.de his q̃ sunt sui uel ali. iu.p Pau. de Leazaris ĩ cle.j. de usu p Ang. ĩ disput.sua inci. Astẽsis miles.per Fed.de Senis in cõs.xcvij. inci. facta est lex.cõtrariũ tenet idẽ Bar.in.l. Titia. ff.sol.mat. qui uariauit.& Bal. in.l.quoties.C. de iud.uariauit per Pau.de Ca. in consi.cxliiij. & per Ioann. de Im.ĩ.c. cum sit generale. p Ro.ĩ pall.l. Titia.p Bal.in cõ. clxix.in.2.librconsiliorũ. per Lud.Ro. in cõ. ccxcix.quod incip. ĩ proposita cõsul.ibi, p̃missis tamẽ nõ obstantibus. Cõis tamẽ opi.est,ꝙ quãdo de spirituali quæstione dubitat̃ sup facto,ꝙ laic⁹ possit cognoscere. ita p.d.Ia.Cal. & Ant. de Bur. in.d.c.tuã.uide d.Alex. de Im. in.l.Ti.in.4.co. so. mat. & p.d. Ias.in.l.quoties C.de iudic.

verborum,sed secundum communem usum loquendi,nihil aliud uult inferre, nisi quòd concurrente communi usu loquendi,& propria significatione uerborum,debemus dicere, quòd statuens uoluerit statuere secundum communem usum loquendi & intelligendi,non autem secundum propriam significationem uerborũ: quia vt dicit Bald.in ti.de pace Constan.§.opi-
5 zoni. † omnis sermo qui non consonat auribus uulgi,dicitur penitus extraneus,quia fatebor consequentiam, sed negabo assumptum,ꝙ statuens habuerit respectum ad communem vsum loquendi,cum sit,quod dicam, ꝙ tempore conditi statuti non vigebat iste communis usus loquendi, ergo alleganti incumbit onus probandi,quia non sequitur, nũc est communis vsus loquendi & intelligendi, ergo statuens uoluit dispositionem suam ita debere intelligi: quia possibile est, quòd tempore quo factum fuit statutum, non erat iste communis usus loquendi,ergo ut dixit,allegans debet hoc fundamentum suę intentionis probare, & hanc deci. Ful.refert,& sequitur solennis Do.Vincen.Palleotus quem habeo ad pœnam in.l.j.in.v.char. versic.item quia dictum est suprà de communi usu loquendi.ff. si cer. pe. dicens esse perpetuo menti tenendum,& in effectu est tenenda,quia tale dictum raro alibi inuenies solutum per moder. & moderniores. sis ergo cautus tu qui uis probare in materia statuaria communem usum loquendi uel intelligendi,si uis, ꝙ talis probatio habeat releuare,ut non probes, quòd à decem annis citra fuit,& est communis vsus, &c. sed probes ꝙ erat tempore conditi statuti,aliàs succumbes.

Cautela pro iudicibus secularibus, contra proponentes exceptiones remittendas ad iudicem ecclesiasticum. LIII.

1 *Iudicium si coram seculari iudice pendeat, & alicuius quæstionis spiritualis cognitio incidat, talis cognitio ad ecclesiasticum spectat.*

2 *Iudex secularis sententiam iudicis ecclesiastici exequi non tenetur, quando uidet eam nullam, seu iniquam.*

3 *Litis pendentiam morosus allegare non potest.*

1 SI coram † aliquo iudice seculari, pendet iudicium,& incidat cognitio alicuius quæstionis spiritualis, talis cognitio seu quæstio, siue tractetur principaliter,siue incidenter,quãdo est iuris, non dico a quando est facti, non spectat ipsi iudici seculari, sed debet remitti ad iudicem ecclesiasticum.prout tenent Barto.& Paul.de Castr.in.l omni nouatio.C. de sac.san. ecclesi.Bart.& alii in.l quoties C.de iud.Bar.& omnes,vbi præcipue Alexand.in.l. Titia.ff. sol. mat Canonistæ in.ca. cum sit generale.de for. com.& in.c.tuam de ord.cogni. propterea quotidie euenit,ꝙ quando aliquis ex litigatoribus uult differre iudicium cœptum coram iudice seculari,proponit aliquam de istis exceptionibus remittendis ad iudicem ecclesiasticum:puta,quòd contractus, vel instrumentum usurarium,vel quòd actor, vel testis est excommunicatus,& sic de singulis,& ad hoc facit,ut iste interim iudex secularis habeat supersedere,donec de tali exceptione cognitũ fuerit: & ad hoc, ꝙ si in foro episcopi succumbat, valeat ad sedem apostolicam appellare:sic, ut similiter manus iudicis laici pendente appellatione, sint ligatæ, quia quando iudex laicus remisit aliquam exceptionem cognoscendam per iudicem ecclesiasticum, quemadmodum pendente cognitione, nihil potest innouare,similiter non potest quãdo per ecclesiasticum est lata sententia, sed ab ea est appellatum, etiam si in sententia iudex ecclesiasticus reuocasset omnes inhibitiones, vt pulchre consuluit Fede.de Se.in cons.xcviij. in.c.Nicolaus Petri.& ut tenet do.Ant.in. cap. tuam.ij.q.de ord.cog.& Alex.in consi.lxiij.inci.in causa & lite uertente infra Thomam.in.3. uol. Reuoco ergo in dubium, nunquid posset reperiri aliquod remedium per iudicem laicum ad obuiãdum istis calumniis.¦Dic,quòd duplici cautela poterit uti.Prima est, quòd quãdo proponitur coram se illa exceptio remittenda ad iudicem ecclesiasticum,quòd tunc statuat terminum parti proponenti intra quem debeat coram se produxisse capitula, & omnia quæ probare intendit in curia ecclesiastica, vt sic videat,an talia capitula sint releuatura, aut non. & si non admittat talem exceptionem, sed ad ulteriora procedat,quod iuridice poterit fieri. ita solenniter fertur consuluisse Saly. in quodã suo consi.incip.in quæstione uertente,in castro agente.Et ibi dicentem se ita uidisse cõsultum per celeberrimos Do.Ioann.Calderi,& Ioann. de Ligna.quam decisionem refert,& commendando sequitur Alexand.in.d.l.Titia.in. 4. col. uersicu. unum tamen nota perpetuo in practi. ff so.matrim.& Felyn.in dicto capitulo,cum sit generale.in.3.colum.uersi.quarta declaratio & optima.de fo.com. Pro quo quando facit, qđ pulchre consuluit Pet. de Anch.in consi.ccclxxxij.incip.retento ordine dubiorum. uersic.
6 & hoc pro vero supposito vidẽdũ restat. † ubi uoluit, ꝙ iudex secularis non teneatur exequi sententiam iudicis ecclesiastici, quando uidet eam nullam,seu iniquam:unde dixit Ioann.Andre.in cap.cum in iure peritus.de offi.deleg.& in.c.j.de offic.ord quòd iudex laicus non tenetur exequi præceptum iudicis ecclesiastici, de cuius iniustitia scit,vel suspicatur. idem dicendum est in casu nostro, quòd iudex laicus non teneatur remittere aliquam exceptionem ad curiam ecclesiasticam,quando uidet talem exceptionem producturam esse actum nullum,videlicet non esse releuaturam ipsam proponentem. Secunda cautela est, quòd quando iudex laicus uidet, quod coram se proponitur exceptio remittenda ad curiam ecclesiasticam, si

uult

vult opponentem illaqueare , quando dubitat de aliqua calumnia, quòd tunc assignet termi num, intra quem debeat secum toto processu, coram iudice ecclesiastico presentasse , non dico de iuribus suis probasse , quia tale preceptũ non teneret,nam si contingeret, quòd proponens illam exceptionem,non se presentaret coram iudice ecclesiastico , intra terminum præfixum. iudex amplius non tenebitur ipsam exceptionem remittere, sed poterit ad vlteriora iuridice procedere.ita singulariter tradit Bartol.in l præses.C. de appell. quam decisionem tacito autore sequuntur Ange. & Imol. in l.2. ff.de re iud. vbi etiam Alexan.in j.col.qui eam multum commendat. sequitur Paul. de Castr. in d.l.Titia.in fi.ff.solut.ma.Ang.in l.2.§.sed si dubitetur ff.de iudi.Fely.in d.c.cum sit generale.in 3.colum.versicu.est cautela, quòd secularis. vbi dicit istud esse perpetuo notandum. & Alexand.in l.de die.§ fi.ff. qui satis.cog.vbi dicit , istud esse notatu dignum in practica.&
3 ratio potest esse,†quia morosus non potest allegare pendentiam litis.prout no.Bart. in l.sepulchri.ff.de sepul.viol.& in l.vbi cœptum ff. de iudi.& in l.quamuis. vbi etiam Paul.de Castr.ff.de da.infe.& d.Abb.in c. ex tenore.in fi. de rescrip. & in ca.proposuisti.in 2. col.post d. Ant.ibi, de foro comp.vnde. dixerunt Bald.& Pet. de Ancha. ibi in suis reportatis antiquis, in d.l.de die.§.fina.ff qui satis.cog. quos ibi etiam refert & sequitur Alexan. quòd si remissus ad curiam episcopalem super aliquo incidẽti est, ibi in mora iudex primę causę potest ad vlteriora procedere.

Cautela ad licite acquirendum unam rem absque aliqua solutione pretii, LIIII.

1 *Fructus cuiusdam tacitæ compensationis iure quo casu in sortem computentur.*

TV cupis habere vnam rem,puta vnum fũdum, sed tibi non est pecunia , nec alius modus,per quem possis emere dictã rem,quæro a te,an esset pulchrum reperire vnam cautelam, per quam posses licite acquirire ipsam rẽ absque aliquo pretio.tu incipies ridere,dicendo,quòd istæ,sunt ambages dic, quòd imò est reperire cautelam , dummodo possis, & velis eam practicare, videlicet quòd mandes alicui, vt velit nomine tuo de sua pecunia emere illam talem rem,& postea te absente,vel aliter,
1 ipsam rem non petas: † quia isto casu,omnes fructus,quos ille percipiet, iure cuiusdam tacitæ compensationis computantur in sortem: & sic elapso aliquo tempore , calculabitur,quòd tot fructus erunt percepti, quot ascendent ad summam ipsius surtis,& per consequens consequeris ipsam rem,quod nihili tibi constabit.ita solenniter docet Bald.in rub.C.de contrahen. emptione.in 15. quæst. quem refert & sequitur dominus Iason.in l.prima.§. mutui datio. in vltima col.versicu.15.fallit.ff.si cer. peta.dicens,quòd istud est ualde notandum, & cordi tenendum:quia hoc modo quis poterit acquirere fundum,absque aliquo pretio.

Cautela ad obuiandum, quod debitores non ualeant impetrare saluum conductum dilatorũ solutionis. LV.

1 *Mora modici temporis , magnum damnum afferre non solet .*

2 *Saluusconductus alicui concessus , quòd non possit molestari nec in rebus , nec in persona, ad debitum iuratum non extenditur.*

3 *Actui iurato nõ solum princeps, uerum etiam summus pontifex, nunquam per aliquem actum suũ derogare intelligitur.*

4 *Papa faciens constitutionem eum clausula,non obstante,non intendit uelle derogare seu tollere constitutionem,seu actum iuratum .*

5 *Papa seu imperator cassans consuetudines vel statuta nunquam consuetudines uel statuta iura a uellecassare intelligitur.*

6 *Principes seculare super iurament o disponer enon possunt.*

7 *Papa nisi ex magna causa,super iuramento dispensare nequit .*

8 *Statutum cogens agnatos litigantes ad compromittendum, non habet locum , nec procedit, ubi actor prom ssionis iurata vigore ipsum reum conueniret .*

OCVLATA fide continue videmus , quòd debitores qui tenentur soluere ad tale tẽpus,quando appropinquat ipsum tempus solutionis , impetrant a magistatibus terrarum per viam amicorum , & per allegationem impotentiæ vnum saluumconductum, quòd non possint per certum tempus molestari in rebus, nec in persona , quo casu, talis gratia seu saluusconductus valet, & tenet, vt est casus in l. quoties.& ibi notant omnes.C.de preci.impe.
1 offe.& in l.vniuersa. C. eodem titu.†quia mora modici temporis, non solet magnum damnum afferre:vt dicit text. in l.si debitori.ff.de iud. Tu autem qui vis facere aliquem contractum,& destinare solutionem tibi fienda ad certum tempus,si uis obuiare , quòd adueniente tempore solutionis,si contingeret, quòd debitor tuus impetraret aliquem saluumconductũ, vt non possit molestari , nec inquietari in rebus,uel in persona, quòd talis saluusconductus non tibi noceat, cautela est, quòd in celebratione contractus,facias ipsum iurare,de soluendo tibi tali tempore : quia si postea a principe seculari , vel ab alio magistratu impetrabit saluumconductum, vt supra , tamen talis saluusconductus non comprahendet tuum cre-

ditum

a Nõ posse. Sed an iuramenta possit Papa remittere, & super illis dispẽsare, vide late per d. Lu. Ro. ĩ cõs. suo 12. & an cõstitutio, siue statutum possit annullare iuramẽtũ, vbi s̄. qd[r] cõsiliũ inc. viso facto p̄posito, &c. Sed an iuramẽtũ possit remitti per statutum vide pleni[9] per d. Alex. Imo. in cõsi. suo 127. in j. vol. & ẽ cõsiliũ legãs, & quotidianum.

ditum iuratum : & sic poteris ipsum molestare & in rebus, & in persona, perinde ac si ipsum saluum conductum non impetrasset. ita eleganter consulendo tradit Alex. in suo consi. 38. inci. visa petitione. Ant. de Roma. in ij. col. versi. circa secundam dubitationem in ij. volu. quẽ refert & sequitur dom. Ias. in d. l. quoties. C. de preci. impe. offe. & in l. fi. C. contra ius vel vti. pub. & quem similiter refert & sequitur Fely. in ca. constitutus. versi. statuta iurata. de rescri. & quam opi. similiter tenuit Alexan. in consil. ccvj. inci. visis his quæ in themate. in 3. col. ver sicu. dico insuper, ꝙ saluusconductus in ij. vol.
2 & † ꝙ saluusconductus cõcessus alicui, quòd possit molestari nec in rebus, nec in persona, non extendatur ad debitum iuratum. ista fuit ante ipsum Alex. signanda decisio Cy. & Saly. in d. l. fi. C. si contra ius vel vti publ. quos etiã refert & sequitur Anto. Corse. in sua repe. rub. extra de iureiura. in xxij. priuilegio iuramen-
3 ti. & rõ istius pulchræ decisionis est: † quia nõ solum princeps secularis, verumetiam summus pontifex nunquam intelligitur per aliquẽ suũ actum velle derogare actui iurato, vt est casus in d. c. constitutus. & ibi notant omnes. de resc. vnde dixit gl. iuncto text. in c. cum nõ deceat. de elec. li. 6. quam ibi sequuntur omnes: & quã mirabilẽ dixit Pano. in c. j. in ij. col. de his quæ
4 fi. à maio. par. ca. † ꝙ Papa faciens constitutionem derogatoriã etiam cum clausula, non obstante, quod tñ non intelligitur velle derogare, seu tollere constitutionem seu actum iuratum. quæ glo. per scrip. in varijs locis multũ celebratur, maximè per Ro. in consi. 393. inci. præsens consultatio in hac re incidit. in vltim. col. ver. 2. respondetur. & in consi 404. incip in casu propositæ consultationis videtur prima fronte dicendũ. in fi. & in consi. 517. inci. in casu propositæ consultationis causæ celeberrimorũ. circa fi. & Alex. in consi. 125. inci. visis & cõsideratis statutis. in vlti. col ver. confirmo. per no. per glo. in j. vol. & Alex. in consi. cij. incip. cum statutum dirigit prohibitionem. circa fi. in 4. volu. vnde dixit Ang. in l. j. §. quę honorãdæ. ff. quarum rer. actio non dat. quem refert & sequitur Alexand. in consilio xxvij. inci. viso libello producto per procuratorem. circa fin. in
5 j. vol. † quòd Papa seu Imperator cassans cõsuetudines vel statuta, nunquam intelligitur velle cassare consuetudines vel statuta iurata, vt tenet idem Alex. in con. cccvij. inci. viso. & opportunè discusso processu. in vij. col. ver. cõfirmo per notata. in ij. vol. bene facit illa com-
6 munis opi. quæ est, † quòd principes seculares non possunt remittere, seu dispensare super iuramento. cum iuramẽtum pertineat ad ecclesiam, & ad Romanũ pontificem, vt c. venerabilem. de ele. & c. nouit. de iud. de qua communi opi. habetur per Cyn. & Pau. de Ca. in l. fina. C. si contra ius vel vtil. pu. & per d. Ant. in c. cum contingat ve. si. tertius casus. de iureiur. vbi late per Imo. in 3. membro. & per do. Abb. in 8. colum. ver. nunc ad prædicta applico. cum alijs concor. traditis per domi. Ias. in l. fi. ff. qui satis.
7 cog. imò quod est plus, communis opin. est, † summum pontificem non a posse super iuramento licito, nisi ex magna causa dispensare, vt habetur per glo. xv. q. vj. autoritatem. & clare per gl & ibi per omnes, maxime per Panor. in c. quãto. in ij. colum. ver. sed quia hic fuit aditus Papa de iureiuran. & Panor. in cap. ex multipli. de deci. & pulchre per Franci. de Cur. in cõsi. lxvj. inci. super præmissa relatiõe. in xvij. colum. ver. superest modo videre. & ad hoc accedat, quòd signanter consuluit Paulus de Ca-
8 stro, in consilio mihi lxvij. inci. visis & consideratis omnibus. vbi voluit, † ꝙ statutum cogens agnatos litigantes ad compromittẽdum, tale statutum non habeat locum nõ procedat, vbi actor conueniret reum vigore promissionis iuratæ, quia reus petendo compromissum fieri, incideret in periurium, vnde non est verisimile, statuentes de hoc casu cogitasse: quia hoc modo aperirent viam periurijs, ꝙ non est dicendum, iuxta l. j. C. si aduersus venditorem. & c. si vero. c. cum simi. de iureiur. de qua eleganti decisione clamauit Alex. in con. xxxviij. incipien. viso & opportune discusso processu. viij. col. versi. per hoc facit. in ij. vol. vbi dixit, illo anno ita fuisse iudicatum apud Parmã. Sis ergo cautus tu, ꝙ in omni contractu tuo celebrando apponas iuramentum solutioni, quia licet postea debitores tui impetrabunt saluum conductum dilatorium solutionis, tamen talis impetratio in nihilo tibi nocebit.

Cautela ut primæ literæ præualeant secundis primo præsentatis, cum citatione subsecuta. LVI.

1 *Rescriptum secundum impetrans ad lites, non faciens mentionem de primo, an & quo casu obtineat, ita ut eius impetratio valeat.*

2 *Citetur si quispiam coram iudice aliàs suo, qui ope exceptionis declinari poterat, an si contumax fuerit, declinatorias etiam ante litem contestatam opponere poterit.*

3 *Notorium ab declinandi onere non releuat.*

1 REGVLA † antiqua erat, ꝙ impetrans secundum rescriptum ad lites, non faciẽs mentionẽ de primo, talis impetratio tanquam subreptitia, ope exceptionis erat nulla. Et sic attendebatur tẽpus datæ, nõ aũt præsentatiõis. vt c. ceterũ. de resc. & c. ex literis. de offi. deleg. & c. ij. de do. & contu. & c. inter monasterium. cũ si. de re iudi. & ista regula erat adeo vera, ꝙ non solum debeat fieri mentio de primis literis, alias secũdæ tanquam subreptitiæ nõ tenebant, sed ẽt opus erat facere mẽtionem de omni clausula notabili, cõtenta in ipsis primis. vt notabiliter dixit do. Ant. in c. cum dilecta. de rescript. & in d. c. cæterum in vltim. col. eod. tit. & in cap. ex conquestione. in 3. notabili. de restitu.

ftitu.fpol.& ibi etiam do.Abb.in iiij.not. hinc eft quod fignanter confuluit Oldrad. in confi. 324.inci. factum tale eft dominus nofter Papa Clemens quintus. in j.col.ꝙ non fufficit fieri mentionem de gratia exfpectantis, nifi etiam fiat mentio de claufula anteferri in ea inferta. Tamen hodie,fi impetraui vnum refcriptũ,aduerfarius poftea & ipfe impetret vnum aliud, non facta mentionem de meo primo,ipfum fecundum valet & tenet,& præfertur meo duobus concurrentibus. Primum fi fuit diligentior me in præfentando. Secundum fi res nõ fit integra,hoc eft,ꝙ præuenerint me in iurifdictione,in faciendo me citare. vt eft cafus fecundum communem intellectum in c. vt debitus de appella.propterea quotidie euenit,ꝙ fi à fede apoftolica impetraui vnum iudicem delegatum, aduerfarius & ipfe poftea impetrat vnum alium,& ad hoc,vt fua impetratio fecũdo loco facta præualeat meæ primæ, conatur præuenire me in præfentando,& ad hoc vt res non fit integra,facit me citare coram fuo delegato. Tu ergo qui impetrafti pr mas literas, & aduerfarius qui impetrauit fecundas, præuenit te in præfentatione,& fecit te citare coram fuo delegato,quomodo facies,quòd tuę primę literæ præualeant fuis,non obftante præuẽtione præfentationis, & citationis. Dico ꝙ debes effe cautus,vt antequam cõpareas, præfentes tuas primas, & poftea compareas excipiendo de tuis primis,& de præfentatione facta, quia hoc modo,tuæ præualebunt fuis:quia id quod dicimus fecundum refcriptum,licet non faciat mẽtionem de primo valere,& præferri primo, fi prius fuerit præfentatum citatione fubfecuta, eft verum,fi primus impetrans ante comparationem non præfentauerit, fed fi præfentauerit,fecus. Et fic omnis vis confiftit in excipiẽdo,quia fi primus impetrans citatus compareret,excipiendo tantummodo de prioritate literarum nihil agit: fed fecus eft fi excipit nõ folum de prioritate datę,fed etiam quòd eas præfentauit. ifta eft glo.& ibi notant omnes, præcipuæ Philip.Franc.in xiij. col.cum 4 fequen.& Card.Alexan.in x.colum.in d c.vt debitus. de appel do.Anto.in c.plerunq; in pen.col de refcrip.& in c.fi autem in prin.eo.ti.gl.do.Abb. & Fely.poft alios in c.j.eo.titu.vbi Fely. poft Do.ibi dicit expreffe,ꝙ primus impetrans debet effe cautus,quando citatur, antequam cõpareat,præfente fuas primas,& poftea compareat excipiendo de prioritate datæ, & de præfentatione facta, quia hoc mõ fuæ primæ præualebunt fecundis primo præfentatis. Ad vnũ tamen aduerte, quòd fi cautela prædicta debet habere locum,opus eft, vt comparatio fiat intra terminum citationis, aliàs fi primus impetrans effet contumax in prima citatione, non poffet poftea comparere etiam ante litem conteft. & declinare fe opponere de literis primo impetratis,& de præfentatione facta,quia licet contumax non videatur vnquam prorogare iurifdictionẽ non fui iudicis.vt no.dixit Inno.

in c.innotuit de eo qui iur.ord.fu. & Bart.in l.
non videtur. la prima.ff.de iud.& Bal.in l.fi q.
ex confenfu.in 2.col.C.de epifco.audien. & in
l.gefta.in vlt.col.ver.quęro nunquid pro actis
præfumatur.C.de re iudi.& in l.licet.in vltim.
col.C.de procu.& Ro.in confi.xlviij.inci. in-
fpectis fuprà confultis. Et hoc nifi iudex pro-
nunciaffet fe iudicem competentẽ, & à tali fen
tentia non fuiffet appellatum, vt notant Inn.
& Io.An.in c.præterea.de dilatio. Bar. & Pau.
de Ca.& Alex.in l.ij.fi quis in ius voc.non ie-
2 rit.tamen † fi quis citatur coram iudice aliàs
fuo, qui ope exceptionis poterat declinari, tũc
fi eft contumax,amplius non poteft opponere
declinatorias, etiam ante litem conteftatam,
vt eft fingulare dictum Innoc.in c. ad petitio-
nem.de accufat.Innocen.& do.Anto.in c.cum
fuper.de offi.deleg.Bal.in d.l.fi qui ex confen-
fu.de epifco.audient. & Alex.in d.l.ij.in 3.col.
ff.fi quis in ius voc.non ierit. vbi extẽdit iftud
habere locum,etiam fi effet certũ aliquã decli-
3 natoriã cõpetere,vt ibi per eum, † quia no-
toriũ non releuat ab onere probãdi.vt no. gl.
fing.in cle.appellandi.de appell. & ꝙ conuen-
tus corã iudice aliàs fuo,qui ope exceptionis
poterat declinari,fi eft contumax, fit præclufa
via amplius opponendi aliquã declinatoriam,
etiam ante litis conteftationem, bene facit ꝙ
cũ contumacia interpretetur in id,quod eft de-
terius contumaci, vt l.de ætate.§.qui tacuit.ff.
de interro.actio.& no.Bar.in l.quandiu. la ter
tia.ff.de acqui.hære.& per actum non folũ ex-
preffum,fed etiam tacitum, ẽt ante litem con-
teftatam præcludatur via deponendi declinato
rias: vt per Bar.in l.non videtur.la fecunda.ff.
de iud.per Bar. & alios in l.quidam confulebat
ff.de re iudi.& per Canoni.in c.inter monafte
rium.extra eo.de re iud.ergo contumax debet
haberi pro confentiente, ex quo aliàs eft fuus
iudex.fequitur Phil.Fran.in d.c.vt debitus. in
xvj.col de appel.

Cautela ut à muto posſit haberi confesſio criminis. LVII.

1 *Probatio per fe fola quando non eft vehemens,non fufficit ad probationem,nec ad torturam.*
2 *Indignum nimis eft,vt quod quifque fua uoce dilucide proteftatus fuerit, id amplius retractare poffit.*
3 *Mutus qui loqui non poteft, fcriptura propria fe obligare ualet.*

TAncretus de Corneto in fua cõpendiofa: in vlt.rubr.q.4.refert,ꝙ quidam patruus & tutor cuiufdã pupilli ne potis fui confiderãs pupillum effe vnicũ,quia fine fratre & forore, & ꝙ ipfe patruus erat fibi ꝓximior in fucceffione, fuadẽte diebolo duxit pupillũ ad vineã, & ibi fuffocauit eũ,& occultauit fub terra, poftea ipfo redeunte,fuit ab eo quæfitũ, vbi erat pupillus:

pupillus, reſpōdit ꝙ tali hora receſſerat, & nō redierat niſi tunc, & ꝙ neſciebat vbi eſſet, & oſtendit ſe dare operam ad quærendum ipſum, dicens eum perditum, & vocauit amicos, & fecit ploratum tanquam de mortuo, & hoc modo retinuit totum potere pupilli, quia tamen ſecundum euangelicam veritatem, nihil occultū qđ non releuetur, facta fuit murmuratio in populo, ꝙ ille patruus eum occiderat, qui rumor peruenit ad aures curiæ, vnde curia formata inquiſitione miſit pro patruo, qui reſpōdēs negauit, & facto proceſſu, non potuit haberi ꝓbatio, niſi de publica voce & fama, † quæ per ſe ſola quando non eſt vehemens, non ſufficit nec ad probationem, nec ad torturam, vt nota. Bart. & ibi Ale. in apoſtil. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. & Bart. in l. fi. ff. eo. Ange. de Aret. in tracta. maleficio. in verbo, fama publica præcedente. verſic. & an fama ſit ſufficiens indicium ad torturam. & ibi ſatis late per Augu. Ami. in additi. per canoniſtas præcipue per Fely. in ca. veniens. el primo. in 5. col. verſi. limita tertio. de teſti. Sed quodam diuino nutu venit in mentem iudicis inquirentis, vt mitteret foſſores ad vineā, ſi ibi eſſet forte ſepultus, & ſic fuit ibi inuētus puer ſepultus, quo reperto, iudex iterum interrogauit patruū, quis hoc feciſſet, qui negauit ſe ſcire. iudex ergo conſiderato enormi delicto, & cōſiderato indicio loci vbi fuerat ſepultus, ac etiam probatione publicæ famæ, deliberauit ꝓcedere ad torturam contra ipſum, ille autem videns ſe conſtitutū in periculo mortis, quia oportebat confiteri, abrepto gladiunculo de vagina, amputauit ſibi linguam, ne iudex poſſet extorquere cōfeſſionem ab eo. Modo quæſitū fuit, quod remedium poſſet adhiberi, vt confeſſio poſſet extorqueri. quæ eſſet ad condemnationem ſufficiēs, dicit Tancr. ꝙ remedium ſeu cautela eſt, vt ſumatur informatio an ſciat ſcribere, & ſi ſic, tūc tam diu tormētetur, donec de ſua propria manu ſcribat, ſe commiſiſſe illud delictum: quia tunc vigore talis cōfeſſionis per ipſam ſcripturam factæ, poterit condemnari, quia quemadmodum quis ex ſua confeſſione, viua voce fa-
2 cta obligatur. † nam nimis indignum eſt, ut quod quiſque ſua voce dilucide proteſtatus, eſt, id amplius retractare poſſit, vt dicit tex. in l. generaliter. C. de non nu. pe. & in c. per tuas. de proba. ſimiliter quis ex ſua propria ſcriptura aſtringitur, ꝙ contra eam venire nō poteſt. vt in §. ſtudium. & §. ſi autem. in aut. de trien. & ſemis. & a ut. contra qui propriam. C. de non
3 nu. pecu. † nam & mutus qui loqui non poteſt, propria ſcriptura obligari poteſt, vt l. ex facto. de vulg. & pupill. & l. diſcreti C. qui teſt. facere poſſunt. & §. item mutus. inſtit. eo.

Cautela pro illo qui ædificauit ſpreta nunciatione, ut contra ipſum non competat interdictum demolitorum.

1 *Opus nouum ſi nuncietur, & nunciatus tali nunciatione non obſtante, in opere procedat, omne id quod ædificauit, ſuis ſumptibus demoliri debet.*
2 *Lite conteſtata iudex qui ſuper meritis cauſæ cognoſcere cœperit, ſuper toto, non autem ſuper attentato pronunciare debet.*
3 *Appellatione pendente ſi litem cōteſtatus fuerim, & à principio non petierim innouata retractari attamen quandocunque velim, petere poſſum, et reuocari debent.*
4 *Retractatio attentatorum iudicis officio mercenario expeditur, in quo nec libellus, nec litis conteſtatio requiritur.*
5 *Appellationem inter iudicialem, & extraiudicialem, quę differentia ſit.*
6 *Operis noui nunciatio appellationibus extraiudicialibus æquiparari debet.*

1 TExtus † ſunt expreſſi, ꝙ ſi nunciaͭ nouum opus, & nūciatus nō obſtante tali nūciatione ꝓcedat in opere, omne id qđ ædificauit, debet ſuis ſumptibus demoliri: quia nūciatio ſiue iuſta ſiue iniuſta, ſpernenda non eſt, ut l. j. in prin. & §. ſed ſi is. ff. de ope. no. nun. & in l. prætor ait. cū tribus § seq. ff. eo. ti. & in c. ij. extrà eo. pone ꝙ quis ædificauit ſpreta nūciatione, quo caſu, vt ſuperius dictū eſt, opus debet demoliri, nūquid eſt dare cautelam, ꝙ tale opus non demoliatur? Dic ꝙ ſic, videlicet ꝙ conetur conteſtari litem ſuper meritis cauſæ, antequā aduerſarius petat ædificiū demoliri: quia per ipſam cōteſtationem, eſt pręcluſa via aduerſario amplius petēdi dictā demolitio ē. ita notabiliter voluit Bal. in ſuo con. inci. proponitur, ꝙ fuit duplex nūciatio. in j. col. in prima parte. Motus, quòd nunciat. no. ope. eſt q̄dā prouocatio, ſeu extraiudicialis appellatio, vt etiam tenet Bar. in l. fi. ff. de appel. reci. poſt quā prouocationem ſeu extraiudicialē appellationē, innouata retractantur per viā attentati, vt habetur in c. non ſolū. de appel. li. 6. & toto titu. ff. nihil Inn. appel. pendē. tñ illud innouatū ſeu attentatū, appellatione pēdēte, debet peti, vt retractetur antequam lis conteſteē ſuꝑ
2 meritis cauſæ principalis. † nā ea cōteſtata, iudex quia cœpit cognoſcere ſuper meritis cauſæ, debet pronūciare ſuꝑ toto, nō aūt de attētato ſolū. alle. Spe. in ti. de appel. § pen. uer. ſed pone. & iſtam deciſionē Bal. refert, & pro notabili ſequitur do. Ias. in l. j. in ij. col. uer. 4. notabiliter limita. ff. de ope. no. nun. & ita aliàs hic Paduæ ꝑꝑ autoritatem Bal. & do. Ias. fuit de facto obtētū. Aduerte tñ licet autoritas Bal. & do. Ias. magna ſit, tñ iſtam ſuam cōcluſionē non puto verā: quia poſito, quòd nunciatio no. ope. ſit prouocatio ſeu extraiudicialis appellatio, poſt quā appellationē innouata veniant retractanda ꝑ viā attētati, tamē nō ē uerū, ſi ſim cōteſtatus litē ſuꝑ meritis cauſę principalis, ꝙ non poſſim amplius petere retractari ea q̄ fuerint attentata appellatione pendēte: quia licet
aliquis

aliquis tenuerit hanc opi. ꝙ litis contestatio
operetur, ꝙ amplius nõ possit peti retractatio
attẽtatorũ, vt tenuit Spec. in loco superius alle.
& Archidia. in dicto. c. non solum. de appellatio.
lib. 6. Moti, quòd licet reuocatio attentatorum
habeat priuilegium expediti processus, vt uult
gloss. not. in cle. ij. ut lite penden. tamen con-
testando litem super negocio principali, pars ui
detur huic priuilegio renunciare, nã quis eligẽ
do vnam viam, videtur alteri renunciare, iuxta
l. quod in hæredẽ. §. eligere. ff. de tributo. &. c.
vnicum. de postu. præla. in. 6. &. c. ut quis. de ele
ctio. eodem. li. 6. Nihilominus communis & ve-
3 ra opin. est in contrarium. † ꝙ appellatione pẽ-
dente, si cõtestatus sum litẽ, & à principio non
petierim a innouata retractari, ꝙ tamẽ quãdo
cũq; velim postum petere, & debent reuocari.
ita tenet gl. in. d. c. nõ solũ. in verbo, ante om-
nia. & ibi Io. An. Pet. de Anc. & Dom. distinguẽ
do tamẽ, ut ibi. Per eũ tenet Io. Mona. in. c. cu-
pientes. §. pe. de elect. li. 6 Bal. in. l. appellatiõe.
in. j. col. uer. quæro an super officio. C. de app.
Phil. Fran. in. c. dilecti filii. el. 2. in. 2. col. uersi. 2.
quæro. extrà de app. & ibi etiã Præp. Med. nũc
Car. Ale. meritissimus in. 3. co. uer. operæ preciũ
est. Do. de Rota in sua decis. clxxxv. inc. si pars.
4 Inno. & ratio est, † quia retractatio attentatorũ
expeditur iudicis officio mercenario, in quo nõ
requiritur libellus, nec litis contestatio, ut uult
gloss. in cle. 2. ut lit. penden. quam ibi sequitur
Car. in. j. q. & tenet Bal. in. d. l. appellatione. in
j. col. versi. quęro utrum attentata C. de app. &
est ad hoc bona glo. in rub. ff. de interrog. actio.
ideo cum iste articulus de natura sui examinet
seorsum à principali, ut. d. c. non solum. ergo li-
tis cõtestatio super negotio principali nõ debet
nocere reuocationi attentatorũ, ut in simili di-
cit gl. in. l. vinũ. ff. si cer. pe. & in. l. quia testamẽ
to. §. per contrariũ. C. de test. & in. § multis. in
verbo, trãsitu. inst. de liber. de qua facit festum
Bal. in multis locis. Et si diceretur, ꝙ forsitã p̃-
dicta, scilicet ꝙ contestatio litis super negotio
principali nõ impediat retractionem innouato
rũ, habeat locũ & procedat in attẽtatis per iudi
cem: & sic quando intentaretur titulus, nihil no
uari appellatione pendente. Secus uero in attẽ
tatis per partem, & sic quando intentaretur ti.
ut lit. penden quia datur circa innouata per a
partẽ, prout istam differentiam inter vnum ti-
tulum, & alium sentit Inn. in. c. dilecte in Chri.
de excep. Bal. & Imo. in. l. si quis filio. § hi autẽ
ff. de iniust. & irrit. testa. Declarant Car. & Pa-
nor. in. d. c. dilecte. quia dico, ꝙ ex vtroque capi
te, siue ex ti. nil no. appel. penden. siue ex tit. ut
lit. penden. litis contestatio nõ impedit, quo mi
nus in principio, in medio, & in fine litis possit
peti attentata retractari, dummodo talis peti-
tio fiat ante conclusionem in causa ita penden-
tis lit. tenent d. de Rot. in sua deci. lvij. inci. attẽ
tata inno. licet Bal. in. l. j. in. iij. colum. versi. vel
pone aliud exemplum. C. de appe. videatur sen-
tire contrarium, cum quo videtur transire præ
ceptor meus in canonibus do. Philip. Dec. in. c.
consuluit. in secunda col. versi. & notandum.
extrà eodem, de appellatio. & si diceretur ꝙ for
sitan ea quæ superius dixi procedunt in appel-
latione iudiciali, sed Bal. & dom. Ias. loquuntur
in nũciatione noui operis, quæ est quædã appel
latio extraiudicialis, ut suprà dictũ est, quia bre
5 uiter respondeo, † quòd licet magna differen-
tia sit inter appellationem iudicialem, & extra-
iudicialem, vt per do. Abb. Philip. Franc. Cardi.
Alex. & do. Phil Decium in. c. bonæ. de app. vt i
enumerant. 14. differentias. tamen quantũ ad ca
sum nostrum, scilicet quo ad attentata, nulla est
differentia, quia ita attentata post appellatione
extraiudicialem, post legitimam inhibitionem
iudicis ad quem, ut est in casu nostro, quando
nunciatus procedit in opere post præceptum
iudicis, sunt à principio nulla, & gaudent eodẽ
priuilegio, quo gaudent attentata iudiciali ap-
pellatione pendente, vt est tex. cum gloss. in. d.
c. non solum. §. fin. de appell. lib. 6. no. Imol. in
d. c. bonæ. in penul. colum. de appell. vbi etiam
Philip. Fran. in. 7. conclusione, & Card. Alex. in
xix. colum. versi. 3. fallit. & Phil. Franc. in. c. si-
gnificantibus. extrà eodem. Sentiunt do. de Ro
ta in suo deci. cccxlvj. inci. si appellatur in no.
& clare decis. ccxxxiiij. incip. si rector in no. su-
per quibus cogita eo maxime, ꝙ Bar. in. l. in pro
uinciali § j. ff. de oper. no. nun. & in. l. fi. ff. de ap
6 pel. recip. sentit † nunciationem noui operis
æquiparari appellationi extraiudiciali. Panor.
uero post do. Anto. sentit contrarium in. c. cum
nobis. in. 3. col. de electio.

Cautela pro fratre, ad impediendum fratrem, ut non possit aliquid alienare de re communi. LIX.

1 *Rem communem cum aliquo si quispiam habuerit, portionem suam pro indiuiso, ignorante, & inuito socio alienare potest.*

2 *Iudiciis uniuersalibus, ut est iudicium famil. erci. per solam citationem res litigiosæ efficiuntur.*

1 TV scis, † quòd si aliquis habet rem com-
munem cum aliquo, quòd potest portionẽ
suam pro indiuiso alienare, ignorante & inuito
socio, ut habetur in. l. j. C. commun diui. & in. l.
ante diuisionẽ. C. de iu. do. & in. l. falso. C. de cõ
mu. re. alie. & in. l. portionem. cum simili C. de
dona. Pone modo, ꝙ duo fratres possident bo-
na patris sui pro indiuiso, unus ipsorum uult
alienare aliquid de bonis cõmunibus pro por-
tione sua, alter frater nollet, nunquid possit da
ri remedium huic fratri ad impediendum, in
uno momento, per aliquod dies, alienationem
fiendam per alterum fratrem. Istud quæsitum
fuit pridie factum cuidam doctori me præsente,
quidam dum amisisset ludendo quandam pecu
niæ quantitatem, ductus auiditate ludendi,
iuxta illud, Et reuocat auidas alea sæpe ma-
nus:

a Innouata retractari. Attentatorum reuocatio appellatione pendẽte, qui fieri possit & debeat, & quando nõ, uide per. d. Al. de Imo. in cõs. suo xcix. in. v. uol. in prin. Et si appellatione pendente appellãs excommunicetur, debet excõmunicatio retractari per uiã attentati. vide Inno. in. c. dilecti. in gl in uerbo, sentẽtias & ibi per Imo. & Fel. in. 4. q. extrà de app. per d. Phil. de Frã. in. 7. de ap. extrà. circa prin. ibi, nã sũt excõmunica. & ibi dixit etiã in apostil. & ne credat aliquis, quòd ignauia & culpa mea nõ fuerint additæ apostillę, per me toti operi de ap. ipsius. d. Phil. sed culpa bibliopolæ qui ea imprimi faciebat, qui fregit mihi pacta, destiti iustissima causa motus. Sed doleo sic oleum & operam perdidisse, ut in consiliis Old. sic etiã accidit eiusdem librarij culpa.

nus:non valens per aliam uiam reperire pecuniam,tum etiam commotus ira propter quandam repræhensionem fratris,qui repræhẽderat eum de dicto suo ludo,deliberauit vendere partem suam cuiusdam pulchræ vineæ.alter frater penitus nolebat,quo casu quærebat de repentino remedio,quo modo posset impedire fratrẽ, saltem per aliquot dies,ne posset aliquid alienare de re communi,sperans,quòd cessante ira fratris,reduceret eum ad voluntatem suam:ille doctor dixit,quòd si erat verum,quòd bona essent communia , quòd ipse non videbat remedium, quomodo ille posset impediri , quominus non valeret alienare de re communi pro portione sua,nisi moueret ei quæstionem dominij. Breuiter allegabat quandam ratione friuolam,Tũc ego dixi,quòd si volebat in vno momento impedite per aliquot dies , omnem alienationem fiendam per fratrem de dictis bonis communibus, quòd statim deberet ire & petere diuisio-
2 nem ipsorum bonorum communium,† quia in istis iudiciis diuisoriis vniuersalibus,vt est iudicium familiæ hirciscundæ , per citationem solã res fiunt litigiosę, & sic omnis alienatio impeditur,nisi subesset necessitas alienandi. ita not. gl.in.d.l.falso.C.de commu.re.alie.& glo. in.l. portionem.C de dona.gl.& ibi per omnes,in.l. j.C.commu.diui.& in.l. alienationes. ff. famil. hercifcundæ.

Cautela ad instruendum facientem interponere decretum, in alienatione rei minoris. LX.

1 *Alienatione rei immobilis minoris,si decretum iudicis non interuenerit,& causæ cognitio præcesserit,tale decretum est nullum.*

2 *Decretum iudicis interpositum in contractu minoris,non valet,tanquam interpositum sine causæ cognitione,quando iudex ad interponendum vocatus,statim interposuerit.*

3 *Notarius si in instrumento alienationis rei ecclesiasticæ asserat necessitatem vel utilitatem subesse, de ipsa necessitate uel utilitate,ipsius notarii uerbis non status , nisi necessitas vel utilitas probetur.*

4 *Clausula nemine discrepante , & ex certa scientia, quid importet.*

5 *Actum quotiescunque quis libere facere non potest nisi certa qualitate interueniente,suæ simplici assertioni non statur , quòd illa qualitas interuenerit .*

6 *Lex multum de suo ministro confidit.*

7 *Iudicis uerbis quo casu stetur, cum aliquam caussam delegauerit.*

8 *Causæ cognitionem temporis breuitate interuenisse non præsumitur,si eodem actu datus fuisset curator,facta uenditio,& decretum interpositum.*

9 *Sententia est nulla,quando iudex tam breui tempore ipsam tulit,quòd acta considerare non potuit.*

10 *Tutor si una die potatur,& illa eadem die à iudice datus fuerit,quo casu talis datio nullius momenti esse dicatur.*

11 *Præsumptio una,aliam tollit.*

12 *Actus in aliquo si iudicis decretum interpositum reperiatur,omnes solennitates interuenisse præsumuntur.*

13 *Iudici si suggestum fuerit,ut decretum suum interponere uellet,ex eo , quia iusta uenditionis causa suberat,si statim nulla alia inquisitione facta ipsum interposuerit,tale decretum ualet & tenet.*

1 DECERTO† iudicis in alienatione rei immobilis minoris,non interueniente,& cum causæ cognitione præcedente , tale decretum est nullum. & similiter alienatio super qua fuit interpositum est nulla,vt.l.magis puto. §. non passim.ff.de reb.eorum.&.l.lex quæ. C. de admi.tu.&.l.non solum.&.l.ob æs.C. de prædi. mino.& istud habet locum non solum in rebus immobilibus,quæ veræ sunt ipsius minoris , & sic in quibus haber verum dominium , sed etiã habet locũ in illis rebus in quibus habet quasi dominiũ,& sic Publicianam,ut.d.l.magis puto. §.j.ff.de rebus eorum. & habet locum non solum in contractu,verumetiam in distractu , secundum Bald.in.l.præses. C. de transact. & habet locum non solum in illis quatuor casibus enumeratis in.d.l.nõ solum.C.de prædiis min. scilicet venditione,transactione,permutatione, & donatione.verum etiam habet locum in compromisso fiendo , quia si minor facit compromissum absque autoritate iudicis, tale compromissum nõ tenet,secundũ Bal.in.d.l præses circa.fi.C.de transact.& ista alienatio absq; decreto est in tãtum prohibita, quòd etiam si minor veniam ætatis impetrasset , nihilominus in suis alienationibus opus est decreto,vt. l.2.&.3. C. de his qui ue.æta.impet.Plerique modo parum circunspecti , volentes emere rem immobilem à minore,vadunt ad iudicem, & dicunt , domine iudex nos vellemus emere à tali minore certum fundum , sed quia talis emptio non teneret,si decretum & autoritas uestra non interueniret , idcirco dicatis ad quem locum debeamus venire ad hoc,ut ualeatis decretum & autoritatem uestram super tali contractu interponere. & sic dato ordine conueniunt simul , & vno & eodem actu in illo instrumento venditionis notarius subiungit,cui venditioni dominus iudex cũ debita causę cognitione inrerposuit suũ decretũ , & credunt , ꝙ tale decretum interpositũ modo quo suprà, validat ipsam alienationẽ,in quo errant , quia tale decretum tali modo interpositum nõ tenet, & per consequẽs nec alienatio.nã per illa verba de quib. suprà, scilicet cui venditioni dominus iudex cum debita causæ cognitione interposuit suum decretum,non probãt decretum interuenisse cũ causæ cognitione,& de substantia requiritur,ut superius dictum est. ita signanter consuluit Pau. de Ca.in consi. secundũ ordinẽ meorum, xcix. incip.super eo quod quæritur utrum viso statuto.

to.quem refert & ſequitur Ale. in conſi.clxiij.
incipien.aliàs conſultus reſpondi.in fi.in 5.vo-
lu.& do.Iaſ. dicens tale dictum eſſe diligenter
notandum in l.nec quicquam.§ vbi decretum
in xvj.col.verſi.no.& ſecundo diligenter.ff.de
offi.procon.& lega.& in l.ſciendum.in iiij.co-
lum.verſicu.iij.adde.de verbo.obligat.& Ber-
tachi. dicens eſſe dictum notandum in ſuo re-
per.in verbo,decretum iudicis non validat do
nationem fraudulentam.ver.lj. referens And.
Barba.dixiſſe in quodam ſuo conſil.incip ſcri-
pſit eccleſiaſticus. quòd conſilium eſt ſecun-
dum eum poſt conſi.ciij. Alex.in iiij.vol.licet
in meis non reperiam ſe aliàs in c. eccleſiæ ſan
ctæ Mariæ.de conſti.allegaſſe quoddam conſi-
2 lium Abb. † quod decretum iudicis interpo-
ſitum in contractu minoris non valet, tanquã
interpoſitum ſine cauſæ cognitione, quando
iudex ſtatim vocatus ad interponẽdum ſtatim
interpoſuit.mouetur Pau.de Caſt.in d.ſuo cõ-
ſi. per illam pulchram regulam,quæ eſt, quòd
quotieſcunque notarius atteſtetur aliquid in
inſtrumento,ꝙ non potuit veriſimiliter inter-
uenire tempore rogatus, & ſic tempore confe
cti inſtrumenti. tale inſtrumẽtum non probat,
prout tradit Bart.in auten. ſi quis in aliquo do
cumento.circa fin.C.de eden.& in l.ſi forte.ff.
de caſtr.pec.& latius per eundem & ſcrib.in l.
ſciendum.de verb.oblig.per d Abb. in c.illud.
de præſump.per d.Ant.Ino.Panor. & late per
Fely.in c.ſicut.de re iu.late Vital.Camp.in ſuo
tract.clauſularum, in materia verborum enun
ciatiuorum in contractibus.ſed ſic eſt, ꝙ ipſa
cauſæ cognitio quam aſſerit notarius in inſtru
mento interueniſſe, non potuit tunc tempore
confectionis inſtrumenti interuenire, quia ta-
lis cãæ cognitio debuit præceſſiſſe, facta prius
diligenti inquiſitione, an talis alienatio eſſet
neceſſaria,vel vtilis, vel minus damnoſa quàm
fuiſſet alienaſſe aliquam aliam rem. iuxta d.l.
magis pu.§.non paſſim.ff.de re.eo. Cum ergo
tempore confecti inſtrumenti, talis cauſæ co-
gnitio non potuerit interuenire,ſequitur dicẽ-
dum,ꝙ non debet ſtari dicto notarij aſſerentis
ipſam interueniſſe, quæ ſententia poteſt com-
probari de eo quod pulchre dixit Gemi.in c.j.
3 in vj.no.de reb.ecc.non alie. in vj. † vbi vo-
luit,ꝙ ſi notarius in inſtrumento alienationis
rei eccleſiaſticę aſſerat neceſſitatem, vel vtili-
tatem ſubeſſe, de ipſa neceſſitate vel vtilitate
non ſtatur verbis ipſius notarij, aliter ipſa ne
ceſſitas,vel vtilitas non probetur. Secundo po
teſt fortificari de eo quod tradit Alex. in con-
ſi.xvij.inci. viſo inſtrumento locationis. in ij.
col.verſi.nec obſt.quòd in inſtrumento conti-
neantur illa verba narratiua.in iiij.vol.vbi di-
cit,quòd ſi in inſtrumento dicatur, ſæpe & ſæ-
pius adinuicem habito colloquio ſuper omni-
bus infraſcriptis cum dicto domino priore, &
ipſe prior & fratres dixerunt & aſſerunt tan-
dem concluſum & deliberatum fuiſſe & eſſe,
præſentem locationem fieri debere,& propte-
rea prior & fratres vt capitulum prædictum,
4 † nemine diſcrepante,ſponte & ex certa ſcien
tia animis deliberatis locauerunt &c. ꝙ per ta
lia verba non probatur præceſſiſſe tractatum
de alienando vel de locando, qui tractatus re-
quiritur in alienatiõe rei eccleſiaſticæ fienda,
& in locatione ad longum tempus.vt habetur
in c.cum apoſtoli.& in cap.tua.de his quæ fi.à
præla.& xij.q.vij.ſine exceptione.imo plus vo
luit Pau.de Caſt.in d.ſuo conſi.cum quo tran-
ſit Fely.in c.ſicut.in xv.col.ver. per quam con
ſuluit Pau.de Ca.de re iudi.quòd etiam non a
crederetur iudici aſſerenti ſe interpoſuiſſe ſuã
autoritatem cum plena cauſæ cognitione, niſi
5 aliter probetur per regulam,quæ eſt, † quò-
tieſcunque quis libere nõ poteſt facere actum
niſi certa qualitate interueniente, ꝙ illa quali
tas interuenerit, non ſtatur ſuæ ſimplici aſſer-
tioni,vt no.Bart.in l.ſi forte.ff.de caſt.pecu.&
in l.per diuerſas.in ij.col.C.man.& per gl.Bar
to.Bal.& omnes in l.ſi donatione.C. de colla.
vbi Alex.extendit hoc habere locum, etiam ſi
illa aſſertio eẽ iuramẽto firmata, licet Bal. ibi
voluerit contrarium & male. cum ergo iudex
non poſſit interponere decretum ſine cauſę co
gnitione,ergo non debet ſtari eius ſimplici aſ-
ſertioni circa cognitionem cauſæ adhibitam.
tamen in hoc vltimo Alexa.tenet contrarium
in d.l.ſciendum. in vj.col.de verb. obli.motus
6 per illam vulgatam regulam, † quòd b lex
multũ confidit de ſuo miniſtro, vt c.bonæ me-
moriæ Maguntino.de elect.& ca. in præſentia.
cum ſi.de renun.Cuius opi.poteſt comprobari
de eo quod habetur in l.j.ff.de off.eius cui mã
7 da.eſt iuriſdict. † vbi cauſæ meri & mixti im
perij, quæ regulariter non poſſunt delegari ni
ſi in caſu neceſſariæ abſentiæ,& longe infirmi-
tatis, vel alterius iuſti impedimenti: tamen ſi
iudex delegat aliquam cauſam meri uel mixti
imperij,& in delegatione dicat, delego iuſtis
de cauſis impeditus & maxime cauſa neceſſa-
riæ abſentiæ,ſtatur verbis iudicis,ꝙ delegaue-
rit propter neceſſariam abſentiã, vſq; quo pro
betur contrariũ,ita in d.l.j.tenent Guil.de Cu
nio & Alber.de Roſ.quos ibi refert & ſequitur
Alex.in xvj.col.uer.ſed iuxta hoc quæritur.di
cens iſtud eſſe menti tenendum, quia aliquan-
do notarij,vel alij officiales poſſunt aliũ ſubro
gare ex cauſa,nã creditur officiali cãm aſſeren
ti.& tenet gl.clara, quam ibi indifferenter ſe-
quuntur omnes in c.paſtoralis. in verbo, exo-
nerare.de off.dele.Bal.in l.imperium.in 4.col.
ver.4.quæro.ff.de iuriſ.omn.iudi & in rub.ex-
trà de offi.deleg.in vlt.co.& Alexã.in cõſi.34.
incip.conſultus.aliàs,in principali cauſa. in 4.
volumi.& ſic patet, quòd licet iudex non poſ-
ſit libere actum facere, niſi interueniat certa
qualitas, tamen ſtatur dicto ſuo,quòd illa qua
litas interuenerit. idem dicendum eſt in caſu
noſtro, quòd licet iudex non poſſit interpone
re ſuum decretum ſine cauſæ cognitiõe, quòd
ſi ipſe dicat ſe dictam cauſæ cognitionem adhi
buiſſe, debet ſtari ſuæ ſimplici aſſertioni. Ta-
men contra Alex.& ſic pro opi.Pau.de Ca.ſci-
licet

a Nõ crederet iudici aſſerẽti.&c. An aũt ꝓbeñ. ꝑ aſſertionẽ notarij,vide ꝑ Pa. de Ca.in cõ.ſuo 79 vbi põit practicã, ꝙ de cãæ cognitione fiat aliud inſtrumẽtũ,ꝙ conſi.fuit farragolatius caut.d. Thom. latius per Barb. in cõſi.ſuo, ſcripſit eccleſiaſti. qđ ẽ poſt cõſiliũ.ciij.Alex.in 4.par.de quo ĩ. & ſi ſtatim interponit iudex decretũ,præſumit ſine cãæ cognitiõe ꝓpter tꝑis breuitatẽ.

b Lex multum confidit de ſuo miniſtro.Præſumitur pro decreto, ꝙ omnia rõne, ac rite & recte proceſſerint, vt voluit Bald.in l.cũ hi. in §. ſi ꝑtor.ff. de trãſa. & per Spe.in ti.de ẽp. & vẽd.in §.nũc dicẽdũ reſtat. & per do. Ale. in cõ. ſuo ciij.ĩ 2.vo.ibi, excuſari dñt. & ibi, præſumit,&c. Qñ aũt decretũ iudicis ex falſa cã ſit nullũ, vide ꝑ d.Lu. Ro. in cõ. ſuo 454. qđ ĩci.iure præſenti.ibi, tertio ex regula decretũ iudicis ex falſa cã ĩterpoſitũ & ibi, vltio q. ex facti narratiõe appet,&c. adde Pa.de Ca. in l.cũ hi. in §. ſi prætor.ff. de trãſa..adde ẽt d. Ale.in cõ.lij.in 4.par.in pe.co.

licet quòd etiam nõ credatur iudici aſſerenti ſe
interpoſuiſſe decretũ cũ debita cauſæ cognitio
ne,niſi aliter conſtet de ipſa cauſæ cognitione.
facit id quod ſingulariter conſuluit Pe.de Anc.
in conſi.mihi lxxxiij.inci.viſis diligenter actis
8 actitatis in dicta cauſa.vbi uoluit,† ꝙ ſi eodem
actu datus fuiſſet curator,facta venditio, & in-
terpoſitum decretum, ꝙ ex breuitate tempo-
ris nõ præſumitur cauſæ cognitionem interue-
niſſe, & ſic tale decretũ eſt nullũ, adducens id,
9 qđ in ſimili dicimus,† ꝙ quando iudex tã bre-
ui tempore tulit ſententiam,ꝙ veriſimiliter nõ
potuit acta conſiderare,talis ſententia eſt nul-
la.prout not Bar.in.l.prolatã.C. de ſentẽ. & d.
An.& Panor.in.c.2.de re iudi.& Pet. de Anch.
in conſi.clxxxviij.incip.uiſis conſiliis famoſiſ-
ſimorum Doct.poſt prin.& Bal.in conſi.cxxix.
incip. dominãtibus magnificis & illuſtriſſimis
dominis.circa fi.in. 3. par. & iſtud dictum Pet.
de Anch.refert & ſequit̃ Alex.in cõſi. ccxviij.
inci.uiſis uerbis Girnoldi & literis apoſtolicis.
circa fin.in.2.uol.&.d. Iaſ. vbi exclamat de hoc
dicto,dicens,eſſe diſtum ueriſſimũ,& perpetuo
notandum,in.l.nec quicquam.§.ubi decretum
ff.de offi.proconſ.& leg.in.xv. col. uerſi.circa
hoc perpetuo no.in.l.mandata.ff. de iuriſ. om.
iud.& in.l.iudices.C.de iud.& in.l.is apud quẽ.
in.v.col.uer.adde etiã.C.de eden. vbi dicit tale
dictum eſſe bene tenendum cord. & hanc opi.
etiã tenet Raph.Cu.in cõſi.clxxx.inci. uidetur
prima fronte dicendũ.in.2.colũ.uerſi. nec huic
obſtat decretũ iudicis. ultra quos reperio iſtud
idem tenere ipſum Pet.de Anc.in conſi. xxxvj.
incip. uiſa quadam petitione. quaſi circa me-
dium.quem etiam refert & ſequitur Franc. de
Cur.in conſi.xlvj.inci.ſuper controuerſia uer-
tenti inter auum maternum.in.4 colũ.uerſi.&
in propoſito decidit Pet.de Anc.uolens ꝙ ſtan-
te ſtatuto, ꝙ pupillo habenti tutorem poſſit
dari contutor,ſi talis contutor fuerit petitus à
conſanguineis ipſius pupilli ex parte patris,al-
legata cauſa ſuſpitionis,vel aliqua alia cauſa le
gitima vel ueriſimili & iudici probata.cum hoc
tamen, ſi iudici uidebitur hoc eſſe expediens
10 ipſi pupillo,dicit Pe.de Anc.† ꝙ ſi contingat,
quòd dictus contutor una die petatur, & illa
eadem die datus fuerit à iudice, quòd talis da-
tio nullius eſt momenti,mouetur,quia cum ſta
tutum requirat allegationem & probationem
cauſæ legitimæ,& iudex debeat inquirere an ta
lis datio ſit utilis pupillo uel non,& illa eadem
die qua petitur dictus contutor, illa eadem die
iudex ipſum eligat,ex breuitate temporis præ-
ſumitur iudicem non diſcuſiſſe, nec peeſcruta-
tum fuiſſe, an illa datio illius coadiuncti fuerit
proficua uel ne, ergo talis datio debet dici nul
la.allega. cap. ex literis. de in integ. reſtitu.&
Bar.in.d.l prolatam.C.de ſenten.& non ob. ſe-
cundum eum,quod no.Inn.in cap.innotuit.de
eo qui fur.or.ſu.ubi uoluit, ꝙ in extraiudicia-
libus,quæ officio iudicis pertinent,ſemper pro
ipſo iudice præſumatur:quia reſpondet,ut etiã
ibi dixit Inn.ꝙ illud procedit & habet locum,
quando contra iudicem non laboraret aliqua
præſumptio:ſed quando laboraret,ut eſt in ca-
ſu noſtro,propter breuitatem temporis,tunc ſe
11 cus,iuxta id quod dicimus,† quòd una præſum
ptio tollit aliam,iuxta.l.diuus ff.de in integrũ
reſt.& c.literas.de præſum.ſimiliter dicendum
eſt in caſu noſtro, cum uno & eodem actu fiat
alienatio,& interponatur decretum, debemus
dicere, quòd tale decretum non teneat pro-
pter nimiam temporis breuitatem, propter
quam præſumitur debitam cauſæ cognitio-
nem non interue iſſe. Sed contra utrunq; di-
ctum Pau.de Caſt. in.d.ſuo conſi xcix.facit il-
lud famoſum dictum Spec.in tit.de emp.& uen
di.§.nunc dicendum reſtat.uerſicu.& breuiter
12 ſcias.ubi dixit,† quòd ſi in aliquo actu reperia-
tur interpoſitum decretum iudicis,omnes ſolẽ
nitates & omnia requiſita præſumuntur in-
terueniſſe,& ſimiliter præſumitur ex iuſtis cau
ſis fuiſſe interpoſitum.de quo eſt glo.not.in l.
j.C.de fide inſtr.& iur.aſt.fiſ.li.x.quam ad hoc
peregrinam,& notatu dignã dixit Bald.in. le.j.
ff.de reb.eorum:& quam unicam & ſing. dixit
idem Bal.in c.in præſentia.in.2.col.de renun.&
auream dicit Ang.in.l.ſicut. §. non uidetur.ff.
qui mo.pig.uel hypo. ſol. & de qua etiam facit
feſtum do. Cardi.in.c. Alberi.de teſti.& quam
opi.tenet Bal.in.l.fi.C. de prædi. mi.& clarius
in.l.non aliter.ff.de adop. cum concor. de qui-
bus per Ale.in conſi.ciij. inci.uiſis ſcriptis mi-
hi tranſmiſſis, in.2. col. verſi c. & præſumitur
pro decreto.in.2.uol.quia,ut dicit Bald.in c.ſi
cut nobis.de re iudi. a propter autoritatem iu-
dicariã præſumuntur omnia ſolẽniter acta, etiã
ſi iudex eſſet unus ribaldus. ſi ergo decretum
præſumitur interpoſitum ex iſtis cauſis, & om
nes ſolennitates & requiſita interueniſſe,mul-
to fortius hoc eſt dicendum, quando per nota-
rium uel per iudicem fuit atteſtatum. Fortius
urget,quòd uoluit Ale.in conſi.lxxx.incip.ui-
ſo themate ſuprà ſcripto.in.2.col.uerſi.nõ ob.
13 etiam id quod no.Spe.in.v. uol. † quòd ſi ſug-
geſtũ fuit iudici, vt uellet interponere decretũ
ſuum,ex eo ꝙ ſuberat iuſta cauſa uenditionis,
& ſtatim nulla alia inquiſitione facta ipſum in-
terpoſuit, ꝙ tanta eſt præſumptio pro iudice,
ꝙ tale decretum ualet & tenet,licet ſecundum
eum Spe.uiſis ſit tenere contrarium in titu. de
procura.§.j.uer.ſed quid ſi ſolum.& iſta in effe
ctu ſtringunt contra illud conſilium Paul.de
Caſtro tamen poſſet reſponderi, ut reſpondent
Petr.de Ancha.Raph. Cur. & Fran. de Cur.in
ſuis conſiliis ſuperius allegatis. ad quos me
remitto.Tu ergo qui uis facere interponi decre
tum iudicis in contractu celebrato cum mi-
nore,

a Propter autoritatem iudiciariam,&c. Adde quando iudex facit actum iudicialem,præſumitur ſolennitas etiã extrinſeca. facit.l.manimiſſio. & ibi per Docto. de manu.uin. & ꝑ Inno.in.c.innotuit. de eo qui furt.ordi.ſuſce. ꝙſolẽnitas etiã extrinſeca præſumitur in actibus iudicialibꝰ propter autoritatem iudicis. ꝑ Alex. de Im. ſignanter in. l. ſciendum.ff. de uer.obl.ix.col. per Bertachin. latiſſime in uerbo, ſolennitas. ſed ſi minor haberet licentiã à teſtatore alienandi,ſecus eſt l. prædium. & ibi Bal.C.quando decr.opꝰ nõ eſt.limita tamẽ niſi teſtator fuiſſet minor, ſecundum Bal.ibi nõ præſumitur tamen fuiſſe interpoſitum,niſi probetur per inſtrumentum. per Paulum de Caſt. in præallegat. §. ſi prætor. per Alexã. in præallæ.leg. ſciendum.in 8. col.nam in hoc requiritur ſcriptura. uide tamen Angel. in. l. qui in aliena. in.§. primo digeſtis. de acquir.hęred. qui limitat, niſi poſt longum tempus, quia tunc pro decreto præſumitur,licet non appareat de ſcriptura.& per Baldum in lege quicunquæ. C. de bonis quæ libe.

nore, si vis caute negociari, fugiendo doctorum disceptationes, cautela est, quòd facias, vt notarius conficiat vnum instrumentum separatim, & diuerso tempore, quo contineatur ipsa causæ cognitio quam adhibuit ipse iudex in contractu ineundo cum minore, narrando casum contingentem & vtilitatem vel necessitatem alienationis, & ipsum minus damnum resultans ex ipsa re alienanda, & in instrumenro postea venditiõis attestetur, qualiter iudex interposuit suum decretum cum causæ cognitione, vt de dicta causæ cognitione constat in illo alio instrumento, & hoc modo euitabuntur altercationes Doctorum. istam practicam tradit Pau. de Cast. in dicto suo consi. xcix. quam sequuntur omnes qui de ea mentionem faciunt, ipsam multum extollentes, scilicet Alexand. in consi. xvij. incip. viso instrumento locationis. in secunda colum. versic. nec obst. quòd in instrumento contineantur illa verba narratiua. in tertio volumi. & dom. Ias. in d. §. vbi decretum. versicu. no. & diligenter. & Fely. in d. l. sicut. in xvij. colum. versicu. per quam consuluit Pau. de Cast. extrà de re iudica.

FINIS.